Æthiop. ſuis. *Duxerunt eum in Cœnaculum.* Æthiop. *Adduxerunt eum, ubi fuiſſet corpus eius. Viduæ flentes, oſtendentes tunicas.* Ut illis oſtenſis manifeſtaretur pietas, & charitas Tabithæ, ſimul & orbitas tam piæ matris, ac protectricis.

QUÆSTIO XXXI.

Quare noſter ſacer Evangeliſta exponit nomen Tabitha, quæ dicitur Dorcas, id eſt Caprea?

234. Exponuntur voces.

OMitto hic varias mutationes literarum, ac ſyllabarum, quas aliqui Authores hic faciunt ex radice Græca, & ſolum ad intentionem noſtri ſacri Evangeliſtæ accedo, dum nomen Tabitha *video*, & *cerno* ex Græco exponit quod dicatur *Dorcas*, quod ex Græco idem valet, ac Caprea, ut hoc ſymbolo hujus nobiliſſimæ, ac piè fœminæ declaret.

235. D. Chryſoſt. Cantic. 8

Primo fuiſſe caſtam, timidam, verecundam, imo & virginem, ut ait Chryſoſt. fugiſſe à conſpectu, ac conſortio virorũ, qualis eſt Dorcas juxta illud Cant. 8. n. 14. *Fuge dilecte mi, aſſimilare Capreæ, hinnuloque cervorum ſuper montem aromatum.* Secundo, quia, ut teſtatur Plinius lib. 28. c. 11. Dorcades, ſeu Capreas acutiſſimo pollere viſu, & non lippare, ſed æquè die, ac nocte videre, quo denotatur perennis contemplatio hujus fœminæ die, ac nocte in cœleſtibus.

Plinius. Ex Caprea varia mulieris virtutes.

236. D. Hier. Philo. Theod. Origen.

Tertio, quia ad montana virtutum conſcenderat, Capreæ ſemper montana petunt, ut notat D. Hieron. in cap. 45. Ezechielis. Quarto Caprea velociſſima, ut norant Theodoretus, Philo Carpathius, talis iſta in ſuo propoſito exequẽdo. Quinto allegat Carpath. Origen. ad prædictum locum Cantic. Capreæ ſerpẽtes extrahunt ex ſuis cavernis, & occidunt, ſic & iſta ſanctè vivens Dæmonũ machinationes deſtruebat, eorũq; inſidias, ac tẽtationes conculcans occidebat.

237. Cantic. 2. Prov. 5.

Sexto Caprea dat lac ſuaviſſimum, ac utiliſſimum, in quo denotatur amoris gratia, ac eximia charitatis benevolentia juxta illud Cantic. 2. n. 9. *Similis eſt dilectus meus Capreæ, hinnuloque cervorum.* Et Prov. 5. n. 19. *Cerva chariſſima, & gratiſſimus hinnulus.* Quo ſymbolo ſignificabatur Tabithæ eximia benevolentia, ingens charitas, qua proſequebatur, & qua omnibus gentibus cuncta providebat.

238. Gen. 18. Opera in pauperes theſaurus bonorum. D. Chryſoſt.

Cum elevaſſet oculos Abrahamus, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum, & dixit: Domine ſi inveni gratiam ne tranſeas ſervum tuum, Geneſ. 18. n. 2. Et eos hoſpitio in domo ſua recepit, ad quid tam velociter cucurrit? Cur tam feſtinus in eorum obſequium, ut plenam menſam pane, butyro, vitulo apponat. D. Chryſoſt. homil. in dictum Pauli: *Oportet hæres eſſe,* ait: *Accurrebat enim, miniſtrabat, dominos appellat, theſaurum innumerabilium bonorum ſe inveniſſe putabat.* Abraham vir magnus, & præclarus, Peregrini viri humiles, & pauperes apparebant, tamen Abrahamus eos benignè excipit, eos Dominos appellat, tamquam Dominus ad menſam miniſtrat, tamquam *theſaurum innumerabilium bonorum.*

239. Gen. 19. Ex miſericordia pauperibus exhibita felicitas. Origen.

Veniũt duo Angeli Sodomã tamquã duo viri, quos hoſpitio recepit Loth, qui poſtea dicunt ei: *Habes hic quempiam tuorum? generum, filios, aut filias, omnes, qui tui ſunt, educ de urbe hac; delebimus enim locum iſtum,* Geneſ. 19. n. 12. Unde tantum bonum Loth, univerſæque ejus familiæ, ut in communi omnium incendio, ac devaſtatione illi ſoli incolumes, ſuperſtites evaſiſſent? nullam aliam virtutem agnoſcimus in Loth, niſi quod illos peregrinos in domo, ac familia reciperet, indeque tantum bonum in totam familiam redundavit. Origen. homil. in cap. 19. Geneſ. ait: *Loth in Sodomis habitabat; alia ejus bene geſta non legimus, hoſpitalitas in eo ſola ex uſu veniens memoratur, evadit ignes, evadit incendia, ob hoc ſolum, quod domum ſuam patefecit hoſpitibus.* Vide ſupra cap. 4. q. 20. n. 149. 150. 151.

QUÆSTIO XXXII.

Quare non cum infirmatur Tabitha, ſed tantum eũ ipſa mortua eſt, mittunt diſcipuli ad Petrum?

AD quæſtionem reſpondet Oecumenius, & ait: *Hoc autem non fecerunt, priuſquam moreretur; indignum judicantes ob talia vexare diſcipulos, & à prædicatione evellere; nam etſi propterea dicit quod vicinus erat locus; id enim per modum ſucceſſivæ operæ petebant; ſiquidem diſcipula erat.* Non Petrum vocant cum infirmatur, ne ex qualibet cauſa viderentur bonum ſpirituale omnium commune prædicationis impedire, ſequentes Chriſti exemplum, qui contempſit maternum, ac fraternum affectum, ne à prædicatione revocaretur. *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei,* Matthæi 12. n. 49. 240. Oecum. Prædicationis munus non impetiendum.

Secundo dicitur *Tabitha erat plena bonis operibus, & eleemoſynis, quas faciebat*: Ne videretur, quod diſcipuli erant adſtricti, ac obligati ejus beneficentia advocant Petrum, ideo ab hoc ſe abſtinent modo, ne aliquis odor avaritiæ, aut propriæ commoditatis in eis appareat, qui maximè exulare debet à Chriſti diſcipulis. Dicebat Paulus, 1. Corinth. 6. n. 12. *Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate*: Acceptis nempe muneribus D. Ambroſ. ibi ait: *Noluit ab his accipere, ne cauſa ventris, vigor Evangelicæ veritatis torpeſceret; ſi enim ab eis acciperet, quos in tantis vitiis arguebat auctoritatem miniſterij conceſſam à Domino inclindbat.* Tantus miniſter Evangelicus, ut eſſet expeditus, & liber in ſuo munere exequendo, ne ejus vigor, & auctoritas torpeſceret, atque hebetaretur; *Noluit ab his accipere quicquam, & auctoritatem miniſterij conceſſam à Domino inclinabat*, accepto nempe munere. 241. 1. Cor. 6. D. Ambr. Miniſter accipiens à juſtitia declinat.

Tertio quandiu Tabitha infirmabatur non vocatur Petrus; quia tunc fortè per humana media, ac medicinalia ſperabatur, quod ipſa poſſet conſequi ſalutem, & ideo auctoritas Petri tunc non poſtulabatur; at vero poſtquam mortua eſt, & nullum ſuppetit in naturalibus remedium, tunc ad opem Dei per Petri interceſſionem toti ſe convertunt. 242.

Tranſacto mari rubro Populus iter faciens per deſertum, venit ad quendam locum, qui vocabatur *Mara*, aquæ erant amariſſimæ, ita ut populus eas bibere non poſſet, de quo multũ erat populi murmur: *Clamavit Moyſes ad Dominum, qui oſtendit ei lignum, quod cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſæ ſunt,* Exod. 15. n. 25. Multa, & magna mirabilia fecit Moyſes virga ſua in Ægypto, mare rubrum diviſit, cur ipſa virga non tangit aquas, ut dulceſcant, ſed à Deo præcipitur injicere lignum oſtenſum? Illud lignum, ut eſt communis ſententia habebat naturalem virtutem, ut ejus injectione aquæ commutarentur in multam dulcedinem, & ubi aderat naturale medium, miraculoſa virga non fuit interponenda. Janſen. ait: *Quorſum Dominus ei aliquod certum lignum oſtendiſſet, vel arborem, niſi illud naturale ex natura ſua virtutem inditam habuiſſet? Nam alioquin virga ejus, quæ reliqua operabatur miracula ad miraculi operationem ſuffeciſſet.* Idem ferè habet Epiſcopus Gandævus. 243. Exod. 15. *Ad id, quod naturaliter fieri poteſt non requiritur miraculum.* Janſen. Gandæv.

Cum Chriſtus D. ad ſuſcitandum Lazarum acceſſiſſet, ait circunſtantibus. *Tollite lapidem,* Io. 11. n. 39. Si Chriſtus D. intendebat Lazarum è monumẽto ad vitam evocare, cur etiam ſuo imperio lapidem non amovet? hoc ex induſtria humana fieri potuit, at vero ſuſcitare è monumento ſola Dei virtus præſtare 244. Ioan. 11.

poterat, hoc ideo sibi reservat, illud autem, ad quod vires humanæ sufficiunt, illis committit. D. August. serm. 104. de tempore ait: *Quid dicemus? Nunquid lapidem Dominus à monumento præcepto removere non poterat, qui Inferni claustra propria virtute removit? Sed quod ab hominibus fieri poterat, homines facere præcipit, quod autem divinæ Virtutis erat, sua potentia demonstravit. Lapidem enim à monumento revocare humanæ virtutis, animam vero ab inferis revocare solius Divinæ virtutis est.*

Lapides removet homines, Deus solus suscitat. D. Aug.

QVÆSTIO XXXIII.

Quare advenientem Petrum nullus rogat pro suscitanda Tabitha, sed tantum ostendunt vestes, & tunicas, quas illa eis faciebat?

245. *Difficultas quæstionis.* MOrtua Tabitha, ut universorum communi Matre, stabant omnes gementes, & flentes, adest Petrus magnorum mirabilium operator, qui passim mortuos suscitabat, & stupenda miracula operabatur, cur, quæso, non rogant Apostolum pro ea suscitanda? Cur non quærunt ab Apostolo, ut suam beneficentiam quam erga alios exercuerat, erga hanc etiam fœminam exhiberet, & refunderet, sed solum Petrum *circunstant omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas.*

246. *Bono Præsuli sat est ostendere necessitatem.* 2. Reg. 14 Respondeo primo: Omnes venerabantur Petrum, ut magnum Præsulem, ac providum Pastorem, & ita omnes circunstantes judicarunt, quod sat erat ei exponere, & aperire necessitatem, ut ipse pro sua eximia beneficentia, ac sollicitudine de remedio opportuno provideret, sicut, & mulier Thecuitis se habuit cum Davide, quem ut Angelus Dei venerabatur, 2. Reg. 14. n. 17. Secundo in illa primitiva Ecclesia sic omnes erant subiecti, ac subordinati Petro, ut nullus auderet aliquid postulare, sed omnes ab eius nutu, ac dispositione pendebant, sicut dixerunt Simoni Machabæo, 1. Machab. 13. n. 9 & ideo cuncta, quæ habebant, ad pedes Apostolorum deferebant, Act. 4, ut ex ordinatione disponerentur. 1 Mac. 13 Actor. 4.

247. *Opera clamant plusquã verba.* Tertio: *Circunsteterunt Petrum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis.* Prudenter quidem pro certo habentes, quod plus, ac efficacius sollicitabant Apostolicam benignitatem ostenso opere, quam linguarum voce: Obmutescat oris loquela, cum opera clamant, cum hæc super omnia magna cum energia ad se Deum alliciunt, ac trahunt. D. Cyprian serm. 1. de eleemosyna ubi ait: *Quæ laborantibus viduis largita fuerant subsidia vivendi, merùit ad vitam revocari.* D. Cypr.

248. Cum mulier illa Sunamitis adverteret, quod sanctus Parens Elisæus frequenter transiret per suam domum ad montem Carmeli, fecit domi suæ Cœnaculum, in quo ei appositi lectulum, mensam, & sellã, in qua veniẽs sanctus Propheta requiesceret, 4. Reg. 4. n. 10. factum est autem, ut filius unicus mulieris postea moreretur: tunc illa filium mortuum: *Collocavit super lectulum hominis Dei*, Ibid. n. 21. Cur non reponit puerum in lectulo proprio ipsius pueri, sed in lectulo destinato viro Sancto? Ille lectulus ex charitate, & ex eleemosyna à muliere erat instructº, ideoq; pro certo habuit quod illud charitatis opus multa cũ efficacia pro pueri vita clamaret, ut eum à morte revocaret. Præclarè D. Ambros. ep. 12. ad Ianuarium ait: *Sunamitis illa magna mulier in superioribus hospitium paravit, & ibi resuscitati pignoris vidit miracula.* Expende *hospitium paravit, ibi resuscitati pignoris*, &c. 4. Reg. 4. *Hospitiũ ex charitate ibi vita.* D. Amb.

249. Ait Apostolus: Ad Hebr. 5. n. 7. loquens de Christo *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qui posset illum salvum facere à morte cum clamore valido offerens exauditus est pro sua reverentia.* Quid vero Christus in hac sua oratione postulaverit, variæ sunt Patrum sententiæ, D. Ambros. Theodoret. D. Thom. ad orationẽ in Horto, alii ut videntur Chrysost. Theophylact. ad salutem generis humani, tamen inde mihi est quæstio, cur Christus D. aliquando non postulaverit à Patre resurrectionem suam, sui nominis exaltationem, suam Ascensionem, ac sessionem ad dexteram Patris? quia eius infinita, ac præclara merita hoc efficacissimè postulabant. Ad hoc tendit Primasius, qui ait: *Omnia, quæ Christus egit in carne, preces, supplicationesque fuerunt pro peccatis generis humani effusæ, sacra vero sanguinis ejus effuso, clamor validus fuit, in quo exauditus est.* Christus D. ostendens eximiam charitatem erga nos opere, & ore pro nobis exorat; tamen pro gloria sui corporis, ac nominis exaltatione non orat; quia, altissime ejus opera pro se clamabant, & loquebantur. Hebr. 3. *Opera Christi clamabant eius resurrectionem.*

Act. 9. n. 40 Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit: & conversus ad corpus dixit: Tabitha surge: at illa apertis oculis, & viso Petro resedit.

Num. 41. Dans autem illi manum erexit eam, & cum vocasset Sanctos, & viduas, assignavit eam vivam.

Num. 42. Notum autem factum est per universam Ioppen, & crediderunt multi in Domino.

Num. 43. Factum est autem, ut dies multos moreretur in Ioppe apud Simonem quẽdam Coriarium.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE XIII.

Vers. 40. *Ejectis omnibus foras.* Syriac. *Ejecit homines foras.* Arabic. *Eduxit eas*, scilicet mulieres *foras* rejectivè. Nostra vulgata *Omnes* nempe tam homines, quam mulieres. *Ejectis omnibus*: Glossa Ord. *Ne indigni signum viderent.* Lyran, *Ut Deum secretius, efficaciusque exoraret.* Chrisost. *Ne lachrymis conturbaretur, neque confunderetur.* Et in hoc secutus est Petrus Christi D exemplum, cum Archisynagogi filiam suscitavit, Matth. 9. n. 25. quod etiam jam spiritu Prophetico fecit parens Elisæus, cùm filiam Sunamitidis excitavit, 4. Reg. 4. n. 33. 250. Primas. Syriac. Glossa Lyra, D. Chrysost. 4. Reg. 4.

Petrus ponens genua oravit. Arabic. *Complicatis genibus oravit*, ut ex tanta humilitate oratio esset efficacior, & valde mirum quod Petrus, qui umbra sua suscitaverat mortuos, tanta nunc facit ad hanc suscitandam fœminam! Respondent Chrysost. & Oecumen. *Quia interdum fides accedentium magis, minusve cooperatur.* Dicam etiam, ut ita Petrus ostenderet magnum suum effectum in hoc opere edendo, tum cõmotus lachrymis viduarum, ac operibus Tabithæ, communis omnium benefactricis, maximè cum esset certus de miraculo edendo, ut advertunt Lyranus, Carthus. & Arator. 251. Arabic. D Chrysost. Oecum. Lyran. Carthus. Arator.

Et conversus ad corpus. Syriac. *Conversus ad cadaver. Tabitha surge*, eam proprio nomine vocat ad maiorem energiam *Surge*, D. Cypr. lib. de eleemosyna cap. 10. habet: *Surge in nomine Christi*, & quamvis hoc non exprimatur, subintelligitur, & ad ipsum Iesum oravit Petrus ad miraculum patrãdum, in cuius virtute cuncta operabatur, & ideo cũ Christus suscitat filium viduæ ait: *Adolescens, tibi dico surge*, Luc. 7. n. 15. non sic Petrus cum hac fœmina; quia Christus propria operabatur virtute, nõ sic vero Petrus, qui non sua, sed Christi virtute operabatur. 252. Syriac. D. Cypr. Luc. 7.

Vers. 41. *Dans autem illi manum.* Syriac. *Et porexit* 253. Syriac.

rexit ei manum suam Cum Petrus dixisset: Tabitha surge, à somno mortis est excitata, & cùm data manu erexit adhuc debilem, jam pedibus firmam, & cum perfecta sanitate stare fecit; *& cum vocasset Sanctos* Christianos fideles, qui ita in prima Ecclesia vocabantur? *Assignavit.* Syriacus: *Dedit eam viventem.* Tigurin. Tigur. *Exhibuit eam.*

254. Bellarm. Lorin. Cyrin. Advertunt tamen Cardinalis Bellarm. lib. de Purgatorio cap 4. Lorin. Tyrinus, quod illi, qui discedunt ex hac vita in gratia, si contingat miraculo suscitari, de sua salute certos esse, alioquin non beneficium ipsis, sed magnum damnum inferretur: Dicendum tamen existimo (in quo etiam Authores citati conveniunt) Deo esse omnia præsentia, ac proinde ille, qui moritur, si iterum suscitandus est ad vitam, non accipit sententiam finalem, nec est in Cœlo, nec in Inferno, neque in Purgatorio, sed ejus anima tamquam in deposito est in certo loco à Deo ordinato.

Qui resuscitandi sunt non finaliter iudicantur.

255. Syriac. Arabic. Vers. 42. *Notum factum est.* Syriacus: *Il innotuit per totam Civitatem.* Arabicus: *Et nota facta est fama ista per totam Civitatem*, & crediderunt videntes facta mirabilia in nomine Jesu, & baptizati sunt recipientes ejus fidem.

256. Syriac. Vers. 43. *Factum est autem* Syriacus: *Per dies non paucos, ut habitaret in ædibus. Apud Simonem quendam Coriarium.* Ut ex radice Græca constat, sunt qui coria macerant, vel concinnant, & inde calcei, thoraces, & alia similia fieri possunt, de quo latius q. ult.

QVÆSTIO XXXIV.

Quare D. Petrus non solum voce, sed etiam manu extensa hanc fœminam suscitat eam vocans nomine suo?

257. Matth. 9. SEcundo quod inquirit quæstio, à quo incipio cur Petrus hanc fœminam suscitans exemplum sui divini Magistri non imitatur, qui cùm suscitaret filiam Archisynagogi Matth. 9. n. 25. ejus nomē non protulit, & ait: *Puella tibi dico surge.* Cur Petrus non assimilatur suo divino Magistro, sed ab ejus vestigiis discedit, & omnium primum mulieris nomen exprimit, *Tabitha surge?*

258. Math. 28. Luc. 24. Respondeo, quod in nomine Tabitha prolato à D. Petro denotantur illustrissimæ hujus mulieris virtutes, quibus omni gratia, beneficio, ac dono dignissima extabat, ut dixi supra q. 31. frequenter nomina virtutū indices sunt D. Matth. 28. n. 1. *Vespere autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum.* Aliter verò scribit D. Luc. 24. n. 1. *Una autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentū portantes, quæ paraverunt aromata.* Ecce D. Matth. exprimit mulierum nomina, non tamen eorum charitatis, ac devotionis monumenta, quæ tamen Lucas scribens eorū nomina tacet, cur simul cum nominibus earum præclara opera non scribuntur; quia tanti nominis splendor non poterat repetiri, nisi cum tam magnis virtutibus, & tanta virtutis claritas apud D. Lucam magnam nominis illustrationem denotat. D. Ambros. apud Lucam ibi: *Denique aliæ cum unguento prima Sabbathi venerunt, aliæ sine unguēto vespere Sabbathi, istarum tamen nomen exprimitur, illæ de Galilæa secutæ Dominum designantur*, quod virtus, & probitas designatur.

Nomina virtutū indices. D. Ambr.

259. *Per manus beneficas dona excipiuntur.* Quæstio tamen principaliter inquirit; cur Petrus, qui magna, & præclara mirabilia voce, & umbrâ operabatur, ut hanc mulierem suscitaret, ejus manū apprehenderit: *Dans autem illi manum erexit eam.* Tabitha manus suas extendebat ad pauperes, ut eis subveniret, eorumque miseriam sublevaret; manus ergo ipsa contactu Apostolico eleemosynæ fructum recipiat, ut per ipsam vigens vita in tantum corpus refundatur, ut canit Arator lib. 2. in Acta.

Illa manus meruit Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit.

260. Dignissimū notatu est, quod, ut Deus constitueret septuaginta viros ad regimē populi Israel, ait Moysi quod eos eligat, & congreget, & ait Deus: *Auferam de spiritu tuo, & tradam eis, ut sustineant tecum populi onus,* Num. 11. n. 17. At volens Deus constituere Josue ducem, & gubernatorem populi pro Moyse, ait Deus ipsi Moysi: *Tolle Josue filium Num virum, in quo est Spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, & dabis ei partem gloriæ tuæ, ut audiat eum omnis Synagoga filiorum Israël,* Num 27. n. 18. Ut cōstituantur septuaginta senes ad regimē Populi, Deus aufert de spiritu Moysis, & dat illis, at ut Josue Princeps populi creetur non Deus, sed Moyses mannum impositione illū suo spiritu ditescit, ac nobilitavit, quæ ratio differētiæ in hoc facto? Josue Minister erat Moysis, illumque in cunctis manibus suis inserviebat, Exod. 24. n. 13 & c. 33. n. 11. Ordinat igitur Deus, ut Moyses ponat manus super Josue Ministrū, ut per eas, ut notant Theodor. q. 48 & Abulens. q. 22. accipiat spiritum salutarē ad rectè, ac congruè gubernandum populum. Manus Josue servientes ministraverunt Moysi, inde manus Moysis factæ sunt perēnes fontes, ut omnem donorū ac gratiarum abundantiā exundarēt in Josue, ut ipsū fertiliſarent in omni justitia, ac sanctitate. Josue manibus servivit Moysi, manibus Moysis condecoretur.

Num. 11. Num. 27 Exod. 24. Exod. 24. Theod. Abulens. *Manus servientes Moysi à Moyse tamquam complentur.*

261. Postulat parens Elias à muliere Sareptana buccellam panis, quæ se excusans, ait: *Vivit Dominus Deus quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ, & parum olei in lecytho.* Ad quam Elias instanter ait: *Affer, & da mihi: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur,* 3. Reg. 17. n. 14. Quamvis illa vasa frequenti ablatione essent ex natura sua minuenda, tamen manus mulieris, quæ egēti Prophetæ factæ sunt continuo stillicidia stillantia panem, & oleum, ut semper cresceret, & non minoretur. D. Eucher. ait: *Facta est igitur manus viduæ perenne torcular, & mota jugiter fundens.*

QVÆSTIO XXXV.

Quare tam cito exaudit Deus Petri orationem pro Tabitha, cum ipse dicat se non exauditurum Noë, Iob, & Danielem orantes pro Populo?

262. Ezech. 14. AIt Deus per Ezech. 14. n. 19. *Si pestilentiam misero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam, ut auferam ex ea hominem, & Noë, & Daniel, & Iob fuerint in medio ejus, vivo ego dicit Dominus, quia filium, & filiā non liberabunt.* Hos tres insigniter nominat, quia sua justitia, ac virtute, ut ait Prado fuerunt tres Soles nitentes, ac resplēdentes in mundo, & inde exoritur magna quæstio: tres viri illi tam præclarissimi in omni justitia, & sanctitate orantes pro filiis, & filiabus simul non sunt exaudiēdi, & Petrus pro una defuncta, & sibi devota sic exauditur, non vero tres illi præclarissimi viri?

Difficultas quæstionis.

263. *Oratio auxiliatur ab eleemosyna, & bonis operibus.* Respondeo, quod de hac Tabitha, dicitur, quod *plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat.* In illis tribus viris apud Ezechiel erat eorum protectio cum oratione simul conjuncta tantum; at verò in D. Petro, cum oratione erat conjuncta eleemosynarū in pauperes largitas, & pauperum levamen, ex quo tam efficax facta est oratio, tamque validum patrocinium, ut absque aliqua mora desiderata vita fuerit adepta, & quæ erat mortua cum perfecta sanitate in omnium oculis rediviva graderetur. D. Chrysost. in

D. Chrysost.

Psam. 48. ait: *Audi, quid dicat Propheta, si steterit Noë, & Iob, & Daniel filios suos, & filias suas non liberabunt, quantum luxit Samuel, & Saulem non eripiunt! quantum precatus est Ieremias, & Iudæos nihil juvit. Quid ergo, sunt ne supervacuæ Sanctorum preces! Nequaquam, sed magnas vires habentes quando tu quoque eis auxilium tuleris; ita etiam Petrus suscitavit Tabitham non solum oratione, sed etiam illius eleemosyna.* Ecce preces præclarissimorum virorum sine eleemosyna non impetrant, maximè cum illa adjuvantur. Vidæ quæ dixi supra cap. 4. q. 20. n. 149. 150. 151. & hoc cap. 9. q. 31. n. 238. & 239.

QUÆSTIO XXXVI.

Quare magnus Parens Elisæus ad suscitandum filium Sunamitidis multa adhibet, non sic Petrus ad suscitandam Tabitham?

164. UT Elisæus filium viduæ suscitaret ex mortis facie: *Incubuit super puerum, posuitque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus eius, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri,* 4. Reg. 4. n. 34. Ecce tot, & tanta adhibet Propheta, ut vivificetur Puer, non sic vero Petrus erga Tabitham, sed uno verbo: *Surge Tabitha* totum miraculum perfecit, & absolvit. 4. Reg. 4.

165. D. Basil. Seleuc. In hac quæstione solvenda multus est D. Basilius Seleucus tota oratione 10. Primo ait: Elisæus Sunamitidis filium non ad vitam erexit oratione, *ut Dorcadem Petrus*, & statim subdit: *Non orationis præsidio mortuum vitæ restituit, sed se ipsum reliquiis injecit.* Scilicet membris corporis Elisæi multum restitit mors etiam pluribus actionibus adhibitis, non sic vero Petro, cum orationis auxilio munitus accederet, & ita ei omnia sunt facilia, & in promptu, omnia rumpit, nilque ei valet resistere.

Oratio prompta, facile impetrat omnia.

166. Sancti *viri autem tres, id est Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis colligati, & ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Dominum*, Daniel. 3. n. 23. De quo cum Rex accederet ad fornacis ostium totus admiratione plenus exclamans, ait: *Ecce video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis*, duo hic apparent stupenda miracula, unum, quod inter voraces flammas crudelissimi vitæ tortores viverent: alterum quod cum essent colligati soluti ambularent; & quis tanta miracula est operatus mortem vincens, vincula disrumpens? una eorum oratio, qua benedicebant, & laudabant Deum. D. Chrysost. homil. 18. in epist. ad Ephesios ait: *Rex caminum vehementer accendi jussit, sed psallentibus illis soluta sunt iam vincula, & pedum, & manuum*, una oratio omnia comprimit, reserat, ac vincit. Dan. 3.

Oratio solvit vincula, & vincit omnia.

D. Chrysost.

167. Secundo idem Basilius Seleucus, ait: *Populus autem gentium erat ille mortuus Elisæi vi peccatorum, venit spiritualis Elisæus, & universa eius membra mortua deprehendit, os, oculos, manus, pedes, & universè mortuus erat. Os, quod ad laudandum Deum non poterat aperire; Sed ligno dicebat: Pater meus es, & lapidi, tu genuisti me: mortui oculi, quia in Deum universi non figebantur, verum prætermisso creatore colebant creaturam: Mortuæ manus, quæ Dæmonibus fructus offerebant: Mortui pedes, qui, ut adoraretur Diabolus, flectebantur: putridum erat corpus universum, Medico præpotente egebat.* Puer iste Elisæi repræsentabat demortuum genus humanum, at Tabitha erat mulier sancta, & devota, unum leve verbum sufficiebat: *Tabita surge*: At puer ille figuram generis humani gerebat in omnibus membris, ac operationibus, & ideo singulæ fuerunt fovendæ, ac vivificandæ, ut resurgerent ad vitam.

Qui servit peccatis mortuus est.

Ait Dominus ad Ezechiel. 37. n. 4. *Dixit Dominus ad me: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus Deus ossibus istis.* Mandat Deus Prophetæ, ut loquatur cum ossibus, & ossibus aridis, quæ jam sunt expoliata ab omni vigore vitali, & quomodo talia ossa poterant audire verbum Dei, & percipere quæ dicebantur? Per ossa arida intelligit Propheta juxta D. Hieron. Theodoretum, Procopium, & alios Judæos in captivitate detentos amissa omnis salutis spe, & cum essent peccatores, non erant homines vivi, sed mortis pabulum, cadaver vivum, & ossa arida; ad hoc pertinet id, quod ait D. Ambros. lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9. *Impy etiam si videantur vivere, miseratiores sunt omnibus mortuis, carnem suam sicut tumulum circumferentes, cur infelicem infuderunt animam suam. Quid enim aliud est, quam sepultura, quæ inter humū volvitur, & terra avaritiæ cupiditatibus, cæterisque vitiis includitur, ut gratia cœlestis auram spirare non possent.* 268. Ezech. 37. D. Hier. Theod. Procop. D. Ambr.

Multo cum gaudio, multaque festivitate dicunt Iacob ejus filij, Gen. 45. n. 26. *Ioseph filius tuus vivit.* Ex quibus colligit Origen. hom. 15. in Genesim, quantum se Ioseph immundum, ac purum servavit ab iniquinamēto, ac turpitudine impudicæ Ægyptiacæ, nam si illis esset illaqueatus non vivus, sed mortuus fuisset, sic ait citatus Origenes: *Si enim ponamus, quia potuisset vinci à libidine, & peccare cum uxore Domini sui, non puto, quod hoc à Patriarchis de eo nuntiatum fuisset patri ejus Iacob, quia filius tuus Ioseph vivit; Hoc enim si fecisset, sine dubio non vivebat. Anima, quæ peccat, ipsa moritur.* 269. Gen. 45. *Vbi peccatū non vita, sed mors.* Origen.

QVÆSTIO XXXVII.

Quare D. Petrus non hospitatur apud aliquem Principem, vel apud Tabitham, sed apud Simonem Coriarium?

HOspitatur D. Petrus apud Simonem Coriarium, non Curialem, ut legunt Magister Histor. Ecclesiast. c. 49. in Acta Carthus. Hugo, sed legendum Coriarium, ut habet nostra vulgata, & cæteri omnes legunt, & ex radice Græca constat, & significat illū, qui Coria, seu pelles macerat, vel concinnat, seu præparat, ut inde calcei, seu ocreæ, vel thoraces fiant; Huius domum ad hospitandum per multos dies elegit Petrus. 270. Magist. Histor. Eccles. Hugo. Carthus. Vera lectio.

Primo D. Chrysost. & Oecum. multis extollunt laudibus D. Petri modestiam; non elegit ad habitandum domū alicuius divitis, aut potentis, sed pauperis, & humilis opificis, ne divites superbescant, ac extollantur quod illi soli quærantur, & æstimentur, & pauperes contemanantur, inde iste pauper, & humilis eligitur; maximè, ut existimo, Simon iste Coriarius, erat vir iustus, & probus, ideo præ cæteris eius domum elegit Petrus, ut cum eo frequenter de Deo loqueretur, atque ex conversatione Petri multum homo deberet proficere. 271. D. Chrysost. Oecum. *Pauperes non contemnendi.*

Secundo, ut ait Oecumen. cap. seq. n. 6. *Segregata ab urbibus loca sectabantur Apostoli, utpote quietis, & solitudinis amici.* Ut ita altius mediationi, ac contemplationi vacarent, talis videtur fuisse, & Lydiæ domus, ad quam invitatus est Paulus, & ad eā divertit. Act. 16. n. 13. & 15. sequentes Christi exemplum; quia, ut ait D. Lucas 5. n. 16. *Ipse autem secedebat in desertum, & orabat*: Domus autem hæc Simonis erat extra Urbem iuxta mare, ut patet ex cap. sequenti n. 6. & etiam nunc, ut testatur Ganæus peregrinis ostenditur residuum ex eius ruinis, & ibi sacellum in honorem D. Petri est ædificatum: 272. Oecum. *Iusti quærunt loca secreta.* Act 16. Luc. 5.

Tertio non hospitantur apud Tabitham, n veide- 273.

retur

retur ob beneficium miraculi exhibitum, hospitalitatis gratiam exciperet; Cœlestia dona gratis dantur absque alicuius lucri intuitu. In illa primitiva Ecclesia, qui convertebantur, vendebant possessiones suas, & earum pretia *ponebant* ante pedes Apostolorum, Actor. 4. n. 34. Cum sacri Apostoli magna miracula edidissent, ne quispiam cogitaret, quod alicuius rei interventu illa fierent, ideo petra non dabantur in eorum manibus, ne viderentur illa accipere, sed ante pedes, tamquam contempta ab ipsis Apostolis, ut per aliorum manus ex communi consensu in pauperes distribuerentur.

Cœlestia dona non dantur lucri intuitu.

274. Quarto non hospitatur apud Tabitham Petrus, ut Princeps Apostolorum, ac omnium Ecclesiasticorum caput, in magnum exemplum, quod Ecclesiasticus non debet simul in eadem domo habitare, ac commorari cum muliere, cuius conversatio ruinis, ac periculis valde proclivis est. Ad hoc Christus D. omnium exemplar magnum nobis præbet documentũ; multæ piæ mulieres ipsũ cum discipulis suis sequebantur eis administrantes, Luc. 8. n. 3. Et cum Christus D. sæpe cum Apostolis apud Matthæum, & Zachæum, alioſque hospitaretur, nunquam lego quod ibi ad mensam adessent mulieres, mulieribus ex officio incumbit ministrare, non tamen cum eis convenit manducare, ac conversari.

Ecclesiastici non cohabitent cum mulieribus.

Luc. 8.

275. Cum ex civitate venissent discipuli, invenerunt Magistrum loquentẽ cum Samaritana, scribit Ioan. 4 n. 27. *Et mirabantur, quod cum muliere loquebatur.* Huius admirationis causas, multas dedi tom. 2. in Evangel. cap. 5. q. 35. per totam; ea mihi magis arridet cum Caietano, qui ait: *Nulla alia redditur ratio huius admirationis, nisi locutio Christi cum muliere, & dixit hoc Evangelista ad significandum insolitam fuisse locutionem Christi cum muliere.* Vide proximè citatum locum.

Ioan. 4. *Mirãtur discipuli, quod Christus loquatur cum muliere.*

276. Veniat nunc in exemplum Samson ille fortissimus, qui tamquam Nazaræus Deo consecratus veluti Ecclesiasticus dici potest, qui innumeros hostes de eis triumphans destruxit, profligavitque; hic tam sublimis, ut ad fœminam convenit, ait Text. Iudic. 16. n. 19. *At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinavit caput, vocavitque tonsorem, & rasit septem crines eius: quem cum apprehendissent Philistiim statim eruerunt oculos eius.* Ecce magnus ille, & inclytus triumphator, modo victus, cœcus, & alligatus iacet; unde illi hoc? quandiu à muliere sequestratus, glorioſus extitit victor, at vero ut primum cum muliere habuit commercium, statim omnia mala conglomerata in eum irruerunt. Eleganter D. Ephrem in Paranesi de Iud. & Retrib. ait: *Qui percusserat mille viros in maxilla asini, postquam concupivit cum vipera habitare, illico capilli Nazaræo defluxere, oculisque suis privatus miserabilis, atque ridiculus omnibus subito est demonstratus.* Illud tamen maximè est expendendum, ad quid mulier vocat tonsorem, quod mulier poterat per se ipsam præstare? Tonsor Diabolus erat, & cum mulier loquitur cum viro statim Diabolus adest, ut tamquam tonsor virtutes radat, faces accendat, libidines excitet, concupiscientias inflammet.

Iudic. 16

D. Ephr. *Cum homo loquitur cum muliere adest Diabolus.*

CAPUT X.

1. *Vir autem quidam erat in Cæsarea nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.*
2. *Religioſus, ac timens Deum cum omni domo suã faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper.*
3. *Is vidit in visu manifestè, quasi horæ diei nonã, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Cornelì.*
4. *At ille intuens eum, timore correptus, dixit: quid est, Domine? Dixit autem illi orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.*
5. *Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus.*
6. *Hic hospitatur apud Simonem quendam Coriarium, cuius est domus iuxta mare; hic dicet tibi, quid te oporteat facere.*
7. *Et cum discessisset Angelus, qui loquebatur illi, vocavit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum, ex his, qui illi parebant.*
8. *Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Ioppen.*
9. *Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus Civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam.*
10. *Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus.*
11. *Et vidit Cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initiis submitti de Cœlo in terram.*
12. *In quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli.*
13. *Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca.*
14. *Ait autem Petrus: absit Domine, quia nunquam manducavi omne commune, & immundum.*
15. *Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.*
16. *Hoc autem factum est per ter, & statim receptum est vas in Cœlum.*
17. *Et dum intra se hæsitaret Petrus, quidnam esset visio, quam vidisset: ecce viri, qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis astiterunt ad ianuam.*
18. *Et cum vocassent, interogabant, si Simon, qui cognominatur Petrus illic haberet hospitium?*
19. *Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te.*
20. *Surge itaque, descende, & vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi illos.*
21. *Descendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce ego sum, quem quæritis, quæ causa est, propter quam venistis?*
22. *Qui dixerunt; Cornelius Centurio, vir iustus, & timens Deum, & testimonium habens ab universa gente Iudæorum, responsum accepit ab Angelo Sancto, accersire te in domum suam, & audire verba abs te.*
23. *Introducens ergo eos recepit hospitio: sequenti autem die surgens profectus est cum illis, & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.*
24. *Altera autem die introivit Cæsaream, Cornelius verò expectabat illos, convocatis cognatis suis, & necessariis amicis.*
25. *Et factum est cum introisset Petrus obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius adoravit.*
26. *Petrus vero elevavit eum, dicens: Surge & ego ipse homo suum.*
27. *Et loquens cum illo intravit, & invenit multos, qui convenerant.*
28. *Dixitque ad illos; Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo conjungi, aut accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit Deus, neminem communem, aut immundum dicere hominem.*
29. *Propter quod sine dubitatione veni accersitus: Interrogo ergo, quam ob causam accersistis me?*
30. *Et Cornelius ait: A nudiusquarta die usq; ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait:*

31. *Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosyna tua commemorata sunt in conspectu Dei.*
32. *Mitte ergo in Ioppen, & accersi Simonem qui cognominatur Petrus; hic hospitatur in domo Simonis Coriarij juxta mare.*
33. *Confestim ergo misi ad te, & tu benfeciſti veniendo: Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia quæcumque tibi præcepta sunt à Domino.*
34. *Aperiens autem Petrus os suum, dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.*
35. *Sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi*
36. *Verbum misit Deus filiis Israel, annuncians pacem per Iesum Christum (hic est omnium Dominus.)*
37. *Vos scitis, quod factum est verbum per universam Iudæam, incipiens enim à Galilæa post Baptismum, quod prædicavit Ioannes.*
38. *Iesum à Nazareth; quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute; qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.*
39. *Et nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum, & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno.*
40. *Hunc Deus suscitavit tertia die, & dedit eum manifestum fieri.*
41. *Non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis, qui manducavimus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.*
42. *Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo Iudex vivorum, & mortuorum.*
43. *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus, omnes, qui credunt in eum.*
44. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum.*
45. *Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.*
46. *Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.*
47. *Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?*
48. *Et jussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud eos aliquot diebus.*

ARGUMENTUM.

Enturio Cornelius Romanus monitu Angeli ex Ioppe vocat Petrum in Cæsaream, & ab eo in fide instructus baptizatur, quod antea cœlitus fuerat Petro manifestatum per visionem lintei, & quadrupedum, in quo denotabatur apertum ostium gentibus ad fidem, & Ecclesiam.

Caput 10. *n.* 1. Vir autem quidam erat in Cæsarea nomine Cornelius Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.

Num. 2. Religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper.

Versiones,

Vers. 2. *Religiosus, ac timens Deum.* D. Chrysost. *Pius.* Arabic. *Optimè se gerens.* Syriac. *Et erat iste justus.* Æthiopic. *Vir fidelis.* Erat vir bonus, ac fidelis cum multo timore colens, ac venerans Deum. *Cum omni domo sua.* Arabic. *Una cum domesticis suis omnibus.* Oecum. *Cum tota familia sua.* Semper minores suum sequuntur superiorem, & ad eorum exemplar omnia componuntur. De ejus moribus, ac virtutibus dicam q. 2. & 3.

4. D. Chrysost. Arabic. Syriac. Æthiop. Oecum.

CVM EXPOSITIONE I.

1. Vers. 1. *Vir autem quidam erat.* In quo tot, & tantæ virtutes resplendebant, & ideo dicitur *Vir quidam* tamquam unus, & singularis. *In Cæsarea* non Philippi, sed Palestinæ, constituta erat in littore maris Mediterranei, arx fortissima multis mœnibus circumdata, dicta turris *Stratonis* & Ranus, Corneliorum Romæ familia erat illustrissima magnorum virorum, qui à cornu, id est fortitudine dicti sunt.

Cæsarea. Cornel.

2. *Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.* Arabic. *Centurio legionis Regiæ.* Centurio dicebatur, qui centum milites sub se habebat; Caietanus existimat hunc fuisse principalem Centuriorem ex tota legione qui præferebat vexillum, in quo erat insigne Romanorum, nempe Aquila, & huic sententiæ favet lectio Arabica: Legio constabat ex decem Centurionibus.

2. Arabic. Caiet.

3. *Cohortis*, id est ex cohorte, cohors habet sub se multas Centurias, ac Centuriones, ex quibus unus erat Cornelius, cohors constabat ex quinquaginta manipulis, manipulus habebat sub se 25. milites, rectè tamen scio, quod à variis Authoribus vari numeri constituuntur in Centurionis legione, cohorte, ac manipulo, de quo latè Vegetius lib. 2. cap. 6. Lipsius lib. 2. de militia Romanorum Laurent.

3. *Quid cohors.* Veget. Lipsius.

QUÆSTIO I.

Quare cùm de conversione gentium agere aggredimur à sanctissima Virgine Maria sit incipiendum?

PLanum, atque evidens est, quod ostium salutis, ac æternæ vitæ per Virginis Mariæ intercessionem gentibus est apertum, ac proinde cum de convocatione gentium ad Ecclesiam, ac illius accessum, de sanctissima Virgine incipiendus est sermo? De illa ait N. D. Cyrill. Alex. tom 4. homil. 6. contra Nestorium: *Omnis creatura idolorum errore detenta per te conversa est ad notitiam veritatis, & fideles homines ad sanctum Baptisma pervenerunt, atque in toto Orbe terrarum constructæ sunt Ecclesiæ. Te adiutrice gentes veniunt ad pœnitentiam. Quid plura? Per te Virgenitus Dei Filius, vera illa lux fulsit sedentibus in tenebris, & umbra mortis.*

5. *Per intercessionem Deiparæ salvantur.* D. Cyrill

Postquam Angelus signavit duodecim millia ex qualibet tribu filiorum Israel, scribit D. Ioan. Apoc. 7 n. 9. *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis*

6. Apoc. 7.

pulis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu Agni amicti stolis albis, & palmæ, in manibus eorum, & clamabant voce magna dicentes, salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Illa millia ex qualibet filiorum Israel tribu, habebat unusquisque in fronte unum signum, v. g. literam *Thau*: At ista magna multitudo ex omnibus gentibus, populis, & linguis multò illustrior apparebat; nam omnes erant amicti stolis albis ob suam eximiam puritatem, & justitiam, palmas manibus habebant, tamquam triumphatores de omnibus inimicis visibilibus, & invisibilibus, & tamquam Beati in Cœlo Deum laudabant. Unde huic multitudini gentium, ac populorum tantus splendor: *Erant ante thronum*, seu, ut ex Græco legi potest *juxta thronum*. Thronus præfigurabat Sanctissimam Virginem Mariam D. Bonavent. in speculo cap. 8. ait: *Tu Maria es thronus ille indeficiens, thronus in æternum, thronus Filij Dei, de quo Pater per Prophetam ait: Thronus ejus sicut Sol in conspectu meo.* Cum populus gentium, qui antea erat denigratus, & sordescens peccatis, Diabolo, ac idolis serviens accessit ad Dei thronum, Virginem nempe Mariam, ex ejus umbra, & protectione tantum excrevit, ut veste candida glorioſus appareret, ac illustri palma triumphator radiaret, & in ore resonant Dei laudes.

D. Bona. *Per virginem gentes veniunt ad fidem.*

Ait Zacharias 4. num. 2. *Vidi, & ecce Candelabrum aureum totum, & lampas ejus super caput ipsius* D. Hieronymus ibi ait: *Lampadem id est flammam in vertice Candelabri lucentem, atque fulgentem Christum, qui omnem Mundum illuminat, ut Iudæi interpretantur.* Loquitur Propheta de Christo Domino veniente in hunc mundum, qui omnem hominem illuminat, sed in quo ista Divinitatis flāma lucet, ac illuminat in candelabro aureo, nempe Sanctissima Virgine Maria auro puro absque ulla peccati originalis, vel actualis fæce. D. Anastasius Nissen. quæstione 53. ait: *Quid est ergo candelabrum? Sancta Maria; Cur autem candelabruim? quoniam materia expertem lucem gestavit Deum Incarnatum.* Christus Dominus lampas, & lux fulgentissima est, qui fulgore sui splendoris, omnes illustrat homines, sed in quo, & per quem tanti sui luminis spargit radios in candelabro aureo, nempe Sanctissima Virgine. *Te adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiam, quid plura? per te unigenitus Dei Filius, vera illa lux fulsit sedentibus in tenebris, & umbræ mortis,*

7. Zachar. 4 D. Hier.

D. Anast. *Mariæ adiutrice gentes veniunt ad fidem.*

De Sanctissima Virgine loquens Divinus Sponsus, ut exponit Rupertus Abbas ait: *Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Cantic. 4 num. 15. B. Virgo dicitur puteus ob altitudinem, profunditatem, ac gratiarum immensitatem, quæ in ea reconduntur, & sunt abscondita ab oculis nostris: *Solus enim, qui eam creavit in Spiritu Sancto mensus,* ut dicitur in Sapientia. *Dicitur puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*: per Libanum Theodoretus, & Rupertus intelligunt Iudæam, seu Ierusalem, quia Libanus terminus est Iudææ ex una parte, per aquas vero defluentes intelliguntur populi juxta illud Apocalypsis 17. numero decimo quinto: *Aquæ populi.* Dicitur Virgo Maria Puteus aquarum, quia ut sanctissima, ac pissima omnium, cunctos in se recipit, fovet, ac alimentat. Tamen profundè nota, quod aquæ, seu populi non dicuntur vivæ dum fluunt à Libano, sed dum in hoc sacratissimo puteo recipiuntur, ipsa purissima Virgo sua prece, ac intercessione constituit, ac creat vivos in gratia, justitia, ac sanctitate: *Puteus aquarum viventium.*

8. Rupert. Cant. c. 4.

Theod. Rupert.

Virgo sua prece nos facit vivos in gratia.

QUÆSTIO II.

Quis esset Cornelius, & qualis esset ejus fides antequam ipse veniret ad D. Petrum?

UT notat Lyranus postquam D. Lucas descripsit publicationem Evangelii per Petrum inter Iudæos, nunc consequenter idem facit de prædicatione Petri inter Gentiles, & exordium ducit à vocatione Cornelii. 9. Lyran.

Cornelius iste erat Vir Illustrissimus, & ut communiter dicitur Italus, ac Romanus. Flavius Dexter anno Christi 34. asserit fuisse Hispanum, & Bonarius in commentario citati Dexter. commento 3. contendit cohortem hanc Italicam, cuius in præsenti fit mentio, fuisse collectam ex quadam Hispaniæ Urbe, quæ dicebatur Ita'ica, & hanc cohortem, ut valde insignem, & illustrem putat. Baronius citato anno 34. dictam fuisse *ferratam*, quam scribit Dio in Iudæa à Cæsare Augusto constitutam fuisse: Caietanus ait quod ferebat vexillum Romanorum tamquam valde insigne. 10. Dexter. *Hispanus dixit.* Bonar. Baron.

An verò iste Cornelius antequam Petrus ad eum veniret, fuerit justificatus, & eius fides viva? quæstio est non levis: fidem eius fuisse mortuam, & ipsum non esse iustum tenent D. Chrysostomus, Oecumenius, Stephanus, D. Basilius in Regulis brevioribus Regula 124. citatur D. Augustinus, & immeritò, ut dicam. 11. D. Chrysost. Oecum. Stapler.

Contraria tamen sententia verior, ac communior est, eam tenent D. Gregor. homil. 9. & 19. in Ezechiel. Beda, Carthusianus, Caietanus, hic Magister in 3. distinct. 25. ibi Albertus Magn. D. Bnavent. D. Thomas & 3. p. q. 69. art. 4. Richard. art. 3. & alii multi, & hoc clare probant, quæ infra de Cornelio dicuntur vers. 22. *Cornelius vir justus, & timens Deum, testimonium habens ab universa gente Iudæorum responsum accepit ab Angelo accersire te, &c.* & vers. 24. *faciens eleemosynas multas plebi*, quodque me magis movet, est id, quod Petrus veniens dixit Cornelio infra vers. 34. *In veritate comperi, quia non est Deus acceptor personarum, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur justitiam, acceptus est illi.* Dicitur Cornelius iustus, & Deo acceptus, quod absque Dei gratia dari non poterat. 12. D. Greg. Albert. Magnus. Bonav. D. Tho. Richard. *Iustus, & fidelis Cornel.*

Colebat Cornelius unum Deum creatorem universi, sicut Job, ejusque amici; & tunc Petrus ad illum mittitur, ut illum instrueret de adventu Messiæ, sanctaque ejus fide, ipsumque baptizaret. Cum jam facta esset promulgatio novæ legis opus erat fide explicita in Christo, itemque Baptismo, non ad acquirendam, sed ad fovendam, atque conservandam justitiam in Cornelio; in illo enim vera erat fides unius veri Dei, sic ait: D. Gregor. citatus: *Cornelium per fidem, & per bona opera meruisse fidem*, scilicet explicitam Christi, meruit non operibus naturæ, sed adjutus gratia Dei excitante, & adjuvante. 13. *Colebat Deum, ut Iob.* D. Greg.

Et in eodem sensu de operibus, eleemosyna, oratione Cornelii loquitur D. Augustinus libro primo de prædestinat. cap. 7. ubi sic ait: *Nec tamen sine aliqua fide donabat, & orabat? sed si posset esse sine fide salus, non ad eum mitteretur Architectus Apostolus Petrus.* Ait Sanctus Doctor, Cornelius fidem veri Dei habebat, dum eleemosynas faciebat; & Deum exorabat; quia tamen sine fide explicita Christi non potest salus consequi, ideo ad eum illuminandum mittitur Petrus, ex quo patet esse verum id, quod communiter Theologi dicunt, quod si unus gentilis observaverit legem naturalem, Deus 14. D. Aug.

dabit lumen divinæ fidei Christi per media ab eo ordinata.

QVÆSTIO III.

Quare tantus est D. Lucas in referendis, ac scribendis virtutibus Cornelii, & quot illæ fuerint?

15. D.Chrysost. Arabic. Syriac. *Pius: eius virtutes: timens.* PRimo dicitur *Vir religiosus*, D. Chrysost. *pius*, Arabicus *Optime se gerens*, Syriacus *justus*, observans præcepta naturalia multa cum veneratione unius Dei, ac sanctis bonis operibus, ita dicitur vers. 22. *vir iustus*, Secundo *timens Deum*, qui est initium Sapientiæ Ecclesiast. 1. num. 16. & radix, & fundamentum omnium virtutum, & custodit ab omni peccato; dicebat Moyses populo Exod. 20. num. 20. *Nolite timere, ut enim probaret vos, venit Deus, & ut terror eius esset in vobis, & non peccetis.* Timor Dei excludit peccatum. Tertio *Cum omni domo sua.* Ut optimus Pater familias totam domum suam bene compositam habens in obsequium Dei, de quo quæstione sequenti.

Exod. 20.

16. *Eleemosynas faciebat.* Eccles. 7 Quarto *faciens eleemosynas*, opus summæ charitatis, & maximè placens Deo, unde dicitur Ecclesiastes 7. num. 13. *Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia.* Chaldaic. transfert: *Quemadmodum custoditur vir in umbra sapientiæ, sic custoditur in umbra argenti, in tempore, quo facit eleemosynam.* Quinto *Deprecans Deum semper*, quantum ei licebat pro tempore & onera sui muneris permittebant. Ait Apostol. Roman. 10. num. 13. *Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.* Sexto, ut dicitur infra de eo vers. 21. *Testimonium habens ab universa gente Iudæorum*, bene faciens omnibus absque ulla querela, & oppressione, ut ibi latius explicabimus.

Orans. Rom. 10.

17. *Suis virtutibus promeruit illuminari.* Quæstio tamen principaliter inquirit: Cur tantus est D. Lucas in proponendis, ac explicandis virtutibus Cornelij? Ut ostendatur, quod ipse ex tantis virtutibus tantum promeruerit beneficium, ut admonitus ab Angelo Petrum advocaret, ut ab eo in fide instrueretur, ac baptizaretur: Stapletonius ait, ut ad tales virtutes excitemur, ut magna Dei beneficia promereamur

18. Oecum. Aliter respondet Oecumenius, & inquit: *Non memorantur Æthiops, ac Cornelius, eo quod in dignitate constituti erant, sed quod ob divitias, & fastum prohibiti non fuerunt, quin versarentur in pietate*: Memorantur à nostro Evangelista Æthiops potens Reginæ Candacis, qui erat super omnes divitias ejus supra cap. 8. & etiam hic Cornelius centurio nobilis, & potens, qui divitiarum copia non in superbiam elati, sed Christi humilitatem immobiliter amplexati sunt, divitiis, ac potentia non abutentes ad laxas vitiorum habenas, sed eas componentes, ac refrænantes ad Christi obsequium in eleemosynas, ac pia opera, *ob divitias, & fastum prohibiti non fuerunt, quin versarentur in pietate*, ut ex illis multum possent promereri.

Divitiæ, ac potestas ad pietatē.

19. Gen. 4. *Dolet Caïn cū non habeat oblata.* Caïn ex sua iniquitate convictus dicebat ad Dominum, *maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear: Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar*, Genes. 4. num. 14. Quænam est hæc consequentia verborum, ex eo quod ejicitur à facie terræ, ne ei germinet optatos fructus, ac proventus, inde non valet apparere ante Dominum, sed ab ejus præsentia debet abscōdi? Cardinalis Hugo: *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, à facie tua abscondar, & dicitur eiici, quia gravis, ac onerosius factus omnibus, etiam sibi, quod iam in præsentia Domini non audeat comparere.* Caïn spoliatus, ac viduatus ab omni agricultura, ac germine terræ, etiam destituitur ope, ac adjuvamine, ut suis oblationibus offensum Numen valeat placare, & inde sibi persuadet, *Quod iam in præsentia Domini non audeat comparere.* Quamvis Caïn improbus pinguedinem terræ exoptabat, ut ex illa aliquid deferens posset se Deo præsentare.

20. Luc. 19. D Ambr. Magnum exemplum habemus in hoc Zachæo, qui cum reciperet Christum in domo sua, ait ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum; ait Iesus ad eum: *quia hodie salus huic domui facta est, quia filius Abrahæ est*, Luc. 19. num. 9. Ad quæ verba D. Ambros. in Lucam ait: *Discant divites non in facultatibus crimen habere, sed in his, qui uti nesciunt.* Nota sequentia: *Nam divitiæ sicut impedimenta sunt improbis, ita bonis sunt adiumenta*, nempe ad salutem, & vitam.

21. Iacob. 1. Huc advoco id, quod ait Iacobus Apostolus 1. num. 9. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, dives in humilitate sua.* Dum ipse humiliatur à fastu suarum divitiarum illas expendens ob Dei amorem, ut præclarè ait D. Nissenus lib. de orat. *Exiguum est, quod naturæ debes, quod adversus te ipsum multiplicas tributa.* Tibi panca sufficiunt, si plura tibi arrogas, sunt tributa egentibus debita, à quibus eos defraudas, ac tamquam furaris, quod est alienum.

Divitiæ bona tributaria.

QUÆSTIO IV.

Quare de Centurione non dicitur solum, quod timebat Deum, sed etiam cum tota domo sua?

22. D. Chrysost. AIt Textus de nostro Centurione: *Vir pius, ac timens Deum cum omni domo sua.* Ex quibus verbis præclarè D. Chrysost. homil. 23. monet omnes principes, ac dynastes, & ait: *Audite omnes, qui regibus assistitis. Pius*, inquit, *erat, ac timens Deum, at quod maius, talis erat cum omni domo sua; ita erat huic rei intentus, ut non solum sua bene constitueret, sed etiam in ministris suis, istud etiam faceret.* Hoc magnum fit omnibus magnatibus documentum, ut non solum ipsi se bene, ac recte gerant, & componant, sed etiam id ipsum in tota sua familia plantare studeant, sicut illa præclara Esther, quod triduum jejunium, quod in Susam induxit, ait ipsa; *Et ego similiter cum ancillis meis jejunabo* Esther 4. n. 16.

Princeps Christianus studeat, ut domus sua Deo inserviat.

23. Psal. 20. Ait Regius Vates Psalm. 20. n. 1. *Afferte Domino Filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Convocantur à Davide Filij Dei, seu, ut alij legunt, *Principes, & Proceres*, capita familiarum, quod ut Filij Dei se habeant, non in eo, quod ostendant opera sua bona, sed quod secum afferant *filios arietum*, ut ita sollicitè invigilent in domo sua, ut in ea renascantur teneri agnelli, ut omnipotenti Deo afferant gloriam, & honorem D. Chrysolog. serm. 10. ait: *Afferte Domino Filij Dei, afferte quos fides concipiat, non caro; afferte quos Dei gratia generet, non mundana natura, quomodo se Christianum credit, aut quomodo domum suam judicat ovile Dei, ubi nō pascuale germen Dei pecus dat balatum.* Ut unusquisque judicet domū suam esse ovile Dei, debet in ea renasci, ac prodire Dei fructus; *Quomodo domum suam judicat ovile Dei, ubi non pascuale germen Dei pecus dat balatum.*

Ex domo bene cōposita ostēditur Christianus. Chrysol.

24. Non sat est, quod Pater familias sit bonus, & rectus, sed etiam necesse est, ut bene ordinet, regat-

que

que totam domum suam; Bonus erat Heli; nam audita suæ domus devastatione, ac ruina, se Deo subjiciebat, ac ejus Providentiæ dicens: *Dominus est,* 1. Reg. 3. *quod bonum est in oculis suis faciat* 1. Reg. 3. nu. 18. Tamen qui licentiosam filiorum vitam non increpavit, ac prohibuit, ipsis pereuntibus, ipse etiam perit, ac moritur; nam cum filii eius essent in prælio, ibi mortui ceciderunt, quod veniens nuntius cum iudicasset Heli. 1. Reg. 5. num. 18. *Cecidit de* 1. Reg. 5. *Sella retrorsum juxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est.* Quod venuste ponderat D. Prochus epistola ad Ioannem Antiochen. ait: *Senex in juvenum tempestate naufragium passus est, pro quibus affectum non gubernavit increpatione.* In communi naufragio gubernator, & alii ab undis absorbentur, & quia filii Heli in Dei obsequio naufragarunt, ipse eodem naufragio involvitur, quia increpatione eos non direxit, ac gubernavit. *Qui suos non dirigit ad Deum cum eis perit.* D. Proch.

Actor. 10. *num.* 3. Et vidit in visu manifestè quasi hora diei nona Angelum Domini introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli.

Num. 4. At ille intuens eum timore correptus, dixit, quid est Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in cõspectu Dei.

Num. 5. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus.

Num. 6. Hic hospitatur apud Simonẽ quendam Coriarium, cuius est domus iuxta mare, hic dicet tibi, quid te oporteat facere.

Num. 7. Et cum discessisset, Angelus qui loquebatur illi, vocavit domesticos suos, & militem metuentem Dominum, ex his, qui illi parebant.

Num. 8. Quibus cum narrasset omnia misit illos in Ioppen.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE II.

Vers. 3. *Is vidit in visu manifeste.* Arabicus: *Vidit visionem manifestam*, clare, & manifestè oculis corporis; *Quasi hora diei nona.* Syriacus: *Circiter ad horam nonam.* Æthiopicus: *Tempore horæ nonæ*, quæ est tertia post meridiem, de quo dixi cap. 3. vers. 1. nam hæc hora erat propria orationis Iudæis, ut ibi dixi, quia tunc, ut ait D. Chrysost. curis dimissis Deo vacabant, & tali hora Cornelius vacabat orationi. Beda, & Arator aliam assignant rationem moralem: Quoniam in morte illius baptizandus erat, qui spiritum tradidit hora nona. 25. Arabic. Syriac. Æthiop. D. Chrysost. Beda. Arator.

Angelum Domini. Corpore aereo assumpto, ut corporaliter appareret, ut omnem illusionis speciem, ac metum excluderet: valde probabiliter Lyranus, & Carthusianus existimant fuisse Angelum Custodem. *Corneli:* nomine expresso ipsum vocat, ut attentiorem faciat, forte maximè erat absorptus in oratione. 26. Lyran. Carthus.

Vers. 4. *At ille intuens eum timore correptus.* Ob fulgorem, ait Lyranus resplendescentem in vultu Angeli, & ob insolitam visionem, ut de B. Maria dicunt D. Ambros. Beda, Origenes Theophilactus: *Quid est Domine?* sic habent omnes Bibliæ emendatæ. Syriacus: *Quid est Domine mi?* Alii Codices legunt: *Quis es Domine?* ut Saulus dixit ad Christum, sed prima lectio verior: *Orationes tuæ, & eleemosyna tuæ ascenderunt.* Vatablus: *Recordatus est Dominus orationum, ac eleemosynarum tuarum* quasi memoriale à te missum apud Deum servatur, & dicuntur orationes ascendere instar holocausti coram Deo, ut dicitur Apocalyps. 8. num. 4. *Ascendit fumus aromatum de manu Angeli, quæ sunt orationes Sanctorum.* 27. Lyran. D. Ambr. Beda. Origen. Vatabl. Apoc. 8.

Vers. 5. *Mitte viros in Ioppen.* Syriacus: *Mitte aliquos. Accersi Simonem, qui cognominatur Petrus.* Vult Deus homines instrui per homines, sic & Saulus per Ananiam: Unde & hic Princeps inter gentiles per Petrum, id est per Principem, ac supremum caput Ecclesiæ; quia hujus erat aperire januam gentibus, sicut in hoc gentili omnibus aperuit, ut ait D. Hieronym. epistol. ad Salvian. *Primus Cornelius salutem gentium dedicavit.* 28. D. Hier.

Vers. 6. *Hic hospitatur apud Simonem quendam.* Syriacus: *Hic diversitatur in ædibus Coriarij.* Æthiopicus: *Sutoren calceorum*, & ut facile domus inveniatur, signum præbet, *Cuius domus est juxta mare.* Arabicus: *Cuius domicilium.* De hoc Simone dixi capite superiori, quæstione ultima, cætera in quæstionibus. 29. Syriac. Æthiop. Arabic.

Vers. 7. *Et cum discessisset, vocavit duos domesticos suos.* Syriacus: *Duos ex servis suis.* Alter Syriac. *Ex filiis domus suæ.* Vatablus, *Qui illi inserviebant.* Isidorus: *Ex illis, qui illi assistebant* ex quo constat, quod duo domestici eius essent de domo Cornelii, erant metuentes Deum; nam supra dicitur, quod Cornelius erat timens Deum cum tota familia sua. 30. Syriac. Vatabl. D. Isidor.

Et militem metuentem Deum. Arabicus: *Probatæ vitæ.* D. Chrysost. *militem pium*, quod exprimit D. Lucas; quia hic miles tertius non erat de domo Cornelii; nam omnes illius erant metuentes Deum, & tres mittuntur. Glossa Interlinealis: *Vt sit idoneus trium numerus.* Glossa Ordinaria, Beda, Arator: *Vt triplex mundi pars denotetur, ex quo gentiles vocandi erant.* Leo Nonus de Epiphania cap. 17. *Vt significetur professio Trinitatis.* 31. Arabic. D. Chrysost. *Cur tres?* Glossa Interlin. Beda. Arator. Leo.

QUÆSTIO V.

Quare ad Cornelium illuminandum in fide non mittitur aliquis discipulus, Diaconus, sed Angelus?

Vidimus in toto hoc libro, quod ad prædicandum in Samaria, Azoto, ac aliis partibus, missi sunt Apostoli, & discipuli, & ad illuminandum Æthiopem Reginæ Candacis missus est Philippus Diaconus cap. 8. cur, quæso, ad Cornelium nullus ex istis mittitur, sed Angelus? 32. *Difficultas quæstionis.*

Respondeo primo: Quia missus est Angelus ad dirigendum Cornelium ab bona opera, eius eleemosynas, & orationes, quæ Deo offeruntur per manum Angeli, ut dixi supra ex Apocalypsi 8. num. 4. *Ascendit fumus aromatum de manu Angeli, quæ sunt orationes Sanctorum*: & meus Angelus Raphael dixit Thobiæ 12. num. 12. *Ego obtuli orationem tuam Dei.* Et ibi communiter commentatores, cum Glossa, & D. Laurentio Iustiniano de Christi agone cap. 6. Cum ergo hæc vocatio Cornelii facta fuisset ob bona opera illius, quæ Angelus Deo obtulerat, inde ipse missus est à Deo, ut, Cornelius perciperet fructum, & præmium ex tantis bonis oblatis. 33. Apoc. 8. *Angeli nostras orationes Deo offerunt.*

Secundo agebatur de ostio aperto prædicationis Evangelicæ gentibus, cuius primi prædicatores sunt Angeli. Vidit Iacob in somnis *Scalam stantem super terram,*

Angeli primi prædicatores Evangelii Gen. 28.

terram, & cacumen illius tangens Cœlos, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes super eam. Genes. 28. num. 12. Innumera sunt mysteria, quæ sancti Patres, ac Doctores hic considerant. Angeli ascendentes deferentes nostra bona opera coram Deo, descendentes, ut sanctum Dei Evangelium prædicent, & manifestum faciant in toto orbe. D. Cyprian. de nativitate ait: *A supernis legionibus inceptit Evangelium, eius primi dictatores Angeli*, & Sophronius in Encomio de Angelis inquit: *Angeli sunt Diaconi, Apostoli, Prædicatores, & Prophetæ, & Evangelistæ.* O præclarum, & sublime ministerium, quod à supernis spiritibus Angelicis exordium habuit: Ipsi in nativitatis nocte pastoribus annunciant: *Evangelizo vobis gaudium magnum, natus est vobis hodie Salvator.* Luc. 2.

D. Cypr.

Sophron

Luc. 2.

35. Tertio Angelus mittitur, quia per Angelos Deus disponit, & gubernat suprema, & alta negotia, quale erat hoc præsens de conversione gentium. Ait Ioan. in Apocalyps. cap. 5. num. 6. *Vidi agnum in medio throni habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram.* Sermo est de septem spiritibus principalibus, qui assistunt ante Dei thronum Apocalyp. 1. num. 4. Nota quanta sit horum Angelorum dignitas, ut dicantur oculi Dei: *Oculos septem sunt septem spiritus missi super omnem terram* ad magna, & alta negotia divinæ providentiæ disponenda, agenda, atque perficienda in universa terra. Clemens Alexandr. lib. 6. stromat. inquit: *Septem quidem sunt, quorum est maxima potentia, primogeniti Angelorum Principes, per quos Deus omnibus hominibus præsidet, ideoque oculi Dei dicuntur in Apocalypsi.*

Apoc. 5.

Angeli dicuntur oculi Dei ad magna negotia.

36. Ait Isaias 66 num. 20. *Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus in equis, & in quadrigis.* Et cum electi Dei liberandi sunt à iugo, ac servitute Diaboli, ac peccati, in quo exhibunt, ac excutient jugum in ducatu, ac potentia Angelorum, sic de Angelis sanctis Hieronymus exponit, & ait: *Diversi generis vehicula, ministeria intelliguntur Angelica. Hæ equis, & curribus Elias raptus est, & Elisæus se servari nescienti puero demonstravit, & Zacharias vidit in nocte equos rufos, nigros, varios, & albos, & dixit: Qui sunt isti, quos misit Dominus & perambulare terram.*

Isai. 66.

D. Hier. *Angeli in auxilium, & protectionem hominum.*

37. Ait Christus Dominus Luc. 11. num. 22. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet: si autem fortior eo superveniens vicerit eum universa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* Fortis armatus erat Diabolus possidens in pace omnem gentilitatem, venit fortior illo Christus Iesus Filius Dei, ipsum superavit, ac destruxit, suaque gratia destruxit eius diabolica arma, nempe tentationum machinas: *Et spolia eius distribuet.* Quænam sunt hæc spolia, & per quos distribuit? Spolia sunt homines, qui sub potestate, ac captivitate Dæmonis erant, & distribuet, ita exponit D. Basilius apud Caren. ibi: *Distribuet spolia exhibens fideles custodias Angelorum ad hominum salutem*: Christus Dominus diabolum subjecit, ac superavit donas nobis vitam, & salutem spiritualem, & cum simul prævideret noster Divinus Salvator multa Dæmonum jacula eius sagaci astucia in nos contorta, alta sua sollicitudine nobis assignavit Angelos Custodes, ut eorum protectione muniti, ac defensi adversariorum versutias, ac insidias dissipare valeamus. Distribuit spolia: *Exhibens fideles custodias ad hominum salutem.* Christus suo pretioso Sanguine nos redemit, ut fructum ipsius Redemptionis assequamur contra Dæmonum tentamenta mediante sua gratia nobis confert Angelos ad custodiam

Luc. 11

Deus dat nobis Angelos ad custodiã contra Dæmones.

D. Basil.

Quod ipsi magna solertia, ac cura præstant, ait Paulus ad Hebræos 1. num. 14. de Angelis loquens: *Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* Addit Tertullianus lib. de Anima cap. 37. *Nos divina officia Angelos credimus.* Non ait Angelos Officiales credimus, sed *officia*, tanta cura, atque sollicitudine nobis Angeli assistunt, ac ministrant, ut non tantum erga nos sint officiales, sed veluti præ eorum ingenti sollicitudine videantur converti, ac commutari in ipsa officia, quo pro nobis etiam dormientibus ipsi vigilant. 38.

Hebr. 1.

Tertull. *Angeli maximè suspensi in nostrã salutem.*

QUÆSTIO VI.

Quare cum Angeli ante Deum offerant nostras orationes, & opera, tamen orationes Virginis Mariæ tali Angelorum ministerio non indigent?

IN limine superioris quæstionis diximus, quod nostræ orationes, & opera per ministerium sanctorum Angelorum offeruntur coram Deo, etsi hoc verum sit in aliorum orationibus, non ita sentiendum de precibus Sanctissimæ Virginis Mariæ, sed ob eius reverentiam, ac tantorum meritorum celsitudinem, ipsæ per se absque alicuius interventu efficaces sunt apud Deum, ut axaudiantur. 39.

40. *Ingressus Angelus ad eam, dixit ei; Ave gratia plena, Dominus tecum.* Luc. 1. num. 28. Stabat Sanctissima Virgo in altissima meditatione, ac oratione circa adventum Messiæ Christi Domini ad illa verba Isaiæ: *Ecce virgo concipiet*, ut piè considerant D. Ildephonsus, aliique Patres, cur Angelus circa altissimam orationem Mariæ Virginis nullum Verbum facit, ut Raphael dixit Thobiæ 12. *Quando orabas cum lachrymis, &c. Ego obtuli orationes tuas Deo.* Sic & oranti Danieli pro Christi adventu adstat Gabriel, dicens, scio quia vir desideriorum es; & illi proponit celebrem illam prophetiam de hebdomadibus Daniel. 9. num. 2. Cur ergo Virgini oranti nullam commemorationem facit Angelus de eius oratione? Deiparæ orationes non indigebant Angeli ministerio, sed pro debita Virgini reverentia, ac tanta illius excellentia maximè commendabantur apud Deum, ut illico exauditæ cuncta impetrarent. D. Bernard. serm. 3. de Annuntiat. ait: *Solent Angeli astare orantibus, & delectari in his, quos vident puras manus levantes in oratione, holocaustum sanctæ devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis; Mariæ autem orationes, quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam, cum reverentia salutavit. Ave gratia plena.*

Luc. 1.

Tob. 12.

Daniel. 9

Deiparæ orationes ratim exaudiũtur.

D. Bern.

41. Anna Samuelis mater, cum esset filiis destituta & *amaro animo oravit ad Dominum, fluns largiter* 1. Reg. 1. num. 10. faciens Deo votum pro virili semine in tantum, ut Heli Sacerdos cum vidisset eam tam abundanter lacrymantem, ac gementem; eam existimavit ebriam, à qua calumnia ipsa se excusat, quod non biberit vinum, aut aliquid, quod inebriare valet, sed maxime dubitabo, ut cum ipsa viderit Sacerdotem multum sibi propensum, cur non postulat ab eo, ut pro ipsa Deum exoret, ut ei sit propitius, suamque petitionem exaudiat, ut ei indulgeat præ beneficentia sua? Anna agebat figuram Sanctissimæ Virginis Mariæ, ut ait D. Gregor. Nissenus oration. de nativitate, exoptantis adventum Filii Dei, inde non quærit mediatorem, sed ipsa absque alicuius interventu totum impetrat, ac perficit.

1. Reg. 1.

D. Greg. Nissen.

Et quodmodo in Maria erga Deum requiredus est alicuius

alicuius mediator, cum ipſa idem ſit unà cum Deo filio ſuo. Inſtabat lex, ut nullus ingrederetur ad Aſſuerum Regem, niſi advocatus, abſque licentia ingreditur Eſther, cumque exinde turbaretur ait illi Aſſuerus: *Eſther bono animo eſto ſecura, quod invocata veneris, legem vero illam latam eſſe in ſubditos, ipſi vero, ut regni ſociæ licere omnia*, ita ſcribit Ioſephus lib. 11. expende verbum, *ut regni ſociæ*, in quo maxime ſplendet gloria Mariæ, qui ut Eſther ingrederetur ad Regem non exoptatus fuit aliquis nuntius; hoc enim ſubditorum erat, non verè Eſther, quæ erat *regni ſocia*, quanto magis omnis aditus erit patens, ac apertus Virgini Mariæ, cum ipſa *regni ſocia* non ſit, ſed ſupremi Regis mater, & Sponſa. Eſther figuram Sanctiſſimæ Virginis repræſentabat, ut eſt ſatis commune apud ſanctos, ac Doctores.

Ioſeph.

Eſther ut regni ſocia omnia licebant.

43. Poſt peccatum primi hominis Deus debitas pœnas tranſgreſſoribus imponens Evæ dixit: *In dolore paries filios, ſub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tibi*: *Adæ vero dixit*: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Geneſ. 3. num. 19. Deus his duobus delinquentibus duas pœnas, ſeu duas leges contulit, adverſus mulierem: *In dolore paries, ſub viri poteſtate eris*; At adverſus Adam fulminavit: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram.* Ecce ſententia moriendi ſolum lata fuit contra Adamum, & non adverſus Evam, nunquid Eva immunis erit à pœna mortis, ut ingeniosè reſpondet Bellarminus lib. 1. de gratia cap. 11. nam cum mortis lex indicitur Adamo ſub illa comprehenditur Eva, utpote Adamo intime conjuncta ex ejus carne, & oſſibus formata eſt.

Gen. 3

Eva ex Adami carne creata idem dicitur cũ illo.

Bellarm.

44. Ex quo dicitur quanta ſit celſitudo Virginis Mariæ, cum idem cum filio ſuo intelligatur, cum ei ſit intime conjuncta carne, & ſanguine, quem ei in ſua conceptione miniſtravit, ut pulchre differit D. Ioannes Damaſcen. oratione in Aſſumptione Mariæ habita apud Metaphraſtem, & ait: *Eva quidem, quæ aures præbuit nuntio ſerpentis, accepit ſententiam doloris, & moleſtiæ, & partus ſubit dolores, & cum Adamo mortis damnatur ſupplicio, & Infernorum collocatur penetralibus, Maria autem omni ex parte Beata, quæ aures inclinavit Dei verbo, abſque viri opere concepit Dei verbi perſonam, & peperit abſque doloribus, & tota Deo fuit unita.* Expende *tota unita.*

Ioannes Damaſc.

Maria intime unita Deo.

45. In huius rei conſideratione, quod antequam ſecunda Trinitatis perſona, Chriſtus natus manifeſtatur in mundo quater dicitur Verbum, Ioann. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: & poſtea *Verbum Caro factum*, at quando cœpit ſe mundo manifeſtare quantum capio in Evangelio non dicitur amplius Verbum, ſed Filius Dei à D. Petro, Martha, & aliis; qui ex eo, quod cœperit cognoſci, & manifeſtari Filius Mariæ Virginis cœpit declarari, ac publicari Filius Dei; quia Virgo Maria nullum alium filium poterat habere, niſi filium Dei. D. Auguſt. tom. 10. ſermone ad fratres in Eremo ſerm. 10. de Nativitate Domini; ait: *In Cœlo qualis eſt Pater, talis eſt Filius, & in terra qualis eſt mater, talis eſt Filius.* Ac ipſa Divinitas in Chriſto qua homo, erat abſcondita, tamen ex Virgine Matre manifeſtatur, & de humanæ filiationis elogio in terris ſumptuoſiſſime evulgatur; nam Chriſtus in Cœlo *qualis Pater, talis Filius & in terra qualis mater, talis filius*, in Cœlo qua Deus ex Patre Deo, & in terris qua homo ex Matre Virgine cenſetur: *In terra qualis mater, talis filius*, mater puriſſima, & ſanctiſſima, filius puriſſimus, & ſanctiſſimus.

Ioan. 1.

D. Ang.

Filius Dei agnoſcitur, quia Filius Virginis.

QUÆSTIO VII.

Quare Centurioni mandatur, non quærere Petrum, ſed eum ad ſe avocare, & de Petro nihil ei magnum dicitur?

AIt Angelus Cornelio: *Mitte viros in Ioppen, & accerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus*: Cohærentius videbatur, quod Centurio adiret, & quæreret ſuum Magiſtrum, ac Principem, & caput totius Eccleſiæ, è contra tamen factum eſt, forſitan, quia Centurio habebat officium publicum, & non poterat deeſſe Officii ſui obligationibus, & ab illis abeſſe. Deinde vocatur Petrus, ut ipſum Cornelium, totamque ipſius familiam baptizaret, & tandem ut Cornelius ex ſumma charitate totam ſtram rem Petro offerret ad eleemoſynas, quia, ut ait Photinus Presbyter lib. 1. de domo Dei: *Fides non eſt otioſa, neque ſolitaria, individua comes ei injungitur bonæ operationis inſtantia; nam cum per fidem quis cogitata incipit amare, conſequenter exercet operando, quod amat.*

46. *Cur non vadit ad Petrum?*

Fides ſine operibus otioſa. Photin.

Quæſtio tamen principaliter inquirit cur Angelus tam nude abſque aliquo titulo Petrum nominat, abſque eo, quod aliquid magnum de eo dicat, ut fieri poterat ad ſtruendo ipſum eſſe Cœlorum clavigerum, Caput Eccleſiæ, ac Apoſtolorum Principem; Imò ipſum Petrum quodammodo comprimit, ac minuit, dum ait: *Accerſi Simonem quendam*, Illud pronomen *quendam* juxta latinum ſermonem denotat hominem communem, vulgarem, vilis conditionis, ut notavit D. Ambroſ. lib 10. ad cap. 22. Lucæ ad illa: *Ite in civitatem ad quendam, ideſt ſine nomine deſignatur, ut ignobilis æſtimetur.* Deinde de Paulo in ſua converſione multa dicuntur magnalia, ut *Quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, Regibus, & filiis Iſrael.* Actor. 9. n. 15. Cur de Petro nil tale dicitur?

47. *Difficultas quæſtionis.*

D. Ambr.

Act. 9.

Reſpondeo primo, quod alii, ut magni habeantur multa magnalia ſunt de eis publicanda, at in Petro ſat eſt, quod dicatur Petrus; in ipſo namque eius nomine tamquam in compendio, ac epilogo omnia ſublimia, ac excelſa recopilantur, & ſatis eſt, quod dicatur Petrus, ut ibi univerſa illuſtriſſima deſignentur. Vide tom. 4. in Evang. cap. 10. q. 5. n. 28. & dicta tom. 2. in Apocalyſ. cap. 21.

48.

Secundo; quia ab Angelo mandatur vocari Petrus tamquam Eccleſiæ caput, omniumque Paſtor, ideoque multa cum veneratione eum ad ſe vocat Cornelius, mittit duos primos ex ſuis famulis principalibus, qui utpote ex ſua familia erant ſervientes Deo, & inſuper alium militem timentem Deum, ut dicitur in Textu, ut tres eum comitarentur in via tamquam magnum Principem, & Pontificem à Deo datum, ſic ait Sanctus Albertus in noſtra regula Carmelitana: *Fratres Priorem veſtrum honorate, Chriſtum potius cogitantes, quam ipſum, qui poſuit eum ſuper capita veſtra.*

49. *Petrus multa cum veneratione tractandus.*

Regula Carmelitarum.

Scribens Paulus 1. Corinth. 11. num. 6. & 7. *Mulier velet caput ſuum, vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago Dei eſt.* Ubi maximè dubitabis, magnamque indaginem requirit, cur ab Apoſtolo homo appelletur Imago Dei, non vero mulier; quam difficultatem proponit, & ſolvit Theodoretus quæſtione 20. in Geneſ. ad illa verba Geneſ. 1. *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cœli*, & ſic ait: *Homo eſt imago Dei ſecundum imperium, & poteſtatem, & quemadmodum Deus omnibus*

50. 1. Cor. 11.

Theod. Gen.

nibus imperat, ſic homo iis, quæ ſunt ſuper terram, quamobrem mulier non dominatur prædictis, ſed virum habet pro capite: ſub viri poteſtate eris Geneſ. 3.

Gen. 3. *Vnde recte D. Paulus ait ſolum virum imaginem, & gloriam Dei.* Solum vir dicitur habere imaginem Dei, non vero mulier; quia homo habet regimen, & gubernationem in his omnibus, quæ ſunt ſuper terram, ſub cuius poteſtate mulier eſt conſtituta, ad imitationem Dei, qui habet dominium in univerſa, cuius imaginem adumbrant illi, qui inter homines regiminis clavo imminent, ex quo fiat evidens in quanta reverentia', ac honore tales ſunt colendi, ac venerandi cum Dei vices gerant in terra, illiuſque perſonam repræſentent.

Præſides, ac prælati tamquã Deus ſunt honorandi.

51. Veniunt ad Abraham tres Angeli, quos cum vidiſſet tamquam unum alloquitur: *Domine ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum.* Ge-

Gen. 18 neſ. 18. num. 3. in quo Patres magna myſteria recognoſcunt; veniunt duo ad Loth in Sodomis, cum quibus tamquam cum uno habet verba, dicens: *Quæſo, Domine mi, quia invenit ſervus tuus gratiam*

Gen. 19. *coram te, & mirificaſti miſericordiam tuam.* Geneſ. 19. num. 18. Tres adſtant Abrahamo, & tamquam cum uno diſſerit, duo conveniunt ad Loth, & tamquam cum uno ſe habet, cur non cum tribus, vel duobus loquuntur? Eodem ſpiritu ducebantur Sancti Patriarchæ, illos duos, vel tres, non ut viros, ut exterius apparebant, nec ut Angelos, ſed tamquam Dei miniſtros, & maxime dominantes eius poteſtate, ut Abrahamo largam beneficiorum benedictionem conferrent, & ut Sodomis debitas ignitas pœnas infertent. D. Auguſt. lib. 16 de Civitat.

D. Aug. cap. 29. inquit: *Abraham in tribus, & Loth in duobus viris Dominum agnoſcebant, cui per ſingularem numerum loquebantur, cum eos homines eſſe arbitrarentur*; & paulo poſt ſubdit; & ita cum eis ſe agebant: *Vt in eis eſſe Dominum dubitare non poſſent.* Quamvis exterius hòmines viderentur, tamen cum in eis magnam recognoſcerent majeſtatem, inde *Vt in eis eſſe Dominum dubitare non poſſent*, ex quo apud ſe ſtatuerunt non cum hominibus, ſed cum Deo eſſe negotium, ac proinde tanto cultu, ac veneratione eos proſequuntur, cunctis præbentes exemplum de multa reverentia ſuis maioribus impendenda: *Chriſtum potius cogitantes, quam ipſum, qui poſuit eum ſuper capita veſtra.*

QUÆSTIO VIII.

Quare Angelus non explicat Cornelio quid ab eo ſit faciendum?

52. *Difficultas quæſtionis.* ANgelus Cornelio ait: *Accerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus, hic dicet tibi quid te oporteat facere*: Cur Angelus non exponit quid ei faciendum ſit à Petro, ut magis prompto, ac diſpoſito animo peragret ad faciendum ea, quæ ei à Petro fuerint ordinata.

53. D. Iſidor. Peluſior. Ad quæſtionem reſpondet primo D. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 165. *Angeli ex prædicationis ſecuritate tamquam voluptatem capiebant, ut is etiam qui ad Cornelium miſſus fuerat magiſterium indicaret, non autem ſibi ipſi docendi munus permiſerit.* Et ſi Angeli maximè delectentur, dum cum hominibus agunt in his, quæ pertinent ad eorum ſalutem, tamen Angelus intra ſphæram ſui muneris commiſſi, & ultra non tranſgreditur: Deſtinatus fuit Angelus, non ut Cornelium doceret, ſed ut illum admoneret, ut Petrum ad ſe adduceret, hoc Angelus præſtat, & extra metas ſui officii non tranſcurrit: *Vt qui ad Cornelium miſſus fuerat, magiſterium indicaret, non autem ſibi ipſi docendi munus permiſerit.*

Bonus miniſter perſiſtit in munere ſibi cõmiſſo.

Ex mandato Dei eligit Moyſes Septuaginta viros, quos Deo obtulit, ut eſſent gubernatores, ac Rectores populi, & ſubdit Textus Numer. 11. n. 25. 54. Num. 11. *Deſcendit Dominus per nubem, & loquutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu, qui erat in Moyſe, & dans Septuaginta viris, cumque requieſceret in eis ſpiritus, prophetarunt.* Ecce iſti electi in limine ſui officii prophetant, ut viderentur, ac ab omnibus cognoſcerentur repleti Divino Spiritu, dicuntur prophetaſſe, & numquam amplius in toto divino textu, ut optime notavit Theodoretus quæſtione 20. in Numer. ubi ſic ait: *Quamobrem ſeptuaginta ſtatim, ut profecti ſunt, prophetabant, poſtea verò minime; non vaticinandi, ſed gubernandi cauſa proponebantur.* Deus vult, ut ſui miniſtri ſint in multa reverentia apud omnes, unde iſti ſtatim prophetico ſpiritu irradiant, poſtea vero prædicandi futura ſpiritus non relucet in eis, quia non ad vaticinandum, ſed ad clavum populi regendum ſunt vocati, & fixo clavo ſuo in munere perſiſtunt, & extra vacari non audent: quia *non vaticinandi, ſed gubernandi cauſa proponebantur.* Vide ſupra cap. 1. q. 26. n. 169. 170. 171. multiſque aliis in locis.

Bonus miniſter agat de ſuo munere, & non de vaticiniis. Theod.

Secundo, Cornelio dicitur de Petro: *Hic dicet tibi quid te oporteat facere* non exprimitur, nec declaratur ei quid ab eo ſit faciendum, ſic & Paulo à Chriſto Domino dictum eſt: *Ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* Actor. 9. num. 7. Ut in utroque oſtendatur perfecta, & ſumma obedientia, quæ nil interrogat, ſed ad omnia prompta, & expedita eſt, quod maxime reſplendet in Samuel, qui ter vocatus à Domino, exiſtimans ſe ab Heli ſciſcitari, cucurrit ad ipſum Sacerdotem, & dixit: *Ecce ego vocaſti enim me* 1. Reg. 3. num 5. obiter nota, cum exiſtimat ſe vocari à Sacerdote dicitur: *Cucurrit ad Heli*, & poſtea: *Abiit, & dormivit.* Ad obedientiam cucurrit, ad lectulum, & requiem lento gradu tetendit.

55. Actor. 9.

1. Reg. 3. *Obediens morioſus ad requiem, currens ad mandata.*

In rem noſtram ait Samuel: *Ecce ego, vocaſti enim me*, non ait ad quid me vocaſti? Cur ter me excitas, ſed tantum ait: *Ecce ego*, nil quærit, nec inquirit, ſed animum ſuum promptum, & ad omnia expeditum offert: *Loquere Domine, quia audit ſervus tuus* non diſcutit, nec interrogat ad quid vocetur, nec dixit, quid à me quæris, qui toties me vocaſti, ſed poſtulat Domini vocem, & imperium, ut illud ſine mora adimpleat. Ibi D. Gregor. Magn. ait: *Vocavit Deus puerum, ſed cauſam vocationis tacuit, ut electis puer qua humilitate obedientiæ eſſet, ſublimius oſtenderet*, & poſt pauca ſubdit: *Neſcit enim judicare quiſque perfectè didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, ſi præceptis obediat.*

56. 1. Reg. 3. *Obedientia non diſcutit de mãdatis.* D. Greg. Magnus.

Perfectum obedientem deſcribens Regius Vates ait Pſalm. 14. num. 45. *In auditu auris obedivit te.* Ecce perfectus obediens, ubi vox mandantis inſonuit, nil cunctatur, dubitat, nil aut quærit, ſed ſtatim manus mittit ad opus, ac exequitur, & perficit, quod ſibi fuerat mandatum. D. Laurentius Iuſtinian. lib. de ligno vitæ cap. 2. ait: *Sunt namque multi, qui poſt præcipientis imperium, plures faciunt quæſtiones, & ſæpe ingeminant unde hoc venerit? quis hoc dederit conſilium? propter quod oritur murmuratio, excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, advocatio amicorum, contra quos per Prophetam loquitur Dominus*: In auditu auris obedivit mihi, *ut oſtenderet uno, eodemque momento obedientem ſimplicem, & audiſſe præcipientis imperium, & obſequium perfeciſſe*: *In auditu auris obedivit mihi.*

57. Pſal 14. *Obediens non diſcutit de mãdatis.* D. Laur. Iuſtin.

Actor. 10. *num.* 9. Poſtera autem die iter facientibus, & appropinquantibus civitati, aſcendit Petrus ad ſuperiora, ut oraret circa horam ſextam.

Num. 10. Et cum eſuriret voluit guſtare, parantibus autem illis cecidit ſuper eum mentis exceſſus.

Num. 11. Et vidit Cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti de Cœlo in terram.

Num 12. In quo erant omnia quadrupedia, ſerpentia terræ, & volatilia Cœli.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.

58. Syriac. Verſ. 9. *Poſtera autem die iter illis facientibus* Syriac. *Cum illi pergerent in via*, non eadem die, qua Angelus apparuit Cornelio, ſed ſequenti die nuntii miſſi ſunt à Cornelio ad Petrum, ut aptè, & prompte ſe præpararent ad iter, *& cum illi deambularent in via*, ut habet Arabicus, & jam appropinquarent ad locum, in quo erat Apoſtolus, tum alta Dei diſpoſitione *Aſcendit Petrus ad ſuperiora* Syriac. *Conſcendit tectum.* D. Chryſoſtomus. *Superiorem partem domus*, ut ibi quietius, & convenientius oraret.

Arabic. D. Chryſoſt.

59. Æthiop. *Hora ſexta.* Æthiopic. *tempore horæ ſextæ*, meridie nempe & ad prandium, & cibum valde communis, ante quem Divi Petri exemplo præmittenda eſt oratio iuxta Apoſtol. 1. Timoth. 4. n. 3. & 4. ut prius anima reficiatur cibo ſpirituali, quam corpus materiali.

1. Tim 4.

60. Arabic. D. Ambr. Gloſſa Beda. Carthuſ. Verſ. 10. *Et Cum eſuriret voluit guſtare.* Arabicus: *Optavit comedere.* De cibo corporali exponunt graves Doctores, tamen D. Ambroſ. ſerm. 10. Gloſſa, Beda, Carthuſian. de fame ſpirituali; de utraque expono, de corporali, quæ ſolet hora meridiana obvenire, & ſpirituali in illa corporali ſignificata; nam Petrus, ut præclare ait D. Ambroſ. citatus: *Oravit fervida oratione pro hominum ſalute, & videns obſtinatam perfidiam Iudæorum, eſurivit gentium ſalutem, quam Deus ei manifeſtavit ſequenti viſione.*

61. *Magna ſobrietas* D. Petri. D. Aug. *Voluit guſtare.* Nota magnam ſobrietatem Petri, non ventrem implere, nec ſaturari, ſed labiis attingere quantum ſat erat pro conditione humanæ naturæ, unde recte ait D. Auguſt. lib. 10. Confeſſ. cap. 31. *Quemadmodum medicamentum, ſic alimentum ſumas.*

62. Arabic Goth. Æthiop. *Cecidit ſuper eum mentis exceſſus.* Arabicus: *Cecidit in eum exceſſus* Goth. *Irruit in eum ſtupor.* Æthiopic. *Venit ſuper eum deffectus mentis, id eſt raptus eſt in extaſim.* Vox illa *cecidit* denotat raptum, ſeu extaſim non fuiſſe naturalem, ut ſolet obvenire ex magna triſtitia, vel ex amore, ſeu re inopinata, ſed divinitùs immiſſa, ut mens Petri à terrenis, & ſenſibilibus abducta ad percipienda ſpiritualia, ac Cœleſtia excitaretur.

63. Syriac. Arabic. D. Aug. D. Cyril. Alexand. & græcus. Verſ. 11. *Et vidit Cœlum apertum.* Syriacus: *Suſpexit Cœlos apertos*, non oculo corporeo, ac mente, ſed viſione imaginaria, & *deſcendens vas quoddam*, Arabicus: *Vas ad ſe delabens* D. Auguſt. *Diſcus quidam.* Aliqui legunt *Vas linteum.* Textus *velut linteum magnum.* Æthiopic. *Vas fictile, ut linteum magnum.* Syriac. *Eratque ſimile linteo magno.* D. Cyrillus Alexandr. *Velut Sudarium magnum.* Aliqui ex græco *linteum pannum.* Vidit ergo quoddam magnum receptaculum tamquam vas ex linteo formatum, infertius concavum & ſuperne apertum.

64. Arabic. *Quatuor initijs ſubmitti de Cœlo in terram.* Arabicus *Quatuor extremitatibus ſuballigatum, & ſuſpenſum ſuper terram.* Per quatuor extremos angulos obligatum, ac tamquam apprehenſum tenebatur ex Cœlo.

65. Syriac. D Chryſoſt. Explicatio viſionis. Verſ. 12. *In quo erant omnia quadrupedia.* Syriac. *In eo erat omne genus animantium quadrupedum.* D. Chryſoſt. *Omnia quadrupedia beſtiæ terræ*, D. Epiphan *Reptilia.* Senſus viſionis eſt Cœlum, quod erat clauſum, gentibus, per clavigerum Petrum erat eis aperiendum, & gentes, quæ ob ſua peccata, & vitia denotabantur per illa animalia, quæ recipiendæ erant à Petro in Eccleſiam ſignificatam per linteum purum, & mundum.

QUÆSTIO IX.

Quare Divus Petrus ad orandum aſcendit ſuperiora?

66. *Aſcendit Petrus ſuperiora*, alii legunt *Conſcendunt ad tectum*, ſeu *ſuperiorem partem domus*, more regionis Paleſtinæ tecta ſunt plana, & directa, in quibus licebat deambulare, ſedere, dormire, ac orare.

67. Primo aſcendit Petrus ad ſuperiora, ut dimiſſis terrenis tota mente in Deum elevaretur, ſolumque Deum contemplaret, ac meditaretur. Noſter D. Cyril. Alexandr. lib. 7. in Levitic. ait: *Nec enim tanti Apoſtoli conſilium ex ſuperfluis ſuperiora elegit ad orandum, ſed quantum ego arbitror, ut oſtenderet quod Petrus, qui mortuus erat cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærebat, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei, & non quæ ſuper terram, illuc aſcendebat ad illa tecta, de quibus dicit qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* Qui ſe Deo conſecrat, ac dicat, nil aliud debet intendere, ac quærere, niſi Deum.

D. Cyril. Alexand. *Qui ſe Deo conſecrat cætera contemnit.*

68. Cantic 3. Plena Sapientia Sancta illa Anima dicebat: *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua in die deſponſationis illius.* Cantic. 3. n. 11. Sine dubio in die, in qua tam potentiſſimus Princeps Salomon coronabatur, inſuperque dies deſponſationis illius erat, ſane occaſio valde feſtiva cum apparatus illius domus eſſet ampliſſimus; procul dubio multa ſpectacula erant videnda, multæ machinæ ſe ſe oculis objiciendæ erant, magnus veſtium ornatus prodiret in medium, tamen anima ſancta ſuas ſodales ad nihil eorum invitat, niſi ad Regem Salomonem videndum; qui enim Deo adhæret ipſum ſolum contemplatur, ipſum ſolum quærit, mentemque ſuam à cæteris, quæ contemnit, ac pro nihilo habet, ſequeſtrat, ſeparat, atque avertit. Tres Patres apud Theodoret. ibi: *His ſponſa eſt allocuta ad diſcipulas, diligens id, quod demonſtrari non poteſt, & humanam gloriam fugiens, capienſque, ut ſponſum ſuum tantummodo omnes admirentur.* Expende ultima verba.

Anima iuſti tãtummodo Deum quærit.

Theod.

69. C. Cyril. Secundo veniat nunc iterum D. Cyrillus ſupra modo datus: *Petrus quæ ſurſum ſunt quærebat, non quæ ſuper terram.* &c. qui Spiritu Dei aguntur ſemper terrenis contemptis ſuperna, & altiora quærunt, ac petunt.

70. Gen. 1. Maxima expanſione dignum, quod fidei, & Eccleſiæ januam poſuit Deus in aquis Baptiſmi. Recole. In primo rerum molimine dixit Deus: *Produceant aquæ volatile ſuper terram.* Geneſ. 1. numero 20. ex aquis Deus creat aves, cur non potius

Qui Dei spiritu aguntur superna petunt.

tius ex aëre, vel alia materia formantur ? *Omnia in figura contingebant illis.* Aves corporales, quæ super terram ad alta volant ex aquis creantur, quia ex aquis regenerandæ erant aves spirituales, quæ toto pectore, ac affectu telictis temporalibus ad
D.Zeno. superiora convolant, ad hoc tendit D. Zeno serm. 10. de Judæis, ubi sic ait: *Generalis unda submergit, ut Cœlestes effecti terram desiderare non norint,* ex aqua regenerati in gratia submerguntur, ut submergant terrenos affectus, & inde præpetes ad cœlestia volant.

QUÆSTIO X.

Quare Divus Petrus ad orandum potius eligit horam sextam, quàm quamlibet aliam ?

71. ELigit Petrus horam sextam ad orationem, primo, quia in tali hora creatus est homo, Christus Crucì affixus, & in Cœlum ascendit, ut pro nobis exoraret ad Patrem, ac proinde hora valde apta ad orationem gratulatoriam pro tantis beneficiis acceptis, deinde, ut jam dixi in expositione hora sexta, hora meridiana apta ad cibum, & prandium.

Hora gratulationis.

72. Secundo orat Petrus hora sexta ante prandium, nam dicitur statim *parantibus illis*, scilicet mensam cum descenderet ab oratione, oravit ergo Petrus jejunus, ut optime notavit Tertullianus lib. de jejunio cap. 10. & inquit: *Atqui facilius invenias Petrum hora sexta cibi capiendi causa ad orandum ascendisse.* Jejunium multas vires orationi
D.Chrysost. ministrat, ut ait D. Chrysostomus homil. 15. in Matthæum, ubi sic habet. *Jejunium adjutorium est orationis, quia oratio sine jejunio, ingracilis est, & infirma.*

Tertull. *Jeiunii orationis adiutorium.*

73. Tertio hora sexta, meridiana nempe, quando à Dæmonio meridiano maxime urget tentationum tempestas; Hinc maximam à Deo exoptat protectionem Regius Vates cum ait Psalm. 90. num. 6.
Psal. 90 Lyran. *A Dæmonio meridiano*; quia, ut ibi notat Lyranus, tunc fit prandium, & comestio, ex quibus immoderatis multa mala nascuntur. Hinc anima sancta suum sponsum rogat: *Indica mihi, ubi pascas,*
Cantic. 1 *ubi cubes in meridie* Cantic. 1. numero sexto, meridiano tempore tentationum Anima Sancta per meditationem, ac contemplationem Christum quærit, ut cum eo reficiatur, ac quiescat cum electis ejus
Cassiod. Beda. Cassiodorus, & Beda ibi: *Christus, qui pascit oves suas inter eas cubat, in meridie, quia corda fidelium suorum ne fervore tentationum intus arescant, memoria supernæ suavitatis reficit, & in eis ipse propitius manere consuevit.*

Maxime orandum tentationis tempore.

74. Hora sexta, meridiana tentationum nempe Petrus, ut magnus Ecclesiæ Pontifex, ac Pastor tali horæ tempore orat maxime pro suis ovibus, videnque obduratam, obstinatamque Judaïcam perfidiam, maxime pro gentium conversione exorat; ut subsequens visio ostendit, ut jam dixi, & infra latius explicabo.

75. Ostendit Dominus Zachariæ Prophetæ cap. 3. numero tertio: *Iesum Sacerdotem magnum stantem*
Zachar. *coram Angelo Dei, & Satan stabat à dextris ejus, Iesus autem erat indutus vestibus sordidis.* Pro vestibus sordidis Cilicinis multi explicant, sed cur modo Sacerdos apparet indutus cilicio, cum stat coram Angelo, & à dextris suis habet Satan, & nullo alio in loco tam austero, & pœnitentiali habitu apparet, ut modo, cur modo tanta pœnitentia? Vidit ille magnus Sacerdos, quod adversarius Satan accusans populum coram Deo, cujus personam gerebat Angelus, ut ne debita pœnarum ultio in populum infligeretur, inde magnus ille Pontifex se induit cilicio ipsa populi peccata in se assumens, ut pro illis satisfaciat; iramque Dei ab eis divertat. Theodoretus ibi ait: *Ego existimo eum nempe magnum Sacerdotem sibi populi iniquitatem vendicasse, & attribuisse, vel unà cum ipsis peccasse, preces adhibuisse, & tamquam suorum veniam delictorum populi suscepisse*: magnus Prælatus populi peccata in se suscepit, pro eisque egit pœnitentiam, ut veniam impetraret. Theod.

76. Cum ob numeratum populũ Israel à Davide Deus misisset pestilentiam in ipsum populum, ex quo multa millia hominum obierunt, ob quam causam: *Ceciderunt tam ipse David, quam majores natu vestiti cilicijs super terram.....populus autem tuus non percutiatur* 1. Paralip. cap. 21. numero 16. & 17. Cum Dominus furore concepto excandesceret in populum, sæviret strage in civitate patrata; ne Divinus Judex ultra grassaretur, David cum Senatu suo ab abjecta magnifica veste, pomposo, ac delicioso ornatu contempto cilicio induti misericordiam, ac indulgentiam deprecarentur. Abulens. quæstione 64. ait: *Ex tunc David indutus est cilicio, & alij seniores Ierusalem, qui cum eo erant, ut Deus misereretur eis, & alleviaret pœnam.* 1.Para.21 *Reges, & Principes pro populo suo orent.* Abulens.

78. Et quamvis à populo habeant aliquam offensam, non propter hoc debent desistere orare pro eis, in præsenti audiendus est Divus Gregorius
D. Greg. homilia 15. in Ezechiel. & ait: *Cupimus animum in benignitate dilatare? Samuel in cogitationem deducatur, qui de principatu dejectus à populo, cum idem populus peteret, ut pro eo Domino preces effunderet*, respondit dicens: Abiit à me hoc peccatum, ut cessem orare pro vobis, *culpam quippe vir sanctus perpetrare se credidit, si eis, quos adversarios pertulerat usque ad ejectionem, benignitatem gratiæ non reddidisset in pace.* *Prælatus quamvis offensus oret pro populo.*

QVÆSTIO XI.

Quare hora sexta Christus sitit, Petrus vero esurit ?

78. CUm meus Iesus penderet in Cruce hora sexta dixit *sitio* Ioan. 19. num. 29. nunc verò Petrus eadem hora esurit? Cur non sibi cohærent Magister, & discipulus, ut in eadem hora sit sitis, & fames, sed magister sitim patitur, & discipulus famem sustinet? Perbelle notat D. Chrysost. ad cap. 27. Matth. num. 45. ubi ait: *Vide quomodo Spiritus connectit tempora, & neque citius, & neque tardius facit hoc.* Ioan. 19. D.Chrysost.

79. Pro explicatione quæstionis supponendum est, quod illa sitis Christi non erat de aqua materiali, sed de salute animarum, ut exprimit D.Drogo Hostiensis tract. 7. de verbis Domini ubi sic ait: *Domine quid sites? Ergo nec plus cruciat sitis, quam Crux: De Cruce siles de siti clamas? Sitio, quid? vestram fidem, vestram salutem, vestrum gaudium, plus animarum vestrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet,* sic & alii multi Patres, quos suo loco adduxi. Sic & fames D.Petri de salute animarũ erat, ut docet D.Ambr. serm. 10. & ait: *Puto Petrum post orationem non cibum esurire humanum, sed salutem, non inedia vexatum corporis, sed inedia credentium laborare-* D Drog. *Sitis salutis animarum.* D. Ambr

rare, & hoc bene declaratur ex linteo animalium ei oſtenſo, in quo denotatur converſio gentium ad fidem.

80. Ad quæſtionem: Illa ſitis, & fames in Chriſto erat exorta ex ſumma charitate ſalutis animarum, qui charitatis ardores perfectiſſima unione dividuntur inter Chriſtum, & Petrum, ac veluti in ſalute animarum procuranda aſſociantur Chriſtus & Petrus, & illius generoſi affectus inter ſe dividuntur, Chriſtus Redemptor, & ſuprem m caput ſibi vendicat ſitim, quæ eſt fortior, ac vehementior fame, de quo latè Mendoncia in Viridario lib.4. probl.25. Petrus vero, ut inferior, ac ejus Vicarius famem tamquam quid inferius.

Officia charitatis inter Chriſtū & Petrū dividuntur.

81. Etſi fameſcit Petrus, non tamen ſirit, ut Chriſtus, ne Chriſtus exiſtimetur, tot, & tanta mirabilia reſplendebant in Petro, quod cum Centurio eum videret, ad ejus pedes provolutus proſternitur, cui dixit Petrus infra num. 26. *Surge, & ego ipſe homo ſum*, ne aliquid ſuſpicaretur in eo ſupra humanam conditionem, ipſe apertis verbis ſe demonſtrat, quod ſit homo, ne quis in eo dignoſcendo, & judicando aberret. D. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 10 ait: Primus Paſtor Eccleſiæ, cum adorante ſe Cornelio ſuper ſe ſibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis ſuæ citius recurrit, dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum.*

Act. 10. *Petrus ne Deus reputaretur hominem ſe explicat.*

82. Quæſitores tributorum dicunt ad Sacros Apoſtolos: *Magiſter veſter non ſolvit didrachma?* Tunc Chriſtus Dominus ait Petro: *Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore ejus invenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te.* Matth. 17. nu. 26. In quo multa inquirenda veniunt; unde tantus honor Petro, ut cum ſit purus homo, quodammodo cum Deo exæquetur, non dixit invenies duas monetas, unam pro me, alteram pro te, ſed unam, eandemque pro me, & te ſolve, ut ita oſtenderet ſuam ſummam unionem, ac conjunctionem cum Petro. D. Chryſoſt. homil. 59. in Matthæum ait: *Qui ad rem naturæ incredibilem illico paravit, fidei retributionem confeſtim habuit, Chriſto in ſolutione tributi coniunctus.*

Matth. 17. *Petrus maxime Chriſto coniunctus.*

83. Secundo quæſtionarii illi ſolum dicebant: *Magiſter veſter non ſolvit didrachma*, & de Petro nihil agebatur, ad quid ergo mandat Dominus etiam pro Petro ſolvere? Tanta eſt conjunctio Petri cum Chriſto, ut noluerit Chriſtus in aliqua re intervenire abſque eo, quod ſimul cum Petro non appareret: *Chriſto in ſolutione tributi coniunctus.*

84. Tertio ſi Dominus mandat pro ſe, & Petro, cur etiam non mandat pro aliis Apoſtolis? Quia Chriſtus, & Petrus facit particularem numerum, & chorum ſeparatum ab aliis, nec cum eis cæteri conveniunt, & in eis tamquam in capite omnes ſubintelliguntur. Divus Auguſtinus, quæſtione 75. ex novo teſtamento reſpicit ad dignitatem Petri quodammodo conſortem cum dignitate Chriſti, & ſic ait: Salvator cum pro ſe, & Petro dari jubet, pro omnibus exſolviſſe videtur, quia ſicut in Salvatore erant omnes cauſa magiſterii, ita & poſt Salvatorem, in Petro omnes continentur, ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, ut Paſtor eſſet gregis Dominici.

D. Aug. *Petrus, & Chriſtus in uno numero.*

85. Videns Chriſtus hunc noſtrum Principem Apoſtolorum, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Perrus Ioan. 1. numero 42. ex omnibus Apoſtolis, quos Chriſtus elegit, ſolum huic magno novum nomen impoſuit, & non quodlibet nomen dedit, ſed illud, quod erat proprium ipſius Chriſti; nam Petrus à petra derivatur, *Petra autem erat Chriſtus*: ait Apoſtol. 1. Corinth. 10. numero quarto, quod ut explicant Divus Auguſtinus tractatu 7. in Ioan. D. Cyrill. libro ſecundo cap. 12. Divus Chryſoſtomus, Divus Hilarius, & alii multi Patres à me citati tom. 1. in Evangel. libro tertio, cap. 6. quæſtione nona, numero 56. ob eximium amorem erga Petrum, & quia eum ad ſupremum apicem Eccleſiæ diſponebat, & ideo nomen ſuum Petra ei communicat.

Ioan. 1. 1. Cor. 10. *Chriſtus dat Petro ſuum nomen*

86. Tamen merito dubitabis, quando conſtituit Chriſtus noſtrum Apoſtolum ſuæ Eccleſiæ Paſtorem, non eum vocat Petrum, ſed Simonem; dixit ei: *Simon Ioannes diligis me plus his? paſce agnos meos, paſce oves meas.* Ioan. 21. numero 15. Simon idem eſt, ac obediens, voluit Chriſtus in omnibus ſibi aſſimilari, ac conjungi Petro: *Chriſtus, quia obediens, propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, & Petrus, quia Simon, & obediens, propter quod & Deus exaltavit illum in ſupremo ſuæ Eccleſiæ faſtigio, ſuper omnes Principes, ſic Divus Thomas in præſenti, ut de obedientia ad principatum erigitur.

Ioan. 21. *Petrus ex ſimilitudine Chriſti ex obedientia promeruit exaltari.*

QUÆSTIO XII.

Quare linteum deſcendit de Cælo, & quid ſignificet.

87. IN hoc linteo magna documenta dantur omnibus prælatis, & oſtenditur Petro, ut in ipſo tamquam in capite omnes informentur, & hoc oſtendit D. Cyrill. in Leviticum cum ait: *Ex quibus cœlitus edocetur Petrus, quia eminentiorem in terris non habebat*: ac proinde erat omnium caput; ad ſignificationem veniamus.

In Petro informātur prælati.

88. Prima interpretatio per hoc vas velut linteum intelligit Corpus Chriſti. Ita Gloſſa Interlinealis, & ait: *Vas Corpus Chriſti, quod eſt ut linteum, quoniam ſine ſemine conceptum, candorem caſtitatis cuſtodit, & quia mortuum; magnum vero propter veritatis conſortium, & quia reſurrexit.* Tamen ſi illud linteum ſignificat Corpus Chriſti puriſſimum, & ſanctiſſimum, quomodo in illo erant quadrupedia, & venenoſa ſerpentia terræ? quia, ut ait Iſaïas 53. num. 4. *Verè langores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros portavit.* Ipſe peccata noſtra in ſe ſuſcepit, ut pro nobis ſatisfaceret; noſque mundaret, ideoque frequenter cum peccatoribus, ac publicanis manducabat, atque converſabatur, ut ad ſe eos alliceret, & in juſtitia, & ſanctitate erudiret. Luc. 5. numero 30. quod late explicat Divus Chryſoſtomus homil. 31. in Matth. ad caput 9. ejus.

Gloſſa. Interlin. *Chriſtus noſtra peccata in ſe portavit.*

Iſai. 53.

Luc. 5. D. Chryſoſt.

89. Nota tamen, quod non dicitur vas linteum, ſed *velut linteum*. Syriacus: *Simile linteo magno*, quod egregiè notavit Caſſianus libro tertio de Inſtit. cap. 3. ubi inquit: *Non ait linteum, ſed quaſi linteum, linteum quippe mortificationis indicium eſt. Quoniam igitur mors Dominicæ paſſionis non humanæ naturæ legi, ſed propriæ voluntatis tribuitur arbitrio, quaſi linteum dicitur, mortuus enim ſecundum carnem, non ſecundum ſpiritum mortuus, quoniam non derelicta eſt anima eius in inferno, nec caro eius vidit corruptionem.*

Syrus. Caſſian. *Multum differt mors Chriſti à noſtra.*

90. Secunda; expoſitio eſt D. Ephrem ſerm. de S. Baſilio to. 3. Gregor. lib. 33. Moral. c. 16. & 20. qui interpretantur de prædicatione ac ſermone Dei. quo quadrupedia, ac ſerpentes peccatorum convertantur ad pœnitentiam, ac tranſinutentur in Chriſti

D. Ephr. D. Greg.

Prædicatio Evangelica.

oves, & agnos, & exivit in omnem terram, & quatuor angulos ejus, & eſt vel vas linteum, videntur voces hominum, & ſunt ſermones Dei 1. Petri 4. num. 11.

91. D. Aug. D. Amb. Beda, D. Hier. Epheſ. 5.

Tertia interpretatio eſt D. Auguſt. ſerm. 10. de Diverſ. D. Ambroſ. ſerm. 10. Origenes homil. 7. in Levit. D. Hieronym. epiſt. 89 D. Gregor. loco citato, Beda, Carthuſian. hic intelligunt Eccleſiam Sanctam puram immarceſſibilem abſque ruga, & macula, ut ait Apoſtolus ad Epheſ. 5. num 27. & deſcendit de Cœlo Apocalyp. 21. num. 2. quæ juxta Chriſti mandatum recipit in ſe omnes gentes: *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Matth. 28. num. 19. ut qui antea tamquam feræ beſtiæ erant filij iræ, nunc renati fonte baptiſmatis in Eccleſia fiant Filij Dei, & hæredes vitæ æternæ; Profundè, & alte conſidera, quod poſtquam illud vas linteum oſtenſum fuit Petro cum illis animalibus receptum eſt in Cœlo; quia poſtquam illæ gentes ingreſſæ ſunt in Eccleſiam, recipiuntur in Cœlo, ut cum Beatiſſimis Spiritibus ſedeant in gloria.

Matth. 28 *Eccleſia quos recipit, facit Filios Dei.*

92. Apoc. 21 Aretas. *Eccleſia fundatur, ac dilatatur Cruce Chriſti.*

Et Petrus vidit hoc linteum: *quatuor initiis ſubmitti de Cœlo in terram. Civitas hæc ſancta in quadro poſita eſt*, ut dicitur Apocalypſ. 21. num. 16. de quo ibi multas dedi rationes quæſtione 22. Illa ad præſens apta, quam Aretas ait.: *Cum civitas quadrangularis ſit per figuram Crucis ex diametro dividitur, ut innovetur Cruci veluti inniti, crucemque habere pro fundamento.* In quadro figura Sanctæ Crucis denotatur quatuor initiis illud vas Eccleſiam adumbrans ſubmittitur, quia Eccleſia virtute Sanctæ Crucis fundatur, ſtabilitur, creſcit, & augetur, atque ad ſe gentes congregat, & adducit. Vel illa quatuor initia denotant quatuor Evangeliſtas, quorum doctrina Eccleſia eſt fundata, & locupletata; vel quatuor mundi partes, per quas Eccleſia ſancta eſt dilatata; Dicitur *velut linteum*, ut explicat D. Ambroſ. citato ſerm. 10. *Quia ſplendidum erat veluti linteum*: vel etiam poſſunt intelligi Angeli tenentes quatuor Angulos terræ, Apocal. 7. num. 1.

93. *Status religioſus cum maceratione.* Gloſſa.

Quarta expoſitio eſt valde moralis; per hoc vas linteum intelligit Sacras Religiones. Ita Gloſſa, nam linteum, ut deponat ſuas antiquas notas, ac ad candorem, ſplendoremque lintei deveniat, multum maceratur, tunditur, carminatur, ſic qui ex ſæculo veniunt ad Religionem, ut deponant ſordes, ac fæces ſæculi, quibus ſunt illaqueati, indigent multa carnis maceratione, appetituum mortificatione, ut ad candorem, ac ſplendorem vitæ religioſæ deveniant.

94. *Quia ſignificant quatuor initia.*

In hoc autem linteo quatuor ſunt initia, quibus fulcitur, quæ ſunt quatuor Religiones mendicantes Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani, Carmelitæ, cum quibus, & cæteræ Religiones veniunt, vel quatuor hæc initia ſunt quatuor Orbis partes, per quas omnes Sacræ Religiones multos, & uberes ſpirituales fructus faciunt in animarum ſalutem. *Religiones fœcundant orbem* Thomas Angelic.

Fluvius, ſeu *Fons*, ut alij legunt, *egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita.* Geneſ. 2. num. 10. Thomas Angelicus per Fontem intelligit Divinam Providentiam, per quatuor flumina Religiones Sacras, quas Deus ex ſua infinita pietate dedit ad irrigandam, ac fertilizandam ſua doctrina, exemplo, ac virtute univerſam terram.

95. Maximè notatu dignißimum, quod invitans Anima Sancta ſuum Divinum Sponſum, ut veniat in hortum ſuum, hoc faciat, per omnia tempora; de futuro: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum.* Cantic. 5. num. 1. de præterito: *Veni in hortum meum ſoror mea*, ibidem de præſenti *Dilectus meus deſcendit ad hortum ſuum.* Cantic. 6. num. 5. Illud *deſcendit* eſt in præſenti, ut clarius conſtat ex radice græca; cohærentia videbatur, ſi per eundem modum, & per eadem tempora fieret ſermo; nam perſiſtentia in modo loquendi magnorum virorum eſt; magnum, & altum myſterium hic denotatur; Per hortum ſignificantur Sacræ Religiones, ut interpretantur D. Baſil. D. Laurent. Iuſtin. Rupert. quos citant, ac ſequuntur Ludovicus Soto Major, Giſlher, Cornel. Hic ergo ſignificatur, quod Deus in Sacris Religionibus per omnia tempora magnos colligit ſpirituales fructus, de præterito cum ſuis Sanctiſſimis Patriarchis multa Sanctorum agmina, de futuro, ut confidimus in Divina Providentia; in revelatione oſtendit Deus Sanctæ Thereſiæ Sanctum noſtrum Parentem Eliam pugnantem, ac prædicantem contra Antichriſtum, cui adhærebant multi Sacri Viri ex omnibus Religionibus, qui glorioſe pro defenſione fidei vitam fundebant, ut refert Ribadanera 2. p. in vita Sanctæ Thereſiæ; de præſenti tot, & tanti ſancti Canonizati noſtri contemporanei; ex noſtra Carmelitana, Sancta Maria Magdalena de Pazzi, S. Ioannes à Cruce, ex Dominicana S. Roza, S. Margarita, S. Ludovicus Beltrandus, ex Auguſtiniana S. Thomas de Villanova, ex Franciſcana S. Petrus de Alcantara, ex Sacra Societate Ieſu S. Franciſcus de Borgia, S. Ludovicus Gonzaga, S. Staniſlaus, & ſic de omnibus aliis familiis. Nota quod dicuntur Sacræ Religiones Dei hortus in ſingulari, & plurali: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, ad aureolam aromatum, ut paſcatur in hortis.* Cantic. 6. num. 1. Quia quamvis Sacræ Religiones videantur diverſæ ob diverſos habitus, tamen in eis eſt unus tantum finis, una intentio gloriæ, & honor Dei.

Cantic. 5 Cantic. 6 D. Baſil. D. Laur. Iuſtin. Rupert. Soto. Major. Giſlher. Cornel. S. Ther. Ribadanera.

QVÆSTIO XIII.

Quare in hoc linteo apparent quadrupedia ſerpentia, & volatilia?

96. *Chriſtianorum convivium valde ampl'um ex gentibus.* D. Ambr.

MAgnum, & lautum convivium ex gentilitate converſa in his animalibus denotat, ex qua prodituri erant multi, & innumerabiles Magni Proceres Eccleſiæ Dei, non ut olim in Synagoga ex determinatis Celariis Regis Cantic. 1. num. 3. Sed ex toto ipſo Cœlo aperto paratur Petro, ut multa cum elegantia diſſerit D. Ambroſ. ſerm. 67. ut ait: *Vt reficiatur Petrus non Celarium ſollicite reſeratur, ſed cœlum ipſum protinus aperitur. Legimus Eliam in deſerto corvis miniſtrantibus paſtum, quanto melius Petrus, cui non parvam eſcam tetra avis porrigit, ſed integrum convivium multitudo Angelica ſubminiſtrat.*

97. *Diverſa lectio.*

In quo erant quadrupedia, &c. D. Petrus referens hanc hiſtoriam ſequenti cap. 11. num. 6. ait: *in quo erant beſtiæ*, ſic & D. Cyrillus hic in præſenti legit *feras*, hæc dicuntur in genere animalium, hic vero magis in particulari ſpecificantur quadrupedia, ſerpentia, &c.

98. *An etiã in linteo eſſent animalia immunda.* Origen. D. Hier. D. Iuſtin.

An hic etiam forent animalia immunda dubitabis. Origenes in caput ſecundum Geneſeos, D. Hieronymus in cap. 38. Ezechiel. tenent in hoc linteo fuiſſe animalia tam munda, quam immunda; munda ſignificare Iudæos, immunda vero gentiles; aptius tamen, & magis cohærentius ad literam D. Iuſtinian. quæſtione 89. ad Orthodoxos ſolum

ſolum in linteo contineri animalia immunda, non vero munda; Nam Divus Petrus exhorruit comedere, quia illud erat immundum; Si autem ibi eſſent munda non loqueretur abſolute, ſed cum exceptione de immundis. Deinde tota hæc viſio ad hoc tendit, ut recipiantur à D. Petro in Eccleſiam gentes, quæ cultu idolorum erant immundæ: Petrus dixit: *Nunquam manducavi omne commune, & immundum.*

99. *Triplex ſignificatio de his animalibus.* Gloſſa Lyran. D. Baſil.

Quæres: Quid ſignificent hæc animalia? Lyranus, Gloſſa, Interlinealis dicunt *ſerpentia* innuere invidos, ac iracundos, *volatilia*, ſuperbos, & ambitioſos, *Quadrupedia* avaros, guloſos, & lubricos. Divus Baſilius cap. 14. Iſaï. per *quadrupedia* intelligit groſſos, ingenio tardos, per *ſerpentia* veneno deſævientes, nempe invidos, & iracundos, per *volatilia* leves, ac inconſtantes. Tertio dicam etiam, per *ſerpentia* intelliguntur homines infecti peccato originali, quod ſuggeſtione ſerpentis introductum eſt; per *quadrupedia* cum peccato mortali: *Conculcaverunt Domine legem tuam.* Pſalm. 118. per *volatilia*, & homines cum Pſal. 118 peccato veniali, quod non demergit homines in Infernum: Et hæc expoſitio maximè inſervit in ſententia illorum, qui id, quod infra dictum eſt Petro: *Occide, & manduca* interpretantur per Sacramenta, ſcilicet Baptiſmi, & Confeſſionis.

100. Quæres ſecundo: Cur gentiles ſignificentur per hujuſmodi animalia? quia talia adorabant, ideo in eorum ſimilitudines convertebant, ut de adorantibus idola gentium canit Regius Vates Pſalm. Pſal. 113 D. Niſſ. 113. numero octavo: *Similes illis fiant, qui faciunt ea*: Ut bene notat Divus Gregorius Niſſenus homilia decima in Cantica & ait: *Contemplatur linteum quatuor initiis ab alto dimitti in terram omne genus hominum in ſe continens formatorum in formis innumerabilibus volucrum, quadrupedum, & reptilium beſtiarum pro multiplici cultuum diverſitate.* Qualis fuerit Dominus, quem tu colis, talis eris, adoras avaritiam, ſuperbiam in illis animalibus deſignatam, talis tu eris. Ait Paulus 1. Corinth. 15. numero 32. *Pugnavi ad beſtias Epheſi*, ubi Theophylactus, D. Anſelm. Primaſius, & alij per beſtias intelligunt Barbaros homines, beſtias idolorum adorantes, & quia talibus inſerviebant eorum mores uſurpantes, beſtiæ ſunt dicti, ac nuncupati.

Qui vitia ebibit in illa tranſmutatur.

1. Cor 15 Theoph. D Anſel. Primaſ.

101. Luc. 3. Aït Ioannes Baptiſta Luc. 3. numero octavo: *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*: quid autem Ioannes intelligat per lapides, planum eſt apud omnes, non eſſe lapides materiales, ſed gentiles homines, & hi meritò à Joanne vocantur lapides, adorabant, & colebant magna veneratione lapidea idola, qui Deos lapideos, eorumque improbos mores ſectabantur, inde conſequens fuit, ut ipſi fierent lapides. Origenes homil. 22. in Levit. ait: *Non utique lapides irrationales corporeoſque monſtrabat Ioannes, ſed homines inſenſibiles, & quodammodo duros, qui quia lapides, & ligna adorabant, impletum eſt illud, quod in Pſalmo cantabatur*: Similes illis fiant, qui colunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. *Verè que colunt idola, & confidunt in eis ſimiles ſunt diis ſuis abſque ſenſu, ſine ulla ratione, in lapides, lignaque converſi ſunt.*

Origen. Pſal. 113 *Gentes habentes pro diis lapides, ſic dicuntur.*

QVÆSTIO XIV.

Quare cum in hoc linteo ſint animalia terreſtria, & volatilia, non tamen aquaria, ut piſces.

102. PEr piſces etiam myſticè homines deſignantur, ut denotatur in Sagena miſſa in mare ad capiendos piſces. Matth. 13. numero 47. Matth. 13. & in hoc ſenſu dixit: Chriſtus ſuis Apoſtolis: *Faciam vos piſcatores hominum*, Matthæi 4. Matth. 4 numero decimo nono: Cur ergo in hoc linteo non apparent cum cæteris animalibus homines denotantibus.

103. Nota quod Deus mandavit antiquitus fieri ſibi ſacrificia de aliquibus animalibus terreſtribus, volatilibus, non verò de piſcibus, qui non offerebantur in ſacrificiis, ut patet ex Levitico 1. Levit. 1. à numero ſecundo, & notant Philo libro de victim. Theodoretus quæſtione prima, & ibi Expoſitores, & ratio genuina eſt Divina voluntas, congruentiæ multæ apud Doctores. Primo, piſcis Symbolum eſt luxuriæ, & ignaviæ, abundant ſemine; Secundo eſt animal valde inſipiens, & ſtultum, qualibet re decipitur, ac piſcatur; Tertio valde guloſus, manduca carnes, & alios piſces, multaque immunda. Quarto magnum nefas iniquinatum denotat, & ideo ut tradit Horus Ægyptius, Ægyptij, & Syri à piſcibus abſtinebant; Alias rationes adducunt Authores ad citatum locum Levitici. Philo. Theod. *Piſces excluſi à ſacrificio ob aliquas congruentias.*

104. Ratio tamen literalis, quia piſcis ut extrahitur ab aquis ſtatim moritur, ideo nec offerebatur Deo in ſacrificiis, nec in hoc linteo apparet; quia Deus tantum complacet in his, quæ vivunt, & poſſunt ei obſequia exhibere, ut in animalibus vivis homines in multis affectionibus, & actionibus denotabantur; hic canit Regius Vates Pſalm. 113. Pſal 113. n. 17. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in Infernum, ſed nos qui vivimus laudabimus te.* *Viventes ad meritum.*

105. Et tantum vult Deus ſacrificium à viventibus, quod illi maximè ei placent, qui ab infantia, ac vitæ exordio ei dicantur, & ideo majora, ac potiora ſacrificia ex teneris conſecrabantur à vitulis, agnis, pullis columbarum, & ideo Abrahamus ex vitulo tenerrimo parat convivium Angelis Geneſ. 18. numero 7. & Bonus Pater filio prodigo Gen. 18. ex vitulo ſaginato Luc. 1. num. 23. & Deus mandavit Numer. 3. numero. 15. *Numera filios Levi, omnem maſculum ab uno menſe.* Iſidorus clarus ait: Luc. 15. Num. 3. Iſidorus. *Qui enim Dei cultu conſecrandi ſunt, ab ipſis incunabulis inſtruendi ſunt.* Ut à teneris Deum colant, & in ejus obſequio ſe exercitent. *A tenera ætate offerendi.*

106. Satis curiosè quæres: Cur magni viri ſuas Conciones Sacras per literas alphabeticas dirigunt, ſic David Pſalmo centeſimo-decimo & Pſalmo centeſimo-decimo-octavo & 144. Sic & Salomon Proverbiorum 31. Sic & Ieremias ſuos concinnat threnos *Aleph*, *Beth*, quænam cohærentia alta Dei myſteria cum literis Alphabeticis, quæ à pueris balbutientibus, & vix ſcientibus loqui dicuntur in Schola? ut pueri ab ipſis primis elementis bibant in lege Dei meditari, & contemplari, maximeque in illa informari. Divus Hieronymus in præfatione ad libros Regum ait: *Quibus quaſi literis, & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc, & lacte ntis quodammodo viri juſti eruditur infantia*; ut ita pueri eo nu- Pſal. 118. Pſal. 144. Prov. 31. Thren. *Virtus à pueritia magnas radices figit.* D. Hier.

triti lacte bonos ſugant mores; & fortes exurgant Dei Athletæ.

107. Luctatur Jacob cun Angelo per integram noctem, & Jacob ex tanto luctamine victor, ac triumphator evaſit, unde à victoria ei nomen inditum eſt: *Angelus nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael, quia ſic contra Deum fortis fuiſti.* Geneſ. 32. numero 28. Unde Gen. 32. Iacob tanta fortitudo, ut Angelum ſuperaret, ipſeque Angelus ſe devictum fateretur? Recole, quod cum Iacob eſſet in utero matris cum Oſeas 12. fratre ſuo luctatus eſt, eumque ibi ſuperavit, ut exponit Oſeas cap. 12. numero tertio: *In utero ſupplantavit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo*: Cur ergo Angelum homo luctator ab utero ſuo amplexu non premeret, qui artem luctandi callebat ab infantia; Nam Iacob cum fraterculo bene luctans jam meditabatur luctam cum Angelo proceſſuram ut optime notat Theodoretus, & ait: *Plantam fratris tenens in lucem prodiit, qualis futurus eſſet præſignificans. Proceſſu temporis vir factus adeo virtutis exercitatione excelluit, ut cum ſemel fratris timuiſſet adventum, Deumque rogaſſet, non modo auxilium obtinuerit, verum etiam viſus ſit ipſe ſibi luctari cum Deo, & victoriam reportare*: Ab infantia luctatrice tantum rerum auſpicium deſignabatur.

Miles ab infantia temporis proceſſu validiſſimus. Theod.

108. Ait Regius Vates Pſalm. 128. numero primo: *Sæpe expugnaverunt me, & non potuerunt mihi.* Sæpe inimici mei tanquam agmine facto irruerunt in me, *Et non potuerunt mihi.* Unde illi tanta fortitudo, & robur ad tot impetus ſuperandos? *Expugnaverunt me à juventute mea*; aſſerit ſe à pueritia ludo tritum, ut fortior expugnaret impugnantes ſe, ut advertit D. Zeno ad Pſalm. citatum & ſubdit: *Non otioſa virtus viri religioſi eſt à teneris nempe.*

Pſal. 128.

Robuſta virtus à teneris hauſta. D. Zeno.

QVÆSTIO XV.

Quare Sanctiſſima Virgo Maria omnino, ac totaliter eſt ſeparata ab hoc linteo?

Agitur de illius Immaculata Conceptione.

109. IN hoc linteo animalia quadrupedia, ſerpentina, & volatilia denotant homines vitioſos, ac peccaminoſos, vel, ut dixi, denotant homines cum peccato originali, mortali, ac veniali, à quibus omnibus puriſſima Virgo Maria longiſſimè, ac diſtantiſſimè eſt ſegregata, & immunis.

110. Nam Sacratiſſima Virgo Maria nullum habuit peccatum actuale, ut eſt definitum in Concilio Tridentino ſeſſione 6. Can. 22. quod verò in ſua puriſſima, ac Immaculata Conceptione nullum contraxerit peccatum originale, & quod in primo inſtanti illius fuerit omni gratia præventa, eſt hodie conſtans ſententia Theologorum, pro qua pluſquam ſex millia Doctorum pugnant, ut dixi Opuſculo 4. de Conceptione quæſtione decima-octava numero 142. Ubi in toto opuſculo, & multis aliis in locis meis ibi citatis multa de hoc magno myſterio dixi, omniaque pro tam ſublimi, & alto arcano parva, & pauca ſunt, & quis poterit intelligere, aut aſſequi Sanctiſſimæ Virginis Mariæ magnalia, & ideo optime ait D. Laurentius Iuſtinian. ſerm. de Annuntiat. *Maria eſt liber incomprehenſus.*

Trident. *Maria Virgo abſque omni peccato actuali, & originali.* D. Laur. Iuſtin.

Canit Regius Vates Pſalm. 44. numero decimo: *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Qui locus communiter à Sanctis Patribus de B. Virgine Maria interpretatur, D. Athanaſius ſermone de Deipara, D. Damaſcenus ſermone de Aſſumptione, D. Ildephonſus ſermone de Aſſumptione D. Bernardus, D. Bonaventura, multis in locis, & alij communiter D. Chryſoſtomus ſic legit: *Erecta ſtetit regina à dextris tuis*, & ait: *Erecta ſtetit, quia nunquam cecidit, in dextris*, utpote in loco valde honorifico; Chaldæus legit: *Stabit liber legis in latere dextera tua, & exarabitur in Exemplari ſplendor tuus, veluti obriſo ex Ophir.* Ac ſi dicat: Maria Virgo eſt liber legis, quæ utpote à te data eſt pura ſine macula, in qua ô Æterne Pater, ſplendor tuus filius tuus tamquam in ſuo exemplari, ac tranſumpto, ſeu copia eſt exaratus, ſcriptus tamquam in auro maxime defœcato, Filius Dei totus purus ſanctus, imo ipſa puritas, atque ſanctitas; Maria illius exemplar, ac tranſumptum tota pura, & immaculata.

111. Pſal. 44. D. Atha. D. Dam. D. Ildep. D. Bern. D. Bona. *Maria velut tranſumptum Filii Dei.* D. Chryſoſt. Chaldæus.

Ad Virginem Mariam ait Deus per Oſeam 14. numero nono: *Ex me fructus tuus inventus*, id eſt ille, qui eſt meus filius, filius tuus; vel tunc gloriatur Æternus Pater quod eundem habeat filium cum Maria Virgine. D. Bonaventura in ſpeculo cap. 14. ait: *Æternus Pater loquitur ad Mariam, ex me fructus tuus inventus; ex me, quia ex utero meo genitus eſt, ſicut in* Pſalm. 109. *Scriptum eſt: Ex utero ante luciferum genui te; Tuus ô Maria ad hunc producendum electa.* Ait Æternus Pater, quod filius ſuus ſit filius Deiparæ, & ait: *Ex utero genui te.* Filius Dei non procedit à Patre ex utero, ſed ex mente, ex Maria procedit ex utero, cur ergo non dicitur, quod filius procedit ex mente, ſed ex utero, quod pertinet ad nativitatem ex Maria? Ut fiat manifeſtum Patrem Æternum gloriari, quod filius ſuus ſit filius Mariæ; mutantur principij nomina, ut id, quod eſt ex mente, dicatur ex utero, & etiam quodammodo noſtro dicendi modo, quod ſicut Filius Dei procedit ex mente Paterna puriſſima, & ſanctiſſima, ſic & ſuo modo à Virginis utero puriſſimo, & ſanctiſſimo, & forte hac de cauſa intellectus paternus, à quo filius procedit, uterus nuncupatur.

112. Oſeæ 14. D. Bona. *Pater gloriatur quod filius ſuus ſit filius Mariæ.*

Ait Salomon maximè conſiderandum: *Viam coluber ſuper petram.* Proverb. 30. numero decimo-non: Quæ verba exponit D. Ambroſius libro de Salomone cap. 2. de Chriſto Domino, & ait: *Venit denique coluber ad petram, qui Chriſtus, ſed Chriſtus Diaboli verba contempſit, ideo in petra veſtigium non fecit.* Cum Chriſtus eſſet petra, ut ait Apoſtolus: *Petra autem erat Chriſtus*, non potuit venenoſus ſerpens eum mordere, atque in eo ponere veſtigium; Atqui Sanctiſſima Virgo eſt etiam petra juxta illud Iſaiæ 16. num. 1. *Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ de petra deſerti*: poſtulat Agnum natum ex Virgine Maria, quam dicit petram deſerti; quia tunc mundus erat deſertus à gratia Dei, vel ut ait Cardinalis Hugo, ipſa ſolet patrocinari & defendere deſertos, ac deſtitutos ab omni præſidio, Maria autem Virgo, ut ait Albertus Magnus ſermone ſuper: *Miſſus eſt, eſt firmiſſima petra conſtituta quam Diabolus non potuit attingere.*

113. Prov. 30. D. Ambr. Iſai. 16. Hugo. *Virgo petra firmiſſima.* Albert. Magn.

Ait Salomon Proverb. 8. numero 23. *Ab æterno ordinata ſum, antequam terra fieret, quando æthera firmabat ſurſum aderam* numero 28. *Quomodo hæc*

114. Prov. 8.

hæc poſſunt cohærere; nam ex libro Geneſ. cap. 1. n. 1. conſtat, quod *In principio creavit Deus Cœlum, & terram.* In quarto autem die, *fecit Deus luminaria magna, & ſtellas*, quo ergo fundamento dicuntur æthera prius formata, & exornata, quam terra; Loquitur Salomon de Virgine Deipara, ut tenent D. Epiphanius hæreſi 69. Petrus Damian. ſerm. de Nativit. quæ ab æterno prædeſtinata, & ordinata, ac electa Mater Dei *Vt eſſet Cœlum animatum*, ut eam appellat Ioannes Damaſcenus, firmatum omni gratia, & ſanctitate, & hoc *antequam terra fieret*, nempe Adamus, qui per peccatum originale factus eſt terra, *pulvis es, & in pulverem reverteris*; ante ergo hanc terram Adami ipſa fuit ordinata Chriſti Mater, ut Cœlum animatum, purum, & ab omni macula immune.

D. Epiphan. Damian. *Virgo immunis ab Adami peccato.*

115. 1. Reg. 23 D. Bonavent.

Dicitur 2. Reg. 23. n. 4. *Sicut lux auroræ Oriente Sole mane abſque nubibus rutilat*, quem locum de puritate Virginis Mariæ explicat D. Bonavent. in ſpeculo cap. 9. ubi ſic ait: *Lux auroræ & ſanctitas Mariæ, quia ipſam irradiare dignatus eſt, proceſſurus de ea Sol juſtitiæ.* Quia Sol juſtitiæ Chriſtus Ieſus naſciturus erat ex Maria Virgine; eam reſplendere fecit abſque nubibus, quæ in aliquo vel etiam minimo eam obſcurare non poſſent.

Actor. 10. *n.* 13. Et facta eſt vox ad eum; Surge Petre, occide, & manduca.

Num. 14. Et ait: Abſit Domine, quia nunquam manducavi omne commune, & immundum.

Num. 15. Et vox ſecundo ad eum: Quod Deus purificavit, ut commune ne dixeris.

Num. 16. Hoc factum eſt per ter; & ſtatim receptum eſt vas in Cœlum.

Num. 17. Et dum intra ſe hæſitaret Petrus, quidnam eſſet hæc viſio, quam vidiſſet: ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio inquirentes domum Simonis aſtiterunt ad ianuam.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV.

116. Syriac.

Verſ. 13. *ET facta eſt vox ad eum*, nempe imaginaria, & mentalis, ut ſolet fieri in extaſi. *Petre*, Syriacus habet: *Simon*, ſed rectius noſtra Vulgata, & Græcus legunt *Petre*, quia ei loquebatur hic, ut ſupremo Capiti Eccleſiæ, cuius proprium nomen eſt Petrus: *Surge*, quod verbum indicat diligentiam, & celeritatem in executione mandati; Deus ſuos miniſtros vult diligentes, & non pigros, ac ignavos.

117. Syrus. Beda. D Chryſoſt.

Occide, & manduca. Syrus: *Macta*, Beda: *Immola, manduca.* D. Chryſoſt. *Veſcere*, dicitur *Occide*, nempe eorum vitia, ac abominationes prædicatione, & exhortatione, Sacrementorumque applicatione: Fit alluſio, ut ait Beda, ad ſacrificia antiquæ legis veteris; nam ex victima immolata Deo etiam laïci comedebant.

118. D. Hier.

Manduca. Id, quod comeditur in comedentis corpus convertitur, ſic Prælatus peccatorum abominationes occidat, ut eas convertat in Eccleſiæ corpus, ſic D. Hieronym. in Thren. ait, cap. 3. *Petro, ut capiti* (ait) *dicitur, macta, & manduca, id eſt veteſtatem earum contere, & in corpus Eccleſiæ, ac tua membra converte.*

119. Arabic.

Verſ. 14. *Ait Petrus, Abſit Domine.* Arabicus: *Nullo modo Domine*, & dat rationem, *nunquam manducavi omne commune, & immundum*; Syriac. *Contaminatum.* Arabicus: *Pollutum.* D. Cyrillus addit: *Neque intravit in os meum caro profani*, dixit omne commune, & immundum, quod idem ſignificat, & unum eſt interpretatio alterius, & ſignificat cibos gentilium, à quibus abſtinebant Iudæi, de quo infra q. 17.

Syriac. Arabic. D. Cyril.

120. Syriac. Arabicus

Verſ. 15. *Et vox iterum ſecundo ad eum.* Syriac. *Et rurſum duobus temporibus vox fuit ad eum.* Arabic. *Secunda vice* exiſtente Petro in hac ſua extaſi ter vidit hoc linteum ad *ſe deſcendere de Cœlo*: ter audivit: *Occide, & manduca.* Ter ſe excuſans reſpondit: *Nunquam manducavi commune, & immundum.* Ter ei dictum eſt, & audivit: *Quod Deus purificavit tu commune ne dixeris*, ut notat noſter D. Cyrillus in Leviticum; ter hæc facta ſunt, ut intelligat, & cognoſcat viſionem eſſe veram, & ut prompto animo ad eam advertat.

D. Cyril.

121. Syriac. Arabic. Æthiop. D. Aug.

Verſ. 16. *Statim vas receptum eſt in Cœlum*: Syriacus: *Sublatum eſt vas.* Arabicus: *Aſcendit vas rurſum.* Æthiopicus: *Receptum eſt in Cœlum vas fictile.* D. Auguſt. *Sublatus eſt diſcus* unde venerat; Nam vocatio gentium venit de Cœlo ex auxilio Dei, & ſic vocati recipiuntur in Cœlum ad beatorum ſedes.

122. Æthiop.

Verſ. 17. *Et cum intra ſe hæſitaret Petrus*, ut ait Chryſoſtomus ut ſolutio eſſet gratior, & ſic factum eſt cum Ioſeph Sponſo Virginis Mariæ. Æthiopic *Dum inter ſe miratur.* Tunc ecce viri, *qui miſſi erant à Cornelio.* Deus alta ſua providentia ſuis occurrit, eorumque deſideriis ſubvenit, ut nunc Petro affectanti totius viſionis interlligentiam aperit, & cuncta ſua providentia diſponit, ut viri inquirentes Simonem ſtatim, atque illico ſteterint ad eius portam.

QUÆSTIO XVI.

Quare cibus immundus dicitur purificatus?

123. *In lege gratiæ non dantur cibi immundi, ut in lege veteri.*

DIcitur Petro, quod illa animalia in linteo, quamvis alias eſſent immunda, purificata tamen erant à Deo, & quamvis ad corticem litetæ communis interpretatio eſt, quod olim in lege Moyſis multi cibi tamquam immundi erant reprobati, at Chriſtus D. veniens talem legem abrogavit, omneſque cibos fecit mundos, & aptos ad communem hominum uſum: Unde R. Moyſes, & R. Salomon apud Lyram, Geneſ. 9. n. 4. dixerunt tempore Meſſiæ nulla animalia fore immunda, ut antiquitus erant ſub Moyſe, ſed omnia fore munda, ut erant tempore Noë, Geneſ. 7. n. 8.

Lyran.

124. *Deus ex magnis peccatoribus facit iuſtos.*

Quantum ad ſenſum ſpiritualem viſionis, per illa animalia denotabantur gentes, quæ erant tamquam eſcæ immundæ, tamen Deus eos ſua gratia vocavit, iuſtificavit, ſanctificavitque; erant immundæ antequam haberent condimentum divinæ gratiæ; novit divina gratia ex venenoſis ſerpentibus conficere divinas, ac cœleſtes dapes, & inde vas receptum eſt in Cœlum.

125. Gen. 27. *Deus ex hædis facit dapes cœleſtes.*

Ad impetrandam benedictionem Patris ſui Iſaac, Rebecca Spiritus ſancti afflatu ſuadet filio ſuo Iacob: *Affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis eſcas Patri tuo, quibus libenter veſcitur*, Gen. 27. n. 9. In quo Sancti Patres alta indagant myſteria, ſed quomodo hædus, qui eſt ſymbolum peccatorum, & ideo ad ſiniſtram ſunt collocandi, poteſt placere Deo? Hæc eſt poteſtas divinæ gratiæ, quæ ex depravatis peccatoribus valet præparare Deo gratiſſimum epulum, quo maximè exultat, & lætatur,

Francon. tur. Franconius Abbas tom. 3. de gratia ait: *Verè ſapiens mulier, quæ ſic novit hædos coquere, ſic condire quæ gratiam cervorum coæquent, ac ſuperent. Gaudium enim eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra novem iuſtis.*

126. D.Hilar. Secundo D.Hilarius can. 33. in Matth. ait: *Ioſeph munda Sindone corpus Ieſu involvit, & quidem in hoc eodem linteo reperimus de Cœlo ad Petrum univerſorum animantium genera ſubmiſſa.* In illo linteo oſtendebantur horrenda, ac terribilia animalia, quæ ſuo aſpectu magnum timorem incutiunt, eoſque ſua ferocitate devorant, ac comedunt, & tamen tamquam ſuaviſſimæ epulæ proponuntur, ut lautum convivium, ut illa animantia erant in illo linteo, in quo corpus Chriſti fuit involutum, in quo extabant illius paſſionis veſtigia, ad ejus aſpectum bruta, & indomita animalia omni ferocitate, ac veneno depoſito in tantam ſuavitatem, ac lenitatem deveniunt, ut dulciſſimæ dapes guſtari, ac ſuſcipi valeant, & cum eis maximè Petrus jucundetur; ſiquidem in hoc eodem linteo reperimus *de Cœlo ad Petrum univerſorum animantium genera* Exod. 17. *ſubmiſſa.* Ait Deus ad Moyſen, Exod. 17. n. 6. *Tolle virgam tuam, percuties petram, & exibit aqua.* Ad quid virga, nonne ſatis erat quod Moyſes ad petram loqueretur? Virga figura Crucis paſſionis eſt, ut eſt cummune, ad cuius præſentiam etiam duriſſimæ petræ miteſcunt, duritiemque deponunt, & ampliſſimos aquarum latices exundant.

Ferini mores intuitu paſſionis Chriſti miteſcunt.

127. D.Greg. Tertio D.Gregor. lib. 18. Moral. cap. 20. aliàs 22. ſic inquit: *Ipſi primo Paſtori* (ſcilicet Petro) *quaſi huius leænæ ori dicitur, mactа, & manduca; quod mactatur quippe à vita occiditur, id verò quod comeditur, in comedentis corpore commutatur. Mactа ergo, & manduca dicitur, id eſt à peccato eos, qui vivunt, interfice, & à ſe ipſis illos intra membra converte.* Ac ſi dicatur: Occide nempe peccatores tua doctrina, prædicatione, ac exhortatione eorum peccata per confeſſionis Sacramentum, & eos manduca convertens, ac ingerens in meæ Eccleſiæ corpore, ut ait D. Auguſt. ſerm. 26. de diverſis cap. 7. *In novam vitam ſocietatis Eccleſiæ.*

Petrui peccatores convertat in corpus Eccleſiæ per confeſſionem

D.Aug.

128. Occidat peccatores, eorumque peccata per confeſſionis Sacramentum. Venit ille filius prodigus ad Patrem, macilenta facie, ſordido veſtitu, quem cùm à longè vidiſſet bonus Pater miſericordia motus occurrit ei, *& amplexu oſculatus eſt eum*; non tamen filium ſuum veſtitu, annulo calceiſque exornat, ac in domum ſuam introducit, niſi poſtquam ille pœnitentia compunctus confitetur: *Pater peccavi in Cœlum, & coram te,* Luc. 15. n. 21. Tunc ſtatim pater ad ſervos ait: *Cito proferte ſtolam primam; date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius,* nam cum Pater eum primo viderit, miſericordia motus eum eſt amplexatus ut eum ad confeſſionem alliceret, tamen non eum ſtola prima, annulo, ac calceis in domum ſuam vitulo ſaginato introducit, niſi confeſſione peracta: Et ſi Pater eſſet lætus, cum tamen peccator ingenuo pudore confectus ſua delicta exponit, non amplius nocent ei, & magnis donis condecoratur. Tertullian. lib. de Pœnit. cap. 8. *Sed ſi pœniteat ex animo, ſi Patrem repetas vel offenſum, deliqui, dicens, tantum revelat confeſſio delictorum, quantum diſſimulatio exaggerat.*

Luc. 15.

Confeſſione delictorum blanditur Deus.

Tertull.

129. Judas regali ſceptro ſupereminet cæteros fratres. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore* Gen. 49. *eius*, Geneſ. 49. n. 10. Quæ felicitas illi obvenit, ut multi volunt, ex ſuo nomine, nam Iudas idem eſt, ac confitens, quod facto comprobavit; nam cum Thamar velata facie ab eo concepiſſet, eo quod non dederat ei eius filium minorem pro prima morte iuxta legem, & poſtea cum inventa fuiſſet Thama concepiſſe, & accuſaretur de adulterio, Iudas in eam protulit ſententiam capitalem, quæ cùm duceretur ad mortem miſit ad Iudam armillam, & alia munera, quæ Thamar à Iuda acceperat, quando cum illa habuit rem, dicens, *De viro, cuius hæc ſunt, concepi*; Quæ cum vidiſſet Iudas dixit: *Iuſtior me eſt; quia non tradidi eam Sela filio meo*, Geneſ. 38. n. 26. qua confeſſione tantum placuit Deo, quod ipſe in ſuo ſemine deſignatus à Deo Rex Iſrael, & dux totius populi, qui cum eſſet Iudex, ac Gubernator non erubuit agnoſcere ſuum delictum, & illud palam confitetur, proindeque principatui, ac regno aptiſſimus eſt. Peluſiotes lib. 2. epiſt. 48. ait: *Quoniam plerique ſua delicta occultantes alios condemnant; hic vero* (ſcilicet Iudas) *ſe ipſum condemnavit, eam ob cauſam regiam dignitatem aſſequutus eſt.*

Confeſſio regnum meretur & dona.

Gen. 38.

Peluſior.

QUÆSTIO XVII.

Quare cibus immundus dicitur communis?

130. *Quid cibus communis.*

AIt Petrus: *Nunquam manducavi omne commune, & immundum.* Unum eſt expoſitio alterius, & immundum idem eſt, ac impurum, ac profanum; nam Iudæi ne Gentiles offenderent cibos eorum, qui lege Moſaïca utebantur, non vocabant immundos, aut profanos, ſed communes ex eo quod à quolibet Gentili comedi poterant.

131. D.Chryſoſt. *Scandalum vitandum.*

Et quamvis D. Petrus non teneretur ad obſervandam legem Moſaicam, utpote jam abolitam, & abrogatam per Chriſtum, tamen prudentiſſime ſe habuit, ut notat D. Chryſoſt. ut poſtea facilius ſe tueretur adverſus eos, qui eum arguebant, quod Gentiles admitteret, & ad ritus Gentilium tranſiret, & ideo non repente, ſed paulatim fuit faciendum.

132. *Peccator in multos tortores incidit.* Origen.

Moraliter erant in illo linteo quadrupedia, ſerpentia, & hæc dicit communia. In illis animalibus repræſentabantur peccatorum imagines, quibus miſer peccator tamquam famulus, ac captivus inſervit, ac ſubminiſtrat ſuis vitiis. Origenes homil. 5. in Levitic. ait: *Qui Sanctus eſt, & immundus multorum eſt; multi enim Dæmones poſſident eum, & ideo communis appellatur.*

133. Luc. 19. *Peccator multis inſervit.*

Ut Ieſus intraret in Ieruſalem miſit diſcipulos ſuos in Caſtellum, quod contra eos erat, abierunt diſcipuli, ut Dominus illis diſpoſuit: *Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, quid ſolvitis pullum; at illi dixerunt, quia Dominus eum neceſſarium habet*, Luc. 19. n. 33. In aſino illo denotatur peccator ligatus, ac comprehenſus, ut multis dominis inſerviat, ac ſubjugetur, & qui tot onera ſuſtinet, bene aſinus eſt, at ſi Deus ſua gratia per manus ſuorum miniſtrorum eum ad ſe adducit, ſolutus à vinculis unum tantum Dominum, ac Deum habet, ſub quo multis mirificè exornatur, quod perbelle ponderat D. Athanaſius ad citatum Evangelii locum, ubi ſic ait: *Apoſtoli ſcilicet profecti in pagum dixerunt domini ſtius pulli diſcipulis; quid ſolvitis pullum? Nonne ſufficeret, ſi unus dominus aſſideret? Nunc autem plures ſunt eius domini.* Cum perſonam peccatoris ageret multis inſerviebat.

D.Atha.

134. Cum Salomon per viam rectam Patris ſui Davidis incederet; unum verum Deum Creatorem Cœli, & terræ adorabat, at vero poſtquam depravatum eſt cor eius per mulieres, ſequebatur Deos alienos: *Et colebat Salomon Aſtarothem Deum Sydoniorum,*

& Moloch Idolum Ammonitarum & ædificavit Salomon fanum Chamos Idolum Moab, 3. Reg. 11. n. 5. & 7. Quando cor ejus orat rectum, & perfectum unum tantum Deum, ac Dominum adorabat, at verò cum cor eius corruptum, ac venenoſum factum eſt, multis Dominis ſub eorum iugo miſerrimè ſerviebat, & cum ratio naturalis dictet, quod unus tantum ſit Deus, & una tantum cauſa prima, ſic tamen ſapientiſſimus homo bruteſcit ac crudeli veneno obcœcatur, ut multis Dominis inſerviat, eorumque vitiis, ac turpitudinibus famuletur.

3. Reg. 11

Peccator ſub multis vitiis ſervit & premitur?

QVÆSTIO XVIII.

Quare D. Petrus cum eſſet obœdientiſſimus ter reſpondet, ac recuſat comedere illa animalia à Domino oblata?

135. DIcitur Petro: *Occide, & manduca*, reſpondit & ille: *Abſit Domine*, Dominum appellat eum, à quo invitabatur ad comedendum illud, quod erat contra ſuum affectum, ac guſtum, ut notat D. Ambroſius lib. 2. de Spiritu ſancto cap. 11. & inquit: *Quoniam vocatus Petrus reſpondit, Domine, ideo ſecundum evidentius meruit oraculum.* Impellebatur Petrus ad comedendum ea, quæ ſibi videbantur horribilia, venenoſa, ac deteſtanda, tamen multa cum reverentia reſpondet, & loquitur Dominum appellans, & veneratus, indeque meruit ſecundam vocem, ut clarius, ac apertius agnoſceret myſterium: *Quod Deus purificavit, commune ne dixeris.*

D. Ambr. *Reverentia, ac urbanitas multum promeretur.*

136. Ter vas deſcendit de Cœlo, ter Petro dictum eſt: *Occide, & manduca*, ter ſe Petrus excuſat, dicens nunquam manducavi commune, & immundũ, ter ei dicitur. *Quod Deus purificavit commune ne dixeris.* Ter hoc ei dicitur in figura Sanctiſſimæ Trinitatis, in qua baptizandus erat Cornelius. Ita D. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto cap. 11. D. Auguſt. ſerm. ſæpè citato de Diverſis; Aptius tamen, & magis ad literam Gloſſa Interlinealis, D. Cyrillus in Levit. præter ſuperiorem ſenſum, alium aſſignat; ut Petrus magis certificaretur de veritate viſionis, & ad eius executionem excitaretur. Petrus ter negavit, ter de eius amore interrogatur à Chriſto *Amas me?* Ioan. 21. n. 15. ſic Paulus ter Dominum rogavit, ut ab eo Satanæ Angelus diſcederet, 2. Corinth. 12. n. 8. Denique ad veritatem ſuæ mortis comprobandam tot dies in ſepulchro iacuit, Matth. 12. n. 40.

Cur Petrus ad monetur de Cœlo? D. Ambr. D. Aug. Interlin. D. Cyrill. Ioan. 21. 2. Cor. 12 Matth. 12

137. Tamen maximè inquirendum eſt, quod cum Petrus audiat multipliciter teſtificatum de Cœlo eſcam oblatam in linteo eſſe purificatam à Deo, adhuc ipſe immobiliter perſiſtit in ſua ſententia, ita ut proferat: *Nunquam manducavi omne commune, & immundum.* Iam ex ſuperioribus liquet quod illa animalia denotabant gentes, & peccatores converſos per pœnitentiam, Petrus gerens hominum perſonam, & cum eos ut peccatores agnoſceret, & reputaret immobiliter perſiſtens, non eos iudicabat, ut in præſentiarum iuſtificatos ac purificatos audierat è Cœlo, ſed fixus perſiſtens in ſua prima apprehenſione, eos immundos, atque peccatores appendebat, ita ut vox de Cœlo clamans eum ab illo cogitatu non potuerit primo avellere, ſed neceſſarium fuit iterum repetere. Beda: *Gentiles erant, quos Petrus adhuc immundos judicabat, & ut Petrus magis certus fieret de eorum juſtificatione, ſubditur: Statim vas receptum eſt in Cœlum*; quia nempe illa purificata animalia iam non habebant locum in terra, ſed in Cœlo cum Beatiſſimis Spiritibus.

Homo iudicat de præſenti, non ut de futuro, ſed ut de Beda.

Cum ſacri Apoſtoli aſcendiſſent in naviculã, Ieſu in terra remanente, & fortis, ac vehemens ventus contrarius eis eſſet exortus, quo navicula in varias partes impellebatur, fluctibuſque intumeſcentibus mare commovebatur, & Apoſtoli eſſent laborantes in remigando, ut notat Chryſoſt. homil. 51. cum dicitur *Quarta vigilia veniſſet Ieſus ad eos*, denotatur per totam noctem fuiſſe laborantes, tunc in ipſa quarta vigilia *venit Ieſus ad eos ambulans ſuper mare, & volebat eos præterire*, Matth. 14. n. 48. *Et ipſi putaverunt eſſe phantaſma*, ut ſcribit D. Marcus 6. n. 49. Cur non cogitant, ac eis non venit in mentem, quod eſſet ſuus Divinus Magiſter Ieſus, cuius potentia in magnis miraculis erat manifeſta, ſic & illius eximia providentia erat circa ſuos diſcipulos, quod in ſimili periculo *cum navicula operiretur magnis fluctibus*, Matth. 8. n. 16. Mirabiliter cuſtodivit? cur ergo non cogitant eſſe ſuum Divinum Magiſtrum, ſed phantaſma? *Quia volebat præterire eos.* Erant certiſſimi Apoſtoli de eximia ſollicitudine, ac cura ſui Magiſtri, & quod de multis periculis eos liberaret? Cum verò modo ſe in tot fluctibus iactatos conſpicerent, quin Divinus Magiſter eis ſubveniret, potiuſque eos vellet præterire, in ſua ipſorum apprehenſione immobiles perſiſtunt non fore ſuum Magiſtrum, ſed Phantaſma D. Auguſt. in Catena D. Thomæ ait: *Quomodo hæc intelligere potuerunt, niſi quia in diverſum ibat eos volens præterire tamquam alienos, à quibus ita non agnoſcebatur, ut phantaſma putarent.* Vide quæ dixi ſuperiori cap. 9. q. 20. per totum.

138. Matth. 14 Marc. 16. Matth. 8. *Difficillimè homo poteſt divelli à ſua, prima apprehenſione.* D. Aug.

Act. 10. *n.* 18. Et cum vocaſſent, interrogabant, ſi Simon, qui cognominatus Petrus, illic haberet hoſpitium?

Num. 19. Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei: ecce viri tres quærũt te.

Num. 20. Surge itaque deſcende, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego miſi illos.

Num. 21. Deſcendens autem Petrus ad viros dixit: Ego ſum quem quæritis, quæ cauſa eſt, propter quam veniſtis?

Num. 22. Quidixerunt: Cornelius Centurio vir iuſtus, & timens Deum, teſtimonium habens ab univerſa gente Iudæorum, reſponſum accepit ab Angelo Sancto accerſire te in domum ſuam, & audire verba abs te.

Num. 23. Introducens ergo, eos accepit hoſpitio. Sequenti autem die ſurgens profectus eſt cum illis, & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati ſunt eum.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE V.

139. Mariana. Syriac. Arabic.

Verſ. 18. ET *cum vocaſſent.* Illi tres viri miſſi à Cornelio vocatunt aliquem ex habitatoribus, vel ex domeſticis, quod Mariana dicit more Hiſpanico pulſando oſtium, & interrogabant, an *Petrus illic haberet hoſpitium?* Syriacus: *Illic diverſaretur?* Arabic. *Illic hoſpitaretur?*

140. Syriac. Æthiop.

Verſ. 19. *Petro autem cogitante de viſione.* Syriac. *Cum meditaretur viſionem.* Æthiopic. *Petro adhuc perſiſtente in meditatione huius viſionis.* Ex voris Petro reſpondet Spiritus ſanctus ei tribuens viſionis cognitionem.

Dixit

Carthuſ. Gloſſa. *Dixit Spiritus.* Carthuſianus, & Gloſſa per ſpiritum intelligunt Angelum, ut Divini Spiritus Vicarium, qui in corpore aſſumpto loquutus eſt ad Petrum; Aptius tamen D. Cyril. Ieroſolymit. Catech. 17. D. Chryſoſt. in præſenti, D. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto cap. 17. D. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 2. intelligunt Spiritum ſanctum, qui per internam inſpirationem, & loquutionem dixit Petro, & hæc ſolutio inde eſt probabilior ex his, quæ ſequuntur in verſu ſequenti: *Eg miſi illos.*

D. Cyril. Ieroſol. D. Ambr. D. Chryſoſt. D. Greg.

142. Verſ. 20. *Surge* ab oratione, in qua fervidus extabat: Sæpe oratio omittenda eſt, vel propter officia, vel ob propriam obligationem, ſic & Moyſi cum eſſet in monte cum Deo dictum eſt: *Deſcende, peccavit populus tuus*, Exod. 32. n. 7. de quo multa dixi variis in locis, *Deſcende*, erat enim; ut notat Lyranus, orans in ſuperioribus partibus domus, ut patet ex principio huius capitis.

Exod. 32. Lyran.

143. Syriac. Arabic. Æthiop. *Vade cum eis nihil dubitans.* Syriacus: *Proficiſcere cum eis nihil mente ambigens.* Arabicus: *Nihil hæſitans propter illam rem.* Æthiopicus: *Non ambigens quidquam*; Cauſa autem forſitan erat dubitandi, quia metuerat Petrus fratrum reprehenſionem, ſi ad gentes incircunciſas accederet, cum eiſque haberet commercium, de qua reprehenſione agitur capite ſequenti n. 21. & magnus Petrus nullum, de ſe volebat dare ſcandalum, & cum eſſet tam magnus non recuſabat aliorum reprehenſionem.

144. Æthiop. Pagnin. *Prælati non habeant aditum difficilè*, Arabic. Verſ. 21. *Deſcendens autem Petrus.* Æthiopic. *Deſcendit de tabulario ſuo.* Pagninus: *Deſcendit ad viros*, qui miſſi fuerant ad ſe à Cornelio; Deſcendit, non ab alio vocatus, ſed ab inſtinctu Spiritus motus, tamquam ſi eorum interrogationem audiſſet. Reſpondit: *Ecce ego, quem quæritis.* Arabic. *Ecce me, quem petitis.* O magnum documentum cunctis gubernatoribus, ut non ſe abſcondant, ac recondant à ſubditis.

145. D. Chryſoſt. Carthuſ. Gloſſa. Interlin. D. Greg. *Quæ eſt cauſa, propter quam veniſtis?* D. Chryſoſt. *Ob quam cauſam adeſtis.* An D. Petrus cognoverit cauſam adventus, dubitatur. Gloſſa, & Carthuſianus affirmant cognoviſſe, tamen ut ſuam abſconderet virtutem, ex humilitate monſtrat ſe neſcire. Gloſſa vero Interlinealis, D. Gregor. homil. 1. in Ezechiel. dicut re vera neſcire, quod videtur conformius ſimplici reſponſioni Petri.

146. Syrus. Arabic. Arias. Verſ. 22. *Dixerunt, Cornelius Centurio vir juſtus, ac timens Deum.* Nuncii iſti virtutes Cornelii exponunt, ut certiorem Petrum faciant de revelatione ei facta ab Angelo, & inſuper ad eius virtutem comprobandam addunt: *Teſtimonium habens ab univerſa Iudæorum gente.* Syrus: *De quo honorificum fert teſtimonium Gens Iudæorum.* Arabicus: *Cuius virtuti atteſtatur univerſa plebs.* Arias: *Teſtimonio ornatus Divino.*

147. Luc. 7. Iudæi maximè adverſabantur gentibus, inde maxima laus Cornelii, quod à ſuis contrariis rectum haberet teſtimonium, ſicut ille alius, Luc. 7. n. 4. & 5. *Reſponſum accepit ab Angelo.* Reſponſum ſupponit interrogationem, ac poſtulationem, quæ quidem nulla legitur, merita tamen Cornelii poſtulabant, & interrogabant ab Angelo tale reſponſum; Hæc moraliter ſint dicta, tamen genuinè in radice Græca reſpondere idem eſt, ac oraculum dicere, & dare, & ita Oecumenius legit *Oraculum accepit.*

Græcus. Oecum. D Chryſoſt. D. Chryſoſt. *Oraculo admonitus.*

148. Verſ. 23. *Et introducens eos recepit hoſpitio*, benignè, ac familiariter cum eis agens, & cum moderata copia, & menſa; hoc enim hoſpitaliter denotat cum ſobrietate Apoſtolica, & pro illa die cum Petro remanſerunt, ut à labore itineris requieſcerent: *Sequenti autem die ſurgens* ſedulò profectus eſt cum illis, ut ait Lyranus obediens divinis mandatis. Lyran.

149. *Et quidam ex fratribus ab Ioppe.* Syriacus: *Et comitatus eſt eos unuſquiſque ex fratribus*, ob eximium amorem, quem conceperant erga Petrum, non poterant ab eo ſeparari, ideo aliqui eum comitati ſunt, cum illis tribus viris miſſis à Cornelio; Illi autem, qui comitati ſunt Petrum erant ad minus ſex, ut patet ex cap. 11. n. 12.

QUÆSTIO XIX.

Quare Petrus cum eſſet hoſpes in domo Simonis Coriarii, hos Cornelii nuntios excipit hoſpitio tamquam in domo propria?

150. IN illa Sancta primitiva Eccleſia omnibus omnia erant communia, ac ſub pedibus Apoſtolorum, præcipueque ad pedes Petri ponebantur, ac proinde ex eius diſpoſitione cuncta ordinabantur; Cum autem Simon Coriarius eſſet vir iuſtus, & probus, fideliſſimuſque Chriſtianus, ſua omnia erant communia, atque ad nutum Petri diſponenda.

151. *Multa beneficia ex hoſpitio peregrinis.* D. Ambr. Petrus ut caput, ac exemplar omnium Prælatorum benignè excipit peregrinos, ut cæteri tali exemplo formati eius veſtigia ſequantur: Omnes maximè commoventur, ac impelluntur magnorum exemplo, quod multis comprobat D. Ambroſ. lib. de Abrahamo cap. 5. & lib. 1. de offic. cap. 21. Abrahamus hoſpitalitate excepit ipſum Dei filium, & magnam Sanctiſſima Trinitatis cognitionem, meruitque procreare Iſaac, Geneſ. 18. Loth evaſit incendium, Geneſ. 19. Raab ſalutem eſt conſecuta. Ioſue 2. Vidua Sarepthanæ Parentis Eliæ à fame per tres annos liberatur, filiumque redivivum obtinet. 3. Reg. 17. Sunamitis hoſpitio Eliſæi impetrat filium, & mortuum ſuſcitatum, & oleum, ut reddat creditori ſuo, 4. Reg. 4. & Zachæus dum hoſpitio recipit Chriſtum, facta eſt ſalus ipſi, ac toti domui eius, Luc. 19. Et Diſcipuli in Emaus dum ſub forma peregrini Chriſtum excipiunt hoſpitio, meruerunt eſſe inter primos, qui eum reſuſcitatum viderunt, Luc. 24. ex monet D. Gregor. homil. 23. in Evangelia: *Sunt enim non modo ad hoſpitium invitandi peregrini, ſed etiam cogendi exemplo, ſedentium in Emaus.*

Gen. 18. Gen. 19. Ioſue 2. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Luc. 19. Luc. 24. D. Greg.

152. Hinc Paulus ſcribens 1. ad Thimoth. cap. 3. n. 2. exhortans ait: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem.* Cur non commendat eum eſſe charitativum, benignum, eleemoſynarium, ſed hoſpitalem? Hoſpitalitas, ut ex D. Chryſoſt. Ruperto notat Paulus Burgenſ. ad cap. 18. Geneſ. *Reſpicit extraneos, ac alienos à patria, & terra ſua*, ideo Apoſtolus maximè recommendat hoſpitalitatem potius, quam charitatem, quia charitas incipit à ſe ipſa, & à ſuis, at hoſpitalitas tendit in extraneos, ac alienos, in quo maximè refulget Epiſcopi dignitatis ſplendor, dum ipſos extraneos, ac alienos à ſuis ſuſcipit, fovet, ac cibat.

Epiſcopus non ſuos, ſed peregrinos ſuſcipiat.

153. gen. 21. Ionath. *Peregrini tamquã Dei recipiendi.* Ad quod graviter exhortatur Abrahamus non ſolum jam citato cap. 18. ſed etiam quia ut dicitur cap. 21. n. 23. Geneſ. *Abraham verò plantavit nemus in Berſabee.* Ionath. legit: *Plantavit hortum arborioſum denſum, & plenum optimis fructibus*, ac proinde omni jucunditate, ac amœnitate valde delectabile, & ad quid tale nemus ac hortus tam gratus omnibus ſenſibus extruitur, & plantatur? Reſpondet Lyranus: *Propter hoſpites tranſeuntes recipiendos, ut amœnitate loci recrearentur.* Audiamus Lyran.

nunc

Rabbi Samuel. nunc electionem Rabbi Samuel dicentis: *Plantavit Paradiſum*, Paradiſus locus proprius eſt habitationis Dei, quomodo ergo locus conſtructus ad excipiendos peregrinos dicitur Paradiſus tamquam habitationis Dei, quia Abrahamus tanta gratia, benevolentia; ac veneratione peregrinos excipiebat, ac ſi in eis Deum reciperet: Dicent electi in extrema illa die Domine, *Quando te vidimus hoſpitem, & collegimus te?* Reſpondet Chriſtus D. *Amen dico vobis, quandiu feciſtis uni ex minimis iſtis fratribus meis, mihi feciſtis*, Matth. 25.

Matth. 25.

154. Cum audiſſet Laban veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ cucurrit obviam ei, *Et amplexatus eſt; & in oſcula ruens duxit eum in domũ ſuam*, Gen. 29. n. 13. Admiratione ſane dignum eſt, quod Laban homo ruſticus, ferus, ac malæ indolis tam lætus, ac jucundus recipiat Iacob, tanta benevolentia, ut antequam Iacob ad ipſum accedat, ei obviam occurrat. Unde illius ruſticana feritas, ac indomita diſciplina ſic miteſcit ac commutata eſt? Sic erat illis antiquis Patribus in animo impreſſa, ac inſculpta affabilitas in peregrinos, ut nulla indiſciplinata feritas illam potuerit deſpicere, quin potius ſumma benignitate, atque alacritate illis ſubveniret. D. Chryſoſt. ibi ait: *Conſidera, quomodo ſacra Scriptura nos doceat mores veterum, quantæ in excipiendis hoſpitibus fuerint alacritatis, ecce Laban, qui cucurrit, & ipſe in occurſum Iacob, & ſalutavit eum.*

Gen. 29.

Peregrini cum alacritate ſuſcipiendi.

D. Chryſoſt.

155. Qui autem peregrinos non receperint, & duri fuerint in eos, multum timeant divinam luſtitiam: Ait Chriſtus D. Matth. 10. n. 14. *Et quicumque non receperint vos, exeuntes foras de domo, vel Civitate excutite pulverem de pedibus veſtris, Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicii, quam illi Civitati.* Cur mandat Dominus excutere pulverem de pedibus? Geometra in Catena Græca ad cap. 10. D. Lucæ. *Simpliciter vult pulverem excuti, ut hac ratione oſtendant ſe nihil ab eis accepiſſe*, ut ita judicium duriſſimum ſuſtineant cum nullam charitatem erga peregrinos habuiſſent.

Matth. 10

Geom.

Actor. 10. *n.* 24. Altera autem die introivit Cæſaream, Cornelius verò expectabat illos convocatis cognatis ſuis, & neceſſariis amicis.

Num. 25. Et factum eſt cum introiſſet Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius adoravit.

Num. 26. Petrus verò elevavit eum, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum.

Num. 27. Et loquens cum illo intravit, & invenit multos, qui convenerant.

Num. 28. Dixitque ad illos: Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Iudæo conjungi, aut accedere ad alienigenam, ſed mihi oſtendit Deus neminem communem, aut immundum dicere hominem.

Num. 29. Propter quod ſine dubitatione veni accerſitus: Interrogo ergo ob quam cauſam accerſiſtis me?.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

156. Adrich. Verſ. 24. *Altera autem die*, hoc eſt in craſtino receſſu Petri à Ioppe; nam ut patet ex tabulis Adrichomi, Cæſarea diſtat à Ioppe ſpatio quindecim leucarum, ſeu horarum; quod in duobus diebus facile confici potuit, & miſſi à Cornelio moram fecerunt alteris duobus in itinere, & ſunt quatuor dies.

157. Syrus. Arabic. *Cornelius autem expectabat eos*, Syrus: *Præſtolabatur eos congregatis ad ſe omnibus filiis cognationis ſuæ.* Arabicus: *Iamque convocaverit omnes ad ſe amicos ſuos.* Ut multa cum reverentia exciperetur Petrus, omneſque illius doctrinæ fierent participes. *Et neceſſariis amicis.* Intime, & maximè conjuncti.

158. D. Chryſoſt. Oecum. *Et factum eſt cum introiſſet Petrus.* D. Chryſoſt. *Vbi advenit Petrus.* Oecumenius: *Cum autem contigit introiſſe Petrum*, quia deinde contigit. *Centurio procidens adoravit eum.* Cornelius cum eſſet vir juſtus, ac fidelis rectè ſciebat Petrum non eſſe Deum, vel Angelum, ſed adoravit adoratione civili, & humana, quam ſolemus exhibere magnatibus, ac viris Eccleſiaſticis etiam genuflexo.

159. Græcus. Verſ. 26. *Petrus elevavit eum, dicens*: *Surge.* Græcus: *Quid facis? Surge*, hoc præſtitit Petrus modeſtiæ, ac humilitatis cauſa, & ait: *Ego homo ſum*, tui ſimilis humana natura; nam quamvis Petrus eſſet valde magnus, ſemper humilitatem ſectabatur, veniens enim Ioppen, non apud aliquem magnum, & principem, ſed apud domum plebeam, ac Coriarium hoſpitatur.

160. Syriac. D Chryſoſt. Verſ. 27. *Et loquens cum illo.* Syriacus: *Cum loqueretur ei.* D. Chryſoſt. conveniebant, qui ſimul aderant, docet Chryſoſtomus exponens Petrus conditionem ſuam, nempe quod eſſet homo, & cum introiſſet invenit multos, qui expectabant eius adventum.

161. Græcus. Syriac. Æthiop. D Chryſoſt. Arabic. Biblia. Verſ. 28. *Dixit, Vos ſcitis, quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam.* Græcus: *Nefas eſſe.* Syriacus: *Non licere.* Æthiopicus: *Communicare.* D. Chryſoſt. *Adhærere.* Arabic. *Adire.* Biblia Gothica apud Marianam: *Iniquum, abominabile*, nam Iudæi maximè adverſabantur gentibus tamquam alienigenis à lege Dei, ut hominibus infidelibus, & immundis, è contra vero etiam gentes contemnebant Iudæos, ut homines ſingulares in religione, cultu, ac ceremoniis in his omnino ſibi contrarios. *Sed mihi oſtendit.* Æthiopic. *Mihi revelatum eſt.* Ex quo conſtat jam Petrum intelligere ſenſum viſionis linteum, ac animalia, ubi denotabantur gentes, quas occiſis earum peccatis Deus purificaverat.

Æthiop.

162. Syriac. D. Chryſoſt. Vatabl. Pagnin. Arias. Verſ. 29. *Sine dubitatione veni.* Syriacus: *Expedite veni.* Arabicus: *Sine reluctatione.* Chryſoſt. *Abſque contradictione.* Vatablus, Pagninus *incunctanter.* Arias *incontradicenter*, ac proinde ſumma diligentia. *Interrogo ob quam cauſam.* Eam optimè ſciebat Petrus ex viſione lintei, & ex revelatione ſibi à Deo facta, & nuntiis miſſis à Cornelio; tamen interrogat, ut cognoſcat, an Cornelius perſeveret in eadem voluntate, magiſque Cornelii animus ſcrutetur, atque accendatur ad res fidei audiendas.

QVÆSTIO XX.

Quare D. Petrus tam confidenter converſatur cum his hominibus gentilibus, cum olim ſtans cum illis ceciderit, ac negavit?

163. Ioan 18. IN nocte ſacratiſſimæ Paſſionis in atrio Pontificis, Ioan. 18. n. 18. *Stabant autem ſervi, & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe, erat cum eis ſtans Petrus, & calefaciens ſe.* Quid inde

Difficultas quæstionis.

inde consequutum est, ut negaret Divinum Magistrum, & cum juramento, & anathematizans se, cur ergo non timet talium consortium, ut ab eis fugiat, & declinet, nam prudentis est periculi occasiones vitare, in quibus aliquando cecidit.

164. Petrus in atrio Pontificis se intromisit in eorum consortio, ac societate, & inde ex eorum familiaritate ruit, ac corruit, at vero modo cum militibus missis à Cornelio dixit Spiritus Petro: *Surge itaque descende, & vade cum eis nihil dubitans*, Actor. 10. n. 20. Ideo securus, animoque quieto ibat, nil mali sibi timens. D. Chrysost. *Vide*, ait, *quanta securitas intus vocat, ne quid grave ei accidat, & fidenter victitat cum eis.* In loco, in quo Deus te constituit, & ad quem te vocat, immunis es ab omni periculo, ipse te custodiet, & liberabit.

165. Mandat Deus Moysi, ut Virgam, quam manu tenet, in terram proiiciat, quod cum feciſſet Moyses versa est in colubrum, ita ut à facie ejus fugeret ipse, & ait ei Deus, *Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus, extendit, & tenuit*, Exod. 5. n. 4. In cauda colubri magnum periculum latet; nam ut tenet Bartholus Anglicus lib. de proprietatibus rerum tract. 18. Colubri cauda maximè venenosa est, & multum lædit, deinde cauda apprehensa, poterat ore mordere, Cur ergo non mandat caput apprehendere, vel medium corporis, in quo tot pericula non imminebant? Nihil timendum: Deus est, qui mandat, à facie ejus omne periculum evanescit, ipse imperat, & custodit. Noster D. Cyrill. de Incarnat. *Apprehende caudam, manus mea cum manu tua.*

Exod. 5.

Anglic. *Deus, si mittat ad pericula, custodit.*

D Cyrill.

166. Ut Jacob fratris sui Esau benedictione frueretur, ex consilio matris suæ affert duos hædos, quos ipsa optimo modo condivit, & adaptavit, indutus Jacob optimis vestimentis offert cibos ad Patrem, qui largo sermone se diffundit in benedictione impendenda, tunc ait Textus: *Vix Isaac sermonem impleverat, & egresso Iacob foras venit Esau*, Gen. 27. n. 30. Magna consideratione dignum, quod dum Jacob tot, & tanta agit, dum Isaac multum in verbis dilatatur non inter hæc venit Esaü, sed postquam Jacob egressus est foras è domo, tunc immediatè venit Esaü homo ferus, & indomitus, Jacob ex inspiratione, ac impulsu divino impetravit benedictionem, ne ergo aliquod damnum pateretur à fratre, & ab omnibus incommodis esset immunis, ordinat Deus, ut Esaü moram faciat. D. Chrysost. ibi: *Quis*, inquit, *non admiretur, & obstupescat ineffabilem Dei dispensationem? quod non prius Esaü de venatione advenit, quousque solveretur actus illius argumentum, & ille accepta benedictione à Patre discessit, non hoc absque causa factum est; nam si prius in fratrem incidisset, forsitan ipsum interemisset victus ira, sed manus Dei erat, quæ puerum salvabat.*

Gen. 27.

Deus à periculo custodit, ad quod vocat.

D. Chrysost.

QUÆSTIO XXI.

Quare Cornelius cum expectaret adventum Petri convocat suos intimos amicos, & familiares?

167. *Christi schola facit commune bonum*

VT cum multa magnificentia excipiat Petrum, omnibus præbens exemplum quanto cultu tantus Ecclesiæ Pontifex sit venerandus. Deinde præ gaudio, quia drachma salutis animæ suæ sit inventa adveniente Petro, ut illa altera mulier præ lætitia convocat amicas, & vicinas, Luc. 15. n. 9. Tandem, ut ait D. Chrysostom. homil. 23. in Acta: *Hoc amici officium, hoc pij est in tantis bonis amicos facere socios.*

D. Chrysost.

Vocat Christus D. Matthæū è telonio, qui secutus est eum: *Et factum est cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores discumbebant cum Iesu, & discipuli eius*, Marc. 2. n. 15. Qui sine dubio invitati fuerunt à Matthæo, & quonam consilio? humanæ salutis amore, ut hospitio cogat homines, inescat epulo, mensaque invitet, ut divinum Magistrum monentem audiant. In quo maximè notandum, quod ubi primum est advocatus ad Apostolatum, primus illius gradus, primum illius est de humana salute negotium agere, ad divinum Præceptorem omnes convocare, ut ad cœlestem viam reducantur Victor Antioch. ad citatum locum ait; quod *Matthæus convocat, ne ipse solus beneficium accipiat.*

168. Marc 2. *Primus gradus Apostolicus agere de aliorum salute.*

Antioch

Cum Pharisæi accedentes ad Christum arguerent sacros Apostolos de eo quod manducantes panem manus non lavarent, eos gravissimè arguit divinus Magister, Matth. 15. n. 3. *Quare & vos transgredimini Dei mandatum propter traditiones vestras, Hypocritæ bene prophetavit de vobis Isaias: Populus hic labiis me honorat, cor autem longè est à me*, Isai. 29. n. 13. Hæc autem vox aliquos auditores arcebat ab schola, ac doctrina Christi audienda. Accedunt ad divinum Magistrum Apostoli dicentes: *Tunc accedentes ad eum discipuli ejus dixerunt; scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt.* Apostoli non intelligentes altum consilium sapientiæ Christi intendebant avertere Magistrum ab hominibus objurgandis, ne audito averterentur, ac fugerent ab audienda sui præceptoris doctrina, quo magno dolore afficiebantur Apostoli, cum auditorū salutis negotium omnino periret. Caiet. *Discipuli curabant, ne Pharisæi, qui cespitaverant, ruerent:* Charitate, ac zelo salutis tanquam manum supponebant, ne auditores graviori lapsu ruerent deperdito animæ bono.

169. Matth. 15. Isai. 29.

Apostoli, valde solliciti de aliorū salute.

Caiet.

Magnifica veste adornat Deus Sacerdotem antiquum indumento talari, & in extremitate mala punica, *mixtis in medio tintinnabulis*, Exod. 28. n. 33. Cur in tunica tot sonant crepitacula? Cur tot voces? Ut in his admoneretur Populus Iudaicus de lege observanda; Cur Sacerdos ingrederetur Sancta Sanctorum, ut pro eis oraret, indeque fieret eis manifesta charitas Pontificis in eos. Arnold. tract. de septem Verbis ait: *Nec enim magnum est sibi vivere, nisi etiam satagat alios secum vivere.*

170. Exod 28 *Sacerdos pro omnibus orat.*

Arnold.

QUÆSTIO XXII.

Quare D. Petrus prohibet adorationem, quam ei exhibebat Cornelius?

171. *Adoratio civilis, & urbana.*

VIdens Cornelius D. Petrum procidens adoravit eum; Petrus autem tamquam manu apprehensa: *Elevavit eum dicens: Surge*, quod multi ex eo dicunt factum esse, quia talis adoratio non erat licita, sed prohibita inter Iudæos? hoc est verum de adoratione latriæ, vel duliæ, non vero adoratione civili, & urbana, qua solemus venerari prælatos, & magnates: sic David videns filium suum Salomonem in throno: *Adoravit Rex in lectulo suo*, 3. Reg. 1. n. 47. & filii Prophetarum *videntes, quod spiritus Eliæ requievit super Elisæum, venientes in occursum eius adoraverunt eum proni in terram*, 4. Reg. 2. n. 15. Deinde Cornelius erat vir justus & timoratus, & rectè sciebat, quod Petrus non erat aliquid supra hominem.

3. Reg. 1.

4. Reg. 2.

Petrus

172. Petrus tamen ex humilitate, ac modeſtia recuſat ſe adorari à Cornelio ne ex tanto honore aliquid
D. Greg. ſupra ſe exiſtimetur. D. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 11. ait: *Quia ergo humiliari ſibi pluſquam debuit proximum vidit, ne ultra humanitatis metas mens intumeſceret, eſſe ſe hominem cognovit, quatenus illati ſibi honoris elationem frangeret ex conſiderata qualitate conditionis.* Petrus in tanto honore bene noverat ſuæ naturæ qualitatem, & hac ſui notitia deponit arrogantiam:

Vi iactã tiam Petrus de ponat, ſe hominem dicit.

Nemo ſe liquido agnoſcit, qui alte caput erigat, quod firmat idem Gregorius 2. part. Curæ Paſtoralis cap. 6. ubi ſic ait? *Petrus, Auctore Deo, Sancta Eccleſia principatum tenens à bene agente Cornelio immoderatius venerari recuſat, ſeque illi ſimilem agnovit.*

D. Greg.

173. Sic ille alter Centurio veniens ad Chriſtum ait: *Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, dico: huic vade, & vadit, & alteri: veni, & venit.* Matth. 8. n. 9. Ne de militari ſe jactet imperio, & quod ſub ſe ad ejus nutum tantam militum copiam partem habeat, vilem ſui generis exponit conditionem. D. Bernard. epiſtola 42. inquit: *Homo ſum: jam quid inferas ſuſpectam non habemus jactantiam; præmiſſa ſiquidem eſt humilitas, ne altitudo præcipites.* nulla vehementior, ac fortior occaſio arrogantiæ deprimendæ, quæ ſi homo ſe hominem è luto ſcilicet vili factum agnoſcat.

Math. 8.

Homo te neat ocu los in ſuo princi pio, ne in tumeſ cat.

D. Bern.

174. Præclarè notat Divus Gregorius lib. 12. Moral. cap. 16. & ait: *Homo ab humo appellatus eſt, eo ipſo, quod dicitur homo, terrenus exprimitur, & dicitur.* D. Gregor. Niſſenus oratione 3. de Opificio, ait: *Abiecta noſtræ ſortis monumentum in promptu eſt ex his, qua calcamus.* Premis terram, & habes ante oculos ex quo patre, ac matre natus ſis, & ex tam vili principio vis caput extollere ſuper aſtra, quæ major fatuitas!

D. Greg. *Homo unde dictus.*

175. Per anticipationem, & tanquam per recapitulationem operum Dei dicitur, Geneſ. 1. n. 17. *Creavit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam,* Geneſ. vero 2. n. 7. ſcribitur: *Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ,* ſcilicet animam rationalem cum intellectu, voluntate, & memoria, quibus homo factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, alta providentia utique manu Deus creat hominem, & ne humilitate ac vilitate deficiat, ac tabeſcat, ita ut non audeat actionibus ſuis Deum intendere, magna ei nobilitas obiicitur, quod ſit factus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, & ne inde ſuperbè intumeſcat, dicitur factus de limo terræ. D. Chryſoſt. Chryſoſt. homil. 12. in Geneſ. ait: *His ſi attendamus non parva nobis humilitatis doctrina offertur.* Philo lib. de ſomn. ait: *Ne ignorando quomodo conſtitutus ſit, magnus ſibi videatur, eius principium proponitur.*

Gen. 1.

Gen. 2

Deus in creatio ne homi nis ipsũ humi liat, & erigit.

D. Chry ſoſt.

176. Valde magnus extitit Moyſes, ita ut ſit conſtitutus Deus Pharaonis, Exod. 7. n. 1. Cum quo Deus loquebatur tamquam amicus cum amico, Exod. 33. n. 12. tamen cum Deus jubet, ut Ioſue ducem populi conſtituat, ait: *Dabis illi partem gloriæ tuæ,* Numer. 27. n. 7. Ex Hebræo textu ſic legitur: *Dabis illi de laude, ac dejectione tua.* Cum Moyſes tantus eſſet valde humilis, & modeſtus, Iſidorus Clarius ait: *Ob id, quod cum Deo loqui ſoleret nihilo ſuperbior factus pium ſe omnibus, ac tractabilem exhiberet.* Cum Moyſes tam ſublimis pro gloria, ac laude habebat dejectionem, & humilitatem; Cum ergo ex mandato Dei Ioſue ſit creandus Dux, ac præfectus, mandat Deus Moyſi, Dabis ei partem de tua laude, ac dejectione, quia princeps electus à Deo in culmine dignitatis debet habere in animo dejectionem, atque humilitatem ſuam.

Exod. 7. Exod. 33 Num. 27

Clarius. *Quos Deus ad princi patum evehit humiles vult.*

QUÆSTIO XXIII.

Quare ſicut Angelus recuſat adorationem Ioannis, ſic & Petrus Cornelii, & in quo maior humilitas?

CUm Angelus valde magna Ioanni annuntiaſſet, ille gratulabundus, & veneratus cecidit ad pedes ejus, ut adoraret eum, quod Angelus prohibet, dicens: *Vide ne feceris, conſervus tuus ſum.* Apoc. 19. n. 10. Cornelius intendens adorare Petrum, ipſe eum elevat dicens: *Surge & ego ipſe homo ſum,* Angelus cum ſic adorationem prohibet dicit, quod ſit ſervus Dei cum Ioanne: *Conſervus tuus ſum*: Præclara, ſanè eſt & magna dignitas, eſſe Dei ſervum: poterat quippe dicere, ne facias; ego enim ſum Creatura, vel ego ſum tui ſimilis, vel unus ſicut tu, ſed ait; *Conſervus,* quod eſt quid valde magnum: At vero Petrus cum adorationem non admittit, ait: *Ego ipſe homo ſum*; homo dicit quid humile, ac abiectum, luteum, atque terrenum, ut ſatis dictum manet quæſt. ſuperiori, imo ut multis placet, homo de ſe importat peccatoris ſignificatum; Cum ergo Petrus eſſet in ſupremo apice Eccleſiæ, tamen de ſe ſolum fatetur quod ſit homo, in quo ſane majorem exhibet humilitatem, quam Angelus, qui ſervum ſe Dei dicit; Petrus vero in ſuis prærogativis Angelicas tranſcendit virtutes.

177. Apoc. 19.

Virtutes Petri ſuperant virtutes Angelicas.

Quantum diſtat ab hoc primo Petro primus ille homo, de quo dicitur Pſalm. 48. n. 13. *Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Cum homo creatus eſſet in honore ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, ut explicant D. Auguſt. noſter Incognitus, & alij, vel ut docent D. Hieronymus, Arnoldus, Genebrardus creatus cum juſtitia originali, ac habituali, ſupernaturalibus, non intellexit ſuam dignitatem, ac conditionem, quod homo, & creatura erat, appetens quod erat ſupra ſuam ſphæram, cecidit, & factus eſt inſipiens tamquam jumentum amittens debitam rationem. Incognitus ait: *In nullo eſt homo ſuperior iumento niſi per rationem, quâ perditâ non eſt ſuperior iumento, ideo de peccatore, qui perdita ratione beſtialiter vivit dicitur,* Eccleſiaſt. 3. n. 19. *Vnus interitus eſt hominis, & iumentorum, & æqua utriuſque conditio, nil habet homo amplius iumento.*

178. Pſal. 48.

D Aug. D. Hier. Arnold. Genebr.

Qui ſe non agnoſcit, cadit.

Incogn.

Eccl. 3.

Atqui in ſublimi agnoſcit ſuam humilitatem, ac dejectionem, ut Petrus, inde maximè dignoſcitur pertinere ad Deum, ac genus Divinum. Potentiſſimus ille Rex Salomon dicebat de ſe, Sapient. 7. n. 1. *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus de genere terreni illius.* Quod ſpiritualiter exclamat Hugo Cardinalis *de genere terreni illius nobilis, id eſt Chriſti.* Et unde iſte bonus Auctor agnovit Salomonem eſſe de nobiliſſimo Chriſti genere? Quia in tanta majeſtate potentiſſimi, ac ſapientiſſimi Regis tanta humilitas eum ſublevabat, ac adjungebat generi divino.

179. Sap. 7.

Hugo: *Humilitas nos elevat ad Divinam generationem.*

Cum Nicodemus veniret ad Ieſum, & ipſe Divinus Magiſter voluerit illum ad ſe trahere, multa, & alta diſſerit de regeneratione per Baptiſmum, quæ ille non intelligens: *Reſpondit Nicodemus, quomodo poſſunt hæc fieri?*

180.

Reſpondit Ieſus: Tu es Magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Ioan. 3. n. 10. Cur Dominе Ieſu Nicodemum ignorantia ſuggillas, quæ Magiſtro intervit ad magnum dolorem, ac ignominiam? Diſponebat Ieſus hominem ad ſe adducere, eumque ex Spiritu ſancto regenerare, & ideo illum ignorantia premit, ac humiliat, ut per humilitatem diſponatur ac cognitione ſuæ ignorantiæ ad ſuſcipiendum divinum Spiritum, D. Auguſt. tract. 12. in Ioan. ait: *O fratres, quid putamus Dominum huic Magiſtro Iudæorum quaſi inſultare voluiſſe? Noverat Dominus quid agebat, volebat illum naſci ex Spiritu, nemo ex Spiritu naſcitur, niſi humilis fuerit, quia ipſa humilitas facit nos naſci ex Spiritu.* Inflatus erat Nicodemus ſuo Magiſterio, & ut naſcatur ex Spiritu ſancto neceſſe fuit humiliari abjecta eius ignorantia.

Ioan. 3. *Per humilitatẽ diſponitur homo ad gratiam.*

D. Aug.

Actor. 10. *num.* 30 Et Cornelius ait: A nudius quarta die uſque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir ſtetit ante me in veſte candida & ait:

Num. 31. Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei.

Num. 32. Mitte ergo in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, hic hoſpitatur in domo Simonis Coriarii iuxta mare.

Num. 33. Confeſtim ego miſi ad te, & tu bene feciſti veniendo: Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus audire omnia quæcũque tibi præcepta ſunt à Domino.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV.

181. Verſ. 30. *A Nudius quarta die uſque ad hanc horam*, id eſt quarta die ab hac præſenti die; nam ut notant Gloſſa, & Lyra. Prima die Cornelius vidit Angelum, & ſtatim obediens cœleſtibus monitis miſit nuntios; Secunda pervenerunt Ioppen; tertia vero die ſimul cum Petro profecti ſunt, quarta vero intraverunt Cæſaream, ac domum Petri.

Gloſſa. Lyra.

182. *Vſque ad hanc horam orans.* Syriacus, Græcus, Tigurina, & alii apud Ganæum legunt: *Ex quo ecce jejunus ſum*, ac ſi dicat, quartum abhinc diem eram jejunus uſque ad hanc veſpertinam horam, horam nempe nonam, in qua more meo conſueto orabam. Ex quo duo colliguntur, primo Cornelium perſtitiſſe in oratione, ac jejunio per quatuor dies, ſe diſponens ad recipiendam Chriſti fidem, & Baptiſmum. Secundo Petrum veniſſe ad Cornelium veſpertino tempore.

Syriac. Græcus. Tigurin.

Colligũtur duo.

183. D. Chryſoſtom. aliter legit: *Vſque in hanc horam jejunans vidi, ecce vir*, denotans jejunium quatriduanum præceſſiſſe viſionem Angelicam, quæ explicatio licet poſſit ſuſtineri cum textu Græco, non tamen cum nõſtro, cum dicatur, *Vſque ad hanc horam*, in quo loquitur de præſenti.

D. Chryſoſt.

184. *Ecce vir ſtetit ante me*, non dicit Angelum præ modeſtia ne ſe multum laudaret. *In veſte candida.* Arabicus: *In veſte magnifica.* Gothicus: *In veſte ſplendida*, Lorinus contendit inter album, & candidum dari diſcrimen, quòd quidquid ſit de hoc, veſtis erat valde pompoſa, ac illuſtriſſima.

Arabic. Gothic. Lorin.

185. Verſ. 31. *Corneli, exaudita eſt oratio* pro ſalute tua, ac totius familiæ tuæ, ut bonus Princeps rogat pro ſe, ſuaque familia; *Et eleemoſynæ tuæ.* Syrus *De eleemoſynis tuis facta eſt commemoratio coram Deo. Orientes aſcenderunt in memoriam Dei.* Ac ſi dicat propter tanta bona opera tua te Deus adducit ad lucem Evangelicam.

Syrus.

186. Verſ. 32. Iam ſatis ex eſt explicatum ſupra ad finem capitis noni. Verſ. 33. *Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus.* Parati, & prompti tibi in omnibus obedire, & audire. Arabicus: *Ecce nos primi audituri cunctos ſermones tuos.* Tanta obedientia prompti ſtabant, ut nulli alteri primas darent *In conſpectu tuo.* Tigurina, legit: *Teſte Deo.* Vatablus: *Conſcio Deo omnes adſumus.* Græcus: *In conſpectu Dei.* Alii ex græco: *Coram Deo.*

Arabic. Tigurin. Vatabl. Græcus.

QUÆSTIO XXIV.

Quare Cornelius tam ſublimi, & alto modo ait? quod ipſe, & omnes adſtantes ſint parati audire Petrum?

187. AIt Cornelius ad Petrum: *Omnes nos in conſpectu tuo adſumus audire omnia*, loquitur pro ſe, & tota familia, quam bene morigeratam, ac diſpoſitam in obſequium Dei habebat, & quia facile majoris exemplum inferior ſequitur.

188. *Adſumus audire te*, ut prompti, & parati ad omnia abſque ulla reluctantia, ad omnia quæcumque mandaveris. Deferens Moyſes præcepta Dei ad populum Deuteron. 27. numero 9. ait: *Audi Iſrael.* Ex græco legitur: *Tace, & audi Iſrael*, quo textu maximè ad obediendum exhortatur Monachos D. Hieronymus epiſtola 4. ad Ruſticum: *Credas ſalutare quidquid ille præceperit, ex de majorum ſententia iudices, cuius officium eſt obedire, & implere ea, quæ iuſta ſunt, dicente Moyſe tace Iſrael, & audi.* Perfecte obediens omnia mandata ſancta, & recta judicat, tantum intendit illa adimplere: Unde David ſilentio ſe ſe accingebat ad obediendum dicens Pſalm. 61. numero ſecundo: *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea.* Ex Hebræo legitur: *Deo ſilentium animæ meæ*, paratum ſe oſtendit ad audiendum, ut ne mutire audeat, ſed omnia cum ſilentio vult adimplere.

Deut. 27.

Bonus alumnus mittus ad præcepta. D. Hier.

Pſal. 61.

189. Secundo ait Cornelius: *Nunc omnes nos adſumus in conſpectu tuo.* Græcus: *In conſpectu Dei.* Cum ſint, in conſpectu Petri, dicuntur adſtare in conſpectu Dei, Prælatus, ac ſuperior venerandus, ut Deus. Veniunt duo Angeli in Sodomam tamquam Dei miniſtri ad ipſam igne deſolandam, compelluntque Loth, ut cito exeat cum ſuis, & in monte ſalvum ſe faciat, quibus Loth. ait: *Dixitque ad eos Loth: quæſo Domine mi.* Geneſ. 19. numero decimo-nono, ut concedat ei, quod in quadam proxima civitate ſe valeat recipere; tamen maximè inquirendum venit, cum duo ſint Angeli, & duos ad hoſpitium compellat, dicens: *Declinate in domum pueri veſtri, lavate pedes veſtros*, nunc tamquam cum uno ſolo loquitur: *Quæſo Domine mi*, In primo ingreſſu eos tamquam duos homines, ac peregrinos recipit, poſtquam verò cognovit ipſos eſſe Dei miniſtros, & ut ſuperiores ad puniendam civitatem miſſos, & ad ipſum tota cum familia cuſtodiendum, & ei deſignandum locum ad ſuum tutamen, jam non ut duos agnoſcit, ſed tantum

Gen. 19.

In prælato potius Deus quã ipſe conſiderandus eſt.

tantum ut unum Deum, à quo miſſi erant, & acceperant poteſtatem, ideoque cum eis loquitur
D. Aug. tanquam cum uno Deo, ipſumque Deum in eis recolit, ac veneratur. D. Auguſt. q. 33. in Geneſ. favens huic cogitationi: *Loth in Angelis Dominum ſentiens, Domino potius, quam Angelis loqui elegit.* Ac ſi dicat, Loth ſua cogitatione non ſiſtebat in Angelis, ſed ad Deum transferebatur, à quo Angeli erant miſſi, & cujus authoritate fungebantur.

190. Græcus. Tertio: *Nos in conſpectu tuo adſumus.* Ex Græco legitur: *Coram Deo*, ut omnes oſtenderet juſtos, probos, & Sanctos; quia verè, & ſincerè abſque ulla fictione ſeipſos Deo adjungebant, & offere-
D. Chryſoſt. bant, ut ei in omnibus obtemperarent. D. Chryſoſt. in præſenti ait: *Non dixit coram homine, ſed coram Deo; oſtendens ſic oportere accedere ſervos Dei.* Servi Dei cum ſe Deo præſentes offerunt, &
Deus in ſervis ſuis non ſuſtinet fictionē. præſentant hoc faciunt puro, & integro animo; quia animus fictus, & duplex maximè Deo diſplicet. Sapient. 1. n. 5. *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* Dicitur Pſalm. 17. n. 41. *Filij alieni*
Genebr. *mentiti ſunt mihi.* Ex Hebræo apud Genebrardum legitur: *Filij adulterini*, ex eo quod ficti, ac mentiti erant filij, alieni ac adulterini facti ſunt à Deo.

191. Erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo, & exclamavit dicens: *Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio qui ſis Sanctus Dei; & comminatus eſt ei Ieſus dicens: Obmutesce,*
Marc. 1. Luc. 4. *Verus Dominus omnem fictionem execratur.* Marc. 1. n. 24. & D. Lucas ſcribit 4. n. 41. *Non ſinebat ea loqui.* Cur Domine ſic commendatas laudes ab infeſto hoſte rejicis? Cur non ſuſtines laudatores Dæmones; quid ſplendidius quam ab hoſte laudari, ſed tam rigidè imperas: *Obmutesce.* Dicebat Diabolus, *Scio, qui ſis Sanctus Dei.* Diabolus licet aliquas haberet conjecturas, non tamen certo ſciebat Chriſtum eſſe Dei filium, ut ex communi Patrum placito dixi in citatis locis, & latè probat
Suar. D. Chryſoſt. Suar. tom. 2. ad ad 3. p. diſp. 31. ſect. 3. & D. Chryſoſt. homil. 5. in Marcum: urget Dæmonem, obmutesce: *Finis te ſcire, quod neſcis.* Verax Dominus mendaces, ac fictos Dæmones laudantes non patitur, ſed rigide, magnoque imperio eis imponit ſilentium, atque obmutescere jubet.

Act 10. *n.* 34. Aperiens autem Petrus os ſuum dixit: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus.

Num. 35. Sed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi.

Num. 36. verbum miſit Deus filiis Iſrael, annuntians pacem per Ieſum Chriſtum, hic eſt omnium Dominus.

Num. 37. Vos ſcitis, quod factum eſt verbum per univerſam Iudæam; incipiens enim à Galilæa per Baptiſmum, quod prædicavit Ioannes,

Num. 38. Ieſum à Nazareth: quomodo unxit eum Dominus Spiritu ſancto, & virtute, qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE VIII.

192. Lyran. Verſ. 34. IN *veritate comperi.* Explicat Lyranus: Experimento probavi, & cognovi: *Quia non eſt perſonarum acceptor Deus.* Syriacus: *Deum non eſſe acceptatorem vultus.* Arabicus: *Deus nullo modo aſſentatur vultibus.* Oecumen. *Non ſit perſonarum reſpectus coram Deo.* Æthiopicus: *Nullius carnis perſonam accipit Deus.* Hic textus multis in locis repetitur, quia Deus nullum diſcrimen ponit inter Iudæos, & gentiles in ordine ad ſalutem æternam: *Quia vult omnes ſalvos facere, & ad cognitionem venire* 1. Timoth. 2. Syriac. Arabic. Æthiop. 1. Tim. 2.

Hoc optimè explicat D. Thomas 2. 2. q. 61. art. 1. ad 3. & 1. p. q. 23. art. 5. ad 3. & ait: *Duplex eſt datio, una pertinens ad juſtitiam, cum quis dat alicui, quod ei debetur; alia ad liberalitatem pertinens. Poſterioris generis eſt collatio munerum gratiæ, & proinde non habet in ea locum, acceptio perſonarum, quoniam poteſt quivis de ſuo dare quantum, & cui voluerit,* juxta illud Matth. 20. num. 11. *Non licet mihi, quod volo facere*, v. g. ſi quis voluerit ex bonis ſuis dare eleemoſynam pauperibus hujus civitatis, non illius nomini facit injuriam. 193. D. Thom. Matth. 20

Verſ. 35. *Sed in omni gente, qui timet eum.* Arabicus: *Qui timet ab eo.* Timor, ut patet ex ſecundo verſu involvit Dei cultum, ac venerationem, qui cultus, ac veneratio non datur niſi cum obſervatione mandatorum Dei, ac legis Divinæ, atque ejus fidei; Vnde Dei honor, ac veneratio, & cultus ad donum timoris refertur D. Thom. 2. 2. q. 18. art. 2. ſb q. 19. art. 9. 194. Arabic. *Cultus Dei ad timorē.* D. Thom.

Et operatur juſtitiam. Syriacus: *Et operatur, quod rectum eſt.* Origenes *Et voluntatem ejus facit.* Iuſtitia, ut ait Ariſtoteles 5. Æthic. cap. 1. comprehendit, & continet omnes virtutes: Aliquando pro morum honeſtate, pietate, ac pœnitentia; ſic ait Chriſtus Dominus Matth. 6. n. 1. *Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* Aliquando pro eleemoſyna, ac pietate: *Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.* Pſal. 111. n. 9. & ſatis apte juſtitia hic poteſt ſumi pro eleemoſyna; nam hic pro ea maxime laudatur Cornelius, & quamvis juſtitia multas alias virtutes ſingillatim denotet, tamen pro ut virtutes amplectitur hic ponitur. 195. Syriac. Origen. Ariſtot. Math. 6. Pſal. 111.

Verſ. 6. *Verbum miſit Deus filiis Iſrael.* Syriacus: *Eſt enim verbum illud, quod miſit.* D. Chriſoſt. *Sermonem miſit*, quem miſit evangelizantem finita præfatiuncula ſui ſermonis, jam incipit Petrus cathechiſare, atque illuſtrare in fide Cornelium, ac ejus ſocios. *Verbum miſit Deus.* Verbum tripliciter hic poteſt ſumi, primo pro Verbo Incarnato, ſecundo pro ſermone, ac doctrina tradita, & in utroque ſenſu interpretantur Gloſſa, Carthuſianus, Hugo, & in primo ſenſu eſt etiam D. Athanaſ. oratione contra Arianos. Secundo ſumitur pro ſermone, & loquela. Tertio pro re ſignificata per ipſum verbum. Matth. 24. num. 35. *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*: nempe dicta per verba mea de extremo judicio; & Paſtores Luc. 2. n. 15. *Videamus hoc verbum, quod factum eſt, & Dominus oſtendit nobis,* & multis aliis in locis, & in hoc ſenſu aptiſſime explicatur verbum, ut in præſenti D. Chryſoſt. Caietan. Lyran. Lorinus, ut ſit ſenſus, multa mirabilia, & magna dicta per verba Chriſti; Miſit Deus filiis Iſrael annuntians. 196. Syriac. D. Chryſoſt. Gloſſa Carthuſ. Hugo. D. Atha. Math. 24 Luc. 2. D. Chryſoſt. Caiet. Lyran. Lorin.

Pacem. Syriac Requiem, quia Chriſtus pacificans, ac reconcilians genus humanum cum ſuo æterno Parente dedit nobis requiē æternæ beatitudinis: *Hic eſt omniū Dominus*, ut denotetur, quod verus Deus ſit. 197.

Verſ. 37. *Vos ſcitis, quod factum eſt verbum.* Syrus: *Sermonem, qui habitus eſt in tota Iudæa.* Arabicus: *Vos noſtis famam, quæ facta eſt in regionibus univerſæ Iudææ.* Oecumenius: *Aud ſtis rem, quæ accidit.* Vos, qui inter Iudæos habitatis, ac notum eſt 198. Syrus. Arabic. Occum.

famâ vobis : *Verbum, quod factum eſt*, id eſt res ſignificatas per Chriſti verba, qui utpote verus Deus prædixit omnem ſeriem vitæ, paſſionis, mortis, atque reſurrectionis cum multis mirabilibus, ac miraculis, quæ operatus eſt.

199. Luc. 4. Raban. Beda. *Incipiens à Galilæa* ibi incepit Chriſtus prædicare, Luc. 4. n. 14. *Poſt baptiſmum Ioannis*; antea enim non legitur publicè prædicaſſe. Rabanus, & Beda aliter legunt hæc verba, hoc ſcilicet modo : *Vos ſcitis ut prædicavit Ioannes Ieſum à Nazareth.* Lectio tamen noſtræ vulgatæ præferenda eſt.

200. Verſ. 38. *Ieſum à Nazareth*, ſcitis verbum jam factum, ac dictum, ſcilicet dictum per Ieſum à Nazareth, *quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto.* D. Chryſoſt. *Unxit in Spiritu ſancto.* Abundantia nempe omnium gratiarum, ac donorum, ut rectè notat Euſebius lib. 4. de demonſtrat. cap. 15. Perbelle gratia Spiritus ſancti dicitur oleum, unctio, quia inſtar olei quos replet, nitidos, ac lucidos facit, hilares, ac jucundos, eoſque fovet, & ab omni infirmitate ſanat, ac vegetat. Euſeb.

201. Arias. Caietan. Syriac. *Et virtute.* Arias, *& efficacia*, Caietanus : *Potentia*, quam oſtendit Chriſtus in multis miraculis, ac mirabilibus manifeſtans ſuam divinam potentiam. *Qui pertranſit benefaciendo.* Syriacus : *Qui præluſtrabat regiones* : Tamquam fulgentiſſima luce illuſtrabat regiones, ac Civitates ſua doctrina, exemplo, præſentia, morum compoſitione, tantiſque divinis operationibus.

202. Syriac. Arabic. Æthiop. *Oppreſſos à Diabolo.* Syriacus : *Sanabat eos, qui læſi erant à malo.* Arabicus : *In quoſque dominatus fuerat fraudulentus.* Æthiopicus : *Auxilium præſtitit iis, quos oppreſſit Satanas.* Tyrannice à Diabolo mente, & corpore poſſeſſos, vel in quibus Satanas per fraudulentiam dominabatur multis, & magnis fraudulentiis.

203. *Quia Deus erat cum illo* per unionem Hypoſtaticam, & per ampliſſimam, & magnam gratiam multorum, divinorumque mirabilium operatricem verbo in doctrina, ac prædicatione, in omnibuſque operibus, ac factis.

QVÆSTIO XXV.

Quare cum Chriſtus D. omnia cœleſtia dona ſecum adduxerit peculiariter de pace ſit mentio?

204. AIt præſens Textus : *Annuncians pacem per Ieſum Chriſtum.* In pace omnia includuntur bona, omniaque importat, ac ſignificat ; Nam pax tripliciter poteſt conſiderari, externa, interna, & ſuperna, quæ omnia Chriſtus Dominus nobis contulit, ac attulit ; ſuperna eſt Patria ; in illo enim regno Beatitudinis ſumma pax eſt, ut ait D. Gregor. homil. 22. in Evangel. de qua loquitur Iſaias 32. n. 18. *Sedebimus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis juſtitiæ, & in requie opulenta.* Secunda eſt pax interna animæ cum Deo per gratiam, de qua loquitur Iob. 22. num. 13. *Ac quieſce ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.* Et David Pſal. 118. n. 65. *Pax multa diligentibus nomen tuum.* De pace externa multa dicam ſtatim.

205. Iſai. 9. Epeſ. 2. Luc. 2. Inde meritò ab Iſaia 9. n. 6. dicitur : *Princeps pacis*, ab Apoſtol. ad Epheſ. 2. n. 13. appellatur *pax noſtra*, naſcitur toto orbe in pace compoſito, & Angeli cantant, Luc. 2. num. 14. *Et in terra pax hominibus* : Eam mandat ſuis Apoſtolis prædicare : *In quamcumque domum intraveritis, primum dicite pax huic domui*, Luc. 10. n. 5. Abiturus de hoc mundo ad Patrem ait : *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*, Ioan. 14. numero 27. Et poſt reſurrectionem apparens ſuis diſcipulis ter repetens ait eis : *Pax vobis*, Ioan. 20. n. 19. & 21. & 26. & Zacharias ejus divino afflatus ſpiritu exorat : *Dirigantur pedes noſtri in viam pacis*, Luc. 1. n. 79. Luc. 10. Ioan. 14. *Chriſtus multipliciter commendat pacem.* Ioan. 20. Luc. 1. 206.

Deſcribens D. Matth. 21. n. 5. magnificum, ac ampliſſimum Chriſti D. triumphum cum ingrederetur Ieruſalem, turba acclamat : *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Via ſternata erat propriis abjectis veſtimentis, olivarumque, atque palmarum ramis, valde pompoſus, ac feſtivus erat apparatus, ut facile alium ſimilem in Scriptura non invenias, tamen Dominus ibat ſedens ſuper aſinum, & ſubdit Evangeliſta : *Hoc autem factum eſt, ut adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam dicentem, Dicite filiæ Sion : Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam*, &c. Si, Domine, diſponis, ut ab hominum, puerorumque turba tam jucundo, ac hilari plauſu excipiaris in tuo ingreſſu, cur non eligis equum, curſumve triumphalem, ſed aſinam ? Veniebat *manſuetus*, id eſt pacificus, & ideo furibundum equum ad bella paratum reiicit, quin potius pacificum, ac manſuetum animal eligit neſciens alicui facere injuram. D. Chryſoſtom. in Imperfect. homil. 37. in Matthæum ait : *Dominus aſcendens ad Hieroſolymam magnam pacis gratiam, & concordiam mundo univerſo, quaſi in teſtamento reliquit, non ſedet in curru aureo pretioſa purpura fulgens, neque aſcendit ſuper fervidum equum diſcordiæ amatorem, & litis, qui de longè odorat bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & cum viderit ſanguineam pugnam dicit in corde ſuo, bene eſt factum, ſed ſedet ſuper aſinam tranquillitatis, & pacis amicam.* Matth. 21. *Chriſtus in ſuis actionibus nobis commendat pacem.* D. Chryſoſt.

Quærunt Diſcipuli à ſuo Divino Magiſtro Chriſto Domino. *Quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi* ? Quibus reſpondet : *Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum*, Matth. 24. num. 6. Poſtulant ſignum de conſumpto ſæculo, & ulimo ejus adventu ad judicium, & quando inde receſſurus eſt ad Patrem, ut amplius non veniat, & totaliter ab hoc mundo recedat, & cum agitur de Chriſti abſentia, nullum majus ſignum, quam bella, ac ſeditiones ; nam ſicut ejus præſentia importat pacem, ſic illius diſceſſus diſcordiæ, ac belli fomenta : Eleganter Origenes homil. 28. in Matth. ait : *Sicut adventus Chriſti plurimis gentibus divina virtute fecit pacem, ſecundum quod dicit : Orietur in diebus ejus abundantia pacis, ſic conſequens eſt, ut cum propter abundantiam iniquitatis refriguit Charitas multorum, dereliquit eos Deus, & Chriſtus, iterum fieri prælia*, ſcilicet permiſit. 207. Matth. 24. *Ex Chriſti præſentia pax, ex abſentiâ prælia.* Origen.

QVÆSTIO XXVI.

Quare D. Petrus incipiens referre Chriſtum ait ſuam prædicationem exortam fuiſſe à Galilæa, de quo Iudæi accuſationem formant?

208. INcipiens D. Petrus prædicare infinitam Dei miſericordiam, quam miſit filiis Iſrael per filium ſuum Ieſum Chriſtum annuntiantem pacem, ait : *Vos ſcitis quod factum eſt Verbum per univerſam Iudæam*

Iudæam incipiens à Galilæa. At vero Principes Judæorum dum Chriſtum accuſant clamant, Luc. 23. n. 5. *Invaleſcebant, dicentes, commovet populum docens per univerſam Iudæam, incipiens à Galilæa,* Ecce Petrus quod Chriſtus inceperit ſuam prædicationem à Galilæa, refert ad ejus laudem, & gloriam, Principes autem ad crimen, & accuſationem, unde tanta diverſitas.

Luc. 23.

Difficultas quæſtionis.

209. Obiter nota, quod Chriſti prædicatio incepit à Galilæa, quia Chriſti diſcipuli majori ex parte erant Galilæi, & ideo Angeli in die Aſcenſionis dixerunt ſacris Apoſtolis: *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in Cœlum*, Act. 1. n. 11.

Cur prædicatio inceperit à Galilæa.

210. Ad quæſtionem reſpondet Beda ad citatum locum, & ait: *Hic accuſantium ſermo magis & eum, qui accuſatur innoxium, & eos, qui accuſant docet eſſe perverſos: Potuit namque aliquis amator Domini, ſicut etiam fecit eandem ſententiam laudis loco ponere dicendo auditoribus bonis: Vos ſcitis quod factum eſt verbum per univerſam Iudæam. Incipiens enim à Galilæa,* &c. Diverſus affectus multum diverſum effectum parit: Juſtus, pius, ac bonus integro, ac ſincero animo rem judicat, & apprehendit ut præclaram, & optimam, in ſalutiferam animarum doctrinam; Hoſtes vero iniqui, & perverſi eandem rem, ut tumultum, ſeditionem, ac perniciem reipublicæ æſtimant.

Beda. Iudicium varium ex diverſo affectu.

211. Ingreditur Jeſus in Jeruſalem triumphali pompa, atque magnificentiſſimo apparatu, via exornata veſtimentis, palmis, & ramis, tota turba ſacris Apoſtolis ducibus acclamante: *Benedictus qui venit in nomine Domini, pax in Cœlo, & in terra. Quidam de turba Phariſæorum dixerunt ad illum: Magiſter increpa diſcipulos tuos*, Luc. 19. n. 39. Sacri Apoſtoli agnoſcentes Chriſti magnalia, & quod ingrediebatur, ut pacificus in Cœlo, & in terra, ut cunctos ſuis donis repleret, hymnis, & canticis ejus Majeſtatem celebrarunt: At Phariſæi hoſtili veneno infecti id quod omni jure debitum erat, minimè ſuſtinent, & illud tamquam grande læſæ Majeſtatis crimen acriter reprehendunt, & objurgandum exiſtimant. D. Ambroſ. lib. 5. epiſtol. 32. in Auxentium ſic rem expendit, & ait: *Audiſtis legi, quod cùm Chriſtus ſuper pullum aſinæ ſederet, clamabant pueruli, & moleſte ferebant Iudæi: ſemper ergo Chriſti laudes verba perfidorum ſunt.* Chriſti laudes juſtis, & bonis delectabiles, & præjucundæ, flagella, & verbera perfidis, & iniquis.

Luc. 19

Quod in jus eſt Dei virtus iniquis eſt maledictio.

212. Audito ex ore Chriſti illo de ſacræ Euchariſtiæ ſermone dixerunt quidam: *Durus eſt hic ſermo*, Ioan. 6. n. 61. Græcus: *Rigidus eſt hic ſermo.* Tertullian. *Intolerabilis eſt hic ſermo*, ex quo multi diſcipulorum eius abierunt retro, & non ambulabant cum eo. Tunc Jeſus dixit ad duodecim ſuos Apoſtolos: *Vos vultis etiam abire? Reſpondit Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Ibidem n. 69. Audita Chriſti doctrina eadem, magna diverſitas generatur in auditoribus; quidam, ut incomportabilia reiiciunt, & alienantur, alii vero, ut ſuavia, & benefica accipiunt; Illi ut inimici ſerpentina malitia imbuti, divina, & ad Chriſti gloriam non capiunt, ſed indureſcunt; at vero Apoſtoli, ut Sancti, & amici ſalutifera percipiunt, ac venerantur, ut firmiùs, & conſtantiùs Chriſto adhæreant, eumque ſequantur. Noſter D. Cyrillus ibi ait veluti pro Apoſtolis. *Non dura, ut illi*, (ſcilicet, qui abierunt) *dicunt verba, ſed æternæ vitæ habes, quæ conducere credentes poſſunt ad vitam incorruptibilem.*

Græcus Tertull. Ioan. 6.

Solum benevoli amicorũ laudes agnoſcũt, non vero inimici.

D. Cyril

QUÆSTIO XXVII.

Quare D. Petrus dum prædicat Chriſtum plenum oleo Divinitatis adiungit eius in omnes beneficentiam?

213. Ait D. Petrus, quod Chriſtus Dominus ut verus Deus repletus oleo Divinitatis Spiritus ſancti: *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.* Chriſtus D. exultavit ut gigas ad currendam viam celeri ac celerato curſu inſtar ſolis, qui ſpatio brevi totum perambulant hemiſpherium, lucem, calorem, virtutem, ac influxum in homines, plantas, & in terram diffundens, ut latè explanat D. Bernardus epiſtol. 253. ad Guarinum.

D. Bern.

214. Obiter tamen nota, dicitur quod Ieſus *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.* At apud Samaritanam meus Ieſus ſedet, Ioan. 4. n. 6 *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Hic ſedet, illic pertranſit? Reſpondet doctiſſ. Didac. de Baeza tom. 2. de Chriſto figurato lib. 5. c. 9. §. 16. & propter unã mulierem ſedet, & veluti moras nectit, & per multitudinem tot infimitate laborantium pertranſit? In Samaritana negotium erat de ſpirituali vita animæ, ad quod Deus ob ſuam infinitam bonitatem maximè attendere ſolet, ideoque pro illa ſedet, & multa opera dignatur impendere: In aliis verò ſolum ſpectabantur temporales ſanitates, quibus non multum intendendum, & ideo pertranſiens, ac veluti tranſitoriè de illis agebat

Ioan. 4.

Baëza. De temporalibus non multum agendũ, ſed de ſpiritualibus.

215. Ad quæſtionem oſtendit Petrus Chriſtum Dominum verum Deum unctum oleo Divinitatis, quia pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos, ipſa enim beneficentia index eſt Divinitatis D. Ambroſius libro 4. in Lucam ait: *Vbique Ieſus curat, ubique ſanat in itinere, in domo, in deſerto, ut Deum ſe, & hominem demonſtret.* Et etiam dicam ego: & in Cruce ſanat, D. Auguſtin. lib. 4. Confeſſion. cap. 12. inquit: *Non enim tardat, ſed currit, clamans dictis, & factis, morte, vita deſcenſu, aſcenſu.* Et idem Divus Auguſtinus ſermone 26. de verbis Domini ait: *Ibi verè Chriſtus probatus eſt Deus, ubi tantum fecit, quantum auſa non eſt fides ipſa optare.*

Beneficentia index bonitatis divinæ.

D. Ambr.

D. Aug.

216. Dicitur Sapientiæ 16. num. 20. *Angelorum eſca nutriviſti populum tuum, & paratum panem de Cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem, ſubſtantia enim tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat.* Quid Per *ſubſtantia illa* intelligat ſapiens? Variæ ſunt ſententiæ. Hugo, Vatablus, Janſenius intelligunt ipſum Manna: Pineda in Jacob ad cap. 22. verſ. 3. interpretatur ipſam Divinam poteſtatem ſuſtentandi populum; Ozorius vir doctus exponit ipſam bonitatem, ac benignitatem Divinam, ſed quomodo ipſa bonitas, ſeu Natura divina, quæ eſt inacceſſibilis, & inveſtigabilis viæ eius, quæ omne humanum captum tranſcendunt, dicatur oſtenſa; *Subſtantia tua dulcedinem tuam*, quam habes, in filios, oſtendebat. Res quamvis ſit valde abdita, & abſcondita per ſuos proprios, & connaturales effectus cognoſcitur, & manifeſtatur, & cum beneficentia ſit maximè intrinſeca, ac connaturalis Deo ex ſuis viſceribus piiſſimis præclarè in tam magnifico dono innoteſcebat, ac oſtendebatur. Ait Chriſtus Dominus, Marci 8. n. 2.

Sap. 16.

Hugo. Vatabl. Ianſen. Pineda. Ozorius.

Bonitas Eſſentia divina per beneficentiã manifeſtatur.

Marc. 8.

Miſereor ſuper turbam, & ex Græco legitur: *Eviceror*; ut Hiſpanè dicatur *Dezentrañeme por le hazer bien.*

217. Cum Chriſtus oraret ad Patrem in Horto, dicebat: *Pater, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte*, Matth. 26 Matth. 26. n. 39. Et in quo interveniebat impoſſibilitas, ut ille Calix tranſiret, & Chriſtus illum non biberet? D. Paſchaſius ibi ait: *Quia impoſſibilitas iſta de juſtitia venit, & bonitate Dei, quia ſic eſt omnipotens, ut juſtus ſit, ac bonus, & miſericors, & ideo quantum ad utramque naturam ſpectat, impoſſibile erat, ne nos bonitate ſua, ſuaque juſtitia, & miſericordia ſalvaret.* Iſta impoſſibilitas ab ipſa infinita bonitate, ac miſericordia Dei provenit; quia ſuppoſita noſtra miſeria valde alienum erat ab eo, ut non ſubveniret, atque ſalvaret, & ideo poſito decreto humanæ ſalutis neceſſario erat implendum. Impoſſibile erat, ne nos bonitate ſua, ſuaque juſtitia & miſericordia ſalvaret.

D Paſch. *Alienum eſt à Deo noſtra miſeria non ſubvenire.*

218. Et hanc ſuam bonitatem, qua nos benedixit, ac benefecit, ipſe per ſe ſolum abſque alicujus interventu præſtat, & exhibet, Deuteronom. 27. n. 25. In monte Hebal erant ſex tribus legis tranſgreſſoribus maledicentibus, ſic clamabant: *Maledictus homo, qui facit ſculptile, & conflatile: : : & reſpondebit omnis populus, Amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam, & dicet omnis populus. Amen.* Et ſic in multis aliis maledictionibus proſequitur, & Populus reſpondens, Amen: At verò in benedictionibus valde diverſo modo ſe res habet, & dicitur, Deut. 28. n. 3. *Benedictus tu in Civitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructuſque jumentorum tuorum*, &c. Ecce grande dubium; In qualibet maledictione totus populus prompto animo dicit *Amen*, nec in una benedictione eſt qui dicat *Amen*. Maledictiones erat à maligno ſpiritu, quæ ſemper à ſuis ſequacibus adjuvantur; At benedictiones erant à Jeſu, imo ipſe eſt benedictio noſtra, & cum benedictio ſit à Jeſu, ipſe ſolum abſque alicujus adjuvamine totum ſalutiferum omnium benedictionum effectum præſtat. D. Baſilius in Catena Græca: *Dicat aliquis, cur recitatis execrationibus adjungitur, Amen. Benedictionibus verò nulla ſequitur affirmatio? Diluit hanc dubitationem Apoſtolus dicens: Filius Dei non eſt etiam, & non, ſed in ipſo eſt etiam: Omnes enim Dei promiſſiones in ipſo ſunt, etiam, Amen; ipſe enim nimirum eſt, qui benedixit nobis in omni benedictione ſpirituali.* In Filio Dei non eſt negatio benedictionis, ſed affirmatio illius, quam ipſe præſtat.

Deut. 27. Deut. 28. D. Baſil. *Chriſtus per ſe ſolum nobis dat omnem beneficentiam, & benedictionem.*

Act. 10. *num.* 39. Et nos teſtes ſumus, quæ fecit in regione Iudæorum, & Ieruſalem, quem occiderunt ſuſpendentes in ligno.

Num 40. Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri.

Num. 41 Nõ omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo: nobis qui manducavimus, & bibimus cum illo poſtquam reſurrexit à mortuis.

Num. 42 Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui cõſtitutus eſt à Deo judex vivorum, & mortuorum.

Num. 43. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus, omnes, qui credunt in eum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IX.

Verſ. 39. 40. & 41. Iam ſunt explicati ſupra cap. 5. verſ. 30. 31. & 32.

Verſ. 42. *Et præcepit nobis*, ut habetur cap. 1. n. 8. Eritis mihi teſtes, &c. Quia *ipſe eſt conſtitutus à Deo Iudex.* Syriacus: *Eum eſſe qui definitus eſt iudex.* Arabicus: *Quem deſtinavit iudicem.* D. Epiphanius; *Vivis, & mortuis dominetur.* Vivi vocantur, qui proximè in die judicij vivi erunt, tunc morituri, ut illico reſurgant, mortui, qui iam antecedenter erant defuncti. 219. Syriac. Arabic. D. Epiphan.

Verſ. 43. *Huic omnes Prophetæ.* Syriacus: *De eo teſtati ſunt omnes.* Similem ſententiam Petrus dixit ſupra cap. 3. verſ. 18. 21. & 24. & Chriſtus D. de ſe dixit, Ioan. 5. n. 39. *Scrutamini Scripturas illæ teſtimonium perhibent de me*, Tertull. lib. de Trinit. c. 8. ait: *Deus Prophetas ſpiritu inſtruxit, & per hos omnes filium ſuum Chriſtum repromiſit.* 220. Syriac. Actor. 3. Ioan. 5. Tertull.

Remiſſionem peccatorum accipere. Ad quod exhortatur Petrus cap. 2. n. 38. & cap. 5. n. 31. ut tanto bono propoſito maximè promoveantur homines ad fidem Chriſti amplectendam: *per nomen eius.* Arabic. *Conſequenter per nomen eius expiationem peccatorum.* Et Textus ait: *Qui credunt in eum.* Sed ſi Cornelius erat iuſtus ad quid illi hæc exhortatio? Quia ut dicitur Apoc. 22. n. 11. *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc, & qui Sanctus eſt ſanctificetur adhuc*; & quia, ut dicitur, ſepties in die cadit juſtus. 221. Arabic. Apoc. 22

QVÆSTIO XXVIII.

Quare dicitur Chriſtus iudex vivorum, & mortuorum?

DIcitur hic in præſenti Chriſtus: *Conſtitutus iudex vivorum, & mortuorum*, iuxta illud Ioan 5. n. 22. *Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio.* Ubi non eſt ſermo de Chriſto, ut filio Dei, quia ſic cum eo iudicat Pater, ſed loquitur ſecundum naturam humanam in Incarnatione, qua homo eſt; quia tunc viſibili forma videndus eſt ab hominibus. Ita D. Auguſt. 1. de Trinit. cap. 13. Beda, & multi alii, quos adduxi citato loco Joannis. 222. Ioan 5. Aug. Beda.

Et quamvis Chriſtus ſit iudex non ſolum in iudicio univerſali, ſed etiam particulari, dum quilibet moritur, tamen hic eſt ſermo de iudicio univerſali cum dicitur *Iudex vivorum, & mortuorum*, Gloſſa interlinealis, Beda favet Chryſoſt. *vivorum* id eſt iuſtorum, *mortuorum* ſcilicet peccatorum, ac damnatorum. Alius eſt ſenſus, & ſatis aptus, *vivorum* qui erant vivi immediatè ante tempus iudicii, & ſunt mortui mox reſurrecturi, ac proinde fuerunt in quodam tranſitu de vita ad mortem, & de morte ad vitam; *Mortuorum*, illorum nempe, qui antecedenter mortui fuerant. 223. *Iudex vivorũ, ac mortuorum.* Interlin. Beda. D. Chryſoſt.

Caietanus exiſtimavit, quod aliqui erunt perſeverantes in vita, & abſque morte ad diem iudicii, cuius opinionem non approbo, cum Apoſtol. Hebræor. 9. n. 27. dicat: *Statutum eſt hominibus ſemel mori*, & David Pſal. 88. n. 49. *Quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi.* 224. Caietan. Hebr. 9. Pſal. 88.

Conſtitutus eſt iudex vivorum, & mortuorum. 225.

Congrega

Math. 25 *Congregabuntur ante eum omnes gentes*, Matth. 25. n. 32. Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corpo-
2. Cor. 5. ris, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum, 2. Cor. 5. n. 10. *Omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti*, Roman.
Rom. 14 14. n. 10.

226. Ne faciat alicui difficultatem id quod dicitur,
Pſalm. 1. pſalm. 1. n. 5. *Non reſurgent impii in iudicio*: quia nihil prævalebunt ne effugiant damnationem; nec
Ioan. 3. illud Ioan. 3. n. 18. *Qui non credit jam iudicatus eſt.*
Solvuntur obiecta. Qui non credit, fide nempe viva, de quo ibi eſt ſermo, jam ſecum portat damnationis ſententiam, ut ibi explicavi, ſicut ibi dicitur *Qui credit*, ſcilicet viva fide, *in eum*, non iudicatur, ſecum enim portat ſuæ ſalutis munimen, & non condemnabitur?

227. De parvulis; qui ſine gratia cum peccato originali decedunt, an ſint iudicandi dubitatur? Communis ſententia Theologorum eſt affirmativa, de
De Parvulis ſine gratia quo latè Suarez tom. 2. ad 3. part. diſp. 57. ſect. 6. &
Suarez ad hoc poterit adaptari illud: *Vidi mortuos magnos,*
Apoc. 20 *& puſillos ſtantes in conſpectu throni*, Apocalyp. 20. n. 12. Et ratio eſt; quia Chriſtus eſt omnium caput, & iſti ſubiecti ſunt Chriſto, & ipſe pro omnibus
D. Aug. natus eſt, & mortuus eſt, & ut explicat D. Auguſt. lib. 3 2. de libero arbitrio: *Habebunt ſententiam iudicis reſpectu eorum futuram mediam inter præmium, & ſupplicium.* Punientur pœna damni, privatione nempe cœleſtis Beatitudinis ob peccatum originale, non tamen pœna ſenſus, quæ quidem reſpondet peccato actuali, quod parvuli non commiſerunt.

QVÆSTIO XXIX.

Quare cum Chriſtus dicitur judex conſtitutus ſtatim ſubditur, ut per ipſum accipiatur remiſſio peccatorum?

228. QUantum diſtat hominum poteſtas à poteſtate Domini Ieſu! Pilatus dicebat D. meo Ieſu: *Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & po-*
Ioan. 19. *teſtatem habeo dimittere te*, Ioan. 19. n. 10. poteſtas illius prius erat ordinata ad faciendum malum, ac crucifigendum; At vero poteſtas D. Ieſu ex ſua infinita bonitate primo, & per ſe eſt ad benefaciendum; & ad dandam remiſſionem peccatorum: ſupplicia vero, & pœnas homo per ſe convocat, & adducit, congregat ſuper caput carbones igneos.

229. Ad quæſtionem dicitur Chriſtus D. Conſtitutus juſtus judex ad dandam remiſſionem peccatorum, prout recta iuſtitia poſtulat, iuxta uniuſcuiuſque diſpoſitionem exquirit, ſuper quam divinus Iudex
Ierem. 1. vigilat, ut cuncta ponderet, & metiatur apta, & directa virga ſua. Ait Ieremias cap. 1. n. 11. *Virgam vigilantem ego video*, Virga nota iudicii, ac poteſtatis, & hæc virga non eſt, ut ſedeat, dormiat, ac quieſcat, ſed ut vigilet: *Virga æquitatis,*
Cū Deus punit ex virga facit menſuram. D. Hier. *Virga regni tui.* Et ut ipſa poteſtatis Virga univerſa metiatur, ne quid nimis in pœna excedat. D. Hieronymus ad cap. 41. Ezechielis n. 4. ait: *Vigilat virga cuncta peccata populi, conſiderans, ut percutiat, & corripiat, ac ſanet.*

230. Dicitur Thren. 2. n. 8. *Cogitavit Dominus diſſi-*
Thren. 2 *pare murum filiæ Sion, tetendit funiculum ſuum.* Ad deſtruendum tetendit funiculum, hoc maximè
Deus ut puniat menſurat. pertinet ad ædificandam, ac conſtruendam machinam, ad conſideranda illius fundamenta, altitudinem, latitudinem, diſpoſitionem, ac lapidum ordinem, ut facile inimicorum impetus invalidare poſſit, ſed ad ſolo æquandam urbem apponit funiculum, facta eſt iuſtitia Divina in pœna inferenda, quod ſine menſura inferre neſcit. D. Paſ-
D. Paſch. chaſ. lib. 2. ait: *Tetendit funiculum ſuum, quatenus ſecundum delictorum menſuram pœna procederet ultionis.*

231. Conſiderans Iob. 28. 25. Domini magnitudinem, ait: *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit*
Iob. 28. Iſai. 40. *in menſura.* Cui conſonat Iſaias 40. num. 12. *Qui menſus eſt pugillo aquas.* Quid eſt, quod omnipotens Deus furentes ventos per totum Orbem, & multitudinem aquarum, quæ inundant per totum Untverſum, ponat in menſura? Ad quid tendit hæc menſura? Ad quid hoc pondus? Fertilitas, ac ſterilitas terræ, ut ſuos fructus in tempore
Temporū vices exta hominū merita. convenienti proferat, vel deneget, totum provenit ex irrigatione aquarum, inde Omnipotens eas ponit in menſura ſecundum merita, vel demerita hominum; inde ad eorum opera Deus extendit, vel contrahit manum ſuam ad aquas, ſic & ſimiliter Deus laxat, & cohibet ventos, aliquando ut ſuaviter recreent: *Surge Aquilo, veni Auſter, &*
Cant. 4. *fluent aromata illius*, Cantic. 4. n. 16. Aliquando in magnam caſtigationem, & naufragium. *In ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis*, Pſalm. 47. n. 8.
Pſal. 47. Unde tanta diverſitas in ventis, & aquis? ex iuſta menſura, ac recto pondere, prout hominum opera poſtulant, & exquirunt. D. Gregorius Nazianzen. oratione 36. *Quis enim vel immodicam pluviam, vel pluviæ retentionem ferret, niſi ille pluviæ parens menſuris ſuis, & bilancibus omnia regeret.*

Actor. 10. *n.* 44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum.

Num. 45. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus ſancti diffuſa eſt.

Num. 46. Audiebant enim illos loquentes in linguis, & magnificantes Deum.

Num. 47. Tunc reſpondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere poteſt, ut baptizentur hi, qui acceperunt Spiritum ſanctum, ſicut & nos.

Nmm. 48 Et iuſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud illos aliquot diebus.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE X.

Verſ. 44. 232. *ADhuc loquente Petro verba.* Oſtenditur efficacia, ac vehementia verbo-
Syriac. Arabic. Vatabl. Caiet. rum Petri. *Cecidit Spiritus ſanctus.* Syriacus: *Spiritus ſanctitatis operuit eos omnes.* Arabicus: *Deſcendit Spiritus ſanctus.* Vatablus: *Illapſus eſt.* Cajetanus: *Ingruit*, viſibili nempe ſigno, ac ſpecie, nempe linguis igneis incumbens capiti Cornelii, ac domeſticorum eius, ſicut in die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos, ut conſtat ex capite ſequenti n. 15. ubi ſic habetur: *Cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, ſicut & ſuper nos in initio.*

233. Ineptè ex hoc argumentantur hæretici, quod Cornelius accepit Spiritum ſanctum ante Baptiſ-
Refutatur impietas hæreticorum. mum, ac proinde quod Baptiſmus non confert gratiam, ſed quod ſit ſignum illius. Futilis, & inutilis eſt hæc doctrina; quia quamvis iſti

non eſſent baptizati, tamen per contritionem, & Baptiſmum in voto erant jam juſtificati, proindeque capaces donorum Spiritus Sancti. Et Deus hoc viſibili ſigno voluit condecorare, ac nobilitare hos primos ex Gentilibus, ut obmuteſcere faciat Iudæorum ora murmurantium de Gentium admiſſione ad Eccleſiam.

234. Syriac. Verſ. 45. *Obſtupuerunt ex circunciſione fideles* Syriacus: *mirati ſunt*, & dicitur *ex circunciſione fideles*, nempe Iudæi converſi, qui in lege Moſaïca fuerant educati, in qua eius initium erat circunciſio, ut in lege gratiæ Baptiſmus. *Quia in nationes.* Græcè Gentes, ſeu gentiles; ſibi perſuadebant Iudæi Chriſtum, Chriſtique gratiam, ac fidem, eiuſque Eccleſiam Iudæis ſolum fuiſſe promiſſam, in eiſque concludendam, & gentes ab ea eſſe excluſas. Græcus.

235. Syriac. Arabic, Æthiop. Verſ. 46. *Audiebant illos loquentes linguis.* Syriacus: *loquentes, unaque lingua.* Arabicus: *Linguas externas.* Æthiopicus: *Loquentes in ſermonibus regionum.* Datum fuit eis linguarum donum, ut in omnium idiomate Deo gratificarent donum acceptum fidei, & gratiæ divinæ, de quo participes facti ſunt.

236. Arabic. Pagnin. Tigurin. D. Chryſoſt. Verſ. 47. *Nunquid aquam quis prohibere poteſt*, Arabicus: *Num quis vetet aquam* Pagninus, Tigurina: *Quominus aqua baptizentur.* Prohibebant, inquit D. Chryſoſtomus Iudæi ſpiritu carnali ducti, quia illud bonum tantum eis datum putant. *Signo viſibili.* *Qui acceperunt ſpiritum, ſicut & nos.* Si enim Spiritus Sanctus dono viſibili eos replevit, ſicut, & nos, non debemus eos à ſuis donis excludere, ut baptizentur, & ita hac optima ratione tumulentiam Iudæorum ſedavit.

237. Syriac. Verſ. 48. *Iuſſit eos baptizari in nomine Ieſu Chriſti.* Syriacus addit *Domini noſtri Ieſu Chriſti*: & dicitur iuſſit eos baptizare per miniſtros, quos habebat diſpoſitos, & ordinatos in Ioppen. In Martyrologio ſecunda die Februarii dicitur Cornelium baptizatum à D. Petro, quod fieri poterat ob perſonam valde magnam, & inſignem; nam Apoſtoli non baptizabant, ut ait Paulus 1. Corinth. 1. num. 17. *Non enim miſit me Deus baptizare, ſed evangelizare*, de quo Actor. 19. baptizabant Apoſtoli per miniſtros à ſe ordinatos *In nomine Domini Ieſu Chriſti.* De hac forma Baptiſmi jam dixi ſupra cap. 2. num. 8.

1. Cor. 1. Act. 19.

238. Martyr. Quo autem anno hæc Cornelii converſio contigerit, non exigua eſt controverſia. In qua ſunt octo, vel novem ſententiæ; probabilius videtur accidiſſe anno Chriſti 37. De hoc Cornelio ſic habet Martyrologium Romanum 2. die Februarii. *Cæſareæ in Paleſtina S. Cornelii centurionis, quem B. Petrus Apoſtolus baptizavit, & apud præfatam urbem epiſcopali honore ſublimavit.* Huius Cornelii vita haberur apud Surium ex Metaphraſto 13. Septembris, in qua Lorinus multa teneri apocripha dicit. Lorin.

QUÆSTIO XXX.

Quare Cornelius cum ſuis ſociis primus ex gentilitate converſus tantis ſignis condecoratur?

239. Matth. 8. Matth. 15. Actor. 8. COmmunis vox Patrum, ac Doctorum eſt Cornelium ex gentilitate fuiſſe converſum ad Chriſti fidem; nam vidimus alium centurionem Matthæi 8. Chriſtum Dominum confitentem, cuius fides multum laudatur, ſicut & mulier Chananæa Matth. 15. & etiam Eunuchus ſupra cap. 8. num. 3. Statuimus ergo Cornelium primum fuiſſe baptizatum, ac converſum ex gentilitate, qui publicè, ac patenter eſt baptizatus, & primario, ac directè quæſivit, & venit ad Chriſtum ad ſuſcipiendam eius fidem; nam ille alter Centurio primario, & per ſe venit ad impetrandam pueri ſui ſanitatem, ſicut & Chananæa pro filiæ ſalute, ad Eunuchum Philippus venit, & in via tamquam in occulto eſt baptizatus; At vero Cornelius patenter, ac publicè cum tota familia ſua quærit Petrum, ut illuminetur, ſuſcipiatque Chriſti fidem. *Quomodo Cornelius dicatur primus.*

240. Et valde feſtivo applauſu, multaque ſolemnitate excipitur Cornelius tota cum ſua familia adveniens viſibili ſigno Spiritus Sanctus infundens eis linguarum donum, ut in omnium linguis laudarent, & glorificarent Deum.

241. Iſai. 54. Galat. 4. Deſumens ex Iſaiæ 54. num. 1. locum Paulus ad Galat. 4. num. 27. ait: *Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia multi filii deſertæ magis, quam eius, quæ habet virum.* Per exultantem deſertam intelligit gentilitatem, per eam quæ habebat virum Synagoga. Iſaias citato loco ſcribit: Dicit Dominus, ut ita maiorem ſuis dictis reconciliet authoritatem, quæ verba Paulus non apponit, quia notum experientia eſt, quantum meſſis Chriſtiana in gentilitate creſceret, & augeretur, quæ antea erat ſterilis, & nullum parturiebatur, at ſponſa Synagoga, ob malitiam ſuam ſterilis facta eſt D. Hieronymus lib. 1. in epiſtol. ad Galatas cap. 4. ait: *Non puto neceſſe de multitudine Chriſtiana, & de Iudæorum paucitate dicamus: cum in toto mundo Crucis vexilla reſplendeant, & vix rarus, atque notabilis in urbibus Iudæus appareat.* *Eccleſia Chriſti creſcit cum ſua ſponſa Synagoga.* D. Hier.

242. Multa lætitia, & exultatione lætatur Gentilitas, cum iam Cornelius, & tota eius familia promiſſa gratia iam veniunt ad Chriſti fidem, & cum honore, & lætitia excipiuntur, cum venit Divinus Spiritus linguis igneis, ut dixi in expoſitione, inſidens ſuper eorum capita tamquam diademate eos coronans. Offerunt ſua munera in Sacrificio Caïn, & Abel, *Abel de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Geneſ. 4. num. 4. Et unde deprehenditur, quod Dominus reſpexerit ad Abel, & munera eius? Communis eſt ſolutio, ignito radio veniente ſuper ſacrificium, & cur tam grande miraculum ibi eſt? fuerunt præmiſſæ, quæ de melioribus, & de pinguioribus oblatæ ſunt Deo, & ideo animus offerentis maximè fuit nobilitandus, ac condecorandus. D. Chryſoſt. homil. 18. in Geneſ. ait: *Vt per hoc efferentis animus maiorem honorem haberet.* *Primus in re virtutis honorandus.* D. Chryſoſt.

243. Gen. 28. Lib. Egreſſus Iacob de domo patris ſui cum iret faceret in Meſopotamiam, veniſſetque ad quendam locum poſt ſolis occaſum, & voluiſſet recumbere: *Tulit de lapidibus, quæ iacebant in illo loco, & ſupponens capiti ſuo dormienti.* Geneſ. 28. numero 15. & ut dicitur in lib. Rabbith ſuppoſuit tres lapides, qui in unum ſunt converſi, & multa luce radiabat, viditque Scalam, & Dominum Scalæ innixum, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes per eam, qui proculdubio multa fulgurabant luce, in quo Sancti Patres, & Doctores multa, magnaque myſteria ſcrutantur, ac venerantur. Unde Iacob tot, & tantis myſteriis illuſtratur, & ut lapides tres ſub capite in unum coaleſcant in typum Sanctiſſimæ Trinitatis, nota quæ ſequuntur: *Surgens Iacob mane tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper, vovit etiam votum, dicens: Si fuerit Dominus mecum, &c.* Ibidem num. 20. quia, ut notat Philo lib. de ſomniis, D. Proſper de provid. Hic primus Philo. D. Proſp.

primus homo fuit, qui ſe Deo dedicavit, ac conſecravit per votum,& qui in tam illuſtri facto, ſingularique Dei obſequio dedit lucem, primus Cœleſti luce radiante fulget, ac nitet plenuſque tantis myſteriis illuſtratus reſplendet.

Primus in voto multa luce fulget.

CAPUT XI.

1. *AVdierunt autem Apoſtoli,& fratres, qui erant in Judæa: quoniam & gentes receperunt Verbum Dei.*
2. *Cum autem aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam, diſceptabant adverſus illum, qui erant ex circunciſione,*
3. *Dicentes: Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis.*
4. *Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens:*
5. *Ego eram in civitate Ioppe orans, & vidi in exceſſu mentis viſionem; deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de cœlo, & venit uſque ad me.*
6. *In quod intuens conſiderabam, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volatilia Cœli.*
7. *Audivi autem, & vocem dicentem mihi: Surge, Petre, occide, & manduca.*
8. *Dixi autem: Nequaquam Domine, quia commune, aut immundum nunquam introivit in os meum.*
9. *Reſpondit autem vox ſecundo de Cœlo: Quæ Deus mundavit tu ne commune dixeris.*
10. *Hoc autem factum eſt per ter, & recepta ſunt omnia rurſum in Cœlum.*
11. *Et ecce viri tres confeſtim aſtiterunt in domo, in qua eram, miſſi à Cæſarea ad me.*
12. *Dixit autem ſpiritus mihi, ut irem cum illis nihil hæſitans, venerunt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri.*
13. *Narravit autem nobis quomodo vidiſſet Angelum in domo ſua ſtantem, & dicentem ſibi: Mitte in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus.*
14. *Qui loquetur tibi verba, in quibus ſalvus eris tu, & univerſa domus tua.*
15. *Cum autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus Sanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio.*
16. *Recordatus ſum autem Verbi Domini, ſicut dicebat: Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto.*
17. *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis, qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum, ego quis eram, qui poſſem prohibere Deum?*
18. *His auditis tacuerunt,& glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*
19. *Et illi quidem, qui diſperſi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano, perambulaverunt uſque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, niſi ſolis Iudæis.*
20. *Erant autem quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introiſſent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos annuntiantes Dominum Ieſum.*
21. *Et erat manus Domini cum eis: multuſque numerus credentium converſus eſt ad Dominum.*
22. *Pervenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ, quæ erat Ieroſolymis ſuper iſtis, & miſerunt Barnabam uſque ad Antiochiam.*
23. *Qui cum perveniſſet, & vidiſſet gratiam Dei gaviſus eſt, & hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in Domino.*
24. *Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu Sancto, & fide. Et appoſita eſt multa turba Domino.*
25. *Profectus eſt autem Barnabas Tarſum, ut quæreret Saulum,quem cum inveniſſet perduxit Antiochiam.*
26. *Et annum totum converſati ſunt ibi in Eccleſia; & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani.*
27. *In his autem diebus ſupervenerunt ab Ieroſolymis prophetæ Antiochiam.*
28. *Et ſurgens unus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in univerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio.*
29. *Diſcipuli autem, prout quis habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.*
30. *Quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ, & Sauli.*

ARGUMENTUM.

ET Petrus Iudæorum murmur compeſceret murmurantium quod recepiſſet ex gentilitate Cornelium cum tota ſua familia,eis exponit viſionem, quam habuerat de linteo, atque etiam de geſtis cum Cornelio, & quomodo etiam in Syria fidelium excreſceret multitudo: Unde in Antiochiam mittuntur Barnabas, & Saulus, & in Antiochia fideles primo Chriſtiani nominati ſunt.

A primo verſu uſque ad 17. refert D. Petrus viſionem de linteo,ac ſimul Cornelij cõverſionem, quæ quidem manent explicata in ſuperiori capite.

Actor. 11. num. 18. His auditis tacuerunt, & glorificaverunt Deum dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

Num. 19. Illi quidem, qui diſperſi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano perambulaverunt uſque Phœnicem & Cyprum,& Antiochiam, nemini loquentes verbum,niſi ſolis Iudæis.

Num. 20. Erant quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introiſſent Antiochiam loquebantur ad Græcos annuntiantes Dominum Ieſum.

Num. 21. Et erat manus Domini cum eis, multuſque numerus credentium converſus eſt ad Dominum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Syriac. Lyran. Verſ. 18. *His auditis tacuerunt.* Syriacus: *Quieverunt.* Utpote ait Lyra tam rationabiliter, ac verè dictis, ut patet de viſione lintei, ac converſione Cornelij. *Glorificaverunt Deum*: ait Chryſoſt. quod gratiam ſuam, & ſalutis viam extendiſſet etiam ad gentes.

Chryſoſt

1. Lyran. Gloſſa. *Pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Arabicus: *Pœnitentiam, ut per eam vivant.* Lyranus: *Tempus, & locus pœnitentiæ.* Gloſſa: *Gratiam, & impulſum ad pœnitentiam*, vel etiam remiſſionem peccatorum per pœnitentiam, ponitur enim cauſa pro effectu.

3. Syriaca. Arabic. Æthiop. Verſ. 19 *Illi quidem, qui diſperſi fuerant.* Syriacus: *Ex oppreſſione, quæ contigerat ob Stephanum.* Arabicus: *Ob afflictionem obortam.* Æthiopicus: *Propter occiſionem Stephani.* Sub morte Stephani, nam multi ejus exemplo, magno fervore, ac zelo prædicabant Chriſtum, & arguebant Judæos, indeque ipſi Judæi in eos inſurgebant.

4. *Phœnicem*, quæ eſt Provincia valde præclara Syriæ, & *Cyprum*, Inſula maritima, & valde nota, ac celebris: *Antiochiam*, civitas multum perilluſtris caput Syriæ, & à Rege Antiocho magno ædificata, à quo & nomen accepit. *Nemini loquebantur verbum*, ſcilicet Evangelicum. Arabicus: *Nemini inſtituebant ſermonem prædicationis, niſi ſolis Judæis.* Hoc factum eſt in exordio, ut Judæi paulatim diſponerentur, ut etiam fidem Evangelicam gentes ſuſciperent, ut ſtatim dicam.

Arabic.

5. Vatabl. Verſ. 20. *Erant autem quidam.* Ex illis diſperſis de Jeruſalem: *Viri Cyprij, & Cyrenæi*, de quibus jam egi cap. 6. num. 9. hoc eſt nati in Cypro, & Cyrene. *Loquebantur ad Græcos.* Vatablus: *Ad Græciſtas.* Ipſe Vatablus interpretatur per Græcos Judæos natos inter Græcos; at per hos Græcos, per quos intelliguntur frequenter Gentiles, recte Lyranus, Hugo, Cajetanus, Lorinus intelligunt ipſos Gentiles; nam in Textu Græco, opponuntur Judæis.

Lyran. Hugo Caietan.

6. D. Chryſoſt. Oecum. Verſ. 21. *Et erat manus Domini cum eis*, nempe potentia, aſſiſtentia, & directio divina, ut cum multa ſapientia, efficacia, altaque doctrina prædicarent fidem Chriſti, ac multis, miraculis confirmarent, ut notant D. Chryſoſtomus, ac Oecumen. *Multuſque numerus credentium.* Syrus: *multi converſi ſunt ad Dominum.* Illuminando, excitando, ac adjuvando eorum corda, ut cognita veritate fidem Chriſti ſuſciperent.

QUÆSTIO I.

Quare D. Petrus tam ſollicitè, ac efficaciter deſtruit murmurationes contra ſe exortas.

7. Difficultas quæſtionis. AIt Textus num. 2. & 3. *Cum aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam diſceptabant adverſus eum, qui erant ex circumciſione dicentes, quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum eis?* Tunc Petrus aperuit illis viſionem de linteo, & quomodo Cornelius eum miſit vocare, & ait Petrus num. 17. *Et ſi Deus illis vult dare ſuam gratiam, quemadmodum dat nobis, quis prohibere valet*, Non poteſtate eorum ora obturat, ut poterat dicere, quis ex vobis vult me, meaque facta judicare, cum ego ſim ſuum primum Eccleſiæ caput, ſed appoſitis rationibus eos convincit, facitque obmuteſcere.

7. In ſupremo, & alto judicio Chriſtus Dominus condemnans miſeros, & deperditos, dicet illis: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi potum, &c.* Matth. 25. num. 42. Nonne ſufficiebat, quod ſententia eſſet prolata à ſupremo omnium judice, in quo nulla injuſtitiæ umbra dari poterat, non ſufficiebat, quod maledicti dicerentur à ſupremo Domino, ut inde omnis ſententia proba exiſtimaretur? Quid inſuper? aſſignat cauſam, & rationem ſuæ ſententiæ damnantis: *Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare, &c.* O ſummum rectitudinis exemplar: ait D. Paſchaſ. lib. 10. in Matth. *Etiam cum damnatis hominibus ſuæ ſententiæ cauſam obiicit, ſicut eiicientibus de templo dixit; Nolite facere domũ Patris mei domum negotiationis.* Ioan. 2. num. 16. Ut ita fiat evidens, quod eorum damnatio non à judice, ſed ex eorum nequitia provenit.

Matth. 25. Prælatus, & Judex ſui regiminis debet rationẽ, D. Paſch. Ioan. 2.

9. Secundò tam latè ſuæ operationis tamquam Chriſti ſervus, cujus tota intentio erat pacem facere, pacemque reddere. Primi, quos Chriſtus ad ſuum Apoſtolatum vocat, ſunt Petrus, & Andreas Matth. 4. num. 18. *Vidit duos fratres Simonem, & Andream; vocavit eos, faciam vos fieri piſcatores hominum*; & addit Textus num. 21. *Inde tranſiens vidit alios duos fratres, Iacobum, & Ioannem in navi reficientes retia ſua, & vocavit eos.* Ecce quatuor prima fundamenta Collegii Apoſtolici, in quibus illud ſupremum Chriſti opificium innitatur, erant enim homines ſanguine fratres, ex eodem loco, ac urbe, & pares officio, utpote piſcatores, ut ex his ſumma pax, ac concordia denotaretur, quam ex tali fundamento in ſua Eccleſia Chriſtus plantabat. D. Chryſoſt, homil. 7. in Matth. ait: *Erant habitatione Cives, dilectione concordes, officio pares, & fraternitate, ideo ſic vocavit & iſtos, ne bonis rebus conjunctos, diſſimilis vocatio ſeparet.* Ut etiam ſimiles, & pares in vocatione eſſent.

Matth. 4. Eccleſia Chriſti fundatur pace, ac concordia. D. Chryſoſt.

10. Mandavit Deus Deuter. 16. num. 18. *Iudices, & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi*, & etiam jam ab Abrahamo ſedes in introitu civitatis conſtituta erat Geneſ. 23. num. 10. Cur non potius judicibus deſignatur cathedra in medio civitatis, ut ad eum æqualiter ex omnibus partibus litigantes confluerent, & non in ingreſſu quando homines fatigati ſæpe de itinere veniebant. Pulchram rationem excogitavit D. Gregor. lib. 19. Moral. cap. 13. & ait: *Vt tanto eſſet pacificus urbis populus, quanto ad hanc diſcordes ingredi non liceret.* Certe agnoſcens Dominus peſtem urbis diſcordiam eſſe, ingreſſum in illam quodammodo litigantibus interdixit, ut lite amota, controverſia profligata, compoſitis cunctis, omnes in urbe amicè, & pacificè convenirent.

10. Deut. 16. Gen. 23. Civitas ſit in pace, & cõcordia.

11. Maxime notandum, quod ſæpe tribus Levitica, ac tribus regia copulabantur matrimonio. 2. Paralip. cap. 22. num. 12. Ubi Ieſabetha *erat filia Regis Ioram, uxor Ioiadæ Pontificis* & Sancta Elizabetha de filiabus Aaron Luc. 1. num. 5. erat cognata Virginis Sanctiſſimæ ibidem num. 36. quæ à Iuda ſuum trahebat genus, ut notat D. Paulus Hebræor. 7. Cur tribus regia, ac Levitica mutuo uxores caperent, ac ſanguinis fœdere copulantur capita totius regni; Rex, & Pontifex, in quibus totum

11. 2. Par. 22

regnum

regnum tamquam in ſuis manibus, ac columnis innititur, cum ipſi ergo ſanguine connexi eſſent, corde, & animo etiam copularentur, ut cuncta placida pace florerent; nam ex majorum concordia totius populi tranquillitas derivatur, Lyranus, ait: Ut Rex, qui præeſſet in temporalibus, & Pontifex, qui præeſſet in ſpiritualibus eſſent magis concordes, quoad populi regimen faciebat.

QUÆSTIO II.

Quare qui obmurmurabant, & loquebantur auditis verbis Petri tacent, & obmuteſcunt?

12. MUlti ex Indæis murmurabant, & obloquebantur contra D. Petrum, eo quod Cornelium, ſua cum familia ex gentilitate recepiſſet ad fidem Chriſti, quod eis videbatur valde durum, & acerbum; ipſi enim exiſtimabant, quod ſicut ſalus Chriſti eis erat promiſſa, ſic & illis ſolum erat, in quo maxime decipiebantur, quod altè, & ſublimè oſtendit Petrus, cuius verbis auditis ejus factum, doctrinamque maximè approbant, & ſanctam judicant, ut notant hîc Doctores, mutantes ſuam ſententiam, quod proprium prudentis, ac pacati animi eſt.

Difficultas quæſtionis.

13. Cum Iacob regrederetur in Meſopotamiam, ei venit obviam frater ſuus Eſau, & benigne, ac affabiliter ſalutati inter ſe, offert ſe Eſau quod ipſum Iacob vult in itinere comitari, & cum eo pergere: à quo Iacob multis ſe excuſat dicens quod veſtigia fratris ſui ſequeretur, ut poſtea poſſint longum inter ſe habere ſermonem: Tamen Eſau tetendit in locum, qui dicebatur *Seir*. Iacob autem Geneſ. 33. nu. 18. *Tranſivit in Salem urbem Sichimorum*. Nonne ipſe promiſerat ſequuturum fratris veſtigia, qui profectus eſt in *Seir*, quomodo ſe tranſtulit in Salem; Nonne frater tuus moleſte accipiet ſe decipi, & ſicut antea te ſupplantatorem dixerat, nunc modo tuo facto idem confirmabit. Audivit Iacob quod Eſau in *Seir* erat valde potens; timuit ergo ne memor paternæ benedictionis ereptæ ſe vindicaret, ac proinde ex nova notitia habita novum Conſilium decrevit, & antiquum mutavit, Dionyſius Carthuſ. ait: *Non fuit diu libenter cum Eſau, ne forte inciperet recordari præteritorum, quæ Iacob fecerat ei, veruntamen Iacob non ſequebatur eum in Seir, quia ex meliori deliberatione mutavit propoſitum*. Expende ultima verba.

Gen. 33.

Prudentis eſt mutare conſilium.

Carthuſ.

14. Secundo ad quæſtionem: Quamvis illi primi Chriſtiani varia, & diverſa intelligerent, tamen cùm Petrus loquebatur, tanta erat ejus auctoritas in Eccleſia, ut omnes eius dictis acquieſcerent, nec aliquis audebat loqui, & univerſi ejus doctrinæ obtemperabant, ut vidimus ſuperiori capite num. 45. & 46. quod illi, qui ex circunciſione venerant cum Petro ex Ioppe obſtupeſcentes de mirabilibus cum Cornelio, & cæteris gentibus patratis, quos ipſi à fide excluſos exiſtimabant, tamen cum loquitur Petrus, quod Chriſti gratia eſt in omnes, & neminem à ſe excludit, & jubet eos baptizari, univerſorum linguæ ceſſant, nulluſque eſt, qui mutire audeat, ſanctum, & rectum Petri factum approbantes, & Deum glorificantes oſtendentes ſummam erga Petrum obedientiam.

Act. 10.

Magna omnium obedientia erga Petrum.

15. Dicitur Numer. 31. num. 1. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Vlciſcere prius filios Iſrael de Madianitis, & ſic colligeris ad populum tuum: ſtatimque Moyſes: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui poſſint ultionem Domini expetere de Madianitis.* Statim Moyſes feſtinus ad exequutionem Divini mandati nil reſpondens, ſed totis viribus incumbit, ut omnes celeriter, & velocitet arma arripiant ad bellum contra Madian. Cum audiat ab ore Domini, & certò ſciret, ultione peracta ſe è vivis abiturum eſſe; hæc enim ad eum fuit vox Domini: *Et ſic colligeris ad populum tuum*. O mira, & admirabilis celeritas in obediendo, quam nec mortis aſpectus retardat, nec vivendi affectus impedit, nec in uno verbo dicendo moras connectit cum Deo, ſed ſolum intendit mandati exequutionem. Lyranus ait: *Ex eo pater fidelitas, & obedientia Moyſis ad Deum, quia audierat dilationem mortis ſuæ uſque ad interfectionem Madianitarum, & tamen non propter hoc diſtulit pugnam contra eos, ſed magis acceleravit*. Qui enim obtemperando rectè cogitat, omnia impedimenta, ac moras ſolvit, ne rei ſibi commiſſæ deficiat, ſed omnia adimpleat. Vide ſupra cap. 10. q. 8. n. 55. 56. 57. & q. 24. num. 188.

Num. 31.

Moyſes omnes difficultates vincit, ut prompte obediat.

Lyranus.

QVÆSTIO III.

Quare omnes tamquam uno ore Deum glorificabant?

16. AUdito ſermone Petri non ſolum à ſua murmuratione de converſione gentium deſiſtunt, ſed etiam omnes uno animo glorificaverunt Deum, quia gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam, & tamquam in hoc ſe mutuo exhortabantur, ut mutuo Deum laudarent.

17. Ait Regius Vates, quod Deus ſemper ſic laudandus, & in hymnis eius decantandis nunquam quieſcendum ſit, & ait Pſalm. 33. num. 1. *Semper laus ejus in ore meo*. Multus Dei amor, qui in ejus laudibus neſcit finem; ſed inde multo major, quod & alios urget homines ad eius obſequium, addit verſ. 4. *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus*. Magno zelo chorum vates cogit, & præcinit, ut ſuccinant alii, Deumque alliciant ſuis concionibus. D. Baſilius ibi ait: Non patitur ut ipſe ſolus hymnum texat, ſed manſuetudinis conſortes facit, & hymnodia non ſolus vult eſſe in laudibus, ſed alios, ut ſocios ad ſe convocat, tamquam de eorum ſalute, ac propria ſollicitus.

Pſal. 33.

Qui vere Deum amat, & laudat non vult ſolus eſſe.

18. Ait Iſaïas cap. 2. num. 3. *ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Domini*. Magna exultandi, ac lætandi ratio in eis inerat, quod Divina gratia eſſent prævenți, ut ad montem Dei aſcenderent, ad eumque patefieret aditus, cur tanto ſuo bono non quieſcunt, ſed inde magis ſolliciti alios ad ſe advocant: *Venite, aſcendamus ad montem Dei*, preme verbum *aſcendamus*, quod ſic erant ſolliciti de aliena ſalute, ut ſi alii cum eis non aſcenderent, ipſi ſibi perſuadebant ſe non aſcenſuros, indeque ut de tanto bono participes fiant, alios ſibi aſſociari cupiunt, quæ eſt mens D. Hieron. ibi, qui ait: *Gentes, & populi nequaquam propria ſalute contenti, ſe ſe mutuo hortabantur dicentes, venite, aſcendamus*.

Iſai. 2.

Mutuus bonis amor de aliena ſalute.

D. Hier.

19. Ait Anima Sancta ad Sodales: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem veſtrum Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua in die deſponſationis ejus*. Cantic. 3. num. 11. Quæ te Virgo ſapiens exagitat; ac movet, ut tuum ipſum videant ſi illum habes *in ſinu tuo*? num. 4. quid amplius quæris? ſi, ut ejus magnificentia, & pulchritudine illectæ ſodales ipſum diligant, ad quid in amoris negotio conſortium ſollicitas? amor enim diviſus mi-

Cantic.

Amans Deum alios convocat ad amandum.

nuitur : Hoc quamvis verum ſit in amore humano, aliter eſt in Divino, cujus ardenti flamma æſtuantes quanto magis charitate fervent, tanto magis ad alios alas ſuas extendunt, & ex ſui multa vehementia alios vocat ſocios, & quo plures, magis gaudet, atque lætatur. D. Niſſenus orat. 7. in Cantic. ait : *Quemadmodum magnus ille Paulus pro damno ducebat, ſi non cum hominibus univerſis bona ſua communicaſſet ; Opto, inquit, non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiunt tales hodie fieri, qualis ego ſum.* Actor. 26. num. 29. *Sic benigniſſima hæc ſponſa tales omnes fieri, ut ipſa, optabat.* Quali bona Virgo flagrat ſtudio ſalutis alienæ, quaſi Paulus affectu ardet, tamquam magis ſolliciti de ſalute aliena, quam propria. Vide ſupra cap. 10. q. 21. n. 169. 170.

D. Niſſ.

QVÆSTIO IV.

Explicantur Civitates Phœnica, Cyprus, & Antiochia, & agitur de Patriarchalibus Eccleſiis.

20. DE his civitatibus hîc fit mentio, de quibus late multi Expoſitores, breviter tamen dicam. Phœnix, ſeu Phœnicia, teſte Plinio lib. 5. cap. 13. Strabone, Tacito, & aliis, Syriæ regio eſt, & tota fere maritima valde contigua Galilææ ad Libanum, multas continet ſub ſe urbes, ex quibus præcipua, ac totius regionis Metropolis, & caput eſt Tyrus : Phœnices, & præſertim Tyrii fuerunt celebres, ab eis in Africa ædificata eſt Carthago, unde Africani vocati ſunt Phœni, & Phœnices, de quo D. Hieronym. cap. 25. Ieremiæ, & D. Auguſt. in Pſalm. 136. Regio ſic verò dicta, vel quia Cadmi frater, filius ex Patre Agenore Phœnix ibi imperavit, & multum eam auxit regionem, vel à nomine græco ſignificante palmam, quibus talis Regio abundat.

Plinius. Phœnic.

D. Hier. D. Aug.

21. Cyprus. Cyprus perilluſtris Inſula inter Syriæ, Ciliciæque jacens littora, ob multam abundantiam, ac fertilitatem Beatam appellarunt Authores profani, de quo Ioſeph lib. 1. Antiquitatum cap. 7. D. Hieron. lib. 1. de tradit. Hebraïcis, docent vocari *Cethim* Hebraïce ab huius nominis pronepote Noe ex Patre Savan, qui fuit filius Iaphet, multo verò illuſtrior, quia extitit Patria S. Barnabæ Apoſtoli, ubi Sanctus ipſe Martyrii palmam adeptus eſt, ac conſepultus eſt ſimul cum Evangelio Matthæi ejus manu conſcripto.

D. Hier. Iapher. D. Barn.

22. Anthioc. Act. 13. Antiochia : Huius nominis multæ inſignes civitates referuntur, & infra cap. 13. fit mentio de Anthiochia, Piſide ; iſta, de qua in præſenti, eſt Syriæ, & illius caput, de qua ſic ait D. Hieronym. ad cap. 6. Amos ; *Eſt Syriæ metropolis, tertium inter Orbis Romani urbes locum obtinens, hæc eſt poſt Romam, & Alexandriam.* In eaque D. Petrus ſuam primam Cathedram conſtituit & eſt una ex Patriarchalibus, Patriarcha autem dicitur à verbo græco, id eſt Princeps fratrum.

D. Hier. Patriarcha à quo deri-vatur.

23. Romana Prima Patriarchalis ſedes eſt Romana, quam D. Petrus fundavit, & tenet ſummus Pontifex eius ſucceſſor, utpote univerſalis omnium fidelium paſtor, cui omnes ſubiiciuntur. Secunda Patriarchalis ſedes eſt Alexandrina, quam fundavit D. Marcus, ex mandato D. Petri, & præerat omnibus Archiepiſcopis Ægypti, Lybiæ, & Pentapolis, ut patet ex Canon. 6. Concilii Niſſeni.

Alexand. Niſſen.

24. Antioch. Tertia Patriarchalis ſedes eſt Antiochena. Præerat ſuper omnibus Archiepiſcopis, ac Epiſcopis Orientis, eamque fundavit D. Petrus ; nam cum idem Apoſtolus poſt Chriſti paſſionem quinque fere annis in Iudæa manſiſſet, quinto anno profectus in Syriam in Antiochia fixit per annos ſeptem ſedem, & poſtea ſe tranſtulit Romam, ubi in perpetuum eam conſtituit, & poſtquam receſſit ex Antiochia B. Evodius illam tenuit ſedem, in eaque perduravit ; & quia Petrus major eſt Marco, & Evodio, ideo Alexandrina ſecunda, Antiochena tertia. Ita Bellarmin. Henriq. & alii, quos citat, & ſequitur Sebaſtianus Cæſar Hierarchia Eccleſiaſt. p. 1. diſp. 4. §. 2. n. 15.

Bellarm. Henriq. Cæſar.

25. Hiero. ſolymit.

Poſt fere quingentos annos facta fuit quarta ſedes Patriarchalis Hieroſolymitana eo quod urbs, & regio illa fuerit Chriſti præſentia, verbo, miraculis, ac paſſione maxime illuſtrata, primus in ea ſedit D. Iacobus Apoſtolus frater Domini ; eidem Eccleſiæ poſtea ſubiectæ ſunt omnes Eccleſiæ Palæſtinæ, poſtea vero factæ ſunt aliæ, ut Conſtantinopolitana.

Cap. 11. *num.* 12. Pervenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ, quæ erat Ieroſolymis ſuper iſtis ; & miſerunt Barnabam uſque ad Antiochiam.

Num. 23. Qui cum perveniſſet, & vidiſſet gratiam Dei, gaviſus eſt, & hortabatur omnes in propoſito cordis permanere in Domino.

Num. 24. Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu Sancto, & fide : & appoſita eſt multa turba Domino.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.

Verſ. 22. *PErvenit autem ſermo* Syriacus : *Pervenit hic rumor.* Arabicus : *Audita eſt fama.* Æthiopicus : *Auditus fuit hic rumor in domo Chriſtianorum.* Ab Apoſtolis, qui erant Ieroſolymis, & Divino zelo repleti, ut meſſis Chriſtiana creſceret, miſerunt Barnabam, utpote eorum concivem, ut dicam quæſtione ſequenti. *Vſque ad Antiochiam.* Arabicus : *Vt perluſtraret Antiochiam uſque.* D. Chryſoſt. *Vt tranſiret.*

26. Syrus. Arabic. Æthiop. C. Chryſoſt.

Verſ. 23. *Qui cum perveniſſet, & vidiſſet gratiam Dei.* Syriacus : *Eſſetque conſpicatus.* Textus : *Gaviſus eſt* ex magna charitate ob profectum aliorum, ſic dicebat Chriſtus Dominus in Evangelio juxta Hebræos Ioan. 4. num. 26. *Nunquam læti ſitis, niſi cum fratrem videritis in charitate, qui ſeminat, & qui meſſt gaudet.* Hinc Paulus ad Philippenſ. 4. num. 1. ducebat : *Gaudium meum, & coronam meam, & gloriam in die Domini* : & quia non oportet ſolum bene incipere, ſed & perſeverare.

27. Syriac. Ioan. 4. Philip. 4.

Hortabatur omnes, Syriacus : *Efflagitabat ab eis, ut in toto corde adhærerent Deo.* Arabicus : *Hortatus eſt pro firmitate cordis ſui, ut perſiſterent in fide Domini.* Æthiopicus : *Docens omnes, ut converterentur de corde toto.*

28. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ. 34. *Quia erat vir bonus* ; Optima morum compoſitione adornatus, quod maximè patet ex abdicatione omnium ſuarum facultatum, quibus venditis omne pretium tulit ad pedes Apoſtolorum cap. 4. verſ. ultimo, & inde maxime ejus probitas patet, quia inſignitur hic ab Spiritu Sancto nomine bonus, quod proprium eſt Dei, dicente Chriſto Domino : *Nemo bonus, niſi ſolus Deus* Luc. 18. n. 19.

29. Actor. 4. Magna laus Barnabæ.

Plenus

30. Plenus Spiritu Sancto, ſui nempe donis, zelo, charitate, amore Dei, & proximi, *& fide*, tam in Deum quam fidelitate in adimplendo munere ſibi commiſſo ab Apoſtolis; *& appoſita multa turba Domino.* Syriac. Arabic. Syriac. *Adauxit ſe populus multus ad Dominum.* Arabicus: *Attraxitque turbam copioſam.* Hic magnus numerus credentium factus eſt induſtria, ac prædicatione Barnabæ, & eſt diſtinctus ab illo, de quo fit mentio ſupra verſ. 21. ut notat Gloſſa Interlinealis. Gloſſa.

QVÆSTIO V.

Quare Apoſtoli audientes tantum credentium numerum augeri in Antiochia non venerunt ad illos, ſed miſerunt Barnabam?

31. *Vnus Barnabas pro omnibus.* ERant Apoſtoli Ieroſolymis, cùm audiunt multiplicari numerum credentium in Anthiochia, nõ veniunt ad illos ad magis augendam, & fovendam illam Chriſtianam meſſem, ſed mittunt Barnabam, cujus zelus, ac ſollicitudo, & probitas erat valde nota Apoſtolis, ut unus Barnabas pro omnibus ſufficeret.

32. D. Chryſoſt. *Scandalum vitandum.* Secundo D Chryſoſt. Miſerunt Barnabam, ait: *propter Iudæos, ne improperarent ipſis conturbernium cum Gentibus.* Iudæi ægrè, & durè ferebant, quod Apoſtoli haberent converſationẽ cum Gentibus, ideoq; Apoſtoli ut ſcandalum vitarent, in hoc principio ſe cautè habebant cum gentibus, ut paulatim Iudæi diſponerentur, quod fides Chriſti erat ad omnes, & neminem excludebat.

33. Caietan. *Facile quis ſuũ concivem audit.* Tertio Cajetanus ait: *Rectè etiam Cypris prædicatoribus, Cyprum item prædicatorem adjunxerunt*, ſcilicet Apoſtoli, Barnabas, in Cypro natus, ut diximus eis mittitur ad prædicandam fidem, facile quilibet audit, & acquieſcit dictis ſui concivis, & cõpatroni

34. Deut. 18. Ait Moyſes de Chriſto D. loquens Deut. 18. n. 15. *Prophetam de gente tua, & dẽ fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies.* Hebr. Tertull. Chald. Hebræus, & Chaldæus legunt: *De medio tui, de fratribus tuis* Tertull. lib. 4. contra Marc. c. 22. *ex filiis veſtris.* Ad quid tanta repetitio, quod Chriſtus D. erat in eis, & quod erat ex medio eorum, ex fratribus veſtris, ex filiis veſtris. Alios Prophetas dedit Deus populo: *Prophetam in gentibus dedit.* Ierem. 1. n. 5. *mitto ad vos Prophetas.* Matth. 23. n. 34 Et nunquam ſimilia dicuntur de eis, ut de Chriſto cum tanta repetitione; *De medio tui, de gente tua, de fratribus, de filiis veſtris.* Dicebat Moyſes: *Ipſum audies* & ſpiritu prophetico prævidebat Moyſes multam durities Iudæorum ad auſcultanda Chriſti verba, ut ei fierent gratiora, magiſq; eos alliceret ad Cœleſtia monita recipienda, ideo tot, tamque crebro repetitis vocibus eis proponit Chriſtum ex ſuis fratribus, ex ſuis filiis, ac ex earum natione, & medio.

35. Exprobrans Chriſtus D. obſtinationẽ, & duritiem Iudæorum, dicebat illis: *Viri Niniviteæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſquam Ionas hic; Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnavit eam; quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquam Salomon hic* Matth. 12. n. 41. & 42. Matth. 12. Et cur his potius exemplis maximè arguitur, & exaggeratur nequitia, ac depravata Iudæorum malitia; quia Ionas cum Hebræus eſſet, *prædicavit Aſſiriis*, ut ait D Hieron. & Regina Sabba cum eſſet Barbara, ut D. Hier. ait D. Remigius, hoc eſt ex gente Barbara, cum D. Rem. eſſent alienigenæ, & extranei libentet audierunt, & acquieverunt verbis Ionæ, & Salomonis, quamvis eſſent diverſæ gentis, & Iudæi nolunt recipere Chriſti verba, nec eis obtemperare, cum eſſet ex medio eorum, ex gente eorum, ac ex fratribus, & filiis ipſorum. *Depravata malitia ſuos patricios nõ audit.*

QVÆSTIO VI.

Quare D. Barnabas tam vehementer exhortabatur Antiochenos, ut in propoſito cordis permanerent?

36. VEram, & propriam virtutem Apoſtolus in eis quærebat, quæ eſt ex corde, & animo; nam quæ eſt in externa facie, & apparentia, ut Hipochritarum ſtultitia, ac fatuitas maxime diſplicet, & damnatur, utpote execrabilis.

37. D. Aug. Trident. De perſeverentia vera, quæ eſt ex corde, & animo uſque ad finem vitæ; quia ut ait D Auguſt. de bono perſeverantiæ, & Concil. Trident. ſeſſ. 6. Can. 16. *Incaſſum quippe bonum agitur; ſi ante vitæ terminum deſeratur, quia & fruſtra velociter currit, qui priuſquam ad metas venerit deficit.* D. Hier. *Perſeverantia uſque ad finem.* Et ut ait D. Hieronymus epiſt. 10. ad Furiam. Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis; Paulus male incœpit, ſed bene finivit: Iudæ laudantur exordia, ſed exitus proditione damnatur.

38. Exod. 28 Inter cætera indumenta ſummi Sacerdotis quando ingrediebatur Sancta Sanctorum, ferebat in pectore rationale judicij & ait: *Quandrangulum erit & duplex; menſuram palmi habebit* Exod 28 numero 16. Et ſubdit Textus: Pones in rationali duodecim lapides: *Habebuntque nomina filiorum Iſraël: duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus.* Ibidem numero 21. In quo maximè duo notanda, primo quod dum ingreditur Sacerdos Sancta Sanctorum ſecum portat inſcriptum in rationali quadrato: *Veritas, & doctrina.* Ibidem numero 31. Cur non potius in figura Sphęrica, vel rotunda in typo totius orbis, ſed in quadro? Quadratum firmitatis notam importat, ideo Cœleſtem civitatem videt Ioannes *poſitam in quadro*, ille enim tenet propriè, & exacte veritatem, & doctrinam Divinæ prudentiæ, qui ſecum habet in corde firmitatem, ac perſeverantiam. Philo Hebræus lib. 3. de Moyſe ſic ait: Id jubet Moyſes: *Pulchrè ſubindicans oportere ratione tum naturæ, tum homini in concauſam eſſe, ac ſolidam.* *Conſtantes retinent in ſe veritatẽ, ad judicium divinæ prudentiæ.* Philo.

39. Exod. 28 Secundo dicitur: *Duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides nominibus ſingulis.* Cum Sacerdos ingreditur Sancta Sanctorum fert ſecum nomina filiorum Iſraël inſculpta in lapidibus, cur non potius penicillo depicta, vel acu filo ſerico miro artificio compoſita, ſed in lapide exarata; quod in ſaxo eſt exaratum ſemper fixum, & permanens perdurat, qui enim volunt ingredi Sancta Sanctorum, ut illius donis gaudeant, debent eſſe perdurabiles in bono, & non fluctuantes huc, illucque mutati. Arnoldus tractatu de ſeptem verbis ait: *Quos nulla tribulatio, vel diverſitas, cum inſculpti ſemel fuerint, eradere poterit, vel delere.* Arnould *Conſtantes in agendo habent locum apud Deum.*

40. Pſal. 91. Ait Regius Vates Pſalm. 91. num. 11. *Exaltabitur ſicut unicornis cornu meum, & ſenectus mea in Miſericordia uberi.* Chaldæus vertit: *In oleo recenti frondentis olivæ.* Benedicit, ac confitetur Dei miſericordias erga ſe exhibitas, & de fortitudine ei exhibita, & quod ſenectus ejus in tãta ſit ubertate, tãquam nova frondenti oliva; & quid habet annoſa

Virtus ſic floreat in ſenectute, ut erat in ſua juventute.

ſenectus cum nova pullulante oliva? Maximè & per omnem modum ei gratulandum erat ab eo, quod ejus virtus in ſenectute, ac ultimo vitæ periodo non marceſcerit, ſed ita viridis, ac florida vigoroſa extaret, ut fertiliſſimos fructus germinaret, ac ſi nunc noviter, ac recenter, ut in ſuo exordio, fuiſſet plantata. D Auguſtinus ibi ait: *Qui bene ſeneſcit ordine ſuo, quæris illi aliquando in capite ſuo capillum nigrum, & non invenis, ſic cum fuerit vita noſtra talis, ut quæratur nigritudo peccatorum, & non invenietur, ſenectus tua juvenilis eſt, ſenectus iſta viridis eſt, ſemper virebit.* Felix ille, cujus ſenectus retinet vigorem, ac virtutis florem, ut in juventute.

D. Aug.

41. Exod. 7

Ait Deus ad Moſen: *conſtitui te Deum Pharaonis* Exod 7. n. 1. Et unde homo in tantum ſublevatus eſt, ut ab ipſo Deo dicatur cõſtitutus Deus Pharaonis? Vnde illi tanta celſitudo? Conſtanti virtute, generoſo, ac invincibili animo fortiter ſuſtinuit multas contrarietates à Pharaone, & à ſuo populo, ita ut eum vellent lapidare in itinere, & ejus virtus nunquam eſt imminuta, ſed ſemper fortis, ac ſtabilis perſeverans, ut de ſimilitudine, & immutabilitate Dei aliquid videatur participare. D. Ambroſ. lib. 1 de Caïno cap. 2. ait: *De Dei nomine vocatus eſt ad cujus ſimilitudinem ſe perpetuæ virtutis ubertate formaverat.*

Ob conſtantiã, Moyſes dictus eſt Deus Pharaonis.

D. Ambr.

Act. 11. *n.* 25. Profectus eſt autem Barnabas Tarſum ut quæreret Saulum, quem cum inveniſſet perduxit Antiochiam.

Num. 26. Et annum totum converſati ſunt ibi in Eccleſia & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primi Antiochiæ Diſcipuli Chriſtiani.

Num. 27. In his autem diebus ſupervenerũt ab Ieroſolymis Prophetæ Antiochiam.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.

42. Syriac.

Verſ. 25. *Profectus eſt Barnabas.* Syriac. *Exiit Tarſum ut requireret, & adduxit ſecum.* Tarſum Ciciliæ, quæ erat patria Sauli, ad quam ipſe ad tempus ſeceſſerat, *Ut quæreret Saulum* ſuum antiquum familiarem, ac condiſcipulum ſub Gamaliele Magiſtro, & Barnabas quæſivit Saulum, quia videbat, ut ait Lyra, ſe non ſufficere ad tantam credentium multitudinem erudiendam, & regendam abſque Sauli ſocietate.

Lyran.

43. Græcus. Pagnin. Vatabl. Tigurin. Arabic.

Verſ. 26. *Et annum totum converſati ſunt ibi,* Græcus, ac Syriac. *Congregati ſunt ibi.* Pagninus: *Egerunt cum ea congregatione,* Vatablus, Tigurina; *Conſuetudinem egerunt.* Arabicus: *Manſerunt ambo convenientes in Eccleſiam*, nempe manſerunt in Antiochia congregantes ad Eccleſias omnes fideles ad Sacras Synaxes, & ad orationem, ac ad audiendum Verbum Dei, & pariter ad inſtructionem, & explicationem myſteriorum fidei, *Cognominantur diſcipuli* primum Chriſtiani, de quo dicam quæſtione 8.

44. Quo anno.

Verſ. 27. *His autem diebus*, quando Saulus, & Barnabas dicebant in Antiochia, qui juxta probabiliorem ſententiam erat anno decimo à morte Chriſti. *Supervenerunt viri Prophetæ* miſſi ab Apoſtolis, ut illa Eccleſia Anthiochena magis floreret, & creſceret, miſſi ſunt Viri Prophetæ, nempe viri, qui dono prophetiæ pollebant; cum enim Divinus Spiritus ſuam regeret Eccleſiam, & plantaret ad majus Eccleſiæ augmentum ſua dona, ac gratias fidelibus communicabat, ex quibus una eſt prophetia, & ut etiam adimpleretur, quod dictum eſt per Ioelem Prophetam cap. 2. *Prophetabant filij veſtri.* Ioel. 2.

QVÆSTIO VII.

Quare D. Barnabas vocat ad ſe D. Paulum?

45. D Chryſoſt. Paulus divina ſapientiâ plenus. Act. 14.

CVm Eccleſia Antiochena tanta fidelium multitudine eſſet aggregata, tantumque Chriſtiana floreret diſciplina, ut ibi primum Chriſti diſcipuli ſint dicti, ac vocati Chriſtiani, ut fidelium meſſis magis augeretur, & ne deffectu operariorum minueretur, vocat ad ſe Barnabas D Paulum, ut ait in præſenti D. Chryſoſt. *Barnabas ad Athletam, ad ducem belli, ad certantem ſingulari duello, venit ad canem venaticum leones occidentem, taurum fortem, ad facem claram, ad os orbi ſufficiens* ſua rara, & admirabili ſapientia; qua omnium animos devinciebat, atque ad ſe trahebat, unde cum Paulus prædicaret Lyſtris acclamaverunt homines: *Paulum eſſe mercurium, quia ipſe erat dux verbi* Actor. 14 n. 11. Gentiles illum non putarunt eſſe virum ſapientem, aut literatum, ſed ob tam admirabilem ſapientiam eum dixerunt Deum, *ac mercurium ducem verbi* Lyrano teſte *Ex admiratione illius divinæ ſapientiæ.*

46. Sapientia eſt lux, ac ſplendor orbis. D. Tho.

Scribit Ioannes in Apocalypſ. cap. 10 n 1. ſe vidiſſe unum Angelum deſcendentem de Cœlo, *& Iris in capite ejus, & facies erat, ut Sol.* Paſſim Angeli commemorantur in Apocalypſi, & de nullo dicitur quod facies reſplendeſceret, ut Sol, nec de illo, qui ſecum portabat ſignum Dei vivi Apocalypſ. 7. n. 2. nec de Angelis, qui ſeptem tubis ſonuerunt, & alas ſuas miſerunt in terram cap. 8. & 9. nec de Angelis, qui ſeptem ſigilla aperuerunt cap. 6. nec de illo, qui habebat clavem abyſſi cap. 10. n 1 ſolum de iſto Angelo aſſeritur, *Facies ejus, ut Sol.* Cur de hoc tantummodo refertur? ſubdit Sacer Textus, *& habebat in manu ſua libellum apertum,* ut ibi dixi q 5. n. 52. ex D. Thoma, erat liber doctrinæ Sacro ſanctæ, Apoſtolicæ, & Romanæ Eccleſiæ, qua tanquam ſole fulgentiſſimo illuminant, ac illuſtrant totum Orbem Prædicatores, ac Doctores Eccleſiaſtici. Obiter nota, quod de hoc Angelo dicitur: *Iris in capite ejus*, & quænam cõnexio inter bellum, ſeu doctrinam Sacram, & Iridem? Iris ſignum pacis, ac reconciliationis eſt, Gen. 9. n. 13. quia Eccleſiaſtici doctores per Sacrã doctrinam faciunt reconciliationem inter Deum, & homines, & inſuper inter ipſos homines.

Gen. 9. Sapientiâ dat pacem.

47. Iſai. 19: Ezech. 30

Ait Iſaïas 19 n 18. *In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, civitas ſolis vocabitur una.* Has quinque civitates numerat Ezechiel. 30. erant nempe Memphis, Tanis, Alexandria, Bubaſtus, & Heliopolis: quænam ex his civitatibus dicta erat civitas ſolis; erit nempe Tanis, Memphis, vel Alexandria, quæ erat totius Regni caput, curia, ac ſedes Regum, in qua principes, ac optimates ſua ampla palatia magnifice conſtructa habebant; minime, ſed hæc civitas erat Heliopolis, & græce idem valet, ac civitas ſolis, & unde illa præ cæteris tantum nomen obtinuit? Erat Academia Philoſophis, & Aſtronomis, in qua ſapientes Ægypti operam dabant, & docebant univerſos, quam Herodotus adiit lib. 2. Vbi Plato cum Eudoxo domum habuit cum incumberent Aſtronomis cum cæteris Academicis, quam domum Strabo ſe vidiſſe tradit lib. 17. ſignanter Academiam Vrbem Solis dixerunt ſapientiſſimi homines, ut innuerent quod ſicut materialis Sol tenebras diſſipat, ſic lumina Sapientiæ Academiæ errorum tenebras, ac ignorantiæ caligines diſſolvit, ac deſtruit, omniaque facit clareſcere in luce

Academia ſapientiæ lux ſolis in Mũdo.

Herod.

Strabo.

QVÆSTIO

QVÆSTIO VIII.

De exordio magni nominis Christiani, ac de ejus alta, & sublimi magnificentia.

48. CHristiani dicuntur à Christo, sicut Platonici à Platone, Aristotelici ab Aristotele, unde circa illud duo inquirenda veniunt in hac quæstione, primum illius initium, secundum quanta sit illius sublimitas, ac magnificentia. Ad primum ad exordium hujus nominis Suidas verbo *Christiani* existimat hoc initium habuisse ex tempore, quo Petrus abiens ex Anthiochia Romam, in Antiochia constituit Episcopum B. Evodium. Genebrardus censet cepisse anno Christi 49. qui à morte ejus extitit decimus sextus, ac D. Lucas clare manifestat hoc nomen habuisse exordium quando Paulus, & Barnabas prædicabant in Antiochia antequam Petrus ad eam accessisset, & ita communiter sequuntur Lorinus, Cornelius, & Tyrinus, qui ut existimat Baronius hoc contigit anno Christi 43. à morte ejus decimus, tunc ob multitudinem fidelium Christi cœperunt dici Christiani.

Suidas.

Genebr. *De tempore, quo incepit, hoc nomen.*

Baron.

49. Gentiles vero irrisione, vel odio, aut ignorantia vocabant Christum Christum, & Christianos Christinos, seu Christianos, de quo meminit Tertullianus in Apologetico cap. 4. & Lacten. 4. Instit. c. 10. sed ut ibi notatur efficacia prædicationis Apostoli, ac eorum magnitudine miraculorum, ac signorum cum admirabili exemplo vitæ, gentium ignorantia; ac error dissipatus est, venerantes omnes celsitudinem; ac claritatem nominis Christiani.

Gentilium ignorantia.

50. Quantum ad secundum, quæ major nobilitas, ac celsitudo nobis potest communicari, quam quod à Iesu Christo habeamus nomen, ait Regius Vates Psalm. 47. num. 11. *Secundum nomen tuum sic & laus tua* ex tanto nomine nobis communicatur, bene imitatur nostræ nobilitatis commendatio. Ait Paulus Hebræor. 1. num 4. *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.* Ex celsitudine nominis Christi Iesu infert Apostolus altitudinem super Angelos, ex quo præclare ait D Cyrillus Ierosolimitan. Cateches. 5. *Cogita ergo in quantam proveheris dignitatem, cum divinæ eris particeps appellationis,* nulla major potest considerari nostra nobilitas, quam quod dicamur, & appellemur Christiani communicato nomine à Iesu Christo Filio Dei Incarnato. *In quantam proveheris dignitatem, cum Divinæ eris particeps naturæ.*

Ex magnitudine nominis laus. Psal 47. Hebr. 1. D. Cyril.

51. Ait Isaïas 62. num. 2. *Vocabitur tibi nomen novum*, quod D. Nazianz. D. Hieronym D. Chrysost. Haym. Lyranus apud Leonem Castrum est nomen Christianus, nam si populus Dei antea dicebatur Israël, nunc vero dicitur Christianus, seu cœtus Christianorum; sed supra diximus, quod hoc nomen Christianum primum dictum fuisse & impositum fidelibus in Antiochia, quomodo ergo ait Propheta, *quod os Domini nominabit.* Tam sublime, & altum nomen non nutu, ac voluntate hominis est inventum, sed ab æ're, ac afflatu Dei derivatum manavit, ac descendit.

Isai. 62. D. Cyril. D. Naz. D. Hier. D. Chrysost. Haym. Lyran. Leo. Cast.

52. Et subdit Propheta ibidem. num. 2. *Et eris corona gloriæ in manu Domini.* Procopius ait, promittitur Ecclesiæ, quod hoc nomine Christiani tamquam glorioso diademate coronatur, nosque tanti nominis appellatione redimiti sumus, ac coronamur. *In manu Domini*, hoc est in potentia Domini, qui tot, & tanta mirabilia in nobis operatus est.

Isai. 6. Procop.

QVÆSTIO IX.

Quanta obligatio nomine immineat ex Christiani nomine.

53. AIt Deus ad populum Israëliticum Isaïæ 62. numero secundo: *Vocavi te nomine tuo, meus es tu.* Leo à Castro ex Hebræo sic legit: *Vocavi te nomine tuo*, quod est *meus es tu*, ac si illius nomen esset, *meus es tu* tãquã mea possessio, ut meus sis mihique adhæreas, ut ipsum nomen Christiani indicat.

Isai. 62. Leo à Castro.

54. Ait Angelus Episcopo Philadelphiæ de fideli servo: *Scribam super eum nomen Dei mei.* Apocalyps. 3. num. 13. Non ait scribam in corde ejus, vel in pectore, vel manibus, ut de alio dicitur, sed super te, hoc est in fronte, ac capite, & ibi tamquam fixum habeat ipsum nomẽ Christiani deductum à Christo, ut sic operibus, ac virtutibus ostendat se esse Christi discipulum, & nõ in vacuum tantum nomẽ portare. Philippus Abbas de conti. Clericorum ait: *Quia non sufficit, ut nomen Dei, vel nomen Christi quis in corde memoriter amplectatur, nisi & foris Sacramentis Dei salutaribus imbuatur. Non dicit Christus ponam in eo nomen, sed scribam super eum, ut scilicet ex titulo, qui super scribitur liminari cæteris omnibus innotescat, cujus illud debeat habitaculum indicari, quasi in fronte fidei gestare titulum perhibetur, qui Christianam Religionem manifestis indiciis profitetur.*

Apoc. 3. *Christianus non solum nomine, sed virtutibus manifestetur:* Philipp. Abbas.

55. Paulus 1. Corinth. 1. n 24. appellat Christum D. *Dei virtutem, Deique sapientiam,* Ecce quibus Christianus in omnibus debet respondere. Præclare monet D. Nissenus orat de perfect. Christiani. In quantum debet Christianus nomini respondere, & ait: *Quare ille, qui nomen habet à Christo virtus, & sapientia est: virtus quidem dum adversus peccatum strenuè fortiter pugnat, dum vero id, quod melius est eligit, in se ipso sapientiam ostendit.* Christianus ostendat in se Dei virtutem, destruendo vitia, & sapientiam eligendo id, quod melius est.

1. Cor. 1. D. Niss. *Christianus ostendat Dei virtutem & sapiẽtiam.*

56. Omnes Christianos, ac fideles, ut comessationes, ebrietates, ac carnis opera abjiciant, monet Paulns Roman. 3. n. 14. & subdit: *Induimini Dominum Iesum Christum.* Quomodo induẽdus est à nobis Iesu Christus, vestes sumimus, ut illis undique tegamur, ne quid corporis nostri nudum absque vestis ornamẽto appareat, sic ad Christum debemus accedere, ut nihil in nobis, nostrisque actionibus videatur, in quo Christus non appareat, ejusque Divinum exemplar reluceat in nobis D Chrysost. ibi ait: *Christus omnia nobis sit sive interna, sive externa respiciens, est enim plenitudo omnia in omnibus adimplens, est via, est vir, est sponsus, est radix, potus, cibus, & vita, ego inquit, jam non ego, sed vivit in me Christus.*

Rom. 3. *In omnibus Christianorũ actionibus apparet Christus.* D. Chrysost.

57. Qui autẽ Christianus dicitur, & opera Christiani non facit, magnam irreverentiam, ac blasphemiam congerit in Christum, à quo nomẽ Christiani suam originem ducit D. Cyrill. Ierosolym. Catech. 10. ait: *Christianus vocatus es, parce huic nomini, ne propter te blasphæmetur Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, sed luceãt opera tua bona.* Si hæc bona opera nõ habes, & Christianus vis appellari es veluti Antichristus, qui à Christo nomen habet, & operibus illi cõtradicit, ut ponderat D Cyprian lib. 1. epist. 6. vel 76.

D. Cyril. Ierosol. Matth. 5. *Si Christianus, luceant opera tua.*

58. Ait Christus D. de ultimo judicij tempore, ac de Pseudo Christianis. *Multi venient in nomine meo dicentes ego sum* Luc. 21. num. 8. Venient isti Pseudo Christiani ferentes nomen Christi, maxime tamen distantes, ac diversi à virtute, justitia ac opere Christi, ut bene notavit Origenes homil. 27. in Matth. & ait: *Considera etiam illud, quod multi veniunt in nullo alio, nisi in nomine meo, solum enim nomen Christi Antichristus suscepit, nec opera*

Luc. 21. Origen. *Malus Christianus est velut Antichristus.*

fecit, nec verba veritatis docet, nec sapientiam ejus ostendit in se. Mali Christiani, & Hæretici nomen Christi portant: sed nec ejus verba docent, nec opera faciunt, nec ejus sapientiam ostendunt, & tales isti personam Antichristi in se ipsis representant.

Act. 11. *n.* 28. Et exurgens unus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio.

N. 29. Discipuli autem, prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.

Num. 30. Quod fecerunt mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli.

Versiones.

CVM EXPOSITIONE IV.

59. Vers. 38. *Surgens unus ex eis*, scilicet ex viris Apostolicis, & surgens, ut magister,
Lyran. & vir magnæ authoritatis, surgens, inquit Lyra, ut in tanta multitudine melius audiretur. *Nomine Agabus* de quo quæstione sequenti. *Significabat per*
Syriac. *Spiritum* Syriacus: *Patefecit eis* Denuntiavit in spiritu prophetico, quo plenus erat: *Famem magnam*, & veritas hujus prophetiæ statim declaratur ex effectu subsecuto *Sub Claudio*. Syriacus addit: Cæsaris cognomen commune Imperatorum.

60. Vers. 29. *Discipuli autem prout quisque habebat*, id est fideles, qui erant in Antiochia, secundum suam facultatem, non vero secundum suam voluntatem, quæ erat plus, & largius dare: *Proposuerunt singuli in*
Syriac. *ministerium mittere*. Syriacus: *In subsidium*. Arabi-
Arabic. cus: *mittere benedictionem aliquam pro sua facultate.*
D. Chrys. D. Chrys. *Quique abundabant*, Æthiop. erogaverunt
Æthiop. eleemosynas, in quantum poterant, de quo qu. 12.

61. Vers. 30. *Quod fecerunt*. Arabic *Exequuti sunt*: &
Arabic. ait Textus *mittentes ad seniores*. Syriac. & alij: *Ad*
Syriac. *Presbyteros*, vel Primores fidelium, ac præsertim ad Diaconos, per quorum manus eleemosynæ distri-
Actor. 6. buebantur Actor. 6. *Per manus Barnabæ, & Sauli*, tamquam per ministros fidelissimos. Hæc fuit prima legatio Pauli pro eleemosyna perferenda pauperibus Sanctis in Ierusalem.

QVÆSTIO X.

Quisnam esset Agabus?

62. Doroth. AGabus extitit vir magnus senex, magnæque Authoritatis, quem Dorotheus in Synopsi ait unum fuisse ex 72. Christi discipulis, multis virtutibus eminens, & peculiariter dono prophetiæ, & ideo de eo sic dicitur in Martyrologio Romano die
Martyr. 13 Februarij: Antiochia natalis Sancti Agabi, Prophetæ, de quo B. Lucas in Actis Apostolorū scribit.

63. *Agabi ethymologia.* Beda. Pagnin. Prophetavit imminentem famem, de qua in præsenti agitur, quam famem, ac sterilitatem ex ejus nomine deducunt Authores: Beda ait, quod Agabus interpretatur *nuntius tribulationis*, Pagninus, quod significat *amare, insanire*, Alij à radice Hebraïca, quod est locusta, quæ sic dicitur à depascendo, ac destruēdo germina, & segetes, ac fructus terræ, & magnam famem introducunt. quā prædixit Agabus Alij etiam sunt, qui nominis originem deducunt à nomine Hebraïco, quod importat *tortam, vel panem subcinericiū*, qui tēpore famis maxime est in usu apud pauperes, ut illico comedatur, ut suæ necessitati subveniant.

QVÆSTIO XI.

Quare tam dira, ac crudelis fames à Deo emissa est in orbem.

DIcunt communiter Authores, quod Deus hac fame voluit punire insaniam Caij Caligulæ Imperatoris, qui Claudium āntecessit, qui in tantam prolapsus est stultitiam, ut se ipse fecerit, ut supremum Deum, in toto orbe adorare, & sublatis imaginibus antiq. Deorum, suam, etiam in Templo Ierosolymitano reponi. Ita de eo scribit, Suetō in ejus vita cap. 22 Iosephus, Eusebius in Chronico.

64. *Causa hujus famis.* Sueton. Ioseph. Euseb.

D Chrysost. homil 25 ait: *Propter mala in Apostolos facta*, quod etiam habet Euthymius, verbe a, carceres, persecutiones, quibus Apostolos vexabant hāc sterilitatem pepererunt; Puniens Deus Caīn ob fratricidium, ait illi: *Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suū, & suscepit sanguinē fratris tui de manu tua, cumque operatus fueris eā, non dabit tibi fructus suos*, Gen. 4. n. 11. De sanguine justo effuso fratris sui, hos collegit fructus, ut terra ei esset infructifera, & sterilis, & quod omnis labor in ea excolenda esset vanus, & frustraneus, ibi D. Chrysost. ait: *Laborem quidem sustinebis, quæ tu facere potes, omnia facies, & operabis terrā tali sanguine coinquinatam, non senties autem aliquem fructum tantorū laborum, quem feceris* Expende verba: *Non senies aliquem fructum.* Terra fœdata justorum sanguine infructifera reddita est, ut mōtes Gelboe 2 Reg 1. n 21.

65. D. Chrysost. Euthym. *Ex sanguine justi effuso terra sterilis.* D. Chrysost. 2. Reg. 1.

Cur autem Apostoli hanc famem non denuntiant? Timent fortasse, ne male audiāt, qui mala renūtiant, ac deinde laboraret odio Schola Christiana, id Chrisost visum est, citata homil. 25. ubi sic ait: *bene de fame nō illi sed Prophetæ dicūt, ne onerosi viderētur.* Valde onerosum: & ingratū est hominibus eorū infortunia, ac mala audire, & ideo Apostoli, ne aliquod contraherent odium ab hoc prædicendo abstinent.

66. *Cur Apostoli non denuntiant.* D. Chrysost.

Fames grande malū est; dicitur Thren. 5 n. 10. *Pellis nostra exusta est à facie tempestatum famis.* Fames non est una tempestas, sed congeries omniū tempestatum, secum enim affert omnes tempestates, angustias, afflictiones, dolores, morbos, pestem, ac lepram D. Paschasius lib. 5. in Thren. ait: *Fame dura mens affligitur, diversis plagarum verberibus cruciatur, & tempestatum procellis jactatur.*

67. Thren. 5. *Fames malorum congeries.* D. Pasch.

In septē fertilitatis annis pro depellenda fame septem sequentium sterilitatis annorum consuluit Ioseph, ut in publicis depositis recondantur frumenta, ne consumetur terra inopia. Gen. 40 n 36 Chaldæus *Ne consumetur fame populus terræ.* Philo lib. de Ioseph. ait: *Urbium, regnorumque gravissimus morbus, fames est, cujus vires oportet frangere, ne nimium auctus incolas deleat.* Accidit illud Xenophon. lib. 6. de Cyrop. *Nemo est tam robustus, ut contra famem pugnando bellū gerat* Et cum Vrbs Massinissa fame capta fuisset à Cæsare exclamavit Præfectus: *Victi sumus non ab hoste, sed à fame.* Ita Appian lib. 5.

68. Gen. 40. *Fames morbus destruens civitates.* Philo.

Hæc autem fames sæpe datur à Deo in magnā pœnam, & peccatorum suppliciū; Ait Deus populo suo Levit. 26. n. 19. *Conteram superbiam avaritiæ vestræ. Dabo vobis Cœlū desuper sicut ferrum, & terrā æneam.* Vt cūcta sterilitate pereant, & cōsumātur, & de hac re optimus est locus apud Ier. 3 n. 3. *Polluisti terrā in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis, quamobrem prohibita sunt stillæ pluviarū, & serotinus imber non fuit, frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere: ergo saltem amodo vocat me Pater meus, &c.* Vbi vides, quod ipsa sterilitas datur à Deo in castigationem peccatorum, aliquando etiam, ut homo surgat, & convertatur ad Deum, & dicat: *Pater meus es tu, & dux virginitatis meæ.*

69. *Fames in magnam peccatorum pœnam.* Appian. Levit. 26. Ierem. 3.

Vnde

70. Vnde Parens Elias minatur 3. Reg. 17. n. 1. *Vivit*
2 Reg. 17 *Dominus, ſic erit his annis ros, aut pluvia, niſi juxta*
Ioel. 1. *verba oris mei.* Minatur Ioel. 1. n. 4. *Reſiduum erucæ*
Levit. 26. *comedit bruchus.* Minatur etiam Moyſes Levitic.
Deut. 31. 26. num. 16. *Viſitabo vos egeſtate, & ardore.* Deuteron. 32. num. 24 *Conſumentur fame.* Ad quid tot, & tam multiplicatæ minæ; poterat Dominus tales inferre ſterilitates abſque eo, quod tantæ præcederent minæ, totque & tantæ admonitiones; Vt illis excitemur ad tantum malum ſterilitatis vitandum, & ſi in illud ob peccata noſtra incidimus, inde reſurgamus, ut ad cæleſtem Patrem veniamus, ut
D. Naz. fecit ille prodigus fame vexatus Luc. 15. D. Nazianz. orat. 17. ait: *Quandoque ipſa penuria efficit, ut ad Deum noſmetipſos conferamus, qui fortaſſe ob effuſam libertatem contemnitur.*

QVÆSTIO XII.

Quare hoc famis tempore fideles ex Antiochia mittunt ſubſidium ad fratres in Iudæam?

71. AIt textus: Prout unuſquiſque habebat in Antiochia; & poterat ſecundum ſuã facultatem, diſpoſuerunt mittere ſubſidium fratribus, qui erant
Ex multiplici ratione Antiocheni ſubveniũt fratribus. in Iudæa; tum primo, quia erant denudati ab omnibus ſuis, quæ vendiderant, & eorum pretia poſuerãt ad pedes Apoſtolorum, ut vidimus c. 4 n 34 ſecundo quia in perſecutione Stephani omnibus ſuis ſpoliati fuerant; tertio, quia, ut optimi filij agnoſcebant eos, qui erant in Ieruſalem, ut patres, qui eos genuerant in fide.

72. Quarto; quia ut ait Iſaïas 48. n. 7. *Frange eſurienti*
Iſaï. 48. *panem tuum.* Non ait da eſurienti de panibus, de pane tuo, ſed frange, & ſi unum panem habes, frange,
D. Aug. & da pauperi. D Auguſt. ſerm. 62. de tempore, ut probet, quod nemo ſe debet excuſare à danda eleemoſyna ait frange panem: *non dixit integrum panem, cùm*
Ex una parte da pauperi. *forte pauper ille alium non haberet: ſed frange, inquit, hoc eſt dicere, etiam ſit tibi tanta paupertas, ut non habeas, niſi unum panem, ex ipſo tamen frange, & pauperi tribue* & ſubdit Iſaïas citato loco: *Et carnẽ tuam*
Iſaïas. *ne deſpexeris*; quia nẽpe frater tuus eſt, explicat idem Auguſtinus ſerm. 50 & 172 ſic & fecerunt diſcipuli in Antiochia ad fratres ſuos in Iudæa contẽpto omni periculo, quod ab adverſariis machinari poterat.

73. Cum facta eſſet fames magna in terra Chanaan deſcendit Abrahamus cum uxore ſua Sara, *& cum prope eſſet, ut ingrederetur ad Ægyptum, dixit Sarai uxori ſuæ, novi quod pulchra ſis mulier, quod cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt, uxor illius eſt, & interficient me, & te reſervabunt, dic ergo obſecro, quod*
Gen. 12. *ſoror mea ſis.* Geneſ. 12. n. 11 & 12. Si tam imminens periculum timebat Abrahamus, ob magnam, & eximiam Sarai pulchritudinem, cur non reliquit eam cum ſuo conſobrino Loth, ad quid ergo eam aſportat in Ægyptum? Dacrius Abbas in ſpeculo Monachæ ait: *Prævaluerat fames in terra Chanaan, nec ibi*
Dacrius. *relicta eſt Sara, ne forte fame periret.* Magnus Pater familias Abrahamus, ſic ſingulari providentia eminebat, qui potius elegit vitam ſuam in grande diſcrimen adducere, quam defficere in providenda familia ſua debita alimonia tempore famis.
Cum diſcrimine vitæ ſubvenien dum fameſcenti.

74. Cum Agar fugeret de domo Abrahæ à facie Dominæ ſuæ Sarai: *Cumque inveniſſet eam Angelus Domini juxta fontem aquæ in ſolitudine* Geneſ. 16. n. 7.
Gen. 16. cumque eam animaſſet, & corroboraſſet Angelus ut reverterentur ad Dominum ſuum; tunc Agar gratulabunda ait ad Angelum: *Tu Deus, qui vocaſti me*
Raban. ibid n. 13. ex quo merito dubitant Raban: *Qui prius erat Angelus, & in forma hominis loquebatur ancillæ poſtmodum Deus dictus eſt?* Vnde hoc? ſignanter ait Textus, quod Angelus eam invenerat juxta fontem, quia ut notant Abulenſis Lahay, & alij, & ipſa fontem non videbat, magna laborabat ſiti quaſi ad mortem, & Angelus oſtendit ei fontem ad bibendum, & idem dicitur infra in eodem cap. n. 14. *Propterea appellavit puteum illum fontem viventis, ac videntis*
Modo dicitur fons modo puteus, quia ut ait D. D. Aug. *Qui ſubvenit ſitienti, ut Deus colendus.*
Auguſt. Ioan. 4. *Omnis puteus fons*, appellavit *puteum viventis*, quia ejus aqua à faucibus mortis liberavit, ideo Angelum, qui talem fontem indicavit Deum dicit: *Tu Deus, qui vidiſti me*: qui enim ſitienti, ac fameſcenti ſubvenit, & à tanta oppreſſione eximit, ut Deus venerandus, ac colendus eſt, Lyranus: *Tu Deus* Lyran.
qui vidiſti me conſolando, ac vivificando.

Maxime inde in iſtis Antiochenis, qui non expectant ſubſidium poſtulari à fratribus, qui erant in Iudæa, & ipſi eorum perverſam intelligentes anticipatè ſubſidium præſtant: ait Regius Vates Pſal. 40. Pſal. 40.
n. 1. *Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus.* ibi D. Aug ait: *Qui intelligit*, non dicit: *Qui ſubvenit*, quia debet eſſe miſericors, admodum eſt, ſed Deus non expectat, quod ſemper petatur, unde ſubvenit deſiderio, antequam petatur, & ideo ille eſt miſericors, quia non ſolum petentibus ſubvenit, ſed priuſquam petatur.
Neceſſitas providenda.

75.

CAPVT XII.

1. EOdem autem tempore miſit Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia.
2. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.
3. Videns autem, quia placeret Iudæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum: erant autem dies azymorum.
4. Quem cum apprehendiſſet miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo.
5. Et Petrus quidem ſervabatur in carcere; oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.
6. Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem.
7. Et ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo, percuſſoque latere Petri, excitavit eum, dicens, ſurge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus ejus.
8. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic, & dixit illi: Circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me.
9. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum, & exiſtimabat autem ſe viſum videre.
10. Tranſeuntes autem primam, & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultrò aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum unum, & continuo diſceſſit Angelus ab eo.
11. Et Petrus ad ſe reverſus dixit: Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.
12. Conſideranſque venit ad domum Mariæ Matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes.
13. Pulſante autem eo oſtium januæ, proceſſit puella ad audiendum, nomine Rhode.
14. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit

aperuit januam, ſed intro currens nuntiavit ſtare Petrum ante januam.

15. *At illi dixerunt ad eam: Inſanis: Illa autem affirmabat ſic ſe habere: Illi autem dicebant Angelus ejus eſt.*

16. *Petrus autem perſeverabat pulſans. Cum autem aperuiſſent, viderunt eum, & obſtupuerunt.*

17. *Annuens autem eis manu, ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque: Nuntiate Iacobo, & fratribus hæc: Et egreſſus abiit in alium locum.*

18. *Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum eſſet de Petro.*

19. *Herodes autem cum requiſiſſet eum, & non inveniſſet inquiſitione facta de cuſtodibus, juſſit eos duci, deſcendenſque à Iudæa in Cæſaream ibi commoratus eſt.*

20. *Erat autem iratus Tyriis, & Sydonois, at illi unanimes venerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum Regis, poſtulabant pacem eo quod alerentur regiones eorum ab illo.*

21. *Statuto autem die, Herodes veſtitus veſte regia ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.*

22. *Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis.*

23. *Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expiravit.*

24. *Verbum autem Domini creſcebat, & multiplicabatur.*

25. *Barnabas autem, & Saulus reverſi ſunt ab Ieroſolymis, expleto miniſterio, aſſumpto Ioanne, qui cognominatus eſt Marcus.*

ARGVMENTVM.

HErodes Agrippa Rex Iudææ gladio occidit Iacobum fratrem Ioannis, ut gratificaret Iudæis, Petrum in carcerem vinculavit, & Petrus ab Angelo eripitur: Herodes à populo Deus acclamatur, occiditurque ab Angelo.

Actor. 12. num. 1. Eodem autem tempore miſit Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia.

Num. 2. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.

Num. 3. Videns autem, qui placeret Iudæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum; erant autem dies Azymorum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Verſ. 1. *EOdem tempore*: Connectit Lucas hanc hiſtoriam cum ſuperioribus in fine ſuperioris capitis, eodem ſcilicet tempore, ac anno 2. Claudij, & Chriſti 43. quo fames incœpit, de qua dictum eſt ſuperiori capite: *miſit Herodes Rex* Agrippa nempe de quo quæſtione ſequenti, *manus*, nempe militum, *ut affligeret quoſdam de Eccleſia.* Syriacus: *Ut male acciperet eos.* Arabicus: *Extendit.* Arias: *Ut male tractaret quoſdam de Eccleſia.* Æthiopicus: *Prehendit præpoſitos domus Dei, & afflixit eum.*

Syriac. Arabic. Arias. Æthiop.

2. Verſ. 2. *Occidit autem Iacobum.* Æthiopicus: *Trucidaverunt cum gladio Iacobum Zebedæum. Ioannis*, vel quia Ioannes ut valde magnus erat habitus inter cæteros Apoſtolos, vel dicitur ad diſtinctionem Iacobi minoris. *Gladio*, & magno myſterio, ut infra dicam.

2. Æthiop.

3. Verſ. 3. *Videns autem, quia placeret Iudæis.* Arabic. *Cum comprehendiſſet id gratum eſſe.* Æthiopic. *Quod gaviſi eſſent Iudæi.* Textus: *Appoſuit ut apprehenderet & Petrum.* Syriacus: *Pergebat comprehendere.*

3. Arabic. Æthiop. Syrus.

4. *Erant autem dies Azymorum*, qui à Paſchate per ſeptem dies continuos ſequentes obſervabantur, & ad feſtum Paſchale pertinebant, & ita dicebantur Azymi, quia in illis Iudæi panibus azymis abſque fermento utebantur, & hoc adnotat D. Lucas, ut indicaret cauſam cur D. Petrus non ſtatim fuerit occiſus, ſed detentus in carcere, quia cum eſſent dies feſti paſchales non licebat eos ſanguine effuſo maculari.

Cur dies Azimorum.

QVÆSTIO I.

Quare Herodes Agrippa tam crudeliter inſanivit contra Chriſti fideles, & quiſnam eſſet?

OMiſſis multis, & variis ſententiis, certa, & cõmunior ſententia eſt quatuor fuiſſe Herodes. Primus *Aſcalonita*, qui occidit infantes. Secundus *Antipæ*, qui Ioannem Baptiſtam decollavit, & Chriſtum illuſit. Tertius *Agrippa* filius Ariſtobuli, filius Herodis Aſcalonitæ, de quo hic agitur; Ita Syrus Euſebius lib. 2 cap. 10. Quartus fuit Herodes Agrippa junior, illius tertij, & ſenioris filius, de quo agitur infra cap. 25 n. 13. qui fuit tempore excidij Ieroſolymitani, cui Ioſephus ſuam Iudaïcam hiſtoriam dedicavit.

5. *Quatuor Herodes.* Syrus. Euſeb.

De illo tertio Agrippa ſeniore hic eſt ſermo, & licet nomen Tetrarchæ, & Regis aliquando confundantur, ut notat Plinius lib. 5. cap. 16. & 21. nam Luc. 3 n. 1. Herodes dicitur Tetrarcha; & tam à D. Matth. 14. n. 9 & D Marc 6. n 14. dicitur Rex, deinde iſte Agrippa peculiariter obtinuit Regnum, & nomen Regis à Cajo Caligula, cujus erat intimus familiaris, cui prædixit feſtinam mortem Tiberij, & quod ipſe Cajus ejus nepos in Imperium ei foret ſucceſſurus, ideo obtinens imperium ipſum conſtituit, ac creavit Regem Iudææ, ut ſcribit Ioſephus lib. 18. cap. 8 & lib. 9. cap. 5.

6. Plinius. *Confunditur Tetrarcha cum nomine Regis.* Luc. 3. Math. 14. Marc. 6.

Iſte autem Herodes Agrippa crudeli odio proſequebatur Chriſtianos, quæ eſt prima pars quæſtionis; quia, ut teſtantur Philo in Flaccum, & Ioſeph proximis citatis locis, erat intimè addictus Iudæis, & ſtudioſiſſimus, & obſervantiſſimus Iudaïcæ Religionis, & maximè intendebat in omnibus Iudæis placere, & ideo occidit Iacobum, & intendebat Petrum interficere.

7. Philo. Ioſeph.

Nequitia juncta cum poteſtate, nullum eſt malũ, quod non aggrediatur, nullumque turpe facinus, ad quod non ſe extendat; ſæpe enim à Sceptro vires accipit furor. Inſtantiſſimè David clamat ad Deum

8. Pſalm. 85.

Pſal. 85. Pſalm. 85. n. 16. *Salvum fac filium ancillæ tuæ*, & ut Deum efficaciter ad ſe alliciat, magnitudinem ſui periculi præmittit n. 4. *Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & Synagoga potentium quæſierunt animam meam.* Nullum majus poterat eſſe periculum, nullaque major ratio confugiendi ad Dei adjuvamen, quàm dum iniquitas, & poteſtas eſſet ſimul coadunata: *Iniqui inſurrexerunt, & Synagoga potentium.* D. Baſilius ibi: *Ex eo duplex timor obortus eſt,* tum à nequitia, tum à poteſtate, ex quo ait D. Hieronym. in Apologia ad Rufinum lib. 2. *Periret enim Innocentia, ſi ſemper nequitia juncta eſſet potentiæ, & in totum quidquid cupit calumnia prævaleret.*

D. Baſil. D. Hier.

9. Ex maledicto genere Cham prodiit Nemrodo, de quo dicitur, Geneſ. 10. n. 9. *Ipſe cœpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino*, id eſt permiſſione Dei, Septuaginta, & alij: *Venator contra Dominum.* De iſto homine peſſimi, & valde potente ſignate ſcribitur, quod erat *robuſtus ſeu*, ut legit Caietanus, *fortis venator*, ut omnia deſtrueret, devoraret, ac devaſtaret, ex malitia cum potentia hoc eſt illius germen. Philo Abbas de ſilentio Cleric. cap. 1. & ait: *Signate contra Dominum appellatur, quia ſibi ſua ſolius perditio non ſatis ſufficiens æſtimatur, niſi, ut cæteros violenta indagine perſequatur.* Expende ultima verba. D. Thomas etiam ibi ait: *Sicut enim ſuperbis ad omnem machinationem intentis magnitudo poteſtatis eſt nociva; ſic etiam quamplurimum expedit, quod talis poteſtas, aut omnino tollatur, aut ſaltem confringatur; & dividatur.* Vires ſuas Deus Nemrodo abſtulit, ne ſua tanta poteſtate abuteretur in peſtem extremam totius generis humani.

Gen. 10. Septuag. Caiet. *Poteſtas cum nequitia omnium deſtructiva.* Philo. Abb. D. Tho.

QVÆSTIO II.

Quare Herodes occidit Iacobum, qui primus omnium Apoſtolorum dat vitam ad magnam ejus gloriam?

10. ISte Herodes ſtudioſiſſimus erat Iudæorum, ut dixi ſuperiori quæſt. & pro magno Iudæorum obſequio interfecit Iacobum majorem, cur non potius invehitur in Petrum, Ioannem, & Iacobum minorem, qui ibi erant, ſed primo, & immediatè in noſtrum Hiſpaniæ protectorem?

11. Quia iſte noſter Apoſtolus magno zelo præ cæteris fervidus prædicabat Chriſti Evangelium, confundebat Iudæos, & audacior erat ad eorum errores conculcandos, & etiam valde notum erat famâ, id, quod ipſe in Hiſpania pro Evangelica fide propaganda peregerat. & ideo valde formidoloſus erat, hacque de cauſa ait Textus: *Videns Herodes, quod placuiſſet Iudæis*, Græcus: *Rem gratam feciſſet Iudæis*, ut eorum accerrimus adverſarius de medio tolleretur. D. Chryſoſt. homil. 57. paulo poſt initium ait: *Iacobus acer, atque gravis Iudæis erat, ut magnum munus illis obtuliſſe, cum eum interfeciſſet Herodes viſus ſit.*

Iacobus zelo fervidus. Græcus. D. Chryſoſt.

12. Quod ex eo alio in loco confirmavi, quod cum Samariti Chriſtum D. ſpernerent indignans, & Chriſti injuriam ulciſci volens ingenti zelo, & ſi adhuc impolito, dixerunt ipſe, & Ioannes frater: *Domine vis, dicamus ut ignis deſcendat de Cœlo, & conſumat illos*, Luc. 9. n. 54. D. Ambroſ. ibi pro Apoſtolis agens, ſic reſpondet: *Sciebant enim ex Phinæes, & reputatum eſt ad juſtitiam, quia ſacrilegos interemerat, & ad preces Eliæ ignem deſcendiſſe de Cœlo, ut Prophetæ vindicaretur injuria.* Et cum tanto fervore ac zelo æſtuaret, Iacobus tamen nihil audet agere ex ſe, ſed cum multa obedientia, ac obedientia Domini: Vnde ait: *Vis dicamus.*

Luc. 9. D. Ambr. *Iacobus zelo ſuus.*

13. Primus inter Apoſtolos noſter Iacobus effudit ſanguinem, ipſe fuit dux, anteſignanus, & Protho-martyr Apoſtolorum, qui omnibus præbuit exemplum ad idem Martyrium ſequendum; & maximè notandum, quod iſti duo fratres Iacobus, & Ioannes Colegij Apoſtolici ſunt tanquam Alpha, & Omega: Iacobus primus vitam dedit pro Chriſto in Ieruſalem, Ioannes in Aſia omnium ultimus ardenti amore erga Deum obivit, & pro noſtro Apoſtolo primus inter Apoſtolos in Martyrio maximè venerandus, & colendus eſt. Vide ſupra cap. 10. q. 30 n. 262. & 263.

Iacobus, & Ioannes Alpha, & Omega Apoſtolorum.

14. Hanc magnam excellentiam vendicat noſter Hiſpaniarum protector, quod in omnibus primatum tenet. *Ambulans Ieſus juxta mare Galilææ, cum vidiſſet Petrum, & Andream vocavit eos, dicens: Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum, & ſecuti ſunt eum*, Matth. 4. n. 19. Et cum inde progrediens cum vidiſſet duos fratres filios Zebedæi, vocavit eos, *Illi autem relictis retibus, & patre ſecuti ſunt eum*, Ibidem n. 22. Nullo propoſito præmio, ſed ex intimo affectu, ac amoris impulſu poſtea vero cum eorum mater poſtulat pro filiis, interrogat eos Chriſtus D. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Forti, ac generoſo animo nullo præmio propoſito, ut notat D. Paſchaſ. *Dicunt poſſumus*, Matth. 20 n. 22. Et quamvis in ſequendo Chriſtum, ac potando ejus Calicem ſe habeant ſimul Iacobus, & Ioannes, tamen ibi conſidero quoddam primatum in Iacobo, tum quia ipſe ſenior erat, & illius erat prius agere, & reſpondere, tum etiam ex modeſtia Ioannis, qui ſenioribus primas dabat.

Iacobus primatū tenet. D. Paſch. Matth. 20.

15. Elegit Dominus ſuos Apoſtolos, & Iacobum Zebedæi, *& Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filij tonitrui*, Marc. 3. n. 17. quod latè explicavi tom. 2. in Apocalyp. c. 21. q. 26. à n. 307. Tyrinus, filij tonitrui ſunt fulgura, Baronius filij Pharetræ, & ſagittæ Theophylactus, ſic dicuntur, ut primi, & præcipui prædicatores: Albertus Magn. *In doctrina, & prædicatione* maximè fulgebant, vel ut aiunt Plinius, & Seneca: Tonitruus magnum facit ſonum, ac ſtrepitum, dicuntur filij tonitrui ob magnam prædicationem, ac fulgorem doctrinæ, ac magnis ſono, & ſtrepitu, quo fecerunt tremere totum Orbem, idola corruere, & eorum templa diſſolvi, de aliis Apoſtolis dicitur, Pſalm. 18. n. 4. *In omnem terram exivit ſonus eorum*, at Iacobus non ſonum, ſed vehementem ac fortem ſtrepitum inſtar tonitrui edidit in toto mundo.

Marc. 3. Tyrin. Baron. Theoph. Albert. Magn. *Iacobus in mundo dat tonitrum.*

16. Tenet noſter Apoſtolus principatum in devotione, ac veneratione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ipſe omnium primus celebravit feſtum illius immaculatæ Conceptionis, fuitque primus, qui in ejus laudem orationem compoſuit ex ſalutatione Angelica: *Ave gratia plena, Dominus tecum*, & ex ſalutatione prophetica Elizabeth: *Benedicta tu inter mulieres benedictus fructus ventris tui*, addens cæteras preces *Ora pro nobis nunc, & in hora mortis noſtræ.* Vt ex multis oſtendi citata q. 26. n. 318 & 319.

Iacobus valde inſignis devotione Virginis.

17. Deinde ipſe inter Apoſtolos ex ipſius Virginis imperio ei ædificavit (ut Oratorium à Parente Elia in monte Carmelo excipiam) primum Sacellum in Cæſarea Auguſta, ſacratiſſima Virgo in alta Columna poſita. In Hiſpania Deipara primo apparet in Columna denotans quod Hiſpania futura erat magna, & firma columna Eccleſiæ, ac fidei Catholicæ juxta illud Apocalyp. 3. n. 12. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras*

Hiſpania Columna fidei. Apoc. 3.

Arabic. *non egreditur amplius.* Arabic. *Victricem columnam.* Hispania, ut columna victoriosa propulsavit infideles Mauros à se ipsa & ab Oriente, & Occidente, & utrobique fidem Catholicam fideliter, & purè sustentans, *& foras non egredietur* à firmitate, ac confessione fidei, ut explicant Rupert. Ansbertus, ut ex benigna Dei gratia speramus.

Rupert. Ansbert.

18. *Totus orbis fluit ad venerandum Iacobum.* Isai 2. D. Cyril. D. Atha.

Tandem nomen nostri Apostoli magnum primatum tenet inter cæteros Apostolos, quod sit valde celeberrimum, & ad eum ex toto terrarum Orbe conveniant innumeri peregrini voti causa ad eum venerandum pro magna excellentia, ac celsitudine suæ dilectæ Sponsæ Ecclesiæ ei promittit Deus: *Et fluent ad eum omnes gentes*, Isai. 2. n. 2. ut explicant noster D. Cyrillus ibi D. Athanas. epist. ad Epictetum, Eusebius lib. 1. Demonst cap. 32. quod ad eam omnes gentes concurrant, ut eam summo cultu venerentur, ejus doctrina illuminentur, illius donis repleantur; sic & omnes gentes magno fervore confluunt ad reliquias Corporis Sancti Iacobi summo cultu venerandas, ut ejus precibus, ac intercessione in obsequio illuminentur, ejusque cœlestibus donis ditescant, & augeantur.

QVÆSTIO III.

Quare D. Iacobus gladio occiditur?

19. 4. Reg. 6. APud Iudæos in veteri testamento pœnam gladij in uno loco invenio, 4. Reg. 1. n 31. quod Rex Israël iratus contra parentem Elisæum, eum juramento minatus est, *quod non staret eo die caput Elisæi super ipsum*, id est quod ipsum decolaret, de Goliath non facit ad rem, quia hoc fuit in pugna, tamen postquam Respublica Iudaica fuit in potestate Romanorum in multis illorum mores sunt secuti Iudæi, & ad mortem aliquorum accelerandam usi sunt gladio, sic Herodes Antipas hujus Herodis patruus gladio occidit Ioannem Baptistam, & nunc iste Herodes nostrum Apostolum.

20. *Apparet Iacobus gladio ob armatus.* Infidelitas in Herode gladium evaginavit contra Iacobum, sed ipso gladio Apostolum armavit, ut eo evaginato contra ipsos Infideles, ac Mauros pugnaret anno Domini 834. visibiliter apparuit Regi Ramiro, eumque admonuit, ut exiret in prælium cum innumeris Mauris victoria insolentibus, & Apostolus præiens aciem Ramiri in equo albo stricto gladio omnes milites invocantes Sanctum Iacobum, adversarios profligarunt, destruxerunt, eosque in fugam abire fecerunt, gladius districtus contra Iacobum, contra ipsos est conversus.

21. 1. Reg. 17 *Gladio, qui Goliath armaverat, ut vinceret, dejectus est.* Contra David exiit Goliath multis indutus armis, æreo clypeo, hostili hasta in manu, accincto gladio, ut eum in frusta secaret, ut ipse dicebat: *Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus Cœli, & bestiis terræ*, 1. Reg. 17. n 44. Eum tamen David fundâ jacto lapide, in fronteque fixo percussit, & cum David non haberet gladium, *cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium ejus, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, præcedit caput ejus.* Goliath secum asportabat gladium, ut Davidem in mille frusta dissecaret, sed gladius contra ipsum Philisthæum est conversus, ut David eum illo decollaret. D Augustus serm. 197. ait de tempore *Quod David non habens gladium ascendit super Goliam, & eum proprio gladio interfecit, & suo gladio victus est.*

22. Dan. 3. Ex jussu Nabuchodonosoris mittuntur tres pueri in caminum ignis, & magnum Regis obsequium, ministri non cessabant mittere multam ignis materiam, ut vehementer, brevique tempore pueri absumerentur: *Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem, & erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis*, Daniel. 3. n 47. Isti in odio Sanctorum puerorum multum, & satis aptum pabulum igni suggerebant; & cum tantam ignis vehementiam fornax non caperet, ejus ore alto Dei judicio ignis erupit, & quos reperit rapide devoravit: Paulus Burgens. ait: *Congerunt*, scilicet, ministri materiaam in ipsorum perniciem. *Igni supponunt materiã ad eorum incendiũ.*

Percutiens Deus Ægyptum multis, & variis plagis, tenebris, locustis, muscis, grandine, peste, ac morte primogenitorum, tamen prima fecit, ut aqua fluminis converteretur in sanguinem: *Ecce percutiam virga, quæ in manu est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem*, Exod. 7. n. 17. Pharao disposuit, & ordinavit fluvium ad ministerium suæ extremæ crudelitatis, ut in eo suffocarentur pueri Hebræorum, ergo ipsum flumen sit primum suæ iniquitatis flagellum, & primum tormẽtum, quod fuerat instrumentum tantæ prævaricationis. Procopius pœnæ, quæ primo irrogantur, cùm in flumen mandaverint præcipitandos Hæbræorum infantes, & tandem divina virtute versum sit in cruorem, satis redarguit crudele, & immane edictum. 23. Exod. 7.

QVÆSTIO IV.

Quare præ cæteris Apostolis intentavit Herodes Petrum occidere?

EXistimavit Herodes, cum Iudæis, quod si Petrum, utpote turrim fortissimam Ecclesiæ è medio tolleret, totam Christi Ecclesiam destrueret. D. Chrysost. vel melius Proculus in encomio D. Petri vinculorum apud Surium die 1. Augusti, & inquit: *Putabant*, nempe Iudæi, *illum futurum, ut si Petrum Apostolum de medio sustulissent, facile reliquos Apostolos superarent: Ille enim erat, qui contrarias voces emittebat, quique in Conciliis, in judiciis, & in Synagogis cum adversariis certabat, & Iesu nomen palam prædicans, & invocato ejus nomine præcipua quædam miracula faciebat.* Et latè prosequitur multos, & magnificos titulos de D. Petro scribens. 24. D. Chrysost. Procul. Surius. *Tota Ecclesia in Petro.*

Postquam Petrus fecit illam admirabilem confessionem de Divinitate Christi: *Ego dico tibi, Tu es Christus filius Dei vivi*, immediatè scribit Evangelista D. Matthæus cap. 16. n 21. *Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à Senioribus, & Scribis, ac Principibus Sacerdotum, & occidi.* Profunde, & alte expende illud *exinde*. Postquam Christus vidit, & audivit magnam Petri fidem, illiusque præclaram confessionem, *exinde*, seu illico, ut notat D. Thomas post manifestam confessionem Petri cœpit Christus indilate se accelerare ad suam mortem, de illaque tractare: *Oportet eum ire Ierosolymam pati, & occidi.* Pro certo statuens, quod Petrus cum tanta sua fide sufficiens erat ad firmandam, & sustentandam suam Ecclesiam, eamque ab omni adversariorum impugnatione defendendam, jamque Ecclesiæ suæ abundanter provisum erat, & proinde jam tempus erat, ut adimpleret munus sibi à Patre commissum, ut sua morte redimeret, & salvaret genus humanum. 25. Math. 16 *In Petro sufficienter toti Ecclesiæ est provisum.*

Merito D Augustus quærit cur in felicissimo Paschatis die Angeli annuntiant mulieribus Christum gloriosè à mortuis surrexisse, sic ad mulieres loquuntur Angeli: *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum* 26. D. Aug.

Marc. 16. *cifixum, surrexit, non est hic,* Marc. 16. n. 6. At vero ad resurrectionem denuntiandam Apostolis unus eligitur Petrus; sic enim ipsi Apostoli dixerunt: *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni*, Luc. 24. n. 34. ex testimonio Petri agnoverunt Apostoli testimonium Resurrectionis Christi, & in tanto mysterio firmati sunt juxta illud Christi D. Luc. 22. n. 32. *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* In Mysterio nempe Resurrectionis ad mulieres vivificandas, ac instruendas de resurrectione tamquam ad inferiores personas veniant Angeli, at ad Apostolos tamquam Ecclesiæ Principes ac Proceres, ut in fide Resurrectionis imbuantur, ac firmentur, unus Petrus eligitur, ac destinatur, cujus auctoritas, ac veritas plusquam omnium Angelorum prævalet; *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*, alia lectio *vivifica*: ejus quippe doctrina, omnia maximè vivificabantur.

Luc. 24.

Luc. 22.

Testimonium Petri plusquam Angelorum.

27. Math. 16. Ait Christus D. Petro Matth. 16. n. 19 *Tibi dabo claves Regni Cœlorum.* Maximè notandum, non ait: tibi dabo clavem Regni, ut de Angelo habente clavem Abyssi dicitur Apocalyps. 20. n. 1 sed claves Regni, D. Thomas, duplex clavis data est Petro, una potestatis ad ligandum, & solvendum, altera doctrinæ ad illuminandum, & docendum mysteria fidei, Resurrectionis, ac Passionis, & quamvis hæc essent dicta ab Spiritu sancto in Scriptura, & ab ore Christi pati, & resurgere, tamen ut dicta ab ore Petri intime insinuabantur in cordibus fidelium & maximè reviviscebant in eorum mente, ac memoria. De hoc magno Apostolo multa dixi variis in locis præcipuè tom. 2. in Apocalyp. cap. 21. q. per totam, hicque etiam aliquid dicam.

Apoc. 20.

Petro datur potestas. & scientia doctrinæ.

QVÆSTIO V.

Pro multis difficultatibus solvendis ponitur Chronotaxis Apostolorum.

28. *Multa opinionis varietas.* QVod anno Christi Domini Iacobus sit occisus ab Herode, septem sunt opiniones, & totidem sententiæ, quo anno ipse, & cæteri Apostoli profecti sunt in suas missiones, & Provincias, & unaquæque ex his opinionibus multa habet fundamenta ex multis conjecturis, & ab Auctoribus antiquis, quæ longam postulant disputationem, brevitatis tamen causa cuncta explico per sequentem Apostolicam Chronotaxim.

29. anno 34. Christus D. resurrexit, ascendit in Cœlum, inde in die Pentecostes misit Spiritum sanctum in Apostolos anno à nativitate sua 34.

Eodemque anno, & die Pentecostes Petrus convertit tria millia ad fidem Christi, Actor. 2. n. 40. & mox iterum prædicans convertit quinque millia, Actor. 4. n. 4.

Act. 2. Act. 4.

Eodem quoque anno creati sunt septem Diaconi ad distributionem eleemosynarum, Actor. 6. n. 5.

Act. 6.

Eodemque anno lapidatus est D. Sthephanus die 26. Decembris, Actor. 7. numero ultimo, & die sequenti 27. creatus est primus Episcopus Ierosolymorum, ut tenent Eusebius, & ex multis Authoribus Baronius.

Act. 7. Euseb. Baron.

Saulus conversus est ad fidem Christi anno Christi 36. ut jam supra dixi cap. 9.

Act. 9.

Cornelius conversus est à D. Petro, & apertum est ostium Gentibus ad fidem Evangelicam in exordio anni Christi 37. ut dixi supra cap. 10.

Act. 10.

S. Petrus collocavit cathedram suam Antiochiæ eodem anno 37. & in ea sedit per septem annos, hic autem computatur quartus ab Ascensione Christi ut tenet Chronicon Alexand.

Chronicon Alexand. 30.

S. Iacobus in Hispaniam profectus, cæterique Apostoli in suas Provincias, ac missiones eodem anno Domini 37. ac proinde plusquam tres annos ab Ascensione Christi commorati sunt Ierosolymis ad multiplicandam, ac fovendam illam fidelium multitudinem; nam in duobus vel tribus diebus conversi sunt ad fidem octo millia; Nec obstat id, quod objicit Sanchez tract. 1. de peregrin. S. Iacobi in Hispania cap. quod Ecclesia in secundis Vesperis Pentecostes canit Hodie in igne Spiritus sanctus discipulis apparuit tribuens eis charismatum dona: *Et misit eos in universum mundum prædicare.* Non eodem die, sed tempore conveniente, ac proportionato.

Sanchez. Offic. Eccles.

Divus vero Iacobus, ut scribit Lucius Dexter in Chronico anno Christi 41. *Ex Hispania rediens Iacobus Gallias invisit, ac Britannias, ac Venetiarum oppida, ubi prædicat, ac Ierosolymam revertitur de rebus gravissimis consulturus B. Virginem, & Petrum:* & capite abscisso illustre pertulit Martyrium die 25. Marci, quo die Christus crucifixus est, ipse Dexter ponit ejus martyrium anno Christi 41. Probabilior tamen sententia est, quod occisus sit ab Herode Agripa circa Paschatis festum anno Christi 44. decem annis post ejus Ascensionem, ejus discipuli sacrum corpus positum in navi in Hispaniam detulere, de quo latè Bavierius, Tamaus ad citatum locum Dextri, Sanchez, & innumeri alij Authores.

31. Lucius Dexter. Bavier. Tamaus. Sanchez.

S. Petrus vinctus est ab Herode, & liberatus mirabiliter ab Angelo citato anno 44.

32. Act. 12.

S. Petrus post septennium sedit Antiochiæ multis locis peragratis prædicans Christi fidem, & multos convertens, venit Romam, ubi suam collocavit Cathedram, & fixit die 18. Ianuarij fine anni secundi Claudij incipiente anno Christi 45.

Eodemque anno Paulus, & Barnabas mittuntur ad gentes, & Paulus rapitur in tertium Cœlum, ut patebit ex sequenti cap. 1. Act. 18.

Act. 12. *n.* 4. Quem cum apprehendisset misit in carcerem tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum Populo.

Num. 5. Petrus quidem servabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Num. 6. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE II.

Vers. 4. *QVem cum apprehendisset*, scilicet Petrum, *misit in carcerem tradens quatuor quaternionibus militum.* Syriac. *Traditque sexdecim militibus*, quater quaterniones numerum prædictum faciunt, ut in qualibet noctis vigilia, hoc est tribus horis quatuor milites ad vigilandum, & custodiendum Petrum astarent, & his primis defessis, alij quatuor recentes succederent, ita ut Petrus circumventus foret custodibus vigilantibus, & tantam cautelam ad tenendum Petrum, ne fugeret, adhibebat, 33. Syriac.

Oecum. adhibebat Herodes, ut notat Oecumenius; quia audierat multa mirabilia, quæ Petrus operabatur, & quia jam semel retentus in carcere liber exierat,

Actor. 5. Actor. 5.

34. *Volens post Pascha.* O maledictus Hypocrita, nolebas sanguine fuso Pascha fœdare, & non verebaris injusto carcere, diris catenis, crudeli, & iniqua militum vexatione virum Sanctum, ac justum

Syrus. Æthiop. affligere! *Producere eum populo.* Syrus: *Ut traderet populo.* Æthiop. *Adducere eum ad populum.* Advocare nempe Petrum ad publicum Tribunal, ac

Syrus. Theatrum, vel ut innuit Syriacus: Tradere eum voluntati populi, ut magis Herodes populo fieret gratus.

35. Vers. 5. *Petrus quidem servabatur in carcere.* Syriac. *Cùmque custodiretur in carcere;* tamen de suo

Syriac. Arabic. Æthiop. magno Pastore valde sollicita erat Ecclesia: *Oratio autem fiebat sine intermissione:* Syriac. *Assiduè preces offerebantur ab ea.* Arabic. *Offerabat Ecclesia preces continuas.* Æthiopic. *Orabant pro eo extensè in domo Christianorum.* Id est perenni continua oratione, die, noctuque tota Ecclesia fundebat preces pro suo capite, ac Summo Pontifice, qui instar Athlantis totum Ecclesiæ pondus sustinebat.

36. Vers. 6. *Cum autem producturus eum esset Herodes.* Syriacus: *Diluculo tradendus erat dum dormiret.* Arabic. *Cum proposuisset Herodes immediatè post noctem sequentis diei eum:* cum esset producturus Herodes, ut occideretur: *Erat Petrus dormiens* valde

Syriac. Arabic. securus, ac conformis cum divina Providentia ad quid ab ea fuisset ordinatum. *Vinctus catenis duabus,* Æthiopic. *Vinctus erat ambabus manibus,* quarum singuli milites, inter quos medius cubabat, manu tenebant, & stringebant, ne, ut ait Arias, Petrus elaberetur. *Et custodes ante ostium custodiebant carcerem.* Æthiopic. *Observarunt ostia,* ita ut

Æthiop. Lyran. nulla humana diligentia, ut notat Lyra, posset Petrus fugere, de quo dicam q. 7.

QVÆSTIO VI.

Quare Petrus ponitur in carcerem, & quam rigida, & acerba pœna sit?

38. D. Chrysost. *Multa opprobria.* GRandes molestias persecutiones, injurias, & opprobria à militibus, ut ponderat D. Chrysost. in præsenti patienter sustinuit D. Petrus, quod in tetro carcere, & tenebroso esset reclusus, quo nulla pœna est rigidior, ac acerbior.

39. Iob. 7. Ait Iob. 7. n. 11. *Non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, & fabulabor cum amaritudine animæ meæ. Nunquid mare ego sum, aut cœtus; quia circumdedisti me carcere.* Iob non erat in carcere, tamen miratur, quod sit positus veluti circundatus furienti mari, ac furibundo cœtui; cur ergo se dicit Iob circumdatum carcere? Ad explicandam sævam, ac vehementem tempestatem innumerabilium malorum, persecutionum, infirmitatum, quæ in eum irruerant, & acutissimè premebant, nullo meliori methodo, ac phrasi posset declarari, quam se incarceratum dici? Nam ibi homo vivens

Carcer epilogus, ac compendium omnium tormentorum.

Gassiod. angustias, ac mortis dolores sustinet. Cassiodorus lib. 11. variar. cap. 40. ait. *In carcere non unum tormentum sustinet reus, qui antequam incurrat necis exitus, jam à supernis probatur abscitus:* Carcer enim est quædam mors viva, sic ait citatus Cassiodorus, *Non ut unum clausis exitum multifaria morte premit, qui carceris squalore torquetur.* Quot dies carceris, tot dies mortis sunt.

40. Thren. 3. Threnorum 3. n. 6. dicitur: *In tenebrosis collocavit me quasi mortuos sempiternos, & circumædificavit adversum me, ut egrediar, aggravavit compedem meum, concluſit vias meas lapidibus quadris, & omnes vias meas subvertit.* Loquitur Propheta, ut multis placet, quando meus Iesus fuit comprehensus, Matth. 26. Præsentatus Caïphe, ibi tota nocte, in custodia, vinculis, ac carcere detentus est, & quando facto mane ad carcerem Pilati translatus, & ita tam valide erat ibi undequaque custoditus, ut nulla exeundi posset esse occasio, nullusque ex ejus discipulis, ac familiaribus posset ad eum videndum accedere, & cur Iesus ordinat, ac disponit, ut in Cruce à suis notis, amicis, omnibusque videatur, non vero in carcere? Tot ibi in carcere cõtumeliæ, irrisiones, ac ludibria, angustiæ, & flagella congerebatur in meum Iesum, ut quique etiam fidelissimi poterant vacillare ac periclitari Victor Antioch ad c 15 Marci sic ait: *Quæ enim Christo per summã contumeliam* (nimirum in illa custodia) *illata sunt; ea ad summum contumeliarum fastigium pervenerunt; merito profecto Christi discipuli ad miserandum illud, & indignum spectaculum admissi non sunt, periculum enim haud quaquam leve erat, ne ex tantis illis injuriis, & contumeliis grande aliquod scandalum caperent.*

Carcer omnia ludibria secum importat. Victor. Antioch.

Ait Paulus Hæbræor. 11. n. 36. De Sanctis Martyribus loquens: *Alij vero ludibria, & verba experti, insuper, & vincula, & carceres* supra ludibria, & verbera, ac omnia tormenta tamquam summum omnium malorum ponit vincula, & carceres. D. Anselm. ibi: *Quasi parum esset pertulisse ludibria, & verbera, pertulerunt insuper, & vincula, & carceres,* ac si omnia ipsa flagella parva videantur facta collatione cum carcere, & vinculis.

41. Hebr. 11. *Extremũ omnium malorum carcer.* D. Ansel.

QVÆSTIO VII.

Quare D. Petrus tanta custodia tenetur in vinculis, & carcere?

OMni humana diligentia, & cautela tenetur Petrus comprehensus primò carcere, secundò vinculis, tertiò militibus, qui ab utroque latere circunstabant tenentes catenas in manibus, quartò ante ostium carceris erant custodes, ex quo patet quam vehementi affectu Herodes, & Iudæi volebant interficere Petrum, tanta custodia adhibita ne ullo modo posset effugere. Magnus ille Baptista divina, & alta clamans ad quem audiendum tota Iudæa exibat, Math. 3. n. 5. tamen *Herodes tenuit Ioannem, & ligavit in carcere,* Marc. 6. n. 17. Non tamen tantam custodiam, & cautelam adhibuit, ut modo cum Petro; quia omnes Iudæi maximè timebant ipsum Petrum, ut propugnaculum totius Ecclesiæ, illiusque doctrinam, ac prædicationem, tum ob efficaciam rationum, ac verborum vehementiam, tum quia omnia, quæ dicebat magnis miraculis, ac mirabilibus comprobabatur, & ideo tam vigili diligentia servabatur in carcere, quia ipso sublato totam Christianam disciplinam corrui existimabant.

42. Matth. 3. Marc. 6. *Petrus propugnaculum sustentãs totam Ecclesiam.*

Deinde Petrus extirit in carcere per novem, vel decem dies, nam Herodes eum comprehendit juxta Azima, dies Azymorum erant octo, post eos sequẽti die volebat Herodes eum populo producere, per illos novem dies, tanta circunspectione tenebatur, ne inde accedentes ad eum doceret, & prædicaret, quia tunc ipsa prædicatio in vinculis pro Christo ejus fidelibus efficacior, & fructifera futura erat. Venit Paulus Romam vinctus catenis, ut ipse testa-

43. *Petrus in vinculis efficacius docebat.*

tur

Act. 28. tur Actor. 28. n 17. *Vinctus ab Ieroſolymis traditus eſt in manus Romanorum*, & quid in vinculis ageſum bat Paulus? D. Chryſoſt. homil. 8. ad Epheſios in
D Chry ſoſt. Expoſit morali ſic ait: *Vinctus Romæ, & ut ligatus erat concionando innumeros attrahebat, hoc ipſo, quod pro omnibus catenam prætendebat.* Et ſi Paulus efficacia, ac vehementia ſuæ doctrinæ multas gentes adduceret ad fidem, tamen catenis alligatus innumeras lucrabatur, tum quis non traheretur videns talem virum alligatum ob ejus ſalutem, tum quia prædicabat patienter talia ſuſtinere.

44. Eph. 6. Ait ipſe Apoſtolus ad Epheſ. 6. n. 19. *Vt detur mihi in apertione oris mei cum fiducia notum facere myſterium Evangelij, pro qua legatione fungor in catena.* Expende verba *legatione fungere in catena.* Nuntij miſſi à Regibus tunc præcipui ſui muneris vices agunt, legati munus præſtant: Omnes Apoſtoli functi ſunt legatione Chriſti ad prædicandum, ac docendum; at Paulus inſigniter de ſe fatetur quod ſua legatione fungeretur, non quando à gentibus magno venerabatur cultu, non quando ob ſapientiam appellabatur Mercurius, vel quando omnes flentes eum deducebant ad naves, ſed quando in vinculis fuerat alligatus: *Legatione fungor* in catena, tunc enim magis prædicabat, tunc magis ſuum munus adimplebat, & ideo de ipſa catena, tamquam de re ſua valde gloriabatur. Theodoretus ibi ſic inquit: Oſtendit autem rurſus catenam, docens non eſſe erubeſcendum in perpeſſionibus, quæ ſuſcipiuntur pro Domino, ſed exultandum, & gloriandum.

Paulus in catena ſuam legationem maximè adimplebat.

Theod.

QVÆSTIO VIII.

Quare Deus tam ſublimè, ac magnificè Petri catenas honoravit?

45. *Aliorum Sanctorũ multa inſtrumenta non ſic venerantur.* MAximè Deus has D. Petri catenas voluit honorare, nam aliorum Sanctorum extant vincula, ſicut & D Pauli Romæ, & tamen non ſunt tanto in honore, ac celebritate, imo Sanctus Petrus, & S Paulus fuerunt flagellati, columnis alligati, quæ in noſtro Conventu Tranſpontiæ aſſervantur, & Petrus crucifixus eſt & tamen nec Crux Petri, nec columnæ in tanta ſunt veneratione.

46. *Quot mirabilia in catenis.* S. Proculus. Surius. Maximè Deus voluit, ut Petri catenæ eſſent apud omnes in eximio cultu; primo Petrum per Angelum miraculosè ab eis liberavit; Secundo catena Herodiana cum Neronina miraculosè ſunt inter ſe copulatæ tanquam ſi ab eodem artifice fuiſſent fabricatæ. D. Chryſoſt. ſeu potius S. Proculus apud Surium 1. die Auguſti refert per has ſacras Catenas multa fieri miracula, per eas quamplurimi ab infirmitatibus, dæmonibus, multiſque periculis liberantur: Quarto milites, qui cuſtodiebant Petrum, ejus doctrina, ac verbis converſi ſunt ad fidem, ſic inquit Proculus: *Has catenas in carcere derelictas ipſi Herodis miniſtri, quibus divinæ cognitionis lumen affulſerat, clam ſuſtulerunt, & apud ſe ipſos velut theſaurum conſervarunt.* Quinto Romæ magnificum Templum eis eſt conſtructum, & conſecratum.

47. *Manus Petri catenis gravatæ honorantur.* Quæſtio inquirit: Cur Deus tantùm decreverit has catenas honorari? Primo Petri manus gravantur, ac vexantur, catenis, quibus manibus Chriſtus dedit claves regni cœlorum, & moleſtiæ, ac pondera, quibus ſacræ illæ manus erant opprimendæ, meritum negotiarunt, ut ad tam ſublimem ſolvendi, atque ligandi poteſtatem elevarentur. Cum Pharao vellet exaltare Ioſeph ad totius Regni Ægypti gubernaculum primum, & ante omnia *Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus*, ſcilicet Ioſeph. Geneſ. 41. n. 42. Tam velox eſt Rex ad manus ejus honorandas annulo dato, quod erat *ſignum poteſtatis Regiæ*, ut ait Lyra De Ioſeph. ſcribit David, Pſalm. 80. n. 6. *Manus ejus in cophino ſervierunt*, nempe miniſtrarunt in vili ſervorum inſtrumento, & quia ad tam abjectam humilitatem ejus manus deſcenderunt, ideo ad tam ſublimem rerum apicem ſublevatæ ſunt. Gen. 41. Pſal. 80. Lyra.

48. *Signa amoris Petri honorantur.* Secundo vincula ſunt ſigna amoris, ac eximiæ charitatis coll. 3. n. 14. ideo in tantum condecorantur Petri vincula; quia non ſolum Deus decrevit nobilitare ejus eximium amorem præ cæteris, Ioan. 21 n. 16. ſed etiam ſigna ipſius amoris, ut erant catenæ pro Chriſto perpeſſæ. Offerunt munera ſua Abel, & Caïn: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus*, Geneſ. 4 n 4. Reſpexit autem, ut eſt communis Doctorum vox, emiſſo igne de Cœlo, non ſat erat quod attenderet Dominus ad Abel, ad ejus puritatem, juſtitiam, ac innocentiam, ſed etiam ad ejus munera? Sic Abel erat Deo gratus, ac perjucundus, ut non ſolum ejus ſanctitas, ac charitas eſſet accepta Deo, ſed etiam illius ſigna, ac monumenta, ut erant munera oblata, quæ Deus miro modo condecoravit igne cœleſti veniente de cœlo. Lyran. *Non erant accepta*, ſcilicet munera, *ex ſe ipſis, ſed ex bonitate offerentium, ideo ſequitur reſpexit ad Abel, & ad munera ejus, id eſt ad bonitatem ejus, & per conſequens ad ejus munera*, quod etiam confirmari poteſt ex illo quod dicitur cap. 8 n. 21. de ſacrificio Noë, *odoratuſque eſt Dominus odorem ſuavitatis*, &c. Gen. 4. Lyran.

49. *Suſtinere opprobria patienter miraculum eſt.* Tertio ſtabat Petrus inter quaternos milites, qui per ſuas ſtationes perpetuò erant vigilantes, ut unis deficientibus, alij ſuccederent, ut jam dixi ſupra q. 7. & tales milites, ut notat D. Chryſoſt. jam datus, nullam requiem habebant, nec die, nec nocte, ſed ſemper innumerabilia opprobria; contumelias, irriſiones, & ludibria jactabant in Sanctum Apoſtolum, & ille ad hæc omnia placido animo, ac hilari facie abſque illa iræ commotione immobilis ſtabat. Adſtans Ieſus coram maledicto Pontifice Annate: Vnus miniſtrorum dat alapam meo Ieſu dicens: *Sic reſpondes Pontifici*, reſpondet ei Ieſus: *Si malè locutus ſum teſtimonium perhibe de malo*, Ioan 18. n. 12. Tanta Chriſti patientia cum tanta manſuetudine abſque ulla iræ umbra magnum miraculum reputat D. Ephrem ſerm. de Paſſione Domini, & ait: *Grande miraculum fratres, ſtuporis pleniſſimum eſt, cernere Chriſti Regis, ac Domini noſtri manſuetudinem palma cæſus à ſervo, rationabiliter, ac prudenter reſpondet cum omni manſuetudine, ac reverentia, ſervus furit, Dominus patitur, iraſcitur ſervus, Dominus in ſua benignitate perſiſtit.* Ioan. 18. D. Ephr.

50. Tot, & tantæ contumeliæ in Petrum cum ejus miraculoſa potentia erant veluti inæſtimabiles gemmæ, quibus ejus catenæ exornabantur: Diabolo ſuggerente accuſatur Suſanna: *Credidit eis multitudo quaſi ſenibus, & judicibus, & condemnarunt eam ad mortem*, Daniel. 13. n. 41. Falſi teſtes fremebant in eam, turba populi multas in eam contumelias jactabat, ipſa verò tota in Deo confiſa, ut ait D. Auguſt. tom. 11. ſerm. 13. de verbis Apoſtoli c 14. patienter ſuſtinebat, & ſua tolerantia ex tot maledictis multo plures pretioſos lapides fabricabat ad ſuam coronam componendam, ſic ait Vitalius in notis: *Ex tot adverſis magnifico diademate coronabatur*; ſic & Petrus tot, & tantis injuriis tamquam lapidibus pretioſis, ſe, ſuaſque catenas condecorabat, Dan. 13. D Aug. Vitalius *Ex contumeliis Petrus gemmis catenas exornabat.*

bat, de his catenis loquens D.Cyprianus epist. 23. ait: *Ornamenta sunt ista vincula, nec Christiani pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam.*

QVÆSTIO IX.

Quare D.Petrus inter milites, ac catenas tam placidè dormiebat?

51. MAximè admiratione dignum, quod cum Petrus in carcere, & in vinculis inter vigilantes milites tam placidè, ac quietè dormiret, cùm sequenti die eum Herodes esset prodituru ad mortem, jactaverat enim totum suum cogitatum in Deum, Divinæque providentiæ, ac dispositioni se commiserat, paratus sive ad mortem, ad vitamve, prout Deo magis placeret, in omnibusque maximè illi conformis erat, ait D. Chrysostom. homil. 8. in epistol. ad ephes. *Dormit corpore Petrus, corde ad Deum vigilat; Deus vero custos ipsius, nec dormitat, nec dormit.*

D. Petrus conformis cum Dei voluntate.

D.Chrysost.

52. Secundo Petrus vir magnus,ac præclarus, inde animi ejus ingenuitas,ac celsitudo nullo premitur labore,nulloque periculo,ac adversitate frangitur, ac deficit,sed inde magis elucet. Moyses in aula Pharaonis ejus filiæ filius,quid inde? Exod. cap. 2. n. 15. *Postquam creverat Moyses egressus est ad fratres suos*,nempe filios Israël, qui ut vilissimi captivi,ac omnibus odiosi sub durissimi Pharaonis jugo premebantur? Moyses in aula Regis educatus ut Regis nepos,ac regni hæres ab omnibus ut ejus filiæ filius venerabatur. Si Deus illum,ut sui Populi Principem, ac Ducem constituere decreverat, nonne melius erat,ut in aula Regis versaretur, ut inde generosos liberet Spiritus,quam degere inter miseros captivos,ac inter vilia mancipia talis computari,ex talium enim consortio quidquid Regium hauserat, deponeret, & vile, & quid abjectum indueret? Absit hoc,præclara animi Mosis indoles, nullis alternis fortunæ casibus mutatur, ac minuitur,sed in utraque fortuna eadem animi constantia immobilis perseverat. D.Basilius Seleuc.orat.9. ait: *Cum succrevisset Moyses ad suos transfugit,& Regiæ dignitatis spem excutiens Abrahami cognationem affectavit; Neque vero ex vivendi institutione animi vitium traxit ullum, aut mores alios.* Exinde ultima illa verba: *Ex vivendi institutione animi vitium traxit ullum* sicut in aula Pharaonis Regios, ac generosos mores dum fugit, & inter captivos computatur, illam præclaram cordis nobilitatem non amisit,sed in ipsa servitute regales tenet spiritus,illæsosque conservat.

Exod. 2.

Vir ingenuus in omni adversitate retinet sui animi robur.

D. Basil. Seleuc.

53. Tertio dormit Petrus profundo, & alto somno, ut ex Græco colligit Eustachius, & ideo Angelus *percusso latere* eum excitavit: At Nabuchodonosor cunctis imperans dormiens in Palatio suo in molli, aureoque lectulo exclamat: *Cogitationes meæ in strato meo,& visiones capitis mei conturbant me*, Daniel 4 n 2. Pagninus legit: *Terrebant me*, quod optimè explicat D. Thomas: *Prioris quietis somnum amoverunt à me*, maximè notabile; Petrus in carcere inter vincula,milites,& custodes, sequenti die, *diluculo*, ut habet Syriacus,tradendus ab Herode ad mortem,quieto, & alto somno dormit, & Rex suo in magnifico lectulo deliciis pleno perturbatur variis,& multis cogitationibus æstuans totus in somnis affligitur;unde tanta differentia. Cogitationes capitis satis aptè stimuli conscientiæ interpretantur,& cum Regis conscientia multa pervesitate abundaret, inde exundans eum vehementer torquebat,ac affligebat, & somnum capere non permittebat. D.Chrysost citat homil 8. ad Ephes. ait: *Petrus hac catena gaudebat,nec alterabatur, & profundus eum tenebat somnus: non dormisset si in magna fuisset sollicitudine.*

Eustach.

Dan. 4. Pagnin. D. Tho.

Bona conscientia secura, mala inquieta.

D. Chrysost.

Se recipit meus Iesus cum inermibus discipulis in hortum, ut oraret ad Patrem, & adventum proditoris Iudæ expectaret, *Tunc Iudas autem cum cepisset cohortem,& à Pontificibus, & à Pharisæis ministros,venit illuc cum laternis, & facibus, & armis*,Ioan. 18. n 3. Bene sciebat Iudas mansuetum Agnum Iesum inermem esse cum discipulis suis,& illum locum fuisse ingressum,ut oraret,ad quid Iudas tantam armatam militum manum congregat, cohortem,ministros cum laternis, facibus, & armis ad pugnandum, ac omnia scrutandum? Mala & perversa conscientia multo timore exagitatur, ut contra unum mansuetum Agnum omnem armorum strepitum sibi in auxilium necessarium judicet: Econtra vero benignissimus Iesus nil timens sua alta, & sublimis generositate eis obviam prodit interrogans: *quem quæritis?* qui valde tremebundi retrorsum ceciderunt in terram. Noster D. Cyrillus Alexandr. lib.11 in in Ioan.cap 32.ait: *Magna res est conscientiæ stimulus, qui quando perperam aliquid agimus etiam nullo præsente ingenti nos metu exagitat.Talè quid passus proditor,& cohortem armis munitam,& Iudæorum ministros secum adduxit.* Expende verba: Magna res est conscientiæ stimulus.

54. Ioan. 18. *Conscientia mala timore premitur,bona quiete gaudet.*

D. Cyril.

De iniquo,ac impio loquens,Iob. 15. n. 25. ait: *Sonitus terroris semper in auribus ejus, & cum pax sit,semper ipse insidias suspitatur.* Ecce iniquus, & malus semper est in perpetuo timore, semper auribus premitur timore accusantium, ac adversariorum,& cum cuncta sint in pace, nihilque mali videat,sub timore cruciatur, multisque conscientiæ morsibus premitur,ac agitatur. Cardinalis Hugo: *Habent mali continuum conscientiæ remorsum.*

55. *Mala conscientia in pace formidolosa.*

Hugo.

Act.12.n. 7. Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussoque latere Petri excitavit eum, dicens: Surge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus ejus.

*Num.*8. Dixit autem Angelus ad eum: Præcinge te, & calcea te caligas tuas, & fecit sic,& dixit illi: Circunda tibi vestimentum,& sequere me.

*Num.*9. Et exinde sequebatur eum, & nesciebat,quia verum est, quod fiebat per Angelum; existimabat autem se visum videre.

*Num.*10. Transeuntes autem primam, & secundam custodiam venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad Civitatem, quæ ultro aperta est eis; & exeuntes processerunt vicum unum, & continuo discessit Angelus ab eo.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE III.

Vers.7. *ET ecce Angelus Domini astitit.* Syriac. *Astitit ei* ad liberandum Petrum apparens in corpore assumpto, & quis esset dicam quæst. sequenti

56. Syriac.

ſequenti. *Et lumen refulſit in habitaculo.* Quod lumen emanabat à corpore Angeli, & illud ſolum vidit Petrus excitatus ab Angelo, ait Lyra ad ſui conſolationem, vel etiam dicam ad confortandum Petrum; Cuſtodes non viderunt, qui erant multo ſomno depreſſi, quod Angelus in eos emiſerat. Ita Chryſoſt. Gloſſa.

Lyran. D Chryſoſt. Gloſſa.

Percuſſoque latere Petri. Syriacus: *Pupugit latus ejus.* Æthiopic *Pulſavit latus.* Nam Petrus profundo dormiebat ſomno, ut excitaretur *ceciderunt catenæ de manibus ejus.* Vel virtute divina, vel Angelica; quia ut ait Lyra natura corporalis quoad motum localem obedit Angelicæ, & hoc factum eſt, vel frangendo vincula, vel partes eorum ſolvendo *De manibus ejus*, ex quo patet, quod Petrus ſolis manibus erat alligatus.

57. Syriac. Æthiop. Lyran.

Verſ. 8. *Præcinge, & calcea te caligas tuas, & fecit ſic.* Syriac. *Accinge lumbos tuos, & calcea ſandalia.* Alter Syrus: *Calcea talaria tua* Arabic. *Induere ſoliis tuis.* D. Chryſoſt. *Subliga.* Caliga erat genus calceamenti, de quo quæſt. 13. & mandat calceare, ut facilius iter arriperet. *Et circunda tibi veſtimentum tuum:* Syriac. *Abſolve pallio tuo.* Arabic. *Indue veſtimentum tuum.* Iudæi habebant in uſu veſtes oblongas, quas ituri, vel operaturi cingebant.

58. Syriac. Arabic. D. Chryſoſt. Syriac.

Verſ. 9. *Et exiens ſequebatur eum.* Syriacus: *Ambulabat poſt eum* ſequens Angelum; *Et neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per Angelum.* Arabicus: *Ignorabat rem, quæ per Angelum fiebat eſſe veram.* D. Chryſoſtom. *Videbatur ſibi viſionem videre.* Æthiopic. *Videbatur ei ſomnium.* Tanta diligentia, ac cuſtodia erat Petrus detentus in carcere, ut egreſſionem ab illo, imaginationem, vel viſionem ſeu ſomnium reputaret.

59. Syrus. Arabic. D. Chryſoſt. Æthiop.

Verſ. 10. *Tranſeuntes primam, & ſecundam cuſtodiam* militum, qui valde erant ſomno oppreſſi, vel vigilantes cæcitate percuſſi, ut dicitur de militibus, qui venerant comprehendere Eliſæum, 4. Reg. 6. num. 14. *Venerunt ad portam ferream, quæ ultro aperta eſt eis.* Ex quo Rupertus lib. 14. & Maldonatus in cap. 20. Ioan. verſ. 19 exiſtimant per alias portas penetrativè tranſiſſe, cum de ſola ferrea dicatur aperta, quæ ſententia eſt probabilis.

60. 4. Reg. 6. Rupert. Maldon.

Probabilior eſt oppoſita; quia non eſt neceſſarium tantum miraculum, & quia penetratio propria eſt corporis glorioſi; dicitur autem *porta ferrea ultro aperta* inſigniter, quia ut ferrea erat valde fortis, ac vehementer clauſa. *Quæ ducit ad civitatem.* Ex quo patet, quod carcer erat extra Civitatem. *Proceſſerunt vicum unum*, ſeu more Hebraïco unam plateam, & cum jam Petrus eſſet in loco ſecurus *Continuo Angelus diſceſſit ab eo*, in illo nempe corpore aſſumpto, & ſicut Deus adeſt in neceſſariis, ſic à ſuperfluis recedit.

61. *Porta aperta per Angelum.*

QVÆSTIO X.

Quare Petrus, qui multa mirabilia operabatur non ſeipſum liberat à carcere, ſed ad hoc venit Angelus, & quiſnam eſſet.

AB hoc ſecundo incipit Pantileon Carrophylax in encomio S. Michaëlis apud Surium 29. Septembris, exiſtimat fuiſſe Sanctum Michaëlem, quia cum ſit Eccleſiæ Patronus, venit Petrum ipſum Eccleſiæ caput, ac Principem defendere, ac liberare. Gerſon ſuper *Magnificat* 3. p. tract. 8. ab effectu ipſum dicit *Uriel*, id eſt *fulgor Dei*, inſuperque aſſerit ipſum eſſe Angelum Cuſtodem Petri, & eidem pro ſuo munere commiſſum fuiſſe Petrum liberare.

62. *Quiſnam Angelus* Panti leon. Gerſon.

Quæſtio principaliter inquirit: Cur Petrus, qui multa magna, ac mirabilia operabatur, & qui multos à vinculis mortis, Diaboli, ac infirmitatum liberavit, non ſe ipſum à carcere eximit, ſed eſt neceſſe, ut Angelus de Cœlo veniat, ut eum de carcere, ac vinculis foras educat?

63. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondeo primo: Petrus totus ſe exiſtimat ſub Divina Providentia, & ideo nihil de ſe curabat, nec cogitabat, ſed valde Divinæ voluntati conformis totus ſe illi committebat paratus ad vitam, vel mortem, prout Deo magis placeret, & ideo cum in Concilio Iudæorum à Principibus Sacerdotum, ac Magiſtratibus multis fulminatis minis Apoſtoli forent prohibiti, ne loquerentur in nomine Ieſu, Actor. 5. n. 40. Petrus generosè reſpondit: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Ibidem n. 29. contemnens, & nihili faciens eorum furorem, ac comminatam iram, ut ibi dixi ex D. Chryſoſtom. Oecumen. & aliis.

64. *Petrus totus poſitus in Divina voluntate.* Actor. 5.

Secundo D. Chryſoſtom. homil. 26. in Acta ait: *Quare non illos per ſe ipſos ſic liberat, quare etiam hac re honorat illos Deus per Angelos eripiens*, non permittit, ut Petrus per ſe ipſum exeat à carcere, ſed per Angelum; quia ſuprema dignitas Petri, ac excellentiſſima ejus virtus, tale ſibi obſequium requirebat ab Angelis.

65. D. Chryſoſt. *Angeli gaudent in obſequio Petri.*

Cum circa meridianam horam, ac prandij tempus, Petrus eſuriret, & cùm voluiſſet guſtare, *& vidit Cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de Cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, ſerpentia terræ, volatilia, &c.* Actor. 10. n. 11. & 12. In quo de converſione gentium parabatur Petro prandium ſpirituale, ſicut & Chriſto Domino in converſione Samaritanæ, Ioan. 4. num. 3. Illud linteum, in quo offerebatur cibus ille ſpiritualis Petro, dicitur de illo: *Quatuor initiis ſubmitti de Cœlo*, ſeu, ut legit Arabicus: *Quatuor extremitatibus ſubligatum*, quæ à quatuor Angelis, de quibus agitur in Apocalypſi 7. num. 1. ut dixi citato cap. 10. quæſt. 12. maximè nota, Magno Parenti Eliæ unus corvus miniſtrabat, 3. Reg. 17. n. 6. & inde una mulier Sarepthana ibidem n. 8. Danieli, in lacu unus Propheta Daniel 14. n. 35. Soli Ieſu, ut ſupremo Domino eſurienti *Acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.* Matth. 4. n. 13. Angeli tamquam famuli ſuo altiſſimo Domino inſerviunt, ac miniſtrant, & poſt ipſum ejus Vicario, ac Vices tenenti, Petro ſcilicet, cibum deferunt per quatuor ſummitatibus.

66. Act. 10. Ioan. 4. Arabic. Apoc. 7. *Angeli inſerviunt Chriſto, & ejus Vicario.*

Tertio tanta eminens Petrus poteſtate non ſe abſolvit à vinculis, in quibus pro Chriſto maximè delectabatur, & ideo ad eum è carcere educendum venit Angelus de Cœlo, & tamquam nomine Petri audiendus eſt Chryſoſt. homil. 8. ad Epheſ. ubi ſic ait: *Erat Petrus inter milites, & venit ad eum Angelus, & percuſſo ejus latere eum excitavit; ſi quis ergo mihi diceret: Quid malles, an eſſe Angelus, qui Petrum pupugit, an Petrus qui ſalvus evaſit, mallem eſſe Petrus, propter quem venit Angelus, illa mihi prodeſſent vincula.* Loquitur Chryſoſtom. nomine ſuo, ac etiam Petri, ac ſi dicat, ſi mihi daretur optio, an vellem eſſe Petrum in vinculis, an Angelum de Cœlo, qui venit ad excitandum, potius elegiſſem eſſe Petrum in vinculis: O mirum vinculorum arcanum! tanta eſt vinctorum, & afflictorum gloria, ut in ipſis catenis, in ipſo carceris ſqualore jam jam ſuper Angelos ſe extollant,

67. D. Chryſoſt. *Vult potius eſſe Petrus in carcere, quam Angelus in luce.*

tollant, & de Chriſti gloria ibi guſtum haurire videantur.

68. Ad Philippenſ. 3 *Paulus in vinculis ſe conſiderat in cœleſtibus habitaculis.*

Ait Paulus ad Philippenſ. 3. n. 20 *Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Et iterum ad Epheſ. 2. num. 6. *Qui conreſuſcitavit, & conſedere nos fecit in cœleſtibus.* Paulus cum hæc dicebat adhuc in terris erat, adhuc cum hominibus converſabatur, & inter illos degebat, quando ait, quod converſatio ejus ſit in Cœlis, & jam in cælitibus reſuſcitatus erat Paulus in carcere, & ejus ſqualores, ac opprobria pro Domino tamquam quandam cœleſtem converſationem appendebat, ipſaque vincula, ac compedes veluti cœleſtes ſedes reputabat. D. Gregor. libro 31. Moral. cap. 31 ait: *Tunc Paulus fortaſſe in carcere tenebatur, cum ſe confedere Chriſto in cœleſtibus teſtabatur, ſed ibi erat, ubi ardentem jam mentem fixerat, non illic, ubi illum neceſſario pigra adhuc caro retinebat.*

D. Greg.

69. Epheſ. 4.

Scribens Paulus ad Epheſ. 4. n. 1. ait: *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino*, ad perſuadendum ſuos diſcipulos ad ejus dicta auſcultanda, atque ei obediendum ſe dicit vinctum catena tamquam in ſublimi, & alta dignitate, ut ex ipſis catenis ſibi fœnerari exiſtimet, ſic enim illis deliciabatur. D. Chryſoſtom. homil. 8. ad Epheſ. ait: *Nihil eſt, aquè præclarum, atque vincula propter Chriſtum, atque catenæ illis Sanctis manibus impoſitæ, vinctum eſſe propter Chriſtum eſt præclarius, quam eſſe Apoſtolum, quam eſſe Evangeliſtam: :: Maluerit Paulus eſſe vinctus propter Chriſtum, quam habitare Cœlos, non tam Beatum exiſtimo Paulum, quod raptus ſit in Paradiſum, quàm quod conjectus ſit in carcerem.*

D. Chryſoſt. *Beatior Paulus in carcere, quam raptus in cœlum.*

QVÆSTIO XI.

Quare à reſplendente Angelo excitatur Petrus percuſſo latere, & non potius apprehenſa manu, vel pede?

70. D. Chryſoſt. *Difficultas quæſtionis.*

ADeſt Angelus, & percuſſo Petri latere eum excitavit, & ut notat Chryſoſtomus, ipſe profunde, & altè dormiebat, ſed cur ad eum expergiſcendum Angelus non manum, pedemve potius apprehendit, ut videbatur facilius, ſed tantum latus ejus percutit, ac pungit?

71. Beda. *A latere Petri fundamentum Eccleſiæ.*

Beda reſpondet notans: *Percuſſio lateris commemoratio paſſionis Chriſti eſt, de cujus vulnere ſalus noſtra profluit.* Pro commemoratione paſſionis Chriſti Angelus pungit latus Petri, à latere Chriſti exierunt ſeptem Sacramenta, quibus Eccleſia Dei fœcundatur, ac irrigatur; à latere Petri exivit divina illa, & alta fidei confeſſio in qua Eccleſia Dei fundatur, ac ſtabilitur.

72. Gen. 18. Gen. 16. Gen. 28. Iudic. 6. 1. Reg 3. Luc. 1. Matth. 1. Matth. 2 Math 28 *Angeli in obſequiũ Chriſti, & Petri veniunt in ſplendore.*

Sæpè in veteri teſtamento apparuerunt Angeli Abraham, Geneſ. 18. Agar, Geneſ. 16. n. 7. Iacob, Geneſ. 28. n. 12. Gedeoni, Iudic. 6. n. 15. Samueli, 1. Reg. 3. n. 4. & cap. 15. n. 15. n. 10 & aliis, & nunquã Angeli apparuerunt eis in claritate, & luce, & etiam in novo Teſtamento, ut quando Angelus Zachariæ, Luc. 1. n. 11. vel quando apparuit Ioſeph in ſomnis, Matth. 1 n. 20. vel Magis, Matth. 2. n. 12. ſed in nocte nativitatis Chriſti apparent cum multa gloria, & ſplendore: *Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos.* Luc. 2. n. 9. & in Reſurrectione Angelus ad Sepulchrum Chriſti: Erat autem aſpectus ejus ſicut fulgur, Matth. 28. n. 3. & hic Angelus ad Petrum: *Et lumen refulſit in habitaculo*; Angeli tunc ſe exhibent in luce, & claritate quando veniunt in obſequium Chriſti, & Petri: In Nativitate Chriſti cum ipſo lux magna orta eſt in mundo Beda, ſic & in Petro ex ejus Confeſſione mundus illuminatus eſt: In Reſurrectione oſtendat ſe Angelus in multo fulgore, quia ipſa devicta morte cœlos aperuit, ſic & in Petro Angelus, in luce, quia ipſi datæ ſunt claves ad aperiendum Cœlos, ad implendas Angelorum ruinas.

73. Ad Eph. 3.

Petrus non ſolum dedit lucem hominibus, ac Orbi ſublunari, ſed etiam ipſis Angelis cœleſtibus. Ait Paulus ad Epheſ. 3 n. 9. *Diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in Deo, quia omnia creavit, ut innoteſcat Principatibus, & poteſtatibus per Eccleſiam multiformis Dei ſapientia.* Per poteſtates; ac Principatus intelligit Apoſtolus omnes Angelos, ut tenent D. Chryſoſtom. D. Ambroſ. D. Anſelm. & ipſum altiſſimum Incarnationis arcanum in Deo per Eccleſiam manifeſtatum eſt Angelis: *Ut innoteſcat Principatus, ac poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* Et in Eccleſia quis eſt iſte primus Doctor, ac Angelorum Magiſter, qui tam ſublimè Incarnationis Myſterium docuit, & aperuit? Petrus extitit, ut notat D. Paſchaſ. lib. 8. in Matthæum, qui omnium primus illud publicavit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Et quod Angeli non agnovere, Petrus agnoſcit in terris, & illuminat homines, & Angelos, inde merito Angeli ad ejus obſequium cum luce fulgurante veniunt, qui ſolum tanta cum luce in famulatum Chriſti venerunt.

D. Chryſoſt. D. Ambr. D. Anſel.

Petrus Doctor Angelorum. D. Paſch.

74. D. Chryſoſt. Actor. 3.

Semper Petrus in ſuis magnalibus valde ſingularis eſt. Cum Petrus, & Ioannes ingredirentur in Templum, claudus, qui ſedebat ad portam Templi ſpecioſam, cum vidiſſet Petrum, & Ioannem introeuntes petebat ab eis eleemoſynam accipere, tunc ait illi Petrus: *Reſpice in nos*: Illi magnam expectanti ab illis eleemoſynam, ut ait Chryſoſt. reſpondit Petrus: *Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Actor. 3. n. 6. Conſequentius ad ſuperius dicta: *Reſpice in nos*, videbatur dicendum, *quod autem habemus, hoc tibi damus*, ſed tantum de ſe Petrus loquitur: *Quod autem habeo hoc tibo do.* Quia cum Petrus ſupremum Eccleſiæ caput oſtentat ſuam auctoritatem, poteſtatem, ac doctrinam, omnis aliorum quodammodo diſparet, & non valet inire ſocietatem, & ſic vidimus ſupra cap. 2. 3. 4. & 5. dum Petrus eum cæteris Apoſtolis loquens populo, vel Magiſtratibus, ac Pontificibus, ſolus loquitur, nulluſque aliorum Apoſtolorum ne unum quidem verbum dicit. De hoc magno Apoſtolo multa dixi tom. 2. in Apocalyp. cap. 21. q. 24.

Petrus valde magnus, & ſingularis in ſuis donis.

QVÆSTIO XII.

Quare cum Angelus dixiſſet Petro, ſurge velociter ſtatim catenæ de manibus ejus ceciderũt?

75. *Miniſtri Dei veloces.*

AIt Angelus Petro: *Surge velociter.* Optimè notarunt D. Chryſoſt. & Oecum. *Velociter non trepidantis eſt, ſed ſuadentis ne cunctetur.* Dicam etiam, non ſunt verba præcipientis, ſed ſuadentis, Petro ob ſuam magnam Auctoritatem non audet Angelus præcipere, ſed tantum ſuadet, ne moras audeat interponere, ſic etiam ei dicitur Actor. 22. n. 18. *Feſtina, & exi velociter de Ieruſalem.*

Act. 22.

76.

Suos Miniſtros non vult Deus torpentes, & negligentes, ſed veloces, ac diligentes: *Qui facit Angelos*

gelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.

Hebr 1. Hebræor. 1. n. 7. & de prædicatoribus Evangelicis
Iſai. 18. ait: Iſaias 18. num. 2. *Ite Angeli veloces ad gentem*
Eccl. 31. *convulſam, & dilaceratam.* Vnde Eccleſiaſt. 31. n 27. dicitur: *In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.* Et Proverb. 22. n. 29. di-
Prov. 22. citur: *Vidiſti virum velocem in opere ſuo coram Regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.*

77. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quod Angelus valde celeriter cum Petro modo ſe habet quoadusque catenæ ceciderunt, quod potuit fieri ab Angelo, vel eas frangendo, vel aperiendo, vel ſolvendo, poſtquam vero catenæ ceciderunt, valde lentè, & morosè ſe habet Angelus cum Petro, ait
Indignum eſt, ut Petri manus eſſent alligatæ. enim ei: *Circunda tibi veſtimentum tuum, & calcea Caligas tuas*, modo lente tantis interpoſitis, qui in exordio cum tanta velocitate dixerat: *Surge velociter.* Valde durum erat Angelo, & non poterat ſuſtinere, quod Petri manus ampliſſima poteſtate plenæ eſſent alligatæ, ideoque valde feſtinanter ſe exhibet ad eas abſolvendas, & ab omni vinculo eximendas, ad cætera vero dilatatur: *Circunda tibi veſtimentum.*

78. Ait Ierem cap 27 n. 2. *Hæc dicit Dominus ad me:*
Iere. 27. *fac tibi vincula, & catenas, & pone eas in collo tuo, & mitte ad Regem Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri, & ad Regem Sydonis, in manu nuntiorum, qui venerunt Ieruſalem.* Mandat Deus Ieremiæ, ut conficiat catenam, & ponat in collo ſuo, ut non ſolum verbis,
D. Hier. Carthuſ. Hugo. ſed etiam ſignis, ut inquiunt D. Hieron. Carthuſ. & Hugo, denuntiet populo Iſraëlitico captivitatem ſub Nabuchodoſore, & ſtatim illi præcipit, ut illam eandem catenam tranſmittat ad Reges quinque vicinos eandem ſervitutem Regi Babylonico denotans, ſed cur illam catenam, quam tibi fecit Ieremias ex mandato Dei, & pro brevi tempore tenuit in collo ſuo, mittit ad illos Reges, cur non alia fabricatur? Ieremiæ magna, & ampla poteſtas data
Magna poteſtas non eſt alligandi. eſt à Deo Ierem. 1. n. 10. ait ei Deus: *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Et ut explicant D. Hieronym. Theodoret.
D. Hier. Theod. Raban. Lyranus. Rabanus, Lyran. *Conſtitui te* tamquam Prophetam, Doctorem, & ductorem multa cum poteſtate, ut deſtruas, & ædifices, & qui tanta præeminebat excellentia, ligari catena non licebat, ſed mandat Deus eam à ſe abjicere, & ad alios tranſmittere.

79. Ingreditur Noë in arcã, & cuncta animalia cum
Gen. 7. eo: *Et incluſit eum Dominus de foris*, Geneſ. 7 n. 16. & ferratus ibi Noë tamquam incluſus in carcere, ut advertit Burgenſis, maximè tamen expendendum eſt, *quod Dominus de foris clauſit eum*, & cur ad hoc non deſtinatur unus Angelus, ſicut ad Abraham: *Ne extendas manum ſuper puerum*, vel ſicut ad Agar, Iacob, Gedeon, Samueli, ut ſupra dixi q. 10. in limine, ſed ipſe Dominus per ſe ipſum de foris clauſit, quod ad ſingularem Dei providentiam erga
D. Chry ſoſt. D. Ambr. D. Aug. Noë communiter referunt Sancti Patres D. Chryſoſt. D Ambroſ D Auguſt & in hac tanta Dei Providentia illud conſidero, quod Noë erat conſtitutus à Deo Princeps, & caput totius generis humani, eique dictum eſt: *Terror, ac tremor veſter*
Gen. 9. *ſit ſuper cuncta, quæ moventur in terris.* Geneſ 9. n. 2.
Vir Magnus ſolum à Deo ligatur. Et vir tam eminentis dominationis, in magnum documentum noſtrum, non ab aliqua creatura, ſed ſolum ab ipſo Omnipotente Deo eſt recludendum, & incarcerandum.

QVÆSTIO XIII.

Quare Angelus ſuadet D. Petro, ut calceet caligas ſuas.

80. AIt Angelus Petro: *Circunda tibi veſtimentum* Beda.
tuum; quia ut inquiunt Beda, & Lyranus, Lyran.
Petrus ob frigus laxaverat veſtes ad cooperiendos pedes, ne fortè etiam milites aſtantes ob ſuam tyrannidem contererent pedes ipſius dormientis.

81. Ait illi Angelus: *Calcea te caligas tuas*: Græcus Græcus.
in quo ſcripſit D Lucas & Syriac. habent *Sandalia*; noſter tamen Interpres poſuit Caligas, quia ut ait Salmeron, alligando dicta, & quia maximè explicant rem; nam Hebræi, Græci, & Romani non *Quid caliga.* utebantur trimialibus, ut ex antiquiſſimis picturis conſtat, & noſter Interpres non poſuit calceos, qui totum pedem cooperiunt, ſed caligas, quæ à parte pedis inferioris ſoleas habebant, & à parte ſuperiori corrigeis ligabantur, & ſic dixit Abrahamus Regi Sodomæ, Geneſ. 14. n. 23. A filo ſubtegminis uſque Gen. 14. ad corrigeam caligæ non accipiam.

82. Ex dictis colliges ſolutionem cujuſdam difficultatis hic incidentis; nam Chriſtus D. præcipit ſuis Apoſtolis, Matth. 10. n. 10. *Nolite portare calcea-* Math. 10.
menta, quomodo ergo Petrus portabat caligas? Reſpondetur cum D. Auguſt. Carthuſiano, Hugone, & alijs, quos citavi tom. 3. in Evangel. cap. 7. q. 6. D. Aug. Carthuſ. Hugo.
n. 3 quod calceamenta totum pedem cooperiunt, & hæc prohibet Chriſtus, ſandalia vero, ſeu caligas, quæ ſoleas habent à parte inferiori, & ex ſuperiori *Chriſtus prohibet calceamenta, concedit ſandalia.* corrigeis ligantur, has concedit, & permittit, quibus Petrus utebatur; quia, ut ait Hugo Iudæa erat terra valde ſaxoſa, & calida, & ut ab his pedes defenderentur, talia ſandalia conſueta ſunt.

83. Angelus tam diligenter urget Petrum, ut caligas calceet, inquit Gloſſa, ut facilius, ac expeditius iter Gloſſa. arriperet. 2. Quia terra illa valde immunda non *Res Eccleſiaſtica non veniant ad milites.* erat digna illas tam ſanctas plantas tangere. 3. Caligæ illæ *res erant* Petri, non fuerunt ibi relinquendæ, ac venirent ad uſum militum res Eccleſiaſticæ, etiam una corrigea veteris calceamenti non eſt aſſumenda, & adſcribenda militibus, ut illis quocumquo modo inſerviat.

84. Cum meus Ieſus eſſet exaltatus in Cruce, de veſte Chriſti: *Dixerunt inter ſe milites ad invicem; non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cujus ſit.* Ioan. 19. n. 24. Veſtes crucifixorum erat tamquam Ioan. 19 C. Cyril. ſtipendium militum, ſic ait noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 32. *Veſtes damnatorum, quaſi hæreditatis lege ad ſe pertinentes ſibi vendicant.* Et ſimiliter D. Chryſoſtom. homil. 84. in Ioan. ſi ex lege communi, ut talium damnatorum veſtes, tamquam ſtipendium ad milites pertinerent, cur alta Dei Providentia diſponit, ut non tamquam ſtipendium, ſed per ſortem illis, ut jam dictum erat à Propheta Pſalm. 21. & magna cautela obſerva- Pſal. 21.
tum ſit? Veſtis illa erat res ſacra, & Eccleſiaſtica, *Ex re Eccleſiaſtica ne filum ſit militibus.* utpote Chriſti, ideo ipſe ſua ſuprema, & alta Providentia ordinat, ut non veniat ad milites tamquam ſuorum laborum merces, ac ſtipendium, ſed per ſortem, ac felicem eventum divinæ gratiæ, ut multi exiſtimant de milite, cui tantus theſaurus obvenit, ſic ait D. Ambroſius ad cap. 23 Lucæ: *Dividuntur veſtimenta, & aliud ſorte defertur*, nempe D. Ambr.
Dei dona. Hæc eſt alta Dei ordinatio, quod ex re Eccleſiaſtica, ne filum quidem unius veſtis ſit militibus

85. Exactores tributorum dicunt ad Petrum: *Magiſter veſter non ſolvit didrachma*, quod cum cogno-

visset Iesus ait Petro: *Ut autem non scandalizemus eos vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore ejus, invenies staterem, illum sumens, da eis pro me, & te,* Matth. 17. n. 26 D Thom. 1. 2. q. 188. art 7. in corpore: *Judas in loculis portabat pecuniam*, cur de illis non solvitur tributum, sed de statere miraculosè invento in ore piscis? Hoc tributum exigebatur à Romanis, inquit Ioseph. lib. 7. de Bello cap. 26. pro Capitolio ad sustentandum, illiusque præsidium, ducum, ac militum; pecunia illa, quam asportabat Iudas, erat Ecclesiastica ex Collegio Apostolico, noluit ergo Christus, ut aliquid ex illa daretur pro militibus, & pro evitando scandalo miraculosè solvitur didrachma.

Math. 17. D. Tho.

Ioseph. *Ex pecunia Ecclesiastica nihil militibus.*

Actor. 12. n. 11 Et Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

Num. 12. Consideransque venit ad domum Mariæ Matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes.

Num. 13. Pulsante autem eo ostium januæ processit puella ad audiendum nomine Rhode.

Num. 14. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, sed introcurrens, nuntiavit stare Petrum ad januam.

Versiones.

CVM EXPOSITIONE IV.

86. Arias. Æthiop. Tyrin. Vers. 11. *ET Petrus ad se reversus.* Arias: *Factus in se ipso.* Æthiopicus. *Reversum est ei cor ejus.* Quasi antea prorsus attonitus extra se fuisset, ait Tyrin mente à se alienata. *Nunc scio verè*, ac si dicat, hucusque putavi me in ecstasi mentis vidisse quæ vidi, vel somnium esse, at nunc vera, ac reali, experimentalique notitia deprehendo non ecstasim fuisse.

87. Gen. 48. Iudith. 13 Dan. 6. *Per peccata deperdumtur dignitates.* *Quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me.* Hæc verba sunt gratulantis, & gratias agentis; quia Deus misit Angelum suum, ut eum liberaret, sicut misit Iacob, Gen. 48 n. 16. & Iudith. 13 n. 20. Daniel. lib. 6. n. 12. & tribus pueris in fornace, Dan. 3. n. 49. *& de omni expectatione plebis Iudæorum.* Syriac. *Et ex eo, quod machinabantur adversus me Iudæi.* Nomine plebis intelligit omnem multitudinem Iudæorum, ac præcipuè Pontificum, Magistratuum, ac Pharisæorum, & quamvis nomine plebis turba vulgaris populi intelligatur; merito tamen Magistratus, & Principes Sacerdotum sub eis comprehenduntur, qui ob sua peccata dignitates suas amiserunt, cum turba vulgari populorum numerantur.

88. Lyran. Vers. 12 *Consideransque Petrus* periculum, in quo versabatur, undeque evaserat, & quod iterum facile poterat incidere in manus Herodis, subduxit se, non timore passionis ductus, ait Lyra, sed quia per visitationem Angeli intellexit prolongationem suæ vitæ esse ex voluntate Dei.

89. Arabic. Oecum. *Venit ad domum matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus* Cum Petrus se non crederet tutum in platea sic ait Arabic. *Cum rem pro certo sciviſſet, domum matris Ioannis.* Aliqui, ut Oecumen. & alij, quos citat Sixtus Senen. 5. lib. 1. & 2. existimant esse eundem Marcum Evangelistam, sed probabilius est alium esse distinctum. Ita D. Basil. lib 5 contra Eunomium cap. ult. D. Hieron. de Scriptoribus Ecclesiast. D. Dorith. in Synopsi D. Isid de obitu Sanct. & multi; nam iste Ioannes Marcus fuit socius Pauli, & Barnabæ in sua peregrinatione, ut patet ex vers. ult hujus cap & cap. 15. Marcus Evangelista non fuit socius Pauli, & Barnabæ, sed perrexit in Alexandriam. Deinde in Martyrologio Roman. 27. Septembris dicitur: Bili Phœniciæ S Marci Episcopi, qui & Ioannes à B Luca nominatur.

D. Basil. D. Hier. D. Dorot. D. Isidor. Martyrolog. Roman.

90. Syrus. *Vbi erant multi congregantes* Syriac 1. *Propterea illic fratres orantes.* Petrus alta nocte exivit de carcere, & tunc illi primitivi fideles erant orantes quæ consuetudo deducta est ad sacras Religiones ad Deum laudandum media nocte.

91. Syriac. D. Chrysost. Arabic. Vers. 13. *Pulsante autem eo ostium januæ.* Syriac. *Pulsavit fores atrij.* D. Chrysost. *Pulsavit jam vestibus.* Magnorum palatia habent ante se atrium, multaque vestibula, & cum esset alta nocte, & ostium esset clausum, illud pulsavit Petrus: *Processit puella.* Ita habet nostra vulgata, & Syriacus, & cum non dicatur ancilla, quamvis ita legat Pagnin. & exprimatur ejus nomen, videtur, quod fuerit persona nobilis filia, vel nepos dominæ illius Palatij.

92. Glossa, Arabic. Lorin. Cornel. Tyrin. *Multa de Rosa.* Helec. *Processit ad audiendum* pulsantem, vel ex curiositate, vel mota à Deo, nomine *Rhode*, quam Glossa Interlin. interpretatur, *Visio fortitudinis* ab effectu, quia habuit fortitudinem ad videndum: Tamen Græcus, & Arabic ac Expositores Lorin. Cornel. Tyrin. Menoch à radice Græca idem, ac Rosa, quæ florum princeps est, hortorum ornamentum, veris, ac omnium fructuum prænuntia, optimum ad sanitatem medicamentum, jucunditas oculorum, elegantia pulchritudinis, odorum suavitas, quem hæc puella dedit fragrantissimum: De ea scribit Helecon Episcopus Cæsarien. in additionibus ad Lucium Dext. ubi sic ait: Rhode, quæ Resulia dicta est in persecutione Trajani (ut idem refert Maïmus) superata passa est pro fide cum aliis Martyribus.

93. Syrus. Vers. 14 *Ut cognovit vocem Petri*, quem interno amore habebat in corde: *Præ gaudio non aperuit januam* Syriac. *Reversa est cursu*, ut mœrentes discipulos de carcere Petri jucundaret, & quia ipsa tam felicissimi nuntij voluit esse nuntiatrix.

QVÆSTIO XIV.

Quare D. Petrus dum Angelum existimat esse visionem non agnovit eum, nisi postquam discesſit.

94. Rasis literalis. CVm Angelus multa fulgens luce liberat Petrũ de carcere, ignorabat ipse Petrus rem, quæ fiebat: *Existimabat se visionem videre*, seu ut habet Æthiopic. *Somnium videre*, quia ita clausus carcere, ut nulla humana diligentia ab eo posset liberari, ut dixi in expositione juxta moralem sensum.

95. *Alienum à sæculo, quod innocens absolvatur, & delinquentes puniantur.* Hugo. Respondeo ad quæstionem: Erat Petrus innocens, & Sanctus inclusus in carcere, & erant ibi multi iniqui, & malefactores; & videns se innocentem à vinculis absolvi, omnesque portas sibi patefieri, cum maligni delinquentes catenati remanerent retenti in custodia, bene agnoscens hujus sæculi perversitatem, secundum quam innocentes premuntur, & depravati sublevantur, multisque gaudent, se à carcere exemptum animadvertens visionem velut somnium reputavit Hugo ait: *Patet quod clausum reliquit Petrus carcerem, quo aperto non*

non eſſet ambiguum eum evaſiſſe, attenta ſæculi malitia ſomnium videbatur, quod Petro innocenti carcer eſſet apertus, & malignis clauſus.

Ioſeph innocens mittitur in carcerem, ubi vincti Regis, ac malefactores tenebantur, Geneſ. 39. n. 20. 96. relictis aliis malefactoribus Ioſeph multo cum honore ſublimatus exiit à carcere, quod celebrans Pa- Gen. 39. ter ejus Iacob, Geneſ. 49. n. 24. *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis* Gen. 49. *Iacob*, ſcilicet Dei Iacob: ſolum Dei manus poterant efficere, ut innocentis vincula rumperentur, & in illis iniqui remanerent aſtricti, & ita Chaldæicus legit: *A facie Dei fortiſſimi Dei Iacob* A ſumma Dei fortitudine venit, quod puer alienigena ab omnibus deſtitutus à vinculis eximeretur, & alij patrocinati in eis compediti aſtringerentur. Chald.

A Deo venit quod innocens abſolvatur, & iniquus puniatur.

Secundo Petro ob ſuam magnam humilitatem 97. non venerat in mentem, ſe dignum eſſe, qui à Deo mirabiliter per Angelum à carceris anguſtiis eriperetur; videbat deinde ſe in carcere, ac vinculis multa manu militum teneri, indeque apprimè cognoſcebat Regem Herodem, ac Magnates, totumque Populum contra ſe ab omnibus derelictum inſurgere, unde quod à tantis laqueis eſſet expeditus, viſionem, & ſomnium exiſtimabat.

Humiles, & oppreſſos elevari videtur ſomnium.

Poſtquam ex Dei mandato Abrahamus fecit magnum illud ſacrificium ex vacca trienni; ex caprea, 98. ariete, turture, & columba, ſubdit, ut dicitur Geneſ. 15. n. 12. *Cum ſol occumberet ſopor irruit ſuper* Gen. 15. *Abraham, & horror magnus, & tenebroſus invaſit* Septuag. *eum.* Septuaginta: *Ecſtaſis cecidit ſupra Abra-* Chald. *ham.* Chaldæus *ſomnus cecidit.* Eique tunc ibi declaratur, quod nepotes ejus futuri erant peregrini ſub tyrannico, ac duriſſimo Pharaone, ac Miniſtrorum ejus jugo, & quod ipſo Rege invito, ac contradicente cum ſuis Magnatibus exirent multa cum gloria; ſed hæc manifeſtantur Abrahamo per ſomnium, & non potius in vigilia, ſicut & multa Gen. 12. alia ei ſunt dicta: *Exi de terra, & de cognatione* Gen. 13. *tua, faciam te in gentem magnam, numera ſtellas ſi potes, ſic faciam ſemen tuum, in te benedicentur omnes gentes*, & multa alia, quæ ei ſunt denuntiata in vigilia, ſolum illa de excuſſo Pharaonis jugo in ſomnis referuntur? Verum ſenſum literalem rectè ſcio, moraliſſimè tamen dico; quod adeo rarum, & inſolitum eſt, quod abjecti, & humiles majoribus contradicentibus ſubleventur, & erigantur, ut per ſomnium, ac viſionem exprimatur, atque innoteſcat. Huc advoco Procopium ibi, qui ait: *Verè cœleſtium dogmatum ſpeculatio, & comprehenſio non nihil obſcuritatis, primo etiam doctis, & magnis parit.* Tales diſpoſitiones Divinæ multum difficultatis noſtro intellectui ingerunt.

Oppreſſi à Regibus, liberari ſomnium videtur.

Tertio Petrus Angelum multa claritate fulgentem non videt, agnoſcit tamen cum diſceſſit, tunc 99. enim ait: *Nunc ſcio verè, quia miſit Deus Angelum ſuum, & liberavit me*, quod potuit provenire tum ex parte Angeli, tum ex parte Petri; ex parte Angeli, quia in tanta claritate ejus occultabatur præſentia, ut inde eſſet ejus reverentia. Dicitur Pſal. 17. de Deo, Pſalm 17. n. 28. *Poſuit tenebras latibulum ſuum*, latet enim ipſe, ne oculis hominum ſe ingerat, quod etiam cecinit Salomon 3. Reg. 8. n. 21. 3. Reg. 8. *Dominus dixit, ut habitaret in nebula.* Et cur ita ſe occultat, & abſcondit Divina Majeſtas? Explicat Chald. Schola Chaldaïca ad citatum locum Pſalmi. *Collocavit majeſtatem ſuam in caligine*, quæ ſunt proxima, & in uſu quotidiano ipſa conſuetudine vileſcunt, quæ procul abſunt, magis eminent; latet Deus ſub cæca nebula, ut quo minus patet, magis colatur, tamquam ad claritatem, ac auctoritatem nominis tenebras interponens: *Collocavit majeſtatem ſuam in caligine.*

Abſentia generat reverentiam.

Tum etiam ex parte Petri, qui præſentem Angelum putabat Phantaſma, vel viſionem, poſtquam 100. vero diſceſſit, Angelum Dei agnovit, ſemper enim magis recognoſcimus, & veneramur abſentia, quam præſentia. Ad ſuum dilectum clamat ſapiens Sponſa, Cant 8 n. 14. *Surge dilecte mi.* Quo conſilio hoc facis ſapiens Sponſa vis carere amplexu, ac præſentia tui dilectiſſimi Sponſi, cujus deſiderio tam ſedulè eum quæſiviſti per vicos & plateas, unde factū eſt quod incideres in cuſtodes civitatis, qui te percutientes, & vulnerantes abſtulerunt pallium tuum, cur modo exoras, ut fugiat, ac recedat? Et ſi multum deliciaretur dilecti præſentia, tamen ejus decori, ac reverentiæ magis conſulens, à communi hominum abire converſatione rogat. Optimè Virgo rerum ſapiens agnoverat quod ex abſentia multum venerationis, æſtimationis, ac reverentiæ mutuatur, ut ait Tacitus lib. 1. *Majeſtatis major ex longinquo reverentia.* De hoc multa in meis libris verbo *Abſentia.*

Potius abſentia, quam præſentia veneramur. Cant. 8.

Ab abſentia major auctoritas.

Tacitus.

QVÆSTIO XV.

Quare bona puella cum audit, & agnoſcit Petrum pulſantem ad oſtium non ſtatim illud aperit, ſed cucurrit intus ferens ad Diſcipulos nuntia?

PEtrus in ſe reverſus agnoſcens ſe ab Angelo mi- 101.
rabiliter liberatum *conſiderans, venit ad domum Mariæ Matris Ioannis.* Valde vehementer timor mentem perturbat, & rectum judicium impedit, Petrus totus tremore correptus erat, ne iterum in Herodis manus incideret, cur ergo non concitato gradu, imò & currens per vias, & vicos extraordinarios non confugit ad terras, & regiones diſſitas, & longinquas, ſed cur in eadem civitate remanet, & commoratur, ubi facile poteſt iterum ab Herodis miniſtris comprehendi; hoc tamen Petrus non egit metu perturbatus, ſed Dei conſilio illuſtratus ad certum, ac fortè aſylum confugit, ad domum nempe Mariæ, ubi de nominis umbra magnum ſibi patrocinium, ac tutamen adverſus crudelem inimicorum rabiem comparabat, ad hoc tendit Lyranus, Lyranus dicens: *Conſiderans, quo divertere poſſet, ne à cuſtodibus inveniretur, venit ad domum Mariæ*, tamquam ad certum tutamen.

Nomen Mariæ aſylum defenſionis.

Quæſtio tamen eſt, quod Puella *cum cognoviſſet* 102. *vocem Petri pulſantis, non ſtatim illi aperuit, ſed intro currens nuntiavit ſtare Petrum ante januam.* Quid agis bona puella, cur citò non curris ad reſerandum oſtium clauſum Petro, nonne vides quod quælibet demora valde periculoſa eſt Petro poſito in platea, ubi facilè à quæſitoribus iterum comprehendi poterat?

Ratio literalis eſt; quia ipſa præ gaudio, ut dixi 103. in Expoſitione voluit diſcipulos, qui intus erant valde triſtes pro incarceratione, & orantes, gaudio lætificare eum ejus libertate, & etiam quod eorum orationes fuerint exauditæ à Deo, atque etiam, ut omnes magna cum lætitia excitarentur, & concurrerent ad excipiendum Petrum, & hoc fortè provenit ex mulierum genio, quod valde proclive eſt ad deferenda, publicandaque nuntia.

Tertio Theophylactus ait: *Non aperuit illi ja-* 104. Theoph. *nuam, ſed intro currens nuntiavit ſtare Petrum ante januam, ut oblatum nuntium præmium ferat.* Relicto Petro ante oſtium, cucurrit puella ferens nuntium lucrandi cupiditate (*Ganar las albricias*) Quid facis

Multa diligentia ad lucrū, illius everſio,

mulier? defers nuntium de Petro,& eum relinquis in publica platea,ubi facile ab inquirentibus inveniri poterat,& iterum in carcerem recludi, & tua accelerata festinatione acquirendi lucrum præmij, ipsum amittere poteras,aperi ostium, ut Petrus in loco tuto maneat,tuncque Petri adventum præsens nuntiabis,sed vehemens lucrandi affectus omnem discursus rationem impedivit.

105. Aggæi.1. Ait Aggæus Propheta 1. n.6.& 9. *Et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum : : : respexistis ad amplius, & ecce factum est minus.* Et quomodo fieri potuit, ut vehemens acquirendi affectus tam incautè operetur, mittens in sacculum perforatum ? Quia sua multa diligentia,ac accelerata industria coacervandi mercedes, eas perdidit : *Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus.* Rem versans Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. ait ; *Possessio enim, quæ cum iniquitate accleratur, minor redditur : sunt enim; qui seminantes, multiplicant,& colligentes minus habent, de quo scriptum est; qui colligit mercedes, colligit in saccum perforatum.* Ipsa incauta, accelerata cupido divitias accumulandi, ac amplius multa possidendi, sua indebita diligentia, ac sedulitate totum perdit, ac dispergit ; *Possessio, quæ cum iniquitate acceleratur, minor redditur ;* sunt enim,qui dispergentes multiplicant,& colligentes minus habent.

Clem. Alex. *Accelerat⁹ ad lucrum sua acceleratione perdit.*

106. Theoph. Quarto idem Theophylactus in favorem Puellæ aliter respondet,& ait : *Vide etiam puellæ reverentiam,ac pietatem, præ gaudio non aperuit, ac rectè id ab illa factum est, ne illi* (scilicet discipuli) *statim Petro viso attoniti fidem non haberent.* Valde prudenter se habuit ; nam cum omnes scirent Petrum esse catenis reclusum in carcere, vigilantium militum custodia circundatum,& sub multis clausis portis reconditum, impossibile judicabant posse inde exire, si subito,& repente ipsum vidissent, stupefacti,& attoniti non crederent esse Petrum, sed Phantasma, vel aliquam illius figuram ; Inde sapiens fœmina,ut eorum credulitatem firmaret, omnemque ambigendi ansam amputaret, sensim eorum animos præparat, prænuntia facta de Petro pulsante, ut cum ipse eorum oculis objiceretur, multa cum credulitate, ac reverentia exciperetur : *Ne illi statim Petro viso attoniti fidem non haberent.*

Ne mens obstupefacta sit, sensim ad magna disponendum est.

107. Luc. 2. Matth 2. *Ex tenebris non immediatè ad lucem.* Ad adorandum Christum natum in præsepio vocantur Pastores per Angelum multa luce fulgentem : *Angelus Domini astitit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit eos.*Luc.2.n.9. Magi autem vocantur per stellam : *Vidimus stellam ejus in Oriente.* Matth.2. n.2. Cur non vocantur etiam per Angelum multa radiante luce,ut eorum Regali dignitati valde conveniens erat? Pastores cum essent fideles,& haberent lumen fidei, inde fuerunt capaces sustinere claritatem Angelicam ; at Magi cum essent demersi in tenebrosa infidelitatis caligine,tantum splendorem cœlestis Paranymphi non poterant supportare,& ideo ait Chrysost. *Tenuiter micans stella eos assuefecit ad lucem.*

D.Chrysost.

108. Matth.28. *Ne ex tanta præsentia subito obstupescat.* In Augustissimo, ac fulgentissimo Resurrectionis matutino, mulieribus, quæ venerant ad sepulchrum, Angelus in veste candida, ac fulgente ait *Scio,quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis ; non est hic, surrexit enim* Matth.28.n.6. Illæ præ gaudio accelerato gressu currunt,ut nuntiarēt Apostolis,ecce in itinere *occurrit illis Iesus, dicens Avete,* Ibid n.9. Iesus fit illis obviam quando veniunt de monumento,& cur non potius quando ad illud pergebant, & suum iter instituerant, si Iesus resuscitatus eis multa cum gloria subito se præsentaret, tamquam mentium alienatæ obstupescerent, disponantur ergo,ac præparentur loquela Angeli, ut cum illis se exhibuerit Iesus, illæ se etiam exhibeant multa cum reverentia, veneratione, ac gaudio.

Actor.12. n.15, At illi dixerunt ad eam, insanis; Illa autem affirmabat sic se res habere. Illi autem dicebant : Angelus ejus est.

Num.16. Petrus autem perseverabat pulsans, cum autem aperuissent viderunt eum,& obstupuerunt.

Num.17. Annuens autem eis manu, ut tacerent,narravit quomodo Dominus eduxisset eum de carcere,dixitque: Nuntiate Iacobo, & fratribus hæc, & egressus abiit in alium locum.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE V.

Vers.15. *Dixerunt, insanis.* Syriac. *Terrore turbata es.* Quod dixerunt, ait Lyranus propter fortitudinem Carceris, & propter multam custodiam;Dicam etiam,cum illud esset alta nocte, timor,ac tremor facit,ut res aliter appareat, ac est: *Illa autem affirmabat sic se res habere.* Arabic. *Illa vero institit asseverans sermonem suum sic se habere.* Chrysost. *Confirmabat.* Vna puella contra tot, & tantos viros congregatos pro suo sermone fortiter pugnabat, veritas dabat animos, & robur. *Angelus est,* Arias:Fortasse *Angelus est,* scilicet,de quo quæst. seq.

109. Syriac. Lyranus. Arabic. D.Chrysost. Arias.

Vers.16. *Petrus perseverabat pulsans.* Æthiopic. *Perseverabat altera vice, & pulsavit paululum ;* instantius, & crebrius,tum quia erat in platea expositus periculo iterum deprehendi, & etiam vehementi desiderio revisendi fratres. Petrus mirabiliter liberatus est per Angelum, quod per hominem fieri non poterat, postea vero ea,quæ erant humanæ industriæ pro sua salute,& ab homine præstari poterant, ipse confecit.

110. Æthiop. *Non requirendū miraculum ubi sufficit homo.*

Vers.17. *Annuens autem eis manu, ut tacerent.* Syriac. *Indicabat sublata manu, ut tacerent.* Nam viso Petro vehemens extitit ratio gaudij, ne ergo incomposito vocum strepitu narratio rei gestæ impediatur,silentium indicat,velut,ait Glossa : *Tacere jubet ne clamore gaudentium adventus ejus in Civitate cognoscatur.* Et tunc refert quomodo Deus eum mirabiliter eduxit,ac liberavit de carcere per ministerium Angeli.

111. Glossa.

QVÆSTIO XVI.

Quare Discipuli qui erant intus in domo,dicunt pulsantem ad ostium,non esse Petrum, sed Angelum ejus.

EX hoc patet communis, & vera, ac certa omnium fidelium doctrina, quod quilibet homo per ineffabilem Dei providentiam habet unum Angelum ad sui custodiam deputatum. Sic dicitur Psal.90. n.11. *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis in manibus portabunt te,ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.* Christus D.Matth. 18. n.10. *Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis : dico enim vobis ; quia Angeli eorum*

112. *Angeli deputantur ad nostram custodiā.* Psal. 90. Matth.11

113. *Refutantur hæretici.* Calvin. *eorum ſemper vident faciem Patris mei, & ſequuntur communiter omnes Sancti Patres.*

Vnde Hæreticorum deliramenta non ſunt audienda. Calvinus ait, quod Petro datus eſt Angelus ad cuſtodiam quandiù extitit in carcere, & unde colligit ipſe, quod nec antea, nec poſtea, ſed tantum quandiù fuit in carcere? cum Petrus ſemper in magnis periculis verſaretur; nec ſimiliter audiendus eſt Beza, qui ex ſua mente fingit, ſtandum eſt doctrinæ, quam Sacra Scriptura tradit citatis locis, & aliis cum expreſſo conſenſu Patrum, cui eſt ſtandum, & credendum. Beza.

114. D. Chryſoſt. *Angelus ad conſolationem.* Ad quæſtionem reſpondet primo D. Chryſoſt. homil. 26. ubi ſic ait: *Porro illi dicebant Angelus ejus eſt, & hoc verum eſt, quod unuſquiſque Angelum habet, & unde venit illis in mentem, tunc Angelum eſſe? à tempore illud conjecturabant*, exiſtimantes, quod eſſet Angelus Petri, nomine Petri, ut eos conſolaretur de ejus abſentia, ſicut venerunt in die Aſcenſionis ad Apoſtolos. Act. 1.

115. *Angeli veloces ad noſtrã cuſtodiam* Pſal. 103. D. Bern. Secundo à tempore illud conjecturabant? Quod Angelus Petri cauſam ejus agens venerat ad eos, ut vehementius exhortaretur, ut pro ejus libertate exorarent *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem.* Pſalm 103. num. 4. Ignem dicit, qui valde velociſſimus eſt ſemper ſurſum tendit, & omnia impedimenta adjacentia devorat, ac deſtruit. D. Bernard. ſerm. 4 de verbis Iſaïæ, ait: *Vide flammam quaſi volentem, & ſtantem ſimul.* Angeli ſtant nobiſcum, & ſimul exorantes pro nobis coram Deo, & omnia nobis adverſantia devaſtantes.

116. Gen. 32. Vt tamquam milites armati pro nobis pugnent Geneſ. 32. num. 2. *Iacob abiit itinere, quo cœperat, feruntque ei obviam Angeli Dei, quos cum vidiſſet ait: Caſtra Dei ſunt hæc.* Cum Iacob vidiſſet magnam multitudinem Angelorum, unde venit illi in mentem, ut eos Caſtra Dei diceret, quod denotat manum militum armatam? Ibat Iacob valde timidus de Fatre ſuo Eſau, adſunt ei Angeli tamquam milites armati pro ejus defenſione, ac tutamine D. Chryſoſt. ſerm. 11. de Aſſenſ. poſtquam deſcribit quod Dæmones degunt per aërem pugnantes contra nos, ſubdit: *Ita Deus Dæmonibus in aëre iſto barbaris, atque immanibus ſemper bella incitantibus, paciſque inimicis, Angelorum Caſtra opponit, ut dum vel apparent ſolum ipſos reprimant, nobiſque perpetuam pacem concilient.*

Angeli armati pro ſuis clientibus. D. Chryſoſt.

117. D. Aug. *Angeli ſuorum clientum perſonam agunt.* Thier. Tertio D Auguſt lib. de Cura pro Mortuis, & D. Gregor. lib. 2 Decalogi cap. 7. Sæpe Angeli ſuorum Clientum perſonam, ac ſimilitudinem ſumunt, ut eorum res, & cauſas agant, pro quo in magno numero exempla adduci poſſunt. Thierræus lib. 1 de Spiritus Apparitione cap 12. quanta autem ſollicitudine, ac diligentia Sancti Angeli ſalutem ſuorum Clientum affectant, & procurant. Audi Davidem. Pſal. 4. num. 5. & 6. quit ait: *Deus meus, qui mandas ſalutes Iacob. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.* Nota, quod non ait mandas ſalutem, ſed ſalutes in plurali; quia ſub illo nomine intelligit omnia bona, & quomodo mandat Deus hæc omnia populo ſuo? Explicat D. Ambroſ. ibi: *Salus in protectione Angelorum, qui ad miniſterium hominum deputantur*, & tanto affectu noſtras cauſas agunt, ut per ſalutes intelligat ipſos Angelos. Ita exponit Corderius in annotationibus ad eundem Pſalmum, & ait: *Salutes uniuſcujuſque Angelum tutelarem intelligit, qui ſalutes in plurali dicantur. Quia omne bonum ſimul cum illo immittit Deus, quod quidem ad ſalutem animæ, & corporis neceſſarium ſit. Unde quidquid boni experire poteſt homo, vel ad corpus, vel ad animam totum id cum Angelo, & per Angelum largitur Deus, qui Angelis ſuis mandavit de te in omnibus viis tuis*, inde Divinam protectionem per Angelum adminiſtrat, multa fortitudine inimicos noſtros ventilabimus cornu.

Omne bonum permanens Angelorum. D. Ambr. Corder.

Intravit Rex, ut videret convivantes, & cum vidiſſet hominem veſtitum veſte non compoſita ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit: Tunc dixit Rex miniſtris: *Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exeeriores.* Matth. 22. Aliter ſe res habet, quod Zachar. 3. num. 3 nam *Ieſus*, nempe Ioſedech filius, *erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli, qui reſpondit, & ait ad eos; qui ſtabant coram ſe, dicens: auferte veſtimenta ſordida ab eo, & dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniquitates tuas, & indui te mutatorias.* Valde diſſimilis ſe cauſa habet; nam Rex non conceſſit locum, ut homo mutaret veſtes, & nuptiales quæreret, at Angelus non ſolum dat locum, ut veſtes mutentur, ſed hoc præcipit inferioribus miniſtris, ut novis, & ſplendidis eum exornent. Vnde tanta differentia? Rex ut ſupremus Dominus, & Iudex jus dicebat, & cauſam ſecundum merita judicabat; at Angelus erat Tutor, ac defenſor populi, indeque ſordidos non ſpernit, nec deſerit, ſed omnia media interponit, ut eos ad ſalutem reducat, & totis viribus negociatur, ut abjectis veſtibus ſordidis, ſplendidis, & nitentibns componantur, & hoc non ſolum ipſe totis viribus præſtat, ſed etiam alios Angelos convocat in Auxilium: Theodoret. ibi ait: *Angelus vero Populi tutor aliis adſtantibus Angelis præcipit, ut ex illis veſtibus eum exuerent, ac docens, ut quiddam per alias veſtes deſignatur, adiecit: Abſtuli à te iniqnitates tuas.* 118. Math. 22. Zachar. 3. *Angelo omnia media ponunt pro ſalute ſuorũ.* Theod.

QVÆSTIO XVII.

Quare D. Petrus magnalia, quæ Deus erga eum fecit, mandat denuntiare Iacobo, & aliis fratribus?

TRia hæc facit Petrus: Primò ſuam mirabilem libertatem inſigniter mandat nuntiare Iacobo Apoſtoli minori; nam Major jam erat occiſus ab Herode, ut vidimus cap. 10. num. 1. Ordinat. Petrus, ut Iacobo exponatur ſua miraculoſa libertas, erat enim Epiſcopus Ieroſolymorum, ac ut loci Prælato voluit cum eo habere hanc reverentiam, ſic & Paulus illum forte hac de cauſa inviſit, de quo facit mentionem ad Galat. 1. n. 19. 119. *Reverentia Prælato.* Ad Galar. 1.

120. D. Chryſoſt. *Vana gloria vitanda.* Secundo ait Petrus, *Dicite & fratribus* D. Chryſoſt. homil 27. ait: *Non dixit ut paſſim omnibus aliis evulgarent, vanam gloriam divitans* Voluit Petrus ſua magnalialia inter ſuos, & Chriſti diſcipulos recondere, & nullam umbram vanitatis exhibere, ut dixi cap. 5. quæſt. 3. num. 21. 22. 23. 24. & cap. 10. quæſt 22 num. 173. & 174.

121. Tob. 12. *Non omnibus omnia communicanda.* At objices: Meus Raphael Archangelus dixit Tobiæ 12. num. 7. *Opera Dei revelare, & confiteri honorificum eſt*, quod verum habetur, ſi audientes ſunt capaces, aliter verò occultanda, & in hoc ſecutus eſt Petrus Chriſti exemplum, qui Reſurrectionem non mandavit omnibus nuntiare, ſed diſcipulis ſuis, & Petro. Matth. 28. num. 7. & 10. Marc. 16. num. 7. Math 18. Marc. 16.

122. Tertio Mandat Petrus ſuam miraculoſam libertatem dicere Iacobo, & fratribus, ut qui fuerant orantes pro eo, dum in carcere tenebatur, ſimul

Gratiarũ actio à multis danda.

cum eo gratias Deo redderent pro tanto beneficio accepto, Chorus enim multorum gratificantium recepta dona, res ut valde sumptuosa, & grata Deo. Cum filij Israël divisо mari transissent, Pharaone cum toto suo exercitu submerso: *Tunc cecinit Moyses, & filij Israël carmen hoc, Cantemus Domino, &c.* Exod. 15. num. 1 D Augustus. vel quisquis est Author. lib. 1. de mirabilibus Sacræ Scripturæ cap. 21. inquit: *Admirare dignum miraculum, ut cuncti pariter senes cum pueris, & omnes ætates eodem, inspirati flamine, uno quasi ex ore, nulla præmonitione edocti easdem continentur literas decantarunt in unum.* Non unus post alium, sed omnes simul, linguas miraculosè Spiritus Sanctus fecit apertas ad tantum beneficium celebrandum, ac decantandum, quod solum à Divino Spiritu provenire poterat, ut omnes simul convenirent, ait D. Augustus.

Exod. 15. D. Aug.

123. Iob. 1. Origen.

Dicitur 1. Iob. num. 6. *Cum venissent Filij Dei, ut assisterent coram Domino.* Convenerunt omnes Angeli, ac Deo frequentes adsunt, ad quid, tamen? explicat Origenes lib 1 in Iob, & inquit: *Angeli misericordias ejus confitentes, & gratias agunt pro beneficiis, quæ ille inceſſanter impertit filiis hominum.* Sunt tamquam Angeli tutelares, qui conveniunt ante Deum, ut ei gratulentur beneficia suis clientibus, ac hominibus præstita, sed ad hoc tamquam ex composito fœdere conveniunt Angeli, cur non quilibet pro se? sua perspicacia Angelica deprehendunt illi Cœlestes Spiritus, quod tunc gratiarum exhibitio illorum erit perjucundior, ac efficacior coram Deo, cum adjuncta fuerit precibus multorum

Angeli simul dant gratias.

124. Cantic. *Socias ad gratias agendas invitat.*

Cum Virgo sapiens se vidisset maximè commendatam à Christo cap. 5. num 2. Cantic. *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum est rore*, omnium donorum, ac beneficiorum; Illa vero panegyricum de Christo mirifice compositum adornat num. 10. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus; tamen pro panegyrico decantando pro celsitudine, ac majestate sui dilecti se imparem judicans Virgines sibi comites admonet, ut opem ferant. Ibidem n. 8. *Adjuro vos filiæ Ierusalem, si inveneritis dilectum, ut nuntietis ei, quia amore langueo.* Credidit Virgo, ut gratiam Deo acceptam referret ipsi esse conveniés delegatum habere chorum, qui Deo simul applauderet. Gilibert. serm. 4. ait: Gloriata de novæ ac insolitæ dulcedinis gustu, filias Ierusalem ad gratias agendas invitat.

Cantic. 8

Gilibert.

Actor. 12. *num.* 18. Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro.

Num. 19. Herodes autem cum requisisset eũ, & non invenisset, inquisitione facta de custodibus, jussit eos duci; descendensque à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus est.

Num. 20. Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis; at illi unanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum Regis, postulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum ab illo.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

125. Arabic.

Vers. 18. *Facta autem die.* Arabicus: *Porro ut diluxit dies* in qua ordinatum erat

produci, & occidit Petrum: *Erat non parva turbatio.* Syriacus: *Extitit tumultus plurimus.* Æthiopicus: *Erant conturbati milites valde*, quia timebant ne eorum negligentiæ tribueretur Petri fuga, indeque punirentur. *Quidnam factum esset de Petro.* Arias: *Quidnam Petrus esset factus.* Tigurina: *Quidnam deveniſſet Petrus.*

Syriac. Æthiop. Arias. Tigurin.

Inde variæ erant sententiæ; Quidam, & boni agnoscentes virtutem Petri, qua multa mirabilia operabatur, ut jam factum fuit alibi cap. 5. dicebant, quod virtute divina; alij, & maligni tribuebant arti magicæ, & diabolicæ. An vero portæ mansissent apertæ? res est anceps. Lyranus existimat, quod apertæ manserint, & idem habet Metaphrast. in Actis Petri 29. Iulij: E contra D. Chrysost. homil. 8. in epist. ad Ephes. Glossa Interlin. quod manserint clausæ, quod si apertæ relictæ fuissent, non esset tanta confusio, & tanta sententiarum varietas de fuga Petri, quæ ratio placet Magistro Historiæ Ecclesiasticæ in Act. & Hugon.

126. *Varie sententiæ de Petri absentia.* Lyran. Metaph. Glossa. D. Chrysost.

Vers. 19. *Herodes cum requisisset eum*, scilicet Petrum, & Inquisitione facta, verbum Græcum denotat: *Cum omnimoda efficacia*, ac etiam tortura: D. Chrysost. *Examinavit.* Æthiopic. *Iudicium administraret*, tradit D. Chrysost homil. 9. in Matth. quod cum Catenæ cecidissent de manibus Petri, illis catenis alligatæ sunt manus duorum militum, qui Petrum custodiebant.

127. Græcus. D. Chrysost. Æthiop.

Iussit eos duci. Rabanus ad carcerem D. Chrysost. homil. 8. in Epist. ad Ephes. & homil. 9. in Matth. Proculus orat. de vinculis Petri. Petrus Alexandr. Conc. 13. quod jussit eos suffocari, favet Syriacus habens; *Condemnavit illos custodes, & jussit eos necari.* Arabicus: *morte damnavit*, & ait Cajetanus, quod Deo ita ordinante mors non statim illata est militibus, ne Petri solutio alicui esset damnosa, & militibus, afferret mortem, sed sententia dilata est, & mors Herodis statim secuta, ut modo videbimus, milites dimissi sunt liberi.

128. Raban. D. Chrysost. Procul. Petrus Alexan. Syriac. Arabic. Caietan.

Descendensque à Iudæa in Cæsaream, quæ antiquitus appellata fuerat *Turris stratonis*, in eaque Herodes Agrippa in honorem Cæsaris instituit solemnes ludos, ad hanc iste Herodes cum multa nobilium multitudine se contulit, ut testatur Iosephus lib. 19. Antiq. cap. 8. ut se præpararet ad vindicandum de Tyriis, & Sydoniis.

129. Ioseph.

Vers. 2. *Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis.* Arabicus: *Erat percitus in Tyros.* Tygurina: *Bellum animo agitabat in Tyros.* ex Græco: *Pugnacem, & infensum gerens animum in Tyros.* Et ideo se transtulit in Cæsaream, ut terminis eorum appropinquaret ad bellum gerendum, causa belli nobis ignota est; Baronius suspicatur, quod Synodij facti Christiani Petrum liberaverint à carcere, sed ad hoc asserendum nullum est fundamentum, & ideo communiter non recipitur.

130. Arabic. Tigurin. Græcus. *Non recipitur Baron.*

At illi unanimes postulabant pacem ab eo. Persuaso Blasto, qui erat cubicularius, ac intimus familiaris Regis, ad hoc, ut in hac pace esset mediator, & causam postulatæ pacis apponit Textus: *Eo quod alerentur Regiones eorum ab illo.* Syriac. *Propterea, quod victus regionis ipsorum ex ipso regno Herodis penderet:* frumenta, & alimonia ex Iudæa deferebatur ad Tyros, & Sydones, ac proinde facto bello periret.

131. *Causa petitæ pacis.* Syriac.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XVIII.

Quare cuſtodes Chriſti bene habent apud Pilatum, cuſtodes Petri male apud Herodem?

132. MErito D. Chryſoſt. homil. 8. in Epiſt. ad Epheſ. de gravi culpa arguit Herodem, quia cum Petrus non fuiſſet repertus in carcere ſtatim cuſtodes jubet duci ad mortem, ut exprimit Syriacus: *Iuſſit eos necari*; Si enim res fuiſſet probè examinata, cuſtodes eſſent innocentes inventi ſine culpa: ſic ait citatus Chryſoſt. *Si illos examinaſſet poterat excuſari. Nunc vero cuſtodes exhiberi ſibi fecit, examinavit, & didicit vinctum fuiſſe Petrum, carcerem probe munitum, ante illius januam fuiſſe cuſtodes, nec tamen parietes effoſſos, nec quidquam adeſſe, quod alicuius maleficij indicium daret, & tamen ad capitale ſupplicium damnat*, quid nefarius ac cœleſtius!

Syriac. *Iniqui ſine debito examine damnantur.* Chryſoſt.

133. Inde eſt quæſtio præſens: Quare iſti cuſtodes carceris Petri male audiunt apud Herodem, ut ad ſupplicium capitale ferri mandantur: at cuſtodes ſepulchri vacuum denuntiantes ſepulchrum benevole, ac amicabiliter recipiuntur à Pilato, ac Principibus, unde tanta differentia? Milites carceris Petri verum teſtificabant aſſerentes Petrum non in humana, ſed ope divina è carcere ereptũ fuiſſe; at cuſtodes ſepulchri portentoſum mendacium aſſeverabant; dicentes: *Diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.* Matth. 28. n. 13. Illi veritatem adſtruentes inviſi ſunt Regi; Poſteriores mendacium fabricantes valde grati, ac plauſibiles ſunt Principibus, apud quos mendacium ſummopere prævalet D. Cyrillus Ieroſolymit. Catechet. 14. & ait: *Quare ſicut Petro de cuſtodia exeunte condemnati ſunt cuſtodes, ſic etiam, qui Ieſum cuſtodiebant, non ſunt condemnati, ſed illi quidem mulctati ſunt, &c. Iſti autem ſilentes veritatem, & ipſam occultantes, à Principibus Sacerdotum ſervati ſunt*, utpote placentia judicij mendacis induentes.

Matth 28 *Vrates male audiunt apud Principes, aliter mendaces.* D. Cyril. Ieroſol.

134. Cum Deus ob multa peccata Achab diſponeret, ut ipſe deciperetur in conſiliis ſuis, ut ab illis omnibus eſſet fruſtratus, ait ſupremus Dominus: *quis egredietur, & decipiet Achab*, ſtatim Dæmon ſuam addit manum, dicens: *Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum* 3. Reg. 22. n. 20. & ſtatim divinum oraculum addit. *Decipies, & prævalebis*, & unde tam certa victoria de effectu ſecuturo: *Decipies, & prævalebis?* Facile fieri poterat, ut Rex renueret, & non acquieſceret. Defertur mendacium, quod valde potens eſt in Curia Regum, certum igitur eſt, quod prævaleas, & triumphes Cajet. ait, *Manifeſtat Deus efficaciam hujus medij, nempe mendacij in curia, & hoc officium mentiendi uſque adeo verſatur in curiis ut Diogenes definierit, curiam eſſe locum ad decipiendum, & prævalendum.*

3 Reg. 22

Mendacium prævalet in aulâ Regis.

135. Cum David ſe multis adverſitatibus undique circundatum videret; multa enim in eum mala irruerant, poſtulans Dei miſericordiam, & protectionem hoc unum, & valde magnum Deo exponit Pſalm. 39 num. 11. *Non abſcondi veritatem tuam à Concilio multo* In concilio Principum, Regum, ac Magnorum non abſcondi veritatem, ut ſolet fieri, ſed ibi patenter, & clarè eam dixi, & manifeſtavi, quod quidem valde magnum, ac rarum de ſe teſtificatur David, cum apud homines de mendacio vivatur Ait ſapiens: *Dulcis eſt hominis panis mendacij* Proverb. 20. num. 17. Nam ſicut homo ſuaviter pane alimentatur, ſic & dulciter mendacio paſcitur, de illoque vivit.

Pſal. 39. *Valde admirabile verũ dicere in conſpectu Regis.*

Actor. 12. *n.* 21. Statuto autem die Herodes veſtitus veſte Regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.

Num. 22. Populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis.

Num. 23. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expiravit.

Num. 24. Verbum autem Domini creſcebat & multiplicabatur.

Num. 25. Barnabas autem, & Saulus reverſi ſunt ab Ieroſolymis expleto miniſterio, aſſumpto Ioanne, qui cognominatus eſt Marcus.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

Verſ. 21. *Statuto autem die.* Syrus: *Die autem percelebri.* Æthiopic. *Tunc una die deſignata*, Erat dies ſecundus Iudæorum pro Cæſaris ſalute, ut ait Ioſephus lib. 19. Antiquit. cap. 8. & erat dies illa ab Herode aſſignata, ut Tyrij, & Sydonij ejus audirent ſententiam circa pacem poſtulatam. Herodes veſte Regia, quæ dicit purpuram, Sceptrum, & Coronam: *Concionabatur ad eos*, Arabicus: *Alloquutus eſt eis cum apparatu*, multa de pace, ac quiete. 136. Syrus. Æthiop. Ioſeph. Arabic.

Verſ. 22. *Populus autem acclamabat* adulando Herodi. *Dei voces, & non hominis*, Syriacus: *Hæ ſunt filiæ vocum Dei* Arabicus: *Vox iſta Dei eſt*, quæ adulatio, ac acclamatio videtur fuiſſe exorta à Tyriis, & Sydoniis, ut maximè Herodis gratiam auſpicarentur, illorumque vocibus Cæſarienſes excitarentur. 137. Syriac. Arabic.

Verſ. 23. *Confeſtim autem.* Syrus: *Ea ipſa hora*, in qua illæ adulationes jactabantur, vox eſt *Dei non hominis*, & ille ſibi complacens acceptabat, in quo graviter peccavit. *Percuſſit eum Angelus Domini* mittens in illum vehementem dolorem viſcerum, ac putredinem, & fœtorem, ut ait Ioſephus citatus. 138. Syrus. Ioſeph.

Eo quod non dediſſet honorem Deo Syriacus: *Eo quod non tribuiſſet gloriam Deo*, ſed ipſe multa inflatus ſuperbia illas acclamationes veluti divinorum tamquam ſibi debitas referebat, cum totam Deo potius deberet tribuere, à quo eſt omne bonum. *Et conſumptus vermibus expiravit* intra quinque dies, ut ait Ioſephus, & hæc hiſtoria paulo poſt liberatum Petrum à carcere contigit. 139. Syriac. Ioſeph. Caietan.

Verſ. 24. *Verbum autem Domini creſcebat.* Syriacus: *Proinde Evangelium Dei prædicabatur, & incrementum capiebat.* Vatablus: *Augeſcebat.* Æthiopicus: *Sermo Dei magnus fuit.* Extincto Herode tam crudeli, & diro ſupplicio, magno Chriſtianorum hoſte, utpote in pœnam ſuorum malorum, & viſis mirabilibus, quæ per Apoſtolos fiebant, audaciùs, & libentiùs Evangelium prædicabatur, meſſiſque Chriſtiana multum augebatur. 140. Syriac. Vatabl. Æthiop.

Verſ. 25. *Reverſi ſunt ab Ieroſolymis*, ſcilicet in Antiochiam, ex qua miſſi fuerant, ut tempore famis eleemoſynam pauperibus Ieroſolymitanis portarent, ne perirent, in tanta rerum ſterilitate, ut vidimus ſupra cap. 11. n. 20. & 30. 141. Actor. 11.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIX.

Quare tam pestiferè acclamatur Herodes, ut ejus voces non dicantur hominis, sed Dei?

142. Iosephus. QVod etiam describit Iosephus lib. 19. Antiquit. cap. 7. dicens: *Mox adulatores perniciosi, aly aliunde acclamantes Deum consalutabant, rogantes, ut faveret propitius, hactenus enim, ut hominem reverentes, nunc agnoscere, & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius.* Tantum potest Adulatorum malitia, ut homines tamquam Dij venerentur.

143. Zach. 11. *Adulatores Deos fingunt.* Mandat Deus Zachariæ Prophetæ cap. 11. n. 15. *Sume tibi vasa pastoris stulti*, qui nec piè, nec sapienter rem disponat, & gerat, sed stultè, ac inepte miscear sacra prophanis, tamen cum sit suscitatus pastor in terra, statim acclamatur num. 17. *O pastor, & Idolum*, & cum sit tam indignus, & inhabilis, utpote stultus, veluti Idolum, ac Deus acclamatur; habet ille potestatem, & rerum habenas in republica, à quibus multorum negotia determinantur, inde consequenter ab adulatoribus non ut homo, sed ut Deus veneratur, ac colitur. Lyra ibi: *Sunt adulatorum Idola, quos tamquam Deos colunt, ut per eos valeant promoveri.*

144. Caiet. De Absalon dicitur, quod suis blanditiis, ac medacissimis affectibus Israëlitas avertebat à Patre suo Davide, & sibi alliciebat, unde ait Textus 2. Reg. 15. num. 6. *Sollicitabat corda virorum Israël.* Caietanus ex Hebræo legit: *Furatus est Absalon corda virorum Israël*, ex eo quod Absalon amorosis affectibus aliorum animos ad se inclinaret furti arguitur merito; nam fur rem alienam à proprio Domino rapit, sicque illam clam sibi appropriat, eodem sane modo Absalon corda filiorum Israël à suo proprio Domino Davide surripiebat, & ad se trahebat. Cajetan. ibi ait: *Ad instar furti describitur acquisitio benevoli animi virorum Israël erga ipsum Absalonem, quia verè furti species fuit relative ad Regem Davidem; Clam enim abstulit corda virorum Israël à patre, trahendo illa ad se, hoc est enim furtivè surripere.* Eodem pene modo adulator aliena encomia surripit, ut appropriet illi, cui sibi magis placuerit.

Adulator fur alienarum laudum. Caiet.

145. Oseæ 7. Loquens Osee Propheta cap. 7. num. 1. de Rege Israel, ejusque Magnatibus, quomodo, Diabolo instigante, persuadebant populo, ut debitum honorem Divinum diverterent à vero Deo Creatore Cœli, & darent vitulis aureis, de quibus falsò, & mendaciter multa jactabant, ait Propheta: *Operati sunt mendacium, & fur ingressus est spolians, & latrunculus foris.* Negotiatores tantæ iniquitatis, qui seducentes populum multa inania de vitulis publicabant; erat *fur ingressus* Diabolus in corda eorum, & Hieroboam *latrunculus de foris*, multa externis verbis dicens, sed cur diabolus, & Hieroboam in præsenti eventu appellantur fur, & latro? Merito sane; quia honorem debitum Deo furati sunt, ut Bruto animali deferrent Rupertus ibi: *Mendacium sunt operati dicendo de vitulis, qui utique non erant Dij.* Isti sunt Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti: *Pulchrè ergo dictum est*, Fur ingressus est spolians, *scilicet Diabolus furtim animas devorans*, & latrunculus foris, videlicet Hieroboam latro visibilis, qui foris, id est, extra partem Domini peccare faciens Israël, grande latrocinium fecit.

Adulatores latrones aliorū laudum.

QVÆSTIO XX.

Quare Angelus tam crudeli plaga percussit Herodem?

QVisnam esset iste Angelus? Lotinus existimat fuisse Angelum malum, tamen videtur, quod fuerit Angelus bonus, ut exequutor Divinæ justitiæ; Ita Estius existimat, quod fuerit Angelus Custos Herodis, qui ex ejus Custode factus est ejus persecutor, ac exterminator; sicut ille Angelus Custos, & præses populi Israelitici in deserto, de quo dicitur Exod. 23. n. 20. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedet te, &c. Audi vocem ejus, quia non dimittet cum peccaveris*: Quia sicut est Custos in via, sic erit vindex peccatorum. Ita Ioannes de Lahay, Estius, Cornelius, & alij.

146. Lotin. Estius. Angelus Custos. Exod. 23 Lahay. Cornel.

147. *Crudele tormentum.* *Percussit eum Angelus Domini.* Immisso dolore vehementissimo in ejus viscera simulque putredine cum intolerabili fœtore in carnes, ex quibus vermes prodibant, qui eum vivum corrodebant, & dilacerabant, quam pœnam hæreditavit ab Avo suo Herode Ascalonita qui infantes occidit, quia pediculis interiit. Addit Iosephus lib. 17. cap. 11. Antiquit. bubonem visum fuisse super caput Herodis velut prænuntium tantæ calamitatis, Oecumenis asserit pro bubone fuisse Angelum. Ioseph.

148. Modo super eum tam durum, & acerbum supplicium venit ob magna, & horribilia crimina ab ipso perpetrata, Iacobum Apostolum occidit, Petrum incarceravit, crudelissima, ac insannabili ira, & furore Christianos persequebatur, modo tanta superbia inflatus regali purpura auro fulgente indutus, & populo voces illius, ut voces Dei acclamante, se tamquam Deum reputans, in se ipsum Divinam Iram concitavit.

149. Zach. 3. *Superbia vestis interitum; humilis defensionem advocat.* Primo compone modo Iesum magnum Sacerdotem in sordido habitu cum Herode Regali purpura exornato, de illo dicitur Zachar. 3. n. 5. *Ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Satan stans à dextris ejus, ut adversaretur ei.... Et Iesus erat indutus vestibus sordidis.* Ecce Iesus Sacerdos habet in sui tutelam Angelum defensorem contra hostiles incursus Satanæ; at Herodes inter faustas populi acclamationes traxit Angelum ad sui interitum. Vnde tanta rei differentia? Vestis humilis, & sordida sollicitavit ad magni Sacerdotis defensionem Angelum; at vero Regius cultus auro resplendens provocavit furorem Angeli ad lethale vulnus. Petrus Damian. lib. 6. epist. 14. ait: *Herodes dum indutus veste regia conspicuus cernitur, dum ei Dei voces habere non hominis acclamatur, protinus ab Angelo feriente percutitur, &c. Sic nimirum, sic divino dignus est judicio dejici, qui coram oculis hominum, de nitore cultoris habitus ambit arroganter extolli.* Damian.

150. D. Hier. Iudith. 10 *Iudith in sordido habitu devincit.* Quod optimè confirmat D. Hieronymus epist. 1. ad Furian & inquit: *Legimus Iudith viduam confectam jejuniis, & habitu lugubri sordidatam, qua non lugebat mortuum virum, sed squalore corporis sponsi quærebat adventum. Video armatam gladio manum, cruentam dexteram, recognosco caput Holofernis de mediis hostibus reportatum, vincit viros fœmina, & castitas truncat libidinem, habitu repente mutato, & victrices sordes redit omnibus sæculi cultibus illustris.* Iudith. sordido, & lubrico habitu, non tam pro mortuo viro, sed & cum illa novum sponsum quæreret Deum Iudith 10. num. 3. Illustri conatu Holofernis caput amputavit, inimicos devicit, & de

libidine

libidine triumphavit, & ideo ſuas victrices ſordes reaſſumpſit

151. D. Chryſoſt. *Vana gloria ſuper omnia ſcelera ad ſe trahit divinam iram.*

Secundo D Chryſoſt homil. 27. ponderans Herodem tam dira pœna percuſſum ab Angelo, ait: *Vide quando Apoſtolum occidit, nihil tale fiebat.* Multa, & graviſſima ſcelera perpetratus eſt Herodes, Iacobum occidit, Petrum incarceravit, innumeroſque Chriſtianos trucidavit, numquam tale paſſus, nec contra eum Angelus de Cœlo deſcendit, nec elementa corruptione, ac vermibus conſurgunt, & inter tot ſacrilega ſcelera ei parcunt, una tamen vanæ gloriæ oſtentatio omnia conglomerato agmine ad illius exterminationem, & exitium convocat. *Deus diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent.*

152. Baeça. Daniel 4. *Vbi vana gloria, ſtatim pœna.*

In hujus rei confirmationem præclarè ponderat Sapientiſſimus M Didacus de Baeça tom. 2. in Evang. lib. 9 cap. 1. § 11. id quod habetur Daniel. 4. num. 26. *Poſt finem menſium duodecim in aula Babylonis deambulabat, Reſponditque Rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regis in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cum ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de Cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex, regnum tuum tranſibit à te.* Dignum ſane ponderatione! quando vaſa aurea templi prophanis manibus pertractat, quando ſtatuam ſuam adorandam erigit, quando tres pueros innocentes inter flammas conjici jubet, inter tot, tantaque ſcelera nil patitur, cum vero quædam vanitatis gloria prodit, ſtatim *Cum ſermo adhuc eſſet in ore Regis vox de Cælo ruit*, Cum tot ſcelera, & peccata prætereantur, tamen hæc una vana gloriatio, qua homo ſuper ſe extollitur, omnia ſupplicia in ſe fulminat, advocat, atque attrahit. Vide ſupra cap. 10. q. 22. n. 172. 173. 174.

QVÆSTIO XXI.

Quare tam crudeli, ac extraordinario ſupplicio periit Herodes?

153. *Superbus ad infimam vilitatem.*

HErodes magnifica indutus veſte, populo acclamante voces illius non hominis, ſed Dei eſſe, multa ſuperbia elatus, præſumens de ſe eſſe aliquid ſupra hominem, alto Dei judicio deprimitur, ac in extremam vilitatem demergitur, & abjectionem patitur, fœtore nempe, carne putrida, vermibus corrodentibus, acutiſſimiſque doloribus & horribili bubone in capite apparente.

154. Thren. 4. Syriac.

De Principibus, ac Magnatibus Iſraël in captivitatem dicitur Thren 4. num. 5. *Qui nutriebatur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* Syriac. *Qui nutriti ſunt ſuper croceos, ecce dormiunt in ſterquiliniis.* Croceus erat genus veſtimentorum regale rubrum, ac crocineum, quo inſervientes Deo utebantur, & pro magnis deliciis habebatur, at vero cum tanto bono abuterentur, multis, & magnis peccatis ad extremam vilitatem devenerunt, ut inſervirent in ſterquilineis, portantes ſtercora ſuorum dominorum ut ponderat D. Auguſt. in Pſalm 80 D. Nilus in Alcetico, & ait: *Qui in croceis educati ſumus, nos ſtercore coinquinamus? Cum enim in ſplendidis, ac præclaris cogitationibus verſamur, in croceis nutrimur: Cum autem hac miſſa vivendi ratione, terrenis negotiis involuimur ſtercore nos operimus.* Qui cœleſtibus omiſſis implicantur terreſtribus in ſtercore verſantur, ſtercoreque operiuntur.

D. Aug. D. Nilus. *Ex peccatis ad ſtercora devolvitur homo.*

155. Levit. 11.

Prohibitum erat lege Levitic 11. num. 26. *Animal, quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit.* Et qualenam crimen eſt in animalibus ſuper manus ſuas degere, quod ſevera immunditiæ pœna mulctatur? Nullum in bruto animali peccatum, utpote quod illius eſt incapax; ſed ibi denotatur homo cum ſua inani confidentia, qui vero Deo contempto, multum in operibus manuum ſuarum confiſus præſumit ſe digito poſſe Cœlum pertingere, in omne fœdum, & immundum præcipitatur, ut ab omnibus rejiciatur D. Nilus citatus ait: *Cur à Deo deficientes ſpem brachij firmamus, Dominique providentiam manibus noſtris adſcribimus... Hoc ænigmate lex deſignat; quod manibus, inquiens, incedit, immundum eſt. Manibus incedit, qui manibus nititur, quique ſpem in illis omnem ſitam habet.*

Qui confiuant in ſe ipſis immundi.

D. Nilus.

QVÆSTIO XXII.

Quare ſolus Herodes tam rigide punitur, & non etiam illi qui applaudentes dicebant illius voces non eſſe hominis, ſed Dei?

156. Oecum.

AVditis fauſtis acclamationibus grandi ſupplicio punitur Herodes, cum tamen, ut notat Oecumenius, nihil tale ipſe dixerit, ſed tantum acquievit, & perjucundo animo acceptavit, dum acclamarentur voces Dei, non hominis, & numquid talia blaſphemo ore proferentes, impuniti remanebunt?

157. Oecum. *Reſervatur ad ſuum tempus aliquorum ſcelera.*

Reſpondet Oecumenius ibi, verum quare non etiam aſſentatores punientur? *Utrique ſanè ſupplicio digni erant, verum cum nondum tempus ſit judicij, is punitur, qui maximè obnoxius eſt crimini.* Etſi omnes valde promererentur dignam ſuorum delictorum pœnam, tamen Herodis ſcelera tam ob præſentem vanitatem, quàm ob multa, quæ contra Apoſtolos perpetrarat, facinora, ad cumulum devenerunt, ut divinam Iram concitaverint; at quoad aliorum peccata adhuc non erat judicij tempus, ſed citò veniet, & non tardabit. Adhuc non ſunt *completæ iniquitates Amorrhæorum.* Geneſ. 15. num. 16.

Gen. 15.

158. Iſai. 5. Arias. *Si pœna differtur, non aufertur.*

Ait Iſaïas cap. 5. num. 25. *Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percutiet eum, & conturbati ſunt montes, & facta ſunt morticina eorum, quaſi ſtercus in medio platearum. In iis omnibus non eſt adverſus furor ejus, ſed adhuc manus extenſa.* Exarſit furor Domini in populum ſuum ob illorum peccata *conturbati ſunt montes*, ut exponit Arias Montanus, Principes, Duces, ac Magnates tam rigido, ac horrendo ſupplicio, & facta ſunt morticina eorum, nempe cadavera putrida, & fœtida, ut ſtercus, ſed quievit ibi ira Domini. *Sed adhuc manus extenſa*, ad nova ſupplicia inferenda, atque ad alios caſtigandos. Interlinealis: *Adhuc extenſa, ut alios percuſſura.* Lyra: *Extenſa ad puniendam abominationem populi ſecundum tempus, quo placuerit juſtitiæ Divinæ.*

Interlin. Lyran.

159. Exod. 14. *Talis dux talis exitus.*

Sequebantur iſti miſeri applaudentes Herodem, illius ſimilem exitum invenient; cum devenisſent Iſraël ad mare rubrum, & ſimul Pharao cum ſuo exercitu varia extitit utriuſque ſors, & diſſimilis, ut ſcribitur Exod. 14. num. 28. *Reverſæ ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui inſequentes ingreſſi fuerant mare, nec unus quidem ſuperfuit ex eis: Filij autem Iſraël perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro.* Vnde tanta differentia; cur

ſequatur

sequatur Pharaonem Ægyptiacus exercitus, Israel Deum in columna nubis. Non ergo mirum, quod Pharaonis perditio universos secum involverit sectatores, & divina protectio in securum, ac tutamen ducat Israël. Origenes in homil 6. in Exod. ait: *Qui Ægyptius est, & sequitur Pharaonem, ille vitiorum fluctibus mergitur, qui vero sequitur Christum, aquæ ei murus fiunt, ipse autem in media via insequitur per siccum.* Ex ductore, quem habes, ad talem exitum devenies.

CAPVT XIII.

1. *ERant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus.*
2. *Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.*
3. *Tunc jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos.*
4. *Et ipsi quidem missi à Spiritu Sancto abjerunt Seleuciam, & inde navigaverunt Cyprum.*
5. *Et cum venissent Salaminam, prædicabant Verbum Dei in Synagogis Judæorum; Habebant autem, & Joannem in ministerio.*
6. *Et cum perambulassent universam Insulam usque Paphum, invenerunt quemdam virum Magum pseudoprophetam, Judæum, cui nomen erat Bariesu.*
7. *Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba, & Saulo, desiderabat audire Verbum Dei.*
8. *Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconsulem à fide.*
9. *Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto intuens in eum.*
10. *Dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.*
11. *Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat, qui ei manum daret.*
12. *Tunc proconsul cum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.*
13. *Et cum à Papho navigassent Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergem Pamphiliæ, Joannes autem discedens ab eis reversus est Jerosolymam.*
14. *Illi vero pertranseuntes Pergen, venerunt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi Synagogam die Sabbathorum, sederunt.*
15. *Post lectionem autem legis, & Prophetarum miserunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite.*
16. *Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite.*
17. *Deus plebis Israël elegit Patres nostros, & plebem exaltavit cum essent Incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea.*
18. *Et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.*
19. *Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte destribuit eis terram eorum.*
20. *Quasi post quadringentos, & quinquaginta annos, & post hæc dedit judices usque ad Samuel Prophetam.*
21. *Et exinde postulaverunt Regem: & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin annis quadraginta.*
22. *Et amoto illo suscitavit illis David Regem, cui testimonium perhibens dixit: Inveni David filium Iesse, virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.*
23. *Hujus Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israel Salvatorem Iesum.*
24. *Prædicante Ioanne ante faciem adventus ejus baptismum pœnitentiæ omni populo Israël.*
25. *Cum impleret autem Ioannes cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego, sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceamenta pedum solvere.*
26. *Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus missum est.*
27. *Qui enim habitabant Ierusalem, & Principes ejus, hunc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbathum leguntur, judicantes impleverunt.*
28. *Et nullam causam mortis invenientes in eo, petierunt à Pilato, ut interficerent eum.*
29. *Cumque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt eum in monumento.*
30. *Deus vero suscitavit eum à mortuis tertia die, qui visus est per dies multos his.*
31. *Qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem; qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.*
32. *Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad Patres nostros repromissio facta est.*
33. *Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris, resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*
34. *Quod autem suscitavit eum à mortuis, amplius jam non reversurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis sancta David fidelia.*
35. *Ideoque, & aliàs dicit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.*
36. *David in sua generatione cum administrasset voluntati Dei dormivit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.*
37. *Quem vero Deus suscitavit à mortuis, non vidit corruptionem.*
38. *Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, quibus non potestis in Lege Moysi justificari.*
39. *In hoc omnis, qui credit justificatur.*
40. *Videte ergo ne superveniat vobis, quod dictum est in Prophetis.*
41. *Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini, quia opus operor ego in diebus vestris, opus, quod non credetis, si quis enarraverit vobis.*
42. *Exeuntibus autem illis rogabant, ut sequenti Sabbatho loquerentur sibi verba hæc.*
43. *Cumque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Judæorum, & colentium advenarum Paulum, & Barnabam: qui loquentes suadeban*

bant eis ut permanerent in gratia Dei.

44. *Sequenti verò Sabbatho penè univerſa civitas convenit audire Verbum Dei.*

45. *Videntes autem turbas Iudæi, repleti ſunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blaſphemantes.*

46. *Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.*

47 *Sic enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ.*

48. *Audientes autem gentes gaviſæ ſunt, & glorificabant Verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.*

49. *Diſſeminabitur autem Verbum Domini per univerſam regionem.*

50. *Iudæi autem concitaverunt mulieres religioſas, & honeſtas, & primos civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum, & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus ſuis.*

51. *At illi excuſſo pulvere pedum in eos, venerunt Iconium.*

52. *Diſcipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu ſancto.*

ARGVMENTVM.

SAULUS, & Barnabas Ieroſolymis ſuo eleemoſynarum miniſterio confecto revertuntur ad Antiochiam, inde Spiritus Sancti imperio mittuntur ad prædicandum gentibus: Saulus in Cypro ad finem adduxit Sergium Paulum Proconſulem, Elymam Magum excæcavit; Ipſe deinde cum Barnaba abeunt Pergen Pamphiliæ, & Antiochiam Piſidiæ, à Iudæis è Synagoga expulſi, excuſſo pulvere pedum, ad prædicandum gentibus pergunt.

Actor. 13. num. 1. Erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ Prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Monahen, qui erat Herodis Tetrarchæ Collactaneus.

Num. 2. Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dixit illis Spiritus Sanctus; ſegregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

1. Verſ. 1. CVm cognoviſſent fideles, ut patet ex cap 11. n. 19. pronuntiante Agabo magnam futuram famem ex Antiochia per Saulum, & Barnabam miſerunt ſubſidium eleemoſynarum ad fratres in Ieruſalem, quo munere expleto reverſi ſunt in Anthiochiam, in qua erant *Prophetæ*, quæ futuræ prædicebant, & *Doctores*, qui fidem explicabant, & docebant Ita Lyranus.

Lyran.

2. Verſ. 2. *Tunc illis jejunantibus*, ad omne magnum opus præmittendum eſt jejunium, & ex hoc loco Eccleſia ante tempora ordinationum inſtituit jejunia. *Dixit Spiritus Sanctus*, per internam inſpirationem: *Segregate mihi.* Syrus: *Secernite mihi* & ſubdit Textus: *Imponentes illis manibus*, de quo quæſtione prima, ac de nominibus in his verbis contentis.

Syrus.

QVÆSTIO I.

De nominibus contentis in quinque prioribus verſibus.

3. PRimum *Anthiochia* ab Antiochij Alexandri Magni ſucceſſoribus, ædificata, extructa, & gubernata, ab eis nomen accepit, ſicut & græcum Idioma, quamvis proprium haberet, ſcilicet Syrum, utpote Syriæ Metropolis illuſtriſſima.

Barnabas, qui dicebatur Ioſeph, Levites, Cyprus, qui habebat agrum, & vendidit, & pretium attulit, & poſuit ad pedes Apoſtolorum, & ob ſuam magnam virtutem ei nomen Barnabæ impoſitum eſt, id eſt filius conſolationis, ut patet ſupra Actor. 4. n. 36. 37. vide ibi dicta. 4. Barnab. Actor. 4.

Simon Niger ad diſtinctionem Simonis Petri dicitur Niger à colore atro, ait Gloſſa Ordinaria, ſicut à flavo appellabantur flavij, ab Albo, Albini, à Rufo apud Romanos Ruffini. 5. Simon.

Lucius Cyrenenſis, qui Cyrenæ fuit Epiſcopus, ut de eo ſcribunt Beda, Vſuardus, Ado, & inter ſanctos cum ſcribit Martyrologium Romanum die 6 Maji. 6. Beda. Vſuard. Martyr.

Manahen, de quo ſic habet Martyrologium Romanum 24. Maij: *Antiochia S. Manahen Herodes Tetrarchæ Collactanei, Doctoris, & Prophetæ ſub gratia novi Teſtamenti in eadem urbe quieſcentis.* De eoque agunt eadem die Beda, Vſuardus, Ado, & Petrus *de Natalibus* lib. 5. cap. 34. Dicitur Herodis, nempe Antipæ, qui fuit filius Herodis Aſcalonitæ, & patruus Herodis Agrippæ, de quo fit mentio ſupra cap. 12. n 1. Hic Herodes Antipas per irriſionem Chriſtum veſte alba induit, & Ioannem Baptiſtam occidit. 7. Martyr. Romam. Beda. Vſuard. Ado. Petrus.

Dicitur *Collactaneus* Herodis, id eſt lactatus lacte quidē nutricis, ex quo colligunt Lorinus, Cornelius, Eſtius, Menochius Manahen fuiſſe virum inſignem, ac illuſtrem, utpote collactaneum Herodis Regis. 8. Lyran. Cornel. Eſtius. Menoch.

Sed multa virtute illuſtratus; nam Theophylactus pro collactaneus legit *Educatus*, qui cum eſſet nutritus eodem lacte, & educatus eadem pueritia, ac magiſterio, nil participavit, ac guſtavit de malitia, ac nequitia Herodis, ſed ab illa omnino putum & integrum ſe ſervavit, ut Propheta, ac doni Doctor fieret, ut obſervat Theophylactus ibi: *Præter hos Manahen, qui erat cum Herode educatus: ecce tibi mores uniuſcujuſque non à pueris educatio ſalvos facit: Vide enim, ut Herodes quidem peſſimus fuerit. Manahen, qui una cum eo educatus fuerat, tantum ab illo mutatus, ut etiam munus prophetæ conſecutus ſit.* 9. Theoph. *Bona indoles nulla malæ ſocietate corrumpitur.* Theoph.

Tres illi ſancti pueri mittuntur in fornacem Babylonis ignis ardentis, etſi multi ſancti operante Divina omnipotentia liberati ſunt ab igne, multo

excellentiori, ac illustriori modo se Deus habuit cum his tribus pueris super cæteros, nam illi colligati injecti sunt in fornacem, sed ignis non eos læsit, imo potius inservivit, ut ligamina comburet, ut expediti potuerint deambulare: Angelus Domini descendit de Cœlo ut faceret eis ventum roris flantem ad magnum recreationis levamen, imo ipse Rex cum accederet ad fornacem totus admirabundus clamat: *Nonne tres compeditos misimus in medium ignis, video quatuor solutos*: & species quarti similis Filio Dei.* Dan 3.n.92. Vnde tanta excellentia, ut Deus tot, & tantis mirabilibus cum sanctis his pueris se exhiberet, cum tanta mirabilia super cæteros sit operatus. Recole, quod cum hi sancti pueri cum aliis de semine Regio ducti essent in Babyloniam, constituit eis Rex Magistrum, ut doceret eos literas, & linguam *Chaldæorum*. Daniel. 1. num. 4. id est mores Chaldæorum, à quibus sancti pueri custodierunt se ipsos ne coinquinarentur ab eis, & qui sub eodem doctrinæ lacte, ac sub eadem disciplinæ forma præ cæteris se purum, & integrum custodit, & servat, & valde mirabiliter magnis prodigiis à Deo extollitur, ac sublimatur. D. Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 139. ait: *Tres illi pueri, ac Daniel curiosam, & supervacaneam Chaldæorum disciplinam minime didicerunt hinc liquet, quod hic leonibus, illi autem igni venerationi fuerunt.*

Daniel. 3.

Vbi terrena vigent difficillime virtus floret.

Daniel. 1.

D. Isidor. Pelusiota

10. Cum Rebecca à S Viro Isaac concepisset, fœtuum conceptorum motum, ac collisionem molestissimè ferebat, divinum oraculum consuluit, à quo responsum accepit. *Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex utero tuo dividentur*, Genes. 25. num. 23 Isti duo gemelli erant Iacob, & Esau, ambo in eodem utero, eodem lacte, ac pastu enutriti; Iacob dilectus, & sanctas, ab eo populus sanctus, & dilectus, Esau reprobus malus, & talis ejus populus: Ecce mores valde diversi, & unde tanta commotio, ac contentio? Quale nam erit remedium? *Duo populi ex utero tuo dividentur.* Tunc datur quies, & requies, tunc virtus secura consistit quando boni à malis separantur, ab eisque sunt divisi. Philo lib. de Abel, & Cain ait: *Supplex Rebecca Deum rogabat: dignaretur docere quid mali hoc esset, quodve hujus remedium; Qui sic respondit: Duæ gentes in utero tuo sunt. Verum duo populi ex ventre tuo discedent. Hoc remedium, ut discedant, separenturque ab invicem, nec amplius simul habitent.*

Gen. 25.

Boni à malis separandi ut consistant.

Philo.

QVÆSTIO II.

Quare jejunantes imponunt manus super Saulum, & Barnabam, & quid sit illa manuum impositio.

11. DIxit eis Spiritus Sanctus per internam inspirationem eis, scilicet, Prophetis, ac Doctoribus, & Prælatis, qui erant in Anthiochia: *Segregate mihi.* Syrus: *Secernite mihi* ad opus, ad quod vocavi eos; alij legunt *in auxilium*, ad quod vocavi eos Iejunantes imposuerunt manus super eos.

Textus. Syriac.

12. Quæstio igitur inquirit quid fieret, seu conferretur per illam manuum impositionem. Prima sententia tenet, quod non fuit actio ordinativa, sed tantum deprecativa; Ita Arias, Caietanus, Estius, Suar. 3. p tom. 3 disp. 34 sect. 1. & alij. Et ratio est; quia jam Saulus erat ordinatus à Deo Apostolus. Actor. 9. n. 15. & ideo ipse ait ad Galatas 2. n. 6. quod ab Apostolis nihil acceperit, similiter de Barnaba suo socio 2. Corinth. 8. n. 19. quod ordinatus, & constitutus socius fuerit suæ peregrinationis.

Prima sententia negat.

Arias. Caietan. Suarius. Estius.

Secunda, & verior sententia est Saulum, & Barnabam fuisse ordinatos Episcopos, imo & presbiteros ab aliis Episcopis, quos ibi D. Petrus ordinavit. Ita hic D. Chrysost. D Leo epist. 81. vel juxta aliam editionem 79. Henriques lib. de Sacramento Ordinis cap. 3. Turrianus lib 1 de Hiera. Ord. cap 20. in præsenti Lorinus, Cornel Menoch & alij.

13. *Secunda affirmat.* D. Chrysost. D. Leo. Henriq. Turrian.

Prima ratio est; quia ex nullo alio loco colligitur Saulum, & Barnabam fuisse creatos Episcopos nisi ex hoc loco; nam illud, quod adducitur Actor. 9. num. 15. quod Christus dixisset de eo: *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum.* Nihil inde potest colligi ad Episcopatum; nam postea Paulus fuit baptizatus ab Anania, nec etiam pro contraria sententia facit id, quod adducitur ex epistola ad Galatas, ubi ait: Paulus, quod Apostoli, nihil ipsi consuluissent, quantum ad doctrinam Evangelicam, quam ipse testatur non accepisse ab homine; sed per revelationem Iesu Christi ad Galatas 1. n. 12.

14. *Episcopatus ex hoc loco colligitur.* Actor. 9. Galat. 1.

Secundo Christus Dominus quosdam Apostolos Episcopos ordinavit, & ipsi Apostoli alios Apostolos Episcopos ordinarunt, ut Petrus Iacobum minorem Episcopum Ierosolymorum, ut tradunt aliqui Authores, & exempla adducit Henriques citatus. Tertio, quia ex hoc exemplo disposuit Ecclesia quod ante ordinationum tempus, præmitterentur jejunia; per illa enim animus disponitur ad veram sapientiam, & ad omnia sobrie, juste, ac recte agenda. Philo lib. de victim. ait: *Ij nos admonet, temperantia inter omnes virtutes utilissima, pane enim contentus esse potest sectator sapientiæ, habiturus sanum corpus, & mentem sobriam.*

15. *Per jejuniũ animus disponitur ad magna.* Philo.

Ait David Psalm. 62. num. 3. *In terra deserta, invia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Vehementissimo desiderio flagrabat David videre gloriam Dei, ejusque virtutem, & ad hujus rei fruitionem constituit se in terra deserta, invia, & inaquosa, in qua nullus erat fructus, nullus cibus, nullumq; alimentum, ut ita ipse jeiunus tamquam in sublimi sanctuario constitutus (tale enim est ieiunium) fieret capax, ac aptus ad videndam gloriam Dei, eiusque infinitam, atque altissimam virtutem. S. Ambros. serm. 37. in quadragesima ait: *Desertum plane quoddã ipsum corpus Christiani cum non repletur cibis, non poculis irrigatur. Desertum, inquam, est corpus nostrum, cum abstinentia marcescit caro siti pallor obducitur.* Nota *Tunc Christus Dominus habitat desertum pectoris nostri, cum nostram terram fame squalidam, ac siti aridam esse reperit, secundum quod ait Propheta, sicut in terra deserta, invia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.*

16. Psal. 62. *Per jejunium cõstituitur homo in quodam sanctuario ad videndũ Deum.* D. Ambr.

Valde dura, & terribilis est illa Dei vox vocantis primum Parentem Adamum: *Vbi es Adam?* Genes. 3. num. 9. ac si in nullo loco valeat consistere, ut sui delicti pœnam audiat; E contra vero valde familiaris, & amica ipsius Dei vox ad Patrem Eliam: *Quid hic agis Elia?* 3. Reg. 19 num 13. ut inde magnam mercedem recipiat: Vnde tanta rei differentia? Adamus erat pastus cibo vetito Elias quadraginta dierum ieiunio purificatur, & ideo admagna, & sublima vocatur Tertullian. lib. adversus Physicos sic ait: *Cum Elias in speluncam divertisset, quam familiari congressu Dei exceptus est: Quid tu Elia hic? multo amicior vox ista, quam Adam ubi es, hæc pasto homini minabatur, illa vero jejuno blandiebatur, tanta est circunscripti victus prærogativa, ut Deum præstet homini contribunalem, parem re vera pari.* In his ultimis verbis facit

17. Gen. 3. 3. Reg. 19 *Ieiunium ad se advocat omnes cœlestes favores.* Tertul.

facit Tertullianus allusionem ad Petri verba in Thabor Christo Domino dicentis. *Vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, Eliæ unum.* Matth. 17. num. 4. & quomodo Petrus æqualiter offert tabernacula Domino, & servis? Ieiunium in tantum sublimavit Moysen, & Eliam ad quædam vestigia quodammodo cum Domino referenda, *Tanta est circumscripti victus prærogativa, parem re vera pari.*

Matth 17

Actor. 13. *num.* 6 Et cum perambulassent universam Insulam usque Paphum invenerunt quendam virum Magnũ pseudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Barieſu.

Num. 7. Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente: Hic accersitis Barnaba, & Saulo desiderabat audire Verbũ Dei.

Num. 8. Resistebat autem illis Elymas Magus, (sic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconsulem à fide.

Num. 9. Saulus autem, qui & Paulus repletus Spiritu Sancto intuens in eum.

Num. 10. Dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.

Num. 11. Et nunc manus Domini super te, & eris cœcus non videns solem usque ad tempus: & confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manum daret.

Num. 12 Tunc Proconsul cùm vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE II.

Vers. 6. *ET cum perambulassent.* Syrus: *Cùm* 18. Syrus. *perlustrassent usque ad Paphum Urbem,* Cyprij, valde celebrem carminibus Poetarum. *Virum Magum pseudoprophetam,* qui se ut Simon Magus vocabat: *Virtutem Dei* & per magicam artem multos ægros sanaverat; *Cui nomen erat Barieſu,* de quo nomine large, & prolixè Franciscus Lucas, & nomen est, *ac Filius Iesu* Id est, ac filius; Videtur quod Pater hujus Magi, dictus fuisset Iesus, seu Iesue. De nomine Barieſu. Franciſc. Lucas.

Vers. 7. Qui erat cum Proconsule, qui tanquam Vicarius Consulis Romani administrabat, & gubernabat totam Provinciam. *Sergio Paulo,* à quo & Paulus nomen habuit, ut dicam q. sequenti: *Viro prudente.* Syriacus: *Sapienti*: ubi est Sapientia, & prudentia, ibi est desiderium salutis, quod est donum Dei. 16. Syrus.

Vers. 8. *Elymas Magus.* Videtur esse barbarum nomen, & fortasse Cypreum antiquum significans sua lingua magum. Ita Sanches Cornelius à lapide, Menochius, Tyrinus, & forte nomen proprium erat Elymas, quod multi deducunt à verbo Hebræo *alam,* id est *abscondere,* vel à verbo græco, quod significat *involvere,* qui suis magicis artibus multa abscondebant, & involvebant, indeque usurpavit nomen, ut diceretur *Barieſu,* id est Filius Salvatoris, quia per suas magicas artes docebat salutem, vel quia Pater ejus dicebatur Iesu, seu Iesue, ut multi erant in Hebræo populo, qui tali nomine dicebantur, ut testatur Iosephus. 20. De nomine Elymas. Sanches Cornel. Menoch. Tyrin. Ioseph.

Vers. 9. *Saulus autem, qui & Paulus;* Ex hoc loco semper dicitur Paulus, ut dicam q. sequenti: *Repletus Spiritu Sancto,* ut ait Lyranus, cujus virtute videbat ea, quæ aliis erant ignota & occulta: *Et intuens in eum* ardentibus oculis Dei zelo repletus. 21. Lyran.

Vers. 10. *O plene omni dolo* interno in anima. *Et omni fallacia* externa ad dementandos homines Pagninus & Tygurina: *Omni versutia.* Arias: *omni maleficentia.* Syrus: *Omnibus flagitiis:* Tot verba multiplicantur ad exprimendam summam hominis nequitiam. 22. Pagnin. Tigurin. Syrus.

Fili Diaboli, Syriacus: *Fili Criminatoris.* Arabicus: *O fili fraudulenti* imitatione operum, ac malorum: *Inimice omnis justitiæ,* virtutis, probitatis, ac sanctitatis, quæ est in Evangelio, ut statim explicat: *Non desinis subvertere vias Domini rectas* Græcus, & Syriacus legunt de futuro. *Non desinis.* Per quod ostenditur malitia hominis consummata. *Subvertere.* Tygurina: *Invertere vias Domini rectas.* Impugnare nempe Evangelium, quæ est salutaris via Domini, quæ recta nos ducit in Cœlũ. 23. Syrus. Græcus. Tigurin.

Vers. 11. *Ecce manus Domini super te.* Syriacus vindex, ac puniens te. *Et eris cæcus,* ut pœna exterior respondeat cæcitati interiori. *Non videns Solem usque ad tempus,* temporariam, & non perpetuam cæcitatem illi inflixit Paulus, ut pœna compunctus resipiscat: *Et confestim in eum cecidit caligo,* id est in eo instanti, ac momento apprehendit eum cæcitas, ut videretur aperte, quod illa pœna, ut ait Lyra, non fuerit à causa naturali, sed supernaturali, & caligo, quæ est instar nubis, vaporis, vel nebulæ, quæ oculos obnebulat ne videant; *Et circuiens quærebat, qui ei manum daret,* ut ita ejus cæcitas omnibus fieret manifesta. 24. Syriac. *Vt compungatur infligitur pœna tãtum modo temporaria.* Lyran. *Quid caligo.*

Vers. 11. *Cum vidisset factum.* Arabicus: *Cum vidisset miraculum* ex divina virtute, in testimonium doctrinæ per Apostolos prædicatæ. *Credidit admirans.* Lucifer Carelat: *Credidit cum admiratione stupens,* quod ubi tanta erat virtus Divina nulla falsitas subesse poterat. *Super doctrina Domini.* Non dicitur doctrina Apostoli, sed Domini; quia nisi esset Domini, eam ipse tanto miraculo non approbasset. 25. Arabic. Carelat.

QVÆSTIO III.

Quare Saulus dicitur Paulus ex Sergio Paulo baptizato, & aliquæ de ipso Sergio notantur:

DIcitur in Textu: *Saulus, qui & Paulus.* Huc usque semper dicitur Saulus, hic primum vocatur Paulus, quod nomen deinceps ei tribuit D. Lucas, ex quo apparet, quod occasione Sergij Pauli Proconsulis, ut etiam cum prædicaret ad gentes nomen Hebræum Saulus in græcum, & latinum Paulus commutavit, ut maximè se gentibus insinuaret, eisque gratior fieret. 26. *Prædicator intẽdat se insinuare cum auditoribus.*

Aliter Divus Augustinus lib 8. Confess. cap. 4. ait: *Ipse ex priori Saulo Paulus vocari amavit ob tam magnam insignem victoriam.* Semper Saulus dictus: at vero Paulo Sergio Proconsule baptizato se Paulum nominari voluit, utpote quod tam illustri homine ad fidem adducto magnum victoriæ trophæum de gentilitate reportabat, & quia sic suæ prædicationi primitias honorari voluit, secutus in hoc morẽ Græcorũ, ac Romanorũ, qui à rebus præclarè gestis denominabãtur, ut testatur Plutarchus in Coriolano, qui ait: *Nam aut à virtute, aut fortuna,* D. Aug. 27. *Quod meritis comparatur. magnum est nomẽ* Plutarchi

quemadmodum, & apud Græcos, huiuſmodi indi ſolebant cognomenta. Scilicet Romani, ſic & Iacob à ſua fortitudine in luctamine dictus eſt Iſrael, Geneſ. 32. n. 28. Vnde ait Nazianz. orat. 35. *Pro pietatis præmio nominis commutationem accepit.*

Gen. 32. D. Naz. 28.

Novem eſſe choros Angelorum valde notum eſt: Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim, paſſim in Scriptura nominantur Paulus ad Epheſ. 1. n. 21. Quatuor enumerat. *Super omnem principatum, poteſtatem, virtutem, & dominationem.* Et ad Coloſſenſ. 1. n. 16. qui hos referens adjungit *Thronos*, unde illis tam diverſa nomina à Ab officiis, & ſuis actionibus. Sic Origenes homil. 23. in Ioſue: Maximè in rem noſtram à diverſo modo, quo ſe habuerunt in prælio contra Luciferum. Author eſt Rupertus lib. 1. de Victoria cap. 17. ſic ait: *Beati ſpiritus, qui in Creatoris ſui dilectione manſerunt, & in virtute ſteterunt, venerabilibus ordinibus diſtincti merito, & ſplendidis nominibus decorati*, &c. Qui in illo bello ſummè dilexerunt Seraphim, qui multa acutie penetrarunt machinationem Luciferi. *Cherubim*, qui primi fuerunt in bello. *Principatus*, Qui multa poteſtate, ac virtute pugnarunt. *Virtutes, & poteſtates*, Qui cœlum ſolum eſſe Dei ſedem cœli cœlorum; nam ex glorioſis factis *merito ſplendidis nominibus fuere decorati.*

Epheſ. 1. Coloſſ. 1.

A Lucifero victo nomina ſortiuntur Angeli.

29. Deſcribens Moyſes ſummum rerum opificium, ait: *Creavit Deus*, Gen. 1. n. 1 Deus, qui eſt ens ſupremum, & excelſum ſuper omnia, qui ob ſui ſublimitatem non poteſt definiri, noluit dici, & nominari, niſi prius præmiſſo, ac præpoſito admirabili opificio totius Orbis, ut notat Theophylactus Antiochen. lib. 2. ad Antolyſe, & ait: *Non enim fas eſt Deus temerè, & otiosè nullo ſubjecto opere nominari.*

Gen. 1. *Deus cum opere.* Theoph.

30. Hoc etiam conſilio meus Ieſus ab ineunte infantia non ſine pulvere, & ſanguine parat ſibi Ieſus nomine appellari, Luc 2 n. 21. ſed prius cultro circunciditur, & ſanguinem fundit, quod notavit D. Bernard. ſerm. 5. *Neque enim meus Ieſus nomen vanum, aut inane portat, non eſt in ea magni nominis umbra, ſed veritatis.*

Ieſus cū ſanguine.

31. Quia noſter Apoſtolus dictus eſt Paulus à Proconſule Sergio Paulo converſo, ut iam dixi, de ipſo Sergio Paulo accipe, quid de eo ſcribit Lucius Dexter ad an. Chriſti 76. *Sergius Paulus Hiſpali, Corduba, Barcinona, Ceſar auguſta, Secuncia, & plurimis aliis Hiſpaniæ partibus prædicat, totaſque Hiſpaniæ Provincias peragrat.* Eum creatum fuiſſe Epiſcopum in Gallia, tradunt graves Authores, de eo ſic habet Martyrolog. Rom. die 22. Martii. *Narbonæ in Gallia Natalis S. Pauli Epiſcopi Apoſtolorum diſcipuli, quem tradunt fuiſſe Sergium Paulum Proconſulem, qui à Paulo Apoſtolo baptizatus, cum in Hiſpaniam pergeret, apud Narbonam relictus ibidem Epiſcopali dignitate donatus eſt, ubi prædicationis officio non ſegniter expleto clarus miraculis migravit in Cœlum.* Plura de eo ſcribit & refert Baronius ad citatum Martyrolog.

Quis Paulus Sergius. Lucius Dext.

Martyrolog. Rom.

QVÆSTIO IV.

Quare D. Paulus Elimam magum potius percutit cæcitate, quam alia pœna?

32. AIt ei Apoſtolus: *Ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus*, ut cæcitas, quæ interius erat in animo, & ſuis maleficiis abſcondebat, exterius appareret, & qui avertebat Proconſulem, ne Apoſtolum audiret, etiam nec ad eum accedere poſſet.

Interius exterius manifeſtatur.

Ingeniosè aliam rationem excogitavit D. Chryſoſt. homil. 28. in Acta *Etiam nunc ait; Ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus. Quo ille adductus eſt ſigno, hoc, & hunc voluit adducere.* Paulus cum in ſua nequitia eſſet obſtinatus cæcitate percutitur; *aperti ſque oculis nihil videbat*, Act 9. n. 8. Apoſtolus ſua eximia charitate, maximè exoptabat huius miſeri ſalutem, medium cæcitatis, quod utile agnoverat ei adhibet, ut ipſe ad ſalutem veniat, & viſum corporalem, & ſpiritualem recipiat.

33. D. Chryſoſt.

Quod ſibi inutile, ſequendum.

Magnæ, ac ſummæ prudentiæ eſt, viam, quam agnoſcis tibi proficuam, ſequi, ab eaq; non deſiſtere, ad quod nos admonet Ieſus ſuo facto, ut homini cæco ſuum viſum reſtitueret: *Expuit in terram & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos eius*, Ioan. 9. n 6. & quale remedium lutum ad præſtandos lucidiſſimos hominis oculos. In primo opificio ex luto formavit hominis lucidiſſimos oculos Deus: ergo medium, quod fuit tam proficuum informatione, erit in reſtauratione, ac illuminatione. D. Irenæus lib. 5. ſic ait: *Sumpſit Dominus lutum de terra, & plaſmavit hominem, quapropter Dominus expuit in terram, & fecit lutum, & ſuperlinivit illud oculis oſtendens antiquam plaſmationem, & manum Dei oſtendens. Nec jam alteram requiramus manum, nec alterum Patrem ſcientes, quoniam qui plaſmavit nos ab initio, hæc in noviſſimis temporibus perditos exquiſivit nos.* Lutum in manu Dei fuit aptum medium ad hominem formandum, erit & ad ipſum reſtaurandum, ut diſcas eligere medium benè ſibi probatum, & aliud non requirendum.

34. Ioan 9.

Medium aptum in ædificatione ſit in reſtauratione. D. Iren.

Ex mandato Abrahæ ſervus ſenior domus ejus proficiſcitur in Meſopotamiam, ad quærendam Sponſam filio Domini ſui Iſaac, & quænam ſit Virgo ad tantum matrimonium digna, oratione facta ad Deum ex eo ſigno indagare intendit: *Puella cui ego dixero: inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa reſponderit: bibe, quia & Camelis tuis dabo potum: ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac*, Geneſ. 24 n. 14. Magna indagine inquirendum, cur homo ſenex, & prudentiſſimus nil aliud exoptat in fœmina eligenda ad tantum negotium, niſi tantum hoſpitalitatis gratiam, & benignitatem, ac clementiam in extraneos, nil ſollicitus eſt, an puella ſit pudica, modeſta, bene morigerata, timens Deum, mitis, & manſueta, ſed ſolum de hoſpitalitatis indulgentia cogitat. Bonus ſervus vehementer perquirebat augmentum domus Domini; viderat illa quanta bona multiplicata ſunt Domino ſuo Abrahamo ex hoſpitalitatis benevolentia, tres Angelos habuit in tabernaculo, Iſaac ſuſcepit in promiſſione, & in eo Chriſtum D. Geneſ. 18. Ideo in uxore dirigenda, maximè eandem in extraneos propenſionem exoptat, ut multiplicato hoſpitalitatis affectu in multum cumulum, ereſcant, & augeantur cuncta bona, & ideo bonus ſervus, ut expertus de fidelitate Domini ſui nil aliud quærebat. Procopius ait: *Hoſpitalitatem noverat non nimiam eſſe felicitatis cauſam.*

35. Gen. 24.

Illud elige quod agnoſcis felix.

Gen. 18.

Procop.

QVÆSTIO V.

Quare tàm citò, ac feſtinanter pœna cæcitatis apprehendit hunc miſerum?

AIt Paulus ad Magum: *Erit cæcus non videns ſolem uſque ad tempus, & confeſtim cecidit ſuper eum caligo.* Sic & Elia ad quinquagenarium: *Deſcendat*

36.

Deſcendat ignis de Cœlo, & devoret te. Deſcendit ignis de Cœlo 4 Reg 1.num. 11. pueris illudentibus maledixit Elyſæus: *Egreſſique duo urſi de ſaltu laceraverunt ex eis* 4. Reg.2 num 24. ſic & D. Petrus dixit ad Saphiram: *Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum efferent te* Actor.5. num. 9. Exauditis exectationibus oſtendebatur Deum approbare illorum facta, quæ non ex ira, & odio procedebant, ſed ex zelo juſtitiæ, & ut etiam fieret manifeſtũ in quanta æſtimatione juſti ſunt apud Deum. D.Athanaſius ad Anaſtaſ. Synai q.75. & ait: *Vides quemadmodum Deus ſuos honorans famulos, exaudit eos, & preces eorum, & execrationem: Facit enim eorum voluntatem, & exaudit eorum orationem.*

4.Reg. 1. 4.Reg.24 Actor 5. *Recta pœna nõ ex odio ſed ex juſtitia.*

37. Ecclеſ.4. *Maledictus ex zelo juſtitiæ exaudiur.*

Ait Eccleſiaſtic. 4. num.6. *Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum, qui fecit illum:* Mirum ſane quod dicatur Deus aures ſuas præbere maledicentibus, & execrantibus, ſi hæc non fiant ex odio, ſed juſtitiæ zelo, ſtatim exaudit, & annuit. Carthuſian. ibi ait: Oratio pauperis imprecantis tibi ex zelo iuſtitiæ mala pœnalia, per quæ corrigeris in hac vita, exaudietur à Deo.

38. Iſai. 49. *Qui contra concionatores ſe opponãt dire percutiuntur.*

Maxime veniamus ad rem noſtram de obſiſtentibus, ac ſe opponentibus contra prædicatores, ut Magus iſte ait Iſaïas 49. num. 2 *Poſui os meum, quaſi gladium acutum in umbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam.* Se maximè cuſtoditum, ac monitum ſub umbra divinæ manûs, ac ejus Omnipotentiæ oſtendit, tamen ſe comparat cum gladio evaginato, & acuto, & cum ſagitta bene diſpoſita, ac bene præparata, optime concionatoris lingua inſtar ſagittæ, gladiive utitur Deus, ut inimicos ſuis renuentes præceptis proſternat; qui enim gladio evaginato, ac bene obfirmato, ac ſagittæ volanti ſe opponit, neceſſe eſt ut dirè ſaucietur, & crudele vulnus ſuſcipiat Procopius Gazæus valde opportunè ad citatum locum Iſaïæ, ubi ſic ait: *Ipſa Evangelij promulgatio gladius adverſus Diaboli tyrannidem extitit; dedit & nobis ipſum Spiritus gladium, cujus ope Dæmonum fraudes propellimus: indeque quod ſpiritu oris ſui Ananiam, & Saphiram Petrum interfeciſſe legimus, quod Paulum denique verbo oris ſui Elymam obcæcaſſe.* Nota quod lingua concionatorum dicitur gladius, & ſagitta, gladius de propinquo, ſagitta è longinquo ferit; quia eorum oppugnatores, in nullo loco à ſuſcipienda percutione, ac vulnere effugient, ſed eos pœna apprehendet.

Procop.

39. Matth.2. *Doctrina Evangelica lux, ſi rejiciatur caligo.*

Cum Herodes cogitaret interficere Dei verbum Chriſtum Dominum monet Angelus Ioſeph, ut cum puero, ac matre tendat in Ægyptum, qui Cœleſtibus monitis obtemperans: *Conſurgens accepit puerum nocte, & matrem ejus, & ſeceſſit in Ægyptum.* Matth. 2.num.13. Poſtea verò cum jam tempus eſſet, monitus eſt Ioſeph, ut regrederetur in terram Iſrael, ait Textus: *Qui conſurgens accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſraël.* Matth. 2. num. 2. In quo maximè notandum eſt, quod quando Impius Rex perſecutionem moliebatur, & inſidias tendebat contra Dei verbum, ut à ſe abigere faceret: *Nox erat,* & tenebrarum caligo, ac veluti occaſus Solis, at vero cum omnia ſunt placida, nulla noctis fit mentio, cum excipiantur Dei Verbum, ejuſque præcones, nova lux inſtar exorientis jubaris refulget, omnia fiunt lucida, ac conſpicua, & tamquam novo vigore concepto repullulant: Opportunè Beda: *Et bene cum Iudæam deſerit, fugere, & hoc nocte dicitur: Cum vero revertitur in illam, non ſolum fuga, ſed nec noctis fit mentio, qua nimirum quos ob peccatorum tenebras olim perſecutores reliquit, ipſos ob lucem fidei tandem ſe quarentes remiſit.*

Beda.

QVÆSTIO VI.

Quare Apôſtoli Simonem Magum ſolum verbis reprehendunt, at Paulus Elymam Magum non ſolum verbis, ſed etiam cæcitate?

40. *Difficultas quæſtionis.*

Simon Magus diabolica plenus arte cùm videret, quod per manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, accurrit ad Apoſtolos oblata pecunia, dicens Date & vos mihi hanc virtutem, graviter in eum invehitur D. Petrus: Actor 8.n.20. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem & nulla impoſita pœna:* E contra Elymam Magum non ſolum D. Paulus diris verbis objurgat, ſed etiam cæcitate percutit: *Eris cæcus, & non videbis Solem.* Actor.8.

41. D.Iſidor. Peluſiota

Reſpondet primo D. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 354. & ait: *Impium hominem prudenti conſilio Paulus coercet innexa ipſi admonendi cauſa, cæcitate, quæ etiam ipſum eo tanquam porrecta manu duxit, ut Apoſtolo ſe in diſciplinam traderet. Didicit enim eo medicaminis genere incredulitatem ſuam curare, quo etiam ſanitatem adeptus eſt.* Vbi ſpes ſalutis eſt ſapienter correctionis pharmacum adhibetur, ſi autem ulcus inſanabile judicatur, correctionis remedium ſupervacaneum: de hominibus depravatis, qui iam nullo modo proficerent, dicebat Ieremias 12.n.3 *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* Et ait congrega eos, ut explicant D. Hieron. D.Tho Raban. Hugo ut ſolent oves mactandæ congregari, imo & ſaginari in ovile, & *ſanctifica eos*, id eſt ſepara, ſeu ſepone eos, quaſi rem ſacram, ut nemo eos tangat, ut immoles tuæ iuſtitiæ, ac debitæ pœnæ perſolvantur. *Non peccatoribus obſtinatis correctio adhibenda.* Ierem.12. D.Hilar. D. Tho. Raban. Hugo.

42. *Intendebat damnum ſpirituale proximorum.*

Secundo Simon Magus opponebat ſe contra authoritatem Apoſtolorum, eis faciens iniuriam, dum exiſtimabat eorum virtutem, ac dona Dei poſſe pecunia emi, vel vendi: at Elymas opponebat ſe ſaluti ſpirituali proximorum intendens Proconſulem, ac populum avertere, ne doctrinam Evangelicam Pauli ad ſuam ſalutem audirent: Sancti etſi iniurias ſibi illatas generoſo, ac pacato animo ſuſcipiant, quæ verò vertuntur in damnum ſpirituale proximorum rigido, ac forti animo, acrique pœna coniuncta plectuntur: Vide multa verbo *Charitas*, vel *ſalus*.

43. Tertull.

Tertio Tertullianus lib. de anima cap. 57. ait: *Elymas æque ut Simon præſtigias adverſus Apoſtolos multas dedit, ſed plaga cæcitatis de præſtigiis non fuit.* Simon, & Elymas magicam artem exercebant, tamen Dei judicio cæcitatis pœna non affligitur Elimas ob præſtigias, ſed ob ea, quæ machinabatur contra Apoſtolum, ac prædicatorem Divini Verbi, quam magica arte, ac Dæmonis pacto involuto, grandis, & operta ſit Dei offenſa, tamen durior, & gravior eſt illi iniuria, ac moleſtia fabricata in ſuos miniſtros; ac prædicatores: Elymas duobus criminibus inficiebatur, unum ex arte magica, alterum vero ex his, quæ contra Apoſtolum moliebatur; Cæcitas tamen non ei contingit ob magiam, etſi eſſet gravius peccatum, ſed ob impia flagitia, quæ contra Apoſtolum parabat, ac intendebat. *Durius punitur ob injuriam in Apoſtolũ, quam in Deum.*

44.

Nabuchodonoſor erigit ſtatuã præcipiens, ut omnes procidẽtes eam adorarẽt, quod cũ omnes præſtitiſſent, exceptis Sidrach, Miſach, & Abdenago, qui accuſati fuerunt de contẽpto Regis mandato, quos furibundus Rex advocat coram, quod ſi non impleviſſent

impleviſſent mandata, mittendos fore in ardentem fornacem, adjiciens arroganter Barbarus nullum eſſe Deum, qui eos poſſet liberare de manu
Daniel. 3. ſua, cui generosè reſpondent ſancti pueri: *Ecce Deus noſter, quem colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô Rex liberare, quod ſi noluerit notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, nec ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* Daniel. 3. n 17. & 18.

45. D. Zeno. Ecce generoſi prædicatores, ut conſiderat D. Zeno Veron ſerm. 1. de tribus pueris, proclamant, & laudant Dei potentiam, magnificentiam, ac providentiam, quorum verbis ira exardens Rex eos mittit in fornacem ardentem, quæ multipliciter ſuccendebatur, & pueri in medio ignis intacti, ac læti deambulant, & flamma vehementer ſuccenſa *erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem.* Ibidem num. 48. Qui, ut ait Hector Pinto, forſitan erant, qui accuſaverunt ſanctos pueros: Valde mirabile ignis non comburit illos ob horribile Idololatriæ crimen, quod eſt ſane execrabile nefas, ſed ob flagitioſum affectum in ſanctos ac electos prædicatores Dei, ſic enim Deus honorat, ut plus ejus ira exardeſcat de illorum contemptu, quàm de negata ſibi debita reverentia.

Potius punitur machinatio contra concionatorem, quã contra Deũ.

46. Zachar. 3. Veniat huc locus communis, ſed non vulgari expoſitione, ait Deus per Zachariam 2. num. 8. De ſuis doctoribus, ac prædicatoribus loquens: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei:* quæ
D. Remigius. verba ſic explanat Remigius Altiſſiodoren. & ait: *Factum pro vexatione, & injuria debemus accipere, juxta illud:* Nolite tangere Chriſtos meos, *Sancti ſunt quaſi oculi Dei, quibus dicitur:* Vos eſtis lux mundi: *quos quis lædit habetur, quaſi qui pupillam Dei tangat, & clara luce velit illum privare.* Ita graviter Deum offendit, ac ſi conetur cæcitatem in eum impingere, eumque ſuo oculorum lumine privare.

QVÆSTIO VII.

Quare D. Paulus percutiens Elymam Magum ait ei, manus Domini ſit ſuper te?

46. *Difficultas quæſtionis.* VAlde rigide, & aſpere ſe habet Apoſtolus cum Elyma, quem ſic appellat: *O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas: Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus.* Cur ſuper tot diras plagas, hominiſque nequitias imprecatur, *ut manus Domini ſit ſuper te*, eum manus ſit inſtrumentum tam ad bene faciendum, quam ad puniendum, & utroque modo ſumitur in Scriptura; quæritur igitur in quo ſenſu hic apponitur?

47. D. Chryſoſt. *Supplicia Dei in medicinam.* Divus Chryſoſtomus apud Lorinum ſic ait: *Manus Domini ſuper te*, minimè ultio erat, *ſed ſanatio, etenim tantum non dicebat, non ego facio, ſed Dei manus.* Manus Domini ſic percutiebat, ut ſimul afferret medelam, & medicamen, non enim ordinabatur ad ultionem, ſed ad ſalutem Elymæ, ut ille punitus externa oculorum cæcitate, reſipiſceret, & oculos mentis aperiret, veramque Chriſti fidem agnoſceret, ut ejus ſuſcepta gratia à ſua nequitia, vinculiſque diaboli, & artis magicæ, quibus tenebatur, deſiſteret.

48. Cum Ieſus perveniſſet in terram Geraſenorum. *Occurrit illi vir quidam, qui habebat Dæmonium jam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, nec in domo manebat, ſed in monumentis.* Luc. 8. num. 27. Maxime expendendum, quod homo jam per multum tempus ita eſſet ſub diaboli crudeli jugo, ut expoliatus ab omni veſtimento degeret, & ita ſequeſtratus ab omni hominum cõmercio, ut illum non permitteret Diabolus habitare in domo, ſed tantum in monumentis; Cur ergo Diabole tuum captivum, quem tota tua nequitia, ac aſtutia ab aliis hominibus ſeparabas, cur, quæſo non ſeparas à Chriſto, cur finis eum ad ipſum accedere, ut inde valeat à te effugere, tuumque crudele jugum abjicere? Manus divina ex alta ſua permiſſione hominem tradidit crudeli tortori, ut eum tot, tantiſque moleſtiis affligeret, igitur eadem, & ſimul liberat, & cuſtodit ab eo, ut ad fontem miſericordiæ veniat, ut ſalutem, ac ſanitatem recipiat. Divus Baſilius Seleucius orat. 23. ponderans qualiter Dæmones ſe habuerunt cum hoc homine ſic ait: *Non in præcipitia projecerunt, non membratim diviſerunt, non illato feno diſcerpſerunt hominem, verum occultiore virtute ſtetit, reſtititque contra excitatas à Dæmonibus procellas in ipſis etiam ſuppliciis cuſtoditus.* Expende ultimum verbum: *In ipſis ſuppliciis cuſtoditus.*

Deus in ſuppliciis cuſtodit.

D. Baſil. Seleuc.

Quæres circa finem hujus hominis, Iſidorus Peluſiota citatus ſuperiori quæſtione & Gloſſa exiſtimant hunc Magum hac pœna reſipuiſſe & Paulo Apoſtolo credidiſſe, & à cæcitate curatum eſſe, ſed poſtea fuiſſe relapſum, & ad Iudaiſmum, ac Magicam rediiſſe, tradit Dionyſius contemporaneus Pauli de Divinis nominibus cap. 8. Vnde Beda aſſerit ob multitudinem ſuorum peccatorum fuiſſe damnatum.

49. *Finis Elymæ.* Peluſiot. Dyoniſ. Beda.

Actor. 13. *num.* 13. Et cum à Papho navigaſſent Paulus, & qui cum eo erant venerunt Pergen Pamphiliæ: Ioannes diſcedens ab eis reverſus eſt Ieroſolymam.

Num. 14. Illi verò pertranſeuntes Pergen venerunt Antiochiam Piſidiæ; & ingreſſi Synagogam die Sabbathorum ſederunt.

Num. 15. Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum miſerunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem dicite.

Num. 16. Surgens autem Paulus, & magnum ſilentium indicens ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.

Verſ. 13. *ET cum à Papho.* Syriacus: *Per mare perrexerunt a Papho*, in qua civitate fuerant ingreſſi, ut patet ex verſu 6. lucratis ibi Proconſule, & aliis, profecti ſunt Paulus, & Barnabas, & *venerunt in Pergen Pamphiliæ.* Illuſtrem civitatem in Regno Pamphyliæ: *Ioannes autem diſcedens.* Arabicus: *Digreſſus eſt Ioannes*, ſcilicet Marcus, Chryſoſt. & Baronius, Cornelius, Menochius dicunt, quod diſceſſit ex puſillanimitate nolens ſuſtinere tot moleſtias itineris quod mihi de tanto Domini diſcipulo nullo modo videtur dicendum; nam poſtea pro prædicatione Evangelica longiora confecit itinera in Romam, & Alexandriam: Diſceſſit ergo ex aliqua juſta cauſa, quæ non exprimitur.

50. Syriac. Arabic. Chryſoſ. Baron. *Marcus ex juſta cauſa.*

Verſ. 14.

51. Græcus. Verſ. 14. *Illi vero pertranſeuntes Pergen*, ſcilicet Civitatem, Græcus *Relicta Pergen.* venerunt *in Anthiochiam Piſidiæ*, quod additur à differentia Antiochiæ Syriæ dictæ ab Antiocho, de qua ſæpe egimus: Hæc autem Antiochia Piſidiæ eſt alia in Aſia Minori. *In die* Sabbathorum, id eſt in uno die qui erat Sabbathum, ſedentes præ multa modeſtia, ut inde haberent occaſionem opportunam ut poſtea docerent.

52. *Conſuetudo.* Verſ. 15. *Poſt lectionem legis*, ſcilicet Pentateuchum, & *Prophetarum* cum Iudæi convenirent in ſuis Synagogis legebatur aliqua lectio de Scriptura, & poſtea fiebat ſermo, ſeu concio exhortatoria quo ad mores pro doctrina populi; ſicut modo in Eccleſia ſancta ex conſtitutione Apoſtolica, ut teſtatur S. Clemens lib. 8. Conſtit. cap. 4. poſt lectionem Epiſtolæ, ac Evangelij in Miſſa habetur prædicatio, & in matutino, ſeu prima hora Canonica poſt Pſalmos, & lectionem Scripturæ, ac Evangelii leguntur Homiliæ Sanctorum Patrum.

Clem.

53. *Miſerunt Principes.* Solebant majores, ac præſides, quando in Synagogis aderat aliquis advena illum rogare, an haberet dicendum aliquod opportunum verbum ad populum, ſic modo rogant Paulum, & Barnabam: *Si in vobis eſt ſermo exhortationis.* Arabicus: *Si eſt ſermo conſolationis in vobis.* Æthiop. *Si quis eſt ex vobis*, qui poteſt bene loqui, concionetur; quia eorum exhortatio magna conſolatio eſt populi ad profectum ſpiritualem.

Æthiop.

Verſ. 16. *Surgens Paulus manu ſilentium indicens.* Arabic. *Manum movens*, ſilentium ſignificavit antiquitus tali ſigno dato ſilentium denotabatur.

Arabic.

QVÆSTIO VIII.

Quare à Paulo advena poſtulant Principes Synagogæ verba exhortatoria.

54. *Concionator novus magis placet.* COnſuetudo antiqua apud Hebræos erat, quod eſſent congregati in Synagoga, ſi aliquis ſuperveniret advena, ut jam dixi in Expoſitione, ab eo poſtularetur, ut aliqua verba faceret; ſic petunt à Paulo, & Barnaba: *Si quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem dicite.* Quod fiebat tum ratione urbanitatis, tum quia omnia nova magis placent, ut videtur ſignificare Clemens Romanus 2. Conſtit. cap. 58. ubi ait: *Eſt enim hortatio, & monitio hoſpitum graviſſima, & utiliſſima.*

55. Græcus. Sermo exhortationis quæritur, ſeu ut eſt ex Græco: *Conſolationis.* Oratio exhortatoria oſtendit quid agere, quidve vitare quiſque debeat, firmatque auditorum animos in omni bono, ac ſanctitate, inde mirificè eorum mentes lætificat, ac perjucundat. Sapiens Virgo maximè ſuas adoleſcentulas exhortatur ad ſuum dilectum perquirendum, dicens: *Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus.* Cantic. 5. n. 10. Neque enim quidquam boni coloris, quod non adducat ut Chriſtum verè ſpecioſum dicat præ filiis hominum, & in hoc relucet, quod ſit electus ex millibus; quia, ut ait D. Hieronymus in Epitaphio D. Paulæ, ſuo candore facit Virgines, ſuo rubicundiore martyres, ac charitate ferventes, nos ad ſe allicit, ac attrahit tot donis datis, ac elegantiſſima ſua præſentia valde perjucunda, ac delectabili D. Gregorius Magnus ibi: ſed enumeratis tot laudibus, oſtenſis tot muneribus, quis audiens non concupiſcat? quis intendens non inardeſcat? &c.

Cantic. 5. *Deus nos attrahit ſuis donis, ac ſuavitate.* D. Hier. D. Greg. Magn.

56. Verba exhortationis, quæ animos attrahunt, devincunt, & ligant, laudans divinus Sponſus ſuam dilectam Sponſam ait: Sicut *vitta coccinea labia tua.* Cantic. 4. n. 3. Quid habent labia cum vitta coccinea, quod cum ea potius comparentur, quam cum alia re? Per coccineum inflammant, per vittam ligant, & attrahunt. Theodoretus ait: *Verba veritatis profert, quibus tamquam funiculo quodam capiuntur auditores, & vincuntur.*

Cant. 4. Theod.

57. Ierem. 1. Ait Deus Ieremiæ 1 n. 10. *Ecce conſtitui te hodie, ut evellas, & diſperdas, & deſtruas, & diſſipes*, &c. Multus labor imponitur Prophetæ adverſus opes, ac vires criminum, ſed quo ferro, quave manu appoſita? Textus indicat, n. 9. *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Raſtrum, quo vates radices evellit ſcelerum, & artes evertit Dæmonum, Dei verbum eſt quo Ieremias turres ſubvertit ſuperbiæ, & caligineſas ignominiæ nubes diſſipat, Dei ſermo eſt. D. Hieronym. apud Gloſſam *Ieremiæ os tangitur, & Domini verba tribuuntur, ut confidentiam accipiat prædicandi.*

In ſermone Dei multa vis ad trahendum. D. Hier.

Agit hic D. Paulus à verſ. 17. uſque ad verſ. 42. & à verſ. 23. de moralibus, quæ fecit Deus cum Patribus eorum, & quomodo Deus eos eduxit de terra Ægypti, quæ latè per multas quæſtiones à nobis ſunt explicata in concione D. Stephani cap. 7. à verſ. 2. & etiam hic D. Paulus à verſ. 24. uſque ad 40. multa agit de morte, paſſione, ac reſurrectione Chriſti, de quibus diffusè agit D. Paulus in ſuis concionibus tum cap. 2. à verſ. 22. & deinceps, & cap. 3. à verſ. 13. quæ omnia à nobis pro viribus ſatis ſunt explicata, duo tantum reſtant exponenda, de quibus agitur in textu, unum circa Davidem, alterum circa Chriſtum D. Salvatorem noſtrum.

QVÆSTIO IX.

Quare David dicitur Vir ſecundum cor, &c.

58. AIt D. Paulus in præſenti, quod amoto, & reprobato Saüle verſ. 22. ait Deus, *Inveni David filium Ieſſe virum ſecundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas*, quod de eo fuerat dictum per Samuelem ad Saul, 1. Reg. 13. n. 14. *Quæſivit Dominus ſibi virum ſecundum cor ſuum*; quod communiter explicatur per præſentem locum Pauli, ideo vir ſecundum cor Dei, *quia fecit omnes voluntates Dei cuſtodiens ejus mandata*, & ambulans in viis ejus ut dicitur, 3. Reg. 15. n. 5. *Ambulavit in omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ excepto ſermone Uriæ*: Et Paulus, qui fecit *omnes voluntates meas*, nam in univerſum, ſi in magno numero, unum, vel alterum deficiat, dicitur facere, ut jam notavi c. 1 n. 1. ad illa verba: *Sermonem feci ô Theophile de omnibus, quæ cœpit Ieſus facere*, tamen Lucas non ſcripſit omnia, ut patet ex contextu Evangeliſtarum, ſed magnam partem, & ideo aſtruitur dixiſſe omnia.

1. Reg. 13. 3. Reg. 15. Actor. 1.

59. D. Greg. Secundo D. Gregorius citatus premens verbum: *Vir ſecundum cor meum*, ſic ait: *Poteſt intelligi Vir pro fortitudine, ſecundum cor Dei, pro interna charitate. Quando igitur neceſſitas exigit ad curam Sanctæ Eccleſiæ quæratur Vir, ut ſit converſatione fortis. Quæratur ſecundum cor Dei, ut per affectum magnum, quaſi unitus ſit Divinæ voluntati.* Aſſumitur David ad gubernandum populum Dei, & dicitur

Vir secundum cor Dei, in quo exprimitur forma, ac caracter optimi Principis, ac Antistitis, ut si Vir habens generositatem, & fortitudinem ad castigandum, & evellendum, & sit secundum cor Dei ad benignitatem, & clementiam ad fovendum, ac nutriendum. Ad designandum Pontificem in populo antiquo ex Dei mandato ponuntur duodecim virgæ in tabernaculo, & illius, quæ germinabit, erit Pontifex : *Quem ex his elegero germinabit virga ejus.* Num. 17. n 5. Cur ad hoc demonstrandum assumitur virga, cur non potius ramus, vel palma ? Optimè sane : Virga florida futura erat symbolum optimi Antistitis, virga, ut puniat, tamen cum floribus, & fructu cum alimento, & levamine, ac florida pro benemeritis.

Num. 17.

Prælatus puniat, & benefaciat.

60. Tertiò Sunt aliqui, qui ita exponunt; quia cum esset ex pastorili rure, & evectus ad regale fastigium dignitatis cor ejus non intumuit, nec in superbiam est elatus, sed suam retinuit humilitatem, in eaque permansit. Ait ipse Psalm. 130 n. 1. *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me: si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam.* Multus erat Propheta, multiplicatisque verbis in declaranda sua humilitate, at in ipsismet verbis latet magna contradictio, & ingens repugnantia : *Si cor ejus non est exaltatum.* Quomodo subdit, *exaltavi animam meam*, si exaltavit animam, exaltavit & cor suum ? Optimè omnia cohærent, & consequens est unum ex altero; ex eo quod non est elevatum cor ejus, inde animam suam exaltavit, in eo quod se humiliavit, & de se humiliter sentiebat, inde elevatus est, & sublimatus est, ut fieret secundum cor Dei. D. Zeno Veron. serm. 1. in prædictum Psalm. sic ait : *Videamus, quæ sequantur, si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam. Quæ Prophetæ ista diversitas, non exaltat cor, exaltat animam ::: sensus ejus in Cœlo est, anima ejus in Cœlis, corde autem humilis est, suavi illi mansuetudinis jugo subditus est.*

Psal. 130

In eo, quod quis se humiliat exaltatur.

D. Zeno.

61. Quartò D. Hilarius in Psalm 53 sic ait : *David non inimicos suos odio prosequebatur, sed proditus erat, periclitans psallit, patiens odia gratulatur, & ideo secundum Domini cor repertus est.* Et in hoc maximè ostenditur hominem assimilari Deo, dum injurias patienter tolerat, & in inimicos non irascitur benignè, & placidè se habens, & in eos maximè benevolum, ac proficuum se exhibens. Cùm meus Iesus staret inter furentem tormentorum suæ passionis tempestatem, inter innumera flagella, alapas, clavos, spinas, & innumerabilia opprobria, cum in Cruce penderet tunc pro suis inimicis orat: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*, Luc. 23. n 34. Non solum pro eis orat, sed etiam excusationem pro eis apponit, *Quia nesciunt quid faciunt.* Modo pro eis orat stans in Cruce, cur non potius in Cœnaculo, quando pro suis Apostolis rogat: *Pater serva eos, tui erant, & tu eos mihi dedisti,* Ioan 17. n 6. Sed tantum in Cruce pro suis crucifixoribus erat, ut inde se probaret, ac ostenderet verum Filium Dei, cum sui oblitus de suorum carnificum salute, ac vita gereret, illamque quæreret, & intenderet. Arnoldus Carnotens. ad citata verba: Postquam refert innumera Christi tormenta inter quæ Christus orat ad Patrem subdit : *Et in hoc æmulatio probaretur ad Patrem.* Tanta benignitas in hostes ex afflatu divinæ generationis provenit. Vide supra cap 7 q. 39. n. 335 & 336.

D. Hilar.

Luc. 23.

Ex indulgentia inimico data est. ndicur filius Dei.

Arnold.

62. Quintò S. Iustin. Martir Respon. 78. ad præpositam quæstionē respondet, ut ostendatur quod *apud Deum pœnitentia pro benignitate sua in honore, & pretio est.* Valde benigne Deus honorat pœnitentiam, quæ ita delet peccatum, ac si non fuisset; Unde rectè ait D. Chrysost. homil. 5. de pœnitentia: *Pœnitentia medicamentum est peccatum extinguens,* non solum sanat vulnus, sed illius cicatricem extinguit.

D. Iust.

Pœnitentia extinguit cicatricem peccati.

D. Chrys.

63. Magna controversia est inter Interpretes; An Tribus Levitica peccaverit in vitulo colendo? multi negant, alij affirmant, quod peccaverit cum capite suo Aarone. Tamen cum Moyse ipsi surrexerunt in pœnam, & ultionem tanti criminis, unde à Moyse laudantur : *Hodie consecrastis manus vestras Domino unusquisque in filio, & fratre suo*, Exod. 32. n. 29. Et satis legislator arguit populum n. 30. *Locutus est Moyses ad populum, peccastis peccatum grande*, solum populum arguit, cur non etiam Tribum Leviticam, cum in eodem crimine fuerit comprehensa ? Rectè quidem, licet enim peccaverit, ad peccati pœnitentiam festinanter cucurrit, proindeque notam criminis citò delevit, & adolevit. Bacharius epist. ad Ianuar. ait : *Levitici priores ad correctionem legislatoris commendati esse perhibentur, & non tam in illis peccati crimen arguitur, quam velox conversio, in pœnitentiæ celeritate laudatur.*

Exod. 32.

Peccati sordes festina abluit pœnitentia.

Bachar.

64. Cum promittitur Abrahæ filius, audiens *Sara risit*, Genes. 18 n 13. in quo risu Sara deliquit, & ideo arguitur ab Angelo, *quare risit Sara* quod Angelus non diceret, nisi fidem Oraculi mulier risu læderet, & tamen Apostolus testatur Saram fide integra concepisse, dicens : *Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit.* Hebr. 11. n. 11. Quomodo de integra fide laudatur, quæ suo risu, tanquam ex difidentia violavit ? Sara statim de suo risu doluit, ac timore perterrita est, ut dicitur citato loco, Genes. 15. ac proinde non incurrit notam læsæ fidei, quæ citò ad fidem à risu conversa est. D. Athanas. præclarè : *Risit quidem, sed convicta extimuit, quod utique præstitæ fidei argumentum est.*

Gen. 18.

Hebr. 11.

Sub pœnitentia dispăret nota peccati.

QVÆSTIO X.

Quare D. Paulus hic agens de Resurrectione Christi, adducit locum Psalmi : Ego hodie genui te.

65. IVdæi sua maligna perversitate obdurati, negant Christi D. Resurrectionem, & ideo sacri Apostoli de ea frequenter loquebantur, ac evidenter ex multis Scripturæ locis probant, & demonstrant hoc Actor. lib cap. 2. num. 22. cap. 3. num. 15. cap. 4. num. 10 & multis alijs in locis, sic & Paulus in præsenti de ipsa resurrectione facit sermonem num. 33. *Suscitans Iesum*, sicut & in Psalmo 2. *Scriptum est; filius meus es tu ego hodie genui te.*

Apostoli instanter prædicabant Resurrectionem.

66. Qui locus quatuor potest habere expositiones, ut dixi Opuscul. 1. resol. 2. q 2. n. 146. Prima de generatione Æterna, ut Apostolus exponit Hebr. 1. num. 5. *Cui Angelorum dixit filius meus es tu ego hodie genui te*, & rectè conjungitur præteritum *genui* cum præsenti hodie; quia æternitas est tota simul possessio omnia tempora in se ambiens, & concludens : In illa generatione æterna semper generat, genuit, & generabit.

Psal. 2.

Hebr. 1.

Generatio æterna.

67. Secundò exponitur de generatione temporali, quam expositionem tenet Ecclesia; siquidem in prima Missa Nativitatis ejus exordium : *Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te;* nam Christus D. conceptus est de Spiritu Sancto; & in

Tempo-ralis.

hoc

hoc ſenſu bene dicitur genitus à Deo, & illud hodie refertur ad illud tempus, ſicut Angeli dixerunt: Natus eſt vobis hodie Salvator Mundi.

68. Hebr. 5. Tertio interpretatur de Chriſti Sacerdotio juxta Paulum ad Hebræos 5 n 5 Chriſtum à Patre conſtitutum fuiſſe Sacerdotem, dicens: *Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, dicens: Filius meus es tu ego hodie genui te.* Pro hujus rei intelligentia nota, quod ſecundum antiquam legem Sacerdotium ad primogenitos ſpectabat, & inde optimè infert Apoſtolus, quod, cum Chriſtus ſit à Deo genitus, & primogenitus, ſit verus Sacerdos, & quod Sacerdotium ad ipſum pertineat, ut omnium primogenitum, & etiam idem Apoſtolus ex alio Davidis loco probat, Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Chriſti Sacerdotium.

69. *Chriſti reſurrectio.* Quarta, & ultima expoſitio eſt de Reſurrectione, ſecundum quam in præſenti Apoſtolus locum exponit: *Ego hodie genui te.* Reſurrectio eſt veluti quædam regeneratio, ſeu generatio, in qua denuo anima unitur corpori, & illud hodie refertur ad ipſum Reſurrectionis tempus, & hæc interpretatio maximè cohæret cum ipſius Pſalmi contextu; nam primo agit de paſſione: *Aſtiterunt Reges terræ adversùs Dominum, & adverſus Chriſtum ejus*, deinde de Reſurrectione *Ego hodie genuite.* Tandem ſequitur: *Poſtula à me, & dabo tibi gentem hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, quod Chriſtus poſt Reſurrectionem prædicatione ſuorum Apoſtolorum obtinuit.

70. *Gloria Chriſti à reſurrectione manifeſtatur.* Philip. 2. D. Anſel. Gloria, Majeſtas, ac excellentia Chriſti D à tempore ſuæ Reſurrectionis manifeſtata, publicata, ac declarata eſt in univerſo mundo & locus Pauli ad Philip. 2. n 9 *Propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, Cœleſtium, terreſtrium, & infernorum*, &c. Quod à tempore Reſurrectionis incipit fieri, & compleri. D. Anſelmus ait: *Hoc ante Reſurrectionem habuit, ſed poſt reſurrectionem, quod erat, manifeſtatum eſt, ut ſcirent homines, & Dæmones, & omnes ei genu flecterent.* D. Thomas inquit: *In Sacra Scriptura tunc dicitur aliquid fieri quando innoteſcit; donavit ergo, id eſt fecit manifeſtum mundo, quod hoc nomen haberet; hoc enim manifeſtatum eſt in reſurrectione; quia antea non ſic nata erat Divinitas Chriſti.*

D. Tho.

71. 2. Cor. 5. In hoc ſenſu ait Apoſtolus 2. Corinth. 5. n. 16. *Etſi, cognovimus ſecundum carnem Chriſtum: ſed nunc jam non novimus.* Id eſt nos, ac cæteri Apoſtoli præſentem Chriſtum cognovimus mortalem, carnis paſſioni, frigori, ac fami obnoxium, & hominem nobis ſimilem, nunc jam non novimus niſi immortalem, & impaſſibilem, quod optimè explicat D Leo Magn. ſerm. 1. de Reſurrect. ubi ſic habet: *Reſurrectio Domini non finis carnis, ſed commutatio fuit, nec virtutis augmento conſumpta ſubſtantia eſt: qualitas tranſiit, non natura defecit, factum eſt corpus impaſſibile, quod potuit Crucifigi, factum eſt immortale, quod potuit occidi, factum eſt incorruptibile, quod potuit vulnerari, & merito dicitur Caro Chriſti in eo ſtatu, quo fuerit nota neſciri; quia nihil in ea paſſibile, nihil remanſit in ea, infirmum, ut & ipſa ſit per eſſentiam, & non ſit ipſa per gloriam.* De hac reſurrectionis gloria vide cap. 2. q. 30. n. 257. n. 258. 259. & cap. 4. q 5. n 45. 46. & 47.

D. Leo. *A reſurrectione Chriſti caro gloriosa.*

Actor. 13. *n.* 43. Cumque dimiſſa eſſet Synagoga, ſecuti ſunt multi Iudæorum, & colentium advenarum Paulum, & Barnabam, qui loquentes ſuadebant eis, ut permanerent in gratia Dei.

Num. 44. Sequenti vero Sabbatho, pene univerſa Civitas convenit audire Verbum Dei.

Num. 45 Videntes autem turbas Iudæi repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes.

Num. 46. Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.

Num. 47. Sic enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV.

Verſ. 43. *CVm dimiſſa eſſet Synagoga.* Syrus: *Poſtquam ſolutus eſſet conventus audientium*, ſcilicet; nam, ut advertit Lyranus, *abiit quilibet in domum ſuam. Secuti ſunt multi Iudæorum* è vulgari nempe turba; nam Principes reſiſtebant Paulo, & contra eum multa machinabantur: *Et colentium advenarum.* Syrus: *Proſeliti, qui timebant Deum.* Arabicus: *Proſeliti Religioſi.* Æthiopicus: *Secuti ſunt electorum multi*, Gentiles nempe, qui relictis idolis verum Deum colebant. *Ut permanerent in gratia Dei.* Syrus: *Ut adhærerent gratiæ Dei* Arabicus: *Ut perſiſterent* ſequentes fidem, & doctrinam Apoſtolorum. 72. Syrus. Lyran. Syrus. Æthiop. Arabic.

Verſ. 44. *Sequenti verò Sabbatho.* In quo debebant congregari, penè *univerſa Civitas convenit.* Syrus: *Coacta eſt tota Civitas.* Arabicus: *Confluxerunt omnes incolæ Urbis præter paucos* ob famam doctrinæ Apoſtolorum, & eorum mirabilium, quæ fiebant in ejus confirmationem. 73. Syrus. Arabic.

Verſ. 45. *Videntes autem turbas Iudæi*, ſcilicet eorum Principes & magnates. *Repleti ſunt zelo.* Syrus: *Repleti ſunt invidia.* Æthiopicus: *Zelaverunt contra eos.* Arabicus: *Repleti ſunt animoſitate, & invidia.* Ipſi ſtimulati multo fervore fremebant invidia, & indignatione in Apoſtolos eis contradicentes. *Blaſphemantes.* Tamquam ſi eſſent populi ſeductores prædicantes falſam doctrinam, ut ipſi perverſi, & iniqui diabolicè judicabant. 74. Syrus. Æthiop. Arabic.

Verſ. 46. *Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas.* Syrus *apertè.* Arabicus: *palam:* quod vobis nempe Iudæis, utpote filiis promiſſionis primo erat prædicandum Evangelium, ſed quia veſtra obduratione, ac perverſitate, vos tanto Evangelij bono indignos judicaſtis, ac feciſtis, convertimur ad gentes, quod latius quæſt ſequenti explicabo 75. Syrus. Arabic.

Verſ. 47. *Sic præcipit nobis* ſuis Apoſtolis, ac prædicatoribus illud quod pronuntiatum eſt de Chriſto D Iſaïæ 49 *Poſui te* more prophetico præteritum pro futuro. *In lucem gentium.* Syriac. *In lumen inter gentes*, & inde addit: *Ut ſis in ſalutem.* Æthiopicus: *Ut ſis ijs vita eorum;* qui eſt Chriſtus D. ſalus, vita, & lux noſtra. 76. Iſai. 49. Syriac. Æthiop.

QVÆSTIO XI.

Quare ob filiorum Iſraël obdurationem ipſis relictis prædicandum eſt Evangelium gentibus.

77. CHriſtus D. primo venit ad ſalutem Iſraël; erant enim filij promiſſionis, nempe Abrahæ, cui promiſſio facta fuerat. Sic ait Apoſtol. Rom. 15. n. 8. *Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis, propter veritatem ad confirmandas promiſſiones Patrum.* Et ideo Chriſtus Ieſus veniens in hunc mundum præcepit Apoſtolis ſuis: *In viam gentium ne abieritis, & in Civitates Samaritanorum ne intraveritis, ſed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Iſraël*, Matth. 10. n. 5. 6. Vt latè explicavit. 3. p. Evangelia cap 7. q 2.

Rom 15. *Chriſtus primario venit in ſalutem Iudæorũ.*

Math. 10.

78. Quia ut ibi dixi iterum hic repeto ex D. Chryſoſt homil. 33. Primum Ieſus mittit ſuos diſcipulos ad Civitates, & Vicos Iudæorum, ut eorum gratiam, & benevolentiam acquirat, cum ſtatim mittens eis Medicos, ac Doctores ad eorum ſalutem, ut ita manifeſtetur, quantum ſupra omnem modum curam illorum gerebat, & quamvis injuriis appetitus, inde ejus cura non minuitur, ſed magis ſtimulatur, ut de eorum ſalutifero remedio agat.

Chriſtus ſuper omnem modum egit de ſalute Iudæorũ.

79. Tot, ac tantis beneficiis Iudæi ingrati nullo modo ad ſalutem ducebantur, imo magis in ſua nequitia, ac perverſitate obſtinati, ac obdurati nullum verbum vitæ recipiebant, & totis viribus reſiſtebant, & contradicebant, unde de eis ait Ieremias 5. n. 3. *Induraverunt facies ſuas ſuper petram, & noluerunt reverti.* Vnde à multis Viris doctis applicatur eis illud Deuteron. 28. n. 23. *Terra, quam calcas, ferrea eſt.* Stephanus Cantuarienſis in allegoriis Gotfrid. Tilm. ad cap. 27. Deuteron. ait: *Terra ferrea ſunt corda auditorum, in quibus inſpergitur ſemen, id eſt Verbum Dei, quæ ferrea eſt, cum dura ſit, & obſtinata, nec fert fructum in patientia.*

Maxime obſtinati.

Ierem. 5.

Deut 28.

Cantuar.

80. Et ob tantam Iudæorum obſtinationem Iudæi fuerunt relinquendi, & converſio facta eſt ad gentes, tum etiam, quia Chriſti morte ſublata eſt diviſio Iudæorum, & Gentium, & ex utriuſque factũ eſt *unum Ovile, & unus Paſtor*, Ioan. 10. n. 16. ut notant ibi D. Chryſoſt. D. Hieronym. D. Paſchaſ. Euthymius, D. Thomas, & alij communiter, gratia Chriſti diffuſa eſt in omnes gentes. Pſalm. 97. n. 3. Iſaï. 9. n. 2. *Chriſtus venit omnes peccatores ſalvos facere.*

Ex Iudæis, & gentibus unum ovile.

Ioan 10.

D. Chryſoſt.

D. Hier.

D Paſch.

Euthym.

D. Tho.

81. Ait Propheta Habacuc 3. n. 13. *Egreſſus eſt in ſalutem populi ſui.* Nunquid egreſſus eſt de ipſo ſuo Cœleſti ſuperno palatio ad quærendam ſui Æterni Patris gloriam, vel ad exaltationem ſui nominis ſuper omne nomen, vel ut Æternus Pater daret ei gentes in hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ? Minimè, ſed in ſalutem populi ſui, nam hæc ſuorum ſalus, magis eſt illi cordi, curæ, ac ſollicitudini, quàm quæcumque alia præeminentia, ac Maieſtas. D. Hieronymus: *Egreſſus eſt Deus de loco ſuo, ſicut Michæas cap. 1 loquitur: Egredietur de loco ſuo, ut ſalvet*, ſcilicet populum ſuum, ut ait Noſter D. Cyrillus Alexand. *Exivit igitur, ut ſi quis Rex adverſus hoſtium globos militari modo armatus egrédiatur.* Exivit; ut non ſedeat, ſed tamquam Rex armatus, ut pro ſuorum ſalute pugnet, ut eos cuſtodiat, liberetque à ſuis adverſariis.

Ieſus totus impenſus hominũ ſaluti.

D. Hier.

D. Cyril.

82. Ingreditur Angelus ad Sanctiſſimam Mariam Virginem, & ait illi: *Ave gratia plena*, Luc. 1. n. 19.

Luc. 1.

Aliter Ieſus occurrens mulieribus venientibus de ſepulchro ait illis *Avete*, Matth 28. n. 9. Angelus utpote Creatura uni dat ſalutem, at Chriſtus ut Dominus non uni, ſed pluribus dat ſalutem, ut rectè notavit D. Epiphanius Oratione in Sabbath. Sanctum, & ait: *Angelus Ave Maria dixit: hic magni Conſilij Angelus Chriſtus mulieribus clara voce Avete intonuit.* Vnus eſt verus Salvator Deus, qui multorum ſalute gaudet, nec enim ſua dona in uno coarctantur, ſed in multos exundant, & ſtagnantur. Vide ſupra cap. 8 quæſt. 2. n. 17. 18. cap. 10 q. 21. n. 168. 169. & 170.

Math. 28

D. Epiphan.

Chriſtus mulierũ ſalutem quærit.

Act. 13. *n.* 44. Audientes autem gentes gaviſæ ſunt, & glorificabant verbum Dei, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

Num. 49. Diſſeminabatur autem Verbum Domini per univerſam regionem.

Num. 50. Iudæi autem concitaverunt mulieres religioſas, & honeſtas, & primos Civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum, & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus ſuis.

Num. 51. At illi excuſſo pulvere pedum in eos venerunt Iconium.

Num. 52. Diſcipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu ſancto.

Verſiones.

CVM EXPOSITIONE V.

Verſ. 48. *AVdientes autem gentes gaviſæ ſunt*, audientes id, quod pronuntiatum fuerat de loco Iſaïæ maximè gaudebant gentes, quod Deus eos illuminaſſet in via ſuæ ſalutis, & glorificabant verbum Domini. Syrus, *Et gloriam tribuebant Deo.* Æthiop. *Glorificaverunt Deum, qui impertivit eis vitam æternam*, illi nempe, qui erant electi, ac diſpoſiti ad vitam æternam, quibus Deus dedit auxilium efficax ut crederent, de quo quæſt. ſequenti. 83.

Syrus. Æthiop. *Auxilũ efficax.*

Verſ. 49. *Diſſeminabatur autem Verbum Dei* Syriacus: *Sermo Domini annuntiabatur.* Arabicus: *Divulgatus eſt.* D. Chryſoſt. *Differebatur.* Æthiopic. *Venit Verbum Domini:* Vulgata utitur verbo ſeminate; quia *ſemen eſt Verbum Dei*, Luc. 8. n. 12. 84.

Verſ. 50. *Iudæi autem concitaverunt* Syrus: *Extimulaverunt* pergit Textus, *mulieres religioſas, & honeſtas.* Syrus: *Illas mulieres divites.* Arabicus: *Mulieres devotas, & laudandis moribus imbutas.* Æthiopic. *Mulieres maximas, & optimas Religionis.* Mulieres gentiles aut Iudaicas ſuæ ſuperſtitionis, ac falſæ doctrinæ valde tenaces, ac pro ſuo errore valde pugnantes, ſic docet D. Hieronym ad Cteſiphontem tom. 2. *Omnes hæreſes perpetratas eſſe per mulieres, & Simon Magus hæreſim condidit adjutus auxilio Helenæ meretricis. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor Choros duxit fœmineos. Marcion quoque Romam præmiſit mulierem ad majorem laſciviam.* Latè proſequitur Sanctus Doctor alias referendus. 85.

Syrus. Arabic. Æthiop.

D. Hier. *Hæreſes per mulieres introducuntur.*

Verſ. 51. *At illi excuſſo pulvere* Syriacus: *Excitiunt in eos pulverem.* Arabicus: *Super illos* iuxta Domini mandatum, Matth. 10. num. 14. ut fecerunt Apoſtoli apud eos, qui Evangelium non recipiebant: Vide quæ dixi tom. 3. in Evangelia cap. 18. q. 17. ubi de hac re ſeptem dedi rationes. 86.

Syrus. Arabic. Math 10

Verſ. 52

87. Æthiop Actor. 5.

Vers. 52. *Replebantur gaudio, & Spiritu sancto,* Æthiopic. *Fuit plenus Spiritus sanctus super eos,* Super Deus suis electis in persecutionibus dat gaudium, & lætitiam, ut dicitur supra cap. 5 num. 41. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Et additur in Textu, *& Spiritu sancto,* suis nempe donis; ac gratijs, fidei, spei charitatis, ac cæterorum.

88. Plinius.

Venerunt Iconium. Vrbs est valde celebris in Lycaonia apud Taurum montem; de ea agit Plinius lib. 5. cap. 27. Altera cum eodem nomine in Cilicia de priori hic agitur.

QVÆSTIO XII.

Quare præordinati credunt, & non depravantur malo exemplo, & persecutione aliorum?

89. Græcus. *Gratia semen gloriæ.* Ioan. 3.

AIt Textus, quod crediderunt *quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Ex Græco legitur *Ordinati, dispositi,* loquitur ex alto Dei prædestinationis decreto, prout erant ordinati ad fidem, ac gratiam, seu auxilium efficax gratiæ, quæ est semen gloriæ, & vitæ æternæ, Vnde Ioan 3 n 15. dicitur: *Omnis homicida non habet vitam æternam in se ipso manentem,* id est gratiam, quæ est semen.

90. *Tamquã armati ad pugnandũ.* Ioan. 10.

Præordinati cum multa emphasi, verbum Græcum militare est, & significat ordinatos, seu dispositos in acie, vel ordine militari ad pugnandum, quia qui ex decreto Dei sunt præordinati à Deo, quamvis totus Orbis conglomeretur, non poterit eos avellere, ac disgregari à Christo, sic ipse Christus D. dixit Ioan. 10. *Non rapiet eas quisquam de manu mea,* sed ut fortes milites stabunt ad pugnandum pro Christo.

91. Luc. 15. *Ex numero electorum nullus debet.* D. Chrysol.

Suos electos, ac præordinatos exactissimè servat Christus, ut ne quid minimum ex eis pereat, aut deficiat. De se ipso loquens noster Salvator ait. Luc. 15. n. 4 *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat.* Cur tam exacta indagatio, ac investigatio, non pro quatuor, vel quinque, sed pro una tantum D. Chrysolog. serm. 168. præclarè inquit: *Quare non quatuor, quare non quinque, sed unam ut ostenderet non ex damno fuisse, sed ex numero plus dolorem, namque amissio unius totum dissipaverat centenarium,* & post pauca apponit: *Ileo relictis nonaginta novem unam sequitur, unam quærit, ut inveniret in una omnes, redintegraret omnes in una.* Numerus centenarius erat præordinatus à Deo, una non poterat deficere, & ex illo numero ne quid minimum poterat eripi Vide tom. 3. in Evang. cap. 9. quæst. 52.

92. Ezech. 1. Hugo. *Electi constantes, & non revertuntur.*

Valde celebris est illa Ezechielis visio cap. 1. in qua repræsentabantur quatuor animalia, in quibus Sancti, & justi designabantur in suis operationibus, & unumquodque animal quatuor facies habebat; faciem hominis, qua innuitur patientia, faciem Leonis, qua fortitudo; faciem bovis, qua labor; faciem Aquilæ, qua dexteritas ingens exprimitur. Et ait Textus: *Vbi erat impetus Spiritus illuc gradiebantur,* Ezech 1 n 12. Hugo, & alij per impetum Spiritus exponunt imperiũ, ac impulsum divini Spiritus, quo suos electos regit, & gubernat in omni supervenienti; patientia hominis, fortitudine Leonis, sustinentia bovis, prudentia, ac sagacitate Aquilæ, ut stabiles, ac constantes sint in suo ordine, ac gradu, in quo divina præordinatio eos constituit, & sic dicitur: *Vbi erat impetus illuc gradiebantur, nec revertebantur cum ambularent.* Sed inter ipsas præsuras, contrarietates; ac adversitates, magis proficiebant, augebantur, ac multiplicabantur: *Nec revertebantur cum ambularent.*

CAPVT XIV.

1. *FActum est autem Iconij, ut simul introirent in Synagogam Iudæorum, & loquerentur, ita ut crederet Iudæorum, & Græcorum copiosa multitudo.*
2. *Qui vero increduli fuerunt Iudæi, suscitaverunt, & ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres.*
3. *Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum.*
4. *Divisa est autem multitudo Civitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam vero cum Apostolis.*
5. *Cum autem factus esset impetus Gentilium; & Iudæorum cum principibus suis, ut contumelijs afficerent, & lapidarent eos.*
6. *Intelligentes confugerunt ad Civitates Lycaoniæ, Lystram, & Derben, & universam in circuitu regionem, & ibi evangelizantes erant.*
7. *Et quidem vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat.*
8. *Hic audivit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns, quia fidem haberet, ut salvus fieret.*
9. *Dixit magna voce. Surge super pedes tuos rectus. Et exilivit, & ambulabat.*
10. *Turbæ autem cum vidissent, quod fecerat Paulus, elevaverunt vocem suam, Lycaonicè dicentes, Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos.*
11. *Et vocabant Barnabam Iovem, Paulum vero Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi.*
12. *Sacerdos quoque Iovis, qui erat ante Civitatem, tauros, & coronas ante januas afferens cum populis volebat sacrificare.*
13. *Quod ubi audierunt Apostoli, Barnabas, & Paulus concisis tunicis suis exilierunt in turbas, clamantes.*
14. *Et dicentes Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt.*
15. *Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.*
16. *Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de Cœlo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda nostra.*
17. *Et hæc dicentes, vix sedaverunt turbas, ne sibi immolarent.*
18. *Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudæi: & persuasis turbis, lapidantesq; Paulum, traxerunt extra Civitatem, existimantes eum mortuum esse.*
19. *Circundantibus autem eum discipulis, surgens intravit Civitatem, & postera die profectus est cum Barnaba in Derben.*

20. *Cumque*

20. *Cumque evangelizassent Civitati illi, & docuissent multos, reversi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam.*
21. *Confirmantes animas discipulorum, exhortantesque, ut permanerent in fide: Et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*
22. *Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.*
23. *Transeuntesque Pisidiam, venerunt in Pamphiliam.*
24. *Et loquentes Verbum Domini in Perge, descenderunt in Attaliam.*
25. *Et inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei, in opus, quod compleverunt.*
26. *Cum autem venissent, & congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset gentibus ostium fidei.*
27. *Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.*

ARGVMENTVM.

IConij Paulus, & Barnabas multos adducunt ad fidem, unde à Iudæis expulsi fugiunt Lystram, ibi Claudo sanato tamquam Dei Iupiter, & Mercurius acclamati, Divinos honores oblatos recusant; hic iterum Iudæorum commotione lapidati fugiunt Dierben, ac iterum suum relegentes iter, iterumque confirmatis ubique fidelibus, ordinatisque Presbyteris redeunt Antiochiam.

Ex hoc capite, & deinceps quæ sequuntur pertinent ad peregrinationem Pauli, quæ ex textu valde clara sunt, & ideo Expositores in his non multum immorantur, breviter tamen, quæ necessaria sunt explicabimus.

Actor. 14. *n.* 1. Factum est autem Iconij, ut simul introirent in Synagogam Iudæorum, & loquerentur, ita ut crederet Iudæorum, & Græcorum copiosa multitudo.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE I. usque ad Vers. 5.

1. Vers. 1. *Factum est autem*, cum Paulus, & Barnabas introissent in Synagogam Iudæorum, in quo maximè convenire solebant die Sabbathi, Iconij in Lycaonia, & convenitet copiosa multitudo Iudæorum, ac Græcorum, Gentilium, nempe, inter quos maximè præcellit, & respondet S. Tecla. S. Tecla Virgo multis laudibus celebrata à SS. Chrysostomo, Epiphanio, Ambrosio, Hieronymo, Basilio Seleuco, & aliis: de ea agit Martyrologium 23. Septembris, eamque sequutæ sunt Tryphæna, & Tryphosa, quas subinde laudat, & salutat Sanctus Paulus Rom. 16. n. 12. de eis facit mentionem Martyrologium Rom. 20. Novembris, ubi sic legitur: *Iconij in Licaonia Sanctarum mulierum Tryphænæ, & Tryphosæ, quæ Sancti Pauli prædicatione, & exemplo Teclæ in Christiana disciplina plurimum profecerunt.*

Martyrolog.

Rom. 16.

2. Vers. 2. *Qui verò increduli fuerunt Iudæi.* Arabicus: *Qui non obtemperaverunt.* Syriacus: *Qui non acquieverunt*, & subdit Textus: *Suscitaverunt.* Syriacus: *Extimulaverunt gentes, ut malè acciperent.* Arabicus: *Depravarunt animos gentium.* Græcus: *Malignitate impleverunt*, contra doctrinam Evangelicam, ut eam respuerent, & non reciperent: *adversus fratres*, scilicet Apostolos, ac Christianos tamquam novatores novam doctrinam. Æthiopic. addit: *Affixerunt animas eorum.*

2. Arabic. Syriac.

Græcus.

Æthiop.

3. Vers. 3. *Multo igitur tempore demorati sunt.* Arabicus: *Longo intervallo* Multi ex Iudæis, ac gentibus, ideo ut notat D. Chrysost illæ novæ plantationes fuerunt fovendæ doctrinæ, ac præsentia Apostolorum, ne ex aliorum corruptione marcescerent: *Fiducialiter agentes.* Ex Græco legitur *liberè & palam.* Lyran. humano timore postposito. *In Domino fulti*, & stabiliti divina ope, & auxilio: *Testimonium perhibentes verbo gratiæ suæ*, id est Evangelio prædicando, & propagando, Evangelium dicitur verbum gratiæ, ut infra cap. 20. n. 24. & 32. Ipsum enim plenum est gratia, & hominibus dat gratiam in remissionem peccatorum.

3. Arabic. D. Chrysost.

Græcus. *Novella plantationes fovendæ.*

Vers. 4. *Divisa est autem multitudo Civitatis.* Arabicus: *Divisa est opinio majoris incolarum.* Græcus: *Scissa est schismate facto* quod facile fit in vulgo maximè ad novitates propenso. 4. Arabic. Græcus.

Vers. 5. *Cum factus esset impetus*; quia non ratione, ac judicio movebantur, sed ira, ac odio Gentilium Iudæorum cum Principibus facillimè omnes congregantur in malum. *Ut contumeliis afficerent.* D. Chrysost. & alij: *Ut vim afferrent*, nulla major, ac efficacior vis viro nobili, quàm injuria, & contumelia. *Ut lapidarent eos.* Syriacus: *Ut lapidibus obruerent* tamquam blasphemos, ut intentarunt contra Moysen, numer. 10. 14. 5. D. Chrysost. Num. 14.

QVÆSTIO I.

Quare Judæi primo excitant gentiles contra Apostolos, postea Gentiles cum primoribus currunt ad lapides, ac contumelias?

VT dicitur vers. 2. *Judæi concitaverunt animas gentium adversus fratres*, nempe Apostolos, modò verò vers. 5. Iudæi coadunati cum gentibus ac primoribus, *ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos*; semper iniquitas, ac pravitas ab aliis deducta, ac derivata crescit, & augetur in suis sequentibus, ait Christus D. Matth. 23. n. 15. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi; quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proselitum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quam vos*, id est facitis eum pejorem, & deteriorem quam vos. Vnde deterior discipulus? quia supra malitiam Magistri de suo novam addit, & multiplicat: Opportunè Euthymius ibi: *In duplo autem dixit; quisquis enim* 62

Matt. 23. *Ex malo Magistro discipulus pejor.*

Euthym.

enim præceptorem habet pravum, non in illius ſiſtit malitia, ſed ejus utens exemplo, ſolet ulterius procedere.

Matth.4. n. 5. *Tentans Diabolus Chriſtum D. ſtatuit eum ſuper pinnaculum Templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum.* Aliter faciunt Phariſæi, Luc.4. n.29. *Duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem Civitas eorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.* Diabolus non audet manus ſuas extendere in Chriſtum, & eum præcipitare, Phariſæi verò intrepidè hoc intentant, & aggrediuntur, unde illis tanta audacia? In illos multa Diaboli malitia defluxerat, quæ ex ſua ipſorum genio multa ſuperaddita in magnum augmentum excrevit, ita ut id, quod Diabolus per ſe non audebat, ejus diſcipuli, ac ſectatores non recuſarent in executione complere. D. Ambroſ. lib 4. in Lucam exaggerans malitiam Iudæorum ſic ait: *O pejor Magiſtro diſcipulorum hæreditas, ille verbo Dominum tentat, hi facto; ille dicit, mitte te, iſti adoriuntur, ut mittant.*

7. Matt. 4. Luc. 4. *Miniſtri Diaboli pejores, quàm ipſe.* D. Ambr.

Geneſ.4. n.2. dicitur: *Adam vero cognovit uxorem ſuam Evam, quæ concepit, & peperit Cain* fratricidam plenum odio, & invidia, de quo ait D. Ambroſ. lib. 1. de Abel cap. 1. *Illa penes Authorem non ſtetit culpa, ſed quod peius eſt deteriorem invenit hæredem.* Malus Cain, ſed multo deteriores filij, de quibus dicitur, Geneſ.6. n.2. *Videntes filii Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant,* & ſtatim ſubditur; *Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippe caro corruperat viam ſuam.* Cain in ſe malus, ac ejus poſteri, & filiæ conjunguntur cum filiis, videlicet filiis Sem viri juſti; omnia in pejus ruunt, & depravantur, ita ut omnis caro corrumperet viam ſuam, *quod peius eſt deteriorem invenit hæredem.*

8. Gen. 4. D. Ambr. *Malus Cain pejores filij.* Gen. 6.

Actor. 14. *n.*6. Intelligentes confugerunt ad Civitates Lycaoniæ, Lyſtram, Derben, & univerſam in circuitu Regionem, & ibi evangelizantes erant.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ. 11.

9. Syriac. Tigurin. Verſ. 6. *Intelligentes*, ſcilicet Paulus, & Barnabas. Syriacus: *Cum conſideraſſent.* Tygurina: *Re intellecta* de conſpiratione facta contra eos fugerunt juxta Domini præceptum, & fugerunt non timore mortis, ſed ne animæ defraudarentur à fructu ſuæ prædicationis in damnum earum ſalutis, ſicut Elias fugit à facie Iezabel, 3.Reg 19 n.14. Non timore mortis, ſed ne cauſa Dei deſerta abſque defenſore, ut ait Abulenſis. Abulenſ. *Ad Civitates* Lycaoniæ, quæ eſt Provincia in Aſia minore prope Phrygiam, à qua montibus ſeparatur.

10. Arabic. Arias. Vatabl. Verſ.7. *Et quidam vir Lyſtris infirmus pedibus* Arabicus: *In cuius pedibus nulla vis erat.* Arias: *Impotens pedibus erat.* Vatablus: *Invalidus* ut nullum paſſum poſſet dare, nec ſe movere, hæc autem claudicationis infirmitas erat illi ex utero matris congenita, & ideo ſedebat, vel jacebat, ut miraculum illuſtrius appareret.

11. Lyran. Arabic. Beda. Verſ.8. *Hic audivit Paulum loquentem*, & ait Lyranus: *Et credidit dictis eius*, unde Apoſtolus *intuitus eum.* Arabicus *Cum aſpexiſſet*, noſſetque eum habere fidem. Græcus: *Cum defixiſſet oculos in eum*, quia haberet fidem, ut ait Beda: *Ejus deſiderio, vultus, oculi geſtus, attentio in audiendo ſatis prodibant.* Interior affectus in exteriora redundant, deinde ſpiritu prophetico potuit Paulus agnoſcere hominis fidem, ac ſalutis deſiderium, Chryſoſt. ait quod prius curatus eſt in anima, quam corpore. D. Chryſoſt. 12.

Verſ.9. *Dixit magna voce.* Syriacus: *Alta voce*, ut omnes attenderent, & ab omnibus audiretur miraculum, quod fiebat in confirmationem fidei, & doctrinæ prædicatæ à Paulo, Græca, Syra, & multi Codices Latini addunt: *Tibi dico in nomine Jeſu Chriſti Domini noſtri veri Meſſiæ.* Sequitur noſtra Vulgata *ſuper pedes tuos rectus, & exilivit, & ambulabat.* Arias: *Proſiliens ſurrexit*, adimpletum eſt quod dixit Iſai. 35. n. 16. *Tunc ſaliet ſicut cervus claudus*, ſimilem claudum ſanavit Petrus, Act.3. num.4. Syriac. Græcus. Syriac. Arias. Iſai.35. Actor.3. 13.

Verſ.10. *Turbæ autem cum vidiſſent.* Syriac. *Cœtus populi*, nempe Gentilium *Elevarunt vocem Lycaonicè.* Syriacus: *Extulerunt vocem idiomate regionis* ſuo proprio idiomate: *Dij ſimiles facti hominibus.* D. Chryſoſt. *In ſpecie hominum* tamquam ſi dicerent, ſunt Dij, ſed exteriùs apparent homines.

Verſ.11. *Vocabant Barnabam Iovem, Paulum vero Mercurium.* Syriacus: *Vocabant Barnabam Dominum Dominorum. Paulum vero Hermetem, quippe qui inciperet ſermone.* Æthiopic. *Quod eſſet moderator ſermonis*, de his omnibus in quæſtionibus. 14. Syriac. Æthiop.

QVÆSTIO II.

Quare iſti Cives clamant, quod Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad eos?

VIdentes turbæ Paulum, & Barnabam clamant, quod Dij in ſpecie, ac figura hominum apparuerint inter eos. Euſebius lib. 3. de prepar. Evang. cap.9. exiſtimat, quod ſacri Apoſtoli aliquid ſupra hominem, & quaſi divinum ſperabant in vultu, voce, moribus, geſtu, ac modeſtia: Accedit Parens meus Elias ad mulierem petens ab ea bucellam panis, quæ reſpondens, ait: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem*, 3. Reg.17. in quibus verbis cum mulier ait: *Vivit Deus tuus*; eum agnoſcit, ac veneratur ut Prophetam, ac Dei ſervum ut rectè notat D. Baſilius Seleuc. orat.11. & ait: *O mulier tamquam Prophetam honoras, quem mendicum vides, unde in prophetæ notitiam veniſti?* Mulier utpote gentilis, & Sarephtana numquam ipſum viderat nec cognoverat, unde ergo eum cognovit Dei ſervum, & Prophetam? Proculdubio cognovit ex ejus præſentia, ſitu, modeſtia, ac modo loquendi, quæ ſanctitatem exhibebant, ut ait Apoſtolus: *Chriſti bonus odor ſumus.* 15. Euſeb. 3. Reg 17 D. Baſil. Seleuc. *Præſentia Apoſtolorum ſanctitatem oſtendebat.*

Secundo; Inde ſibi perſuadent homines, quod Dij facti homines venerunt ad eos, quia ſacri Apoſtoli omnibus benefaciebant, claudos ſanabant, ægros curabant, omneſque in Doctrina Sancta illuminabant, viamque cœleſtem demonſtrabant, & hoc abſque alicujus mercedis intuitu, nec emolumenti negotio, & tot, ac tanta dona præſtare, gratiſque impertire non hominis, ſed Dei, ac ejus ſervorum eſt. Cum Abrahamus egrederetur victor quinque Regum, liberato Rege Sodomæ cum ſuis occurrit ei Melchiſedech & ait: *Benedictus Abraham Deo excelſo, Benedictus Deus excelſus*, cur modo tantas benedictiones accumulat ſuper Abrahamum, cur & modo tot, & tantas benedictiones decantat Deo: *Benedictus Deus excelſus.* Abrahamus extitit valde magnificus, qui cum Regem 16. *Benefacere gratis ſine mercede divinum eſt.*

Sodomæ omni cum ſua copioſa ſubſtantia è manibus inimicorum liberaſſet, animo tamen erat diſpoſitus, nihil ab eo acciperet : *A filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt*, Geneſ 14 n.23. Tantus animus plenus benefaciendi,& vacuus,ab omni lucro multum impinguatur,& Deus etiam multis recolitur, qui talem dedit ſervum,qui ſolum ab ipſo dona expectat.

Gen. 14.

D.Chryſoſt. D.Chryſoſt.homil.35. in Geneſ.ſic in perſona Abrahami ait : *Habeo Deum, qui innumera mihi ſuppeditat bona, ſuperno innitor auxilio, non opus mihi divitiis tuis.*

17. Tertio expende modum loquendi, non inquiunt in Deorum ſpecie, ac forma venerunt homines ad nos, quod magis videbatur conducere ad laudem, ſed dicunt : *Dij in forma, ac ſpecie hominum venerunt ad nos* multum proficit ad magna perpetranda, quod exterius quid humanum,ac terrenum appareat, interius vero divina Virtus lateat, exterius objiciatur vilitas, ac fragilitas humanæ naturæ, interius verò ſit abſcondita ſublimitas divinæ Virtutis, & rectè dicitur : *Deſcenderunt ad nos* non inquiunt, venerunt, acceſſerunt, ſed multa humilitate deſcendebant, & interius aſcedebant ad Deum ut multa mirabilia operarentur.

Valde ſublime quod exterius appareat humanum, interius divinum.

18. Loquens D. Ioannes de Chriſto D. in ultima Cœna cap.13.n.3. ait : *Sciens Ieſus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit.* Modo tam ampla, & ſumma poteſtas publicatur de Chriſto, quod *omnia dedit ei Pater in manus*, quando dicitur de eo,quod *à Deo exivit*, ubi non eſt ſermo de exitu per generationem æternam, qua ut Deus procedit, lumen de lumine, ſed agitur de exitu materno temporali, qua ut homo in humilitate noſtræ naturæ apparuit,ut optimè notavit S Eligius homil.4. in Cœna Domini, & ait : *Sciens, quia à Deo exiit per humilitatem Incarnationis.* Cum oculis objicitur fragilitas noſtræ humanitatis, tunc illuſtriſſimè reſplendet fulgor ſupremæ Divinitatis : *Dedit in omnia Pater in manus.* Vide ſupra cap.10.q.23.n.179.180.

QVÆSTIO X.

Quare iſti Gentiles Barnabã Iovem appellant.

19. *Difficultas quæſtionis.* DPaulus dignitate,& excellentia major Barnaba, tamen iſti Gentiles majorem ei dignitatem attribuunt cum Iovem appellant, cum apud ipſos Gentiles Iupiter fuerit ſupremus Deus, ac Pater Deorum, & ideo ubi noſtra vulgata habet : *Vocabant Barnabam Iovem.* Syriacus legit : *Vocabant Barnabam Dominum Dominorum.*

Syriac.

20. Lyran. *Senectus magnam reconciliat auctoritatem.* Reſpondet primo Lyranus ; quia *Barnabas ſenior* & canities maximè veneranda eſt,& multam authoritatem apud omnes reconciliat. Centurio mittens ad Chriſtum deprecatores pro ſalute pueri ſcribit D. Lucas 7. n.3. *Miſit ad eos Seniores Iudæorum rogans eum.* D.Bonaventura : *Seniores utpote ætate maximè reverendos*, ac venerandos Hinc Daniel.7. n.9.deſcribens ſummam Dei majeſtatem, ait : *Antiquus dierum ſedit, & capillus capitis ejus, quaſi lana munda.*

Luc. 7. Dan.7.

21. Niceph. D.Chryſoſt. Secundo ; quia, ut ſcribit Niceph lib.2. cap.37. D Paulus erat parvo,contracto, debili, ac incurvo corpore, unde de eo ait Chryſoſt : *Tricubitalis eſt, & cœlos tranſcendit*, at vero Barnabas, ut ait D. Chryſoſt in præſenti, erat vultu pulcher, elegans, & juvenili aſpectu decorus. Ait David, Pſal.92. n.1. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt.* In ſupremo Principe regnaturo primo, ac ante omnia ſpecie exornatur, quia, ut ait Latinus Dacratus in Panegiric. ad Theodoſium poſt ejus formam commendatam, ſic ait : *Virtus tua meruit imperium, ſed virtuti addidit forma ſuffragium. Illa præſtitit, ut oporteret te Principem, hæc ut deceret.* Expende illud, quod *virtuti dat forma ſuffragium* ad cultum, venerationem, ac imperium.

Pſal.92.

Elegans forma digna imperio. Dacrat.

Tertio: Nonnulli exiſtimant,quia Barnabas multa authoritate, ac gravitate ſilebat, & munus prædicandi, ac verba faciendi committebat, ſicut Iupiter, qui fabulabatur Deus, Mercurio tamquam ſuo præconio,ac internuntio utebatur. Vnde nonnulli exiſtimant Iovem ab Hebræo Iehova, & per *Craſin* Iova derivari, qui per Moyſen, & Prophetas Deus eſt locutus, magnæ dignitatis eſt non per ſe immediatè loqui, ſed per internuntium, & interpretem. Creatur Moyſes Deus Pharaonis, & dicitur ei : *Conſtitui te Deum Pharaonis*, Exod 7. n.1. & inde ſubjungitur : *Tu loqueris ei omnia,quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem,ut dimittat filios Iſrael.* Pro tanta dignitate Moyſes datur ei internuntius.

22. *Dignitatis eſt loqui per internuntium.*

Quarto : Paulus ut Doctor Gentium multum prædicabat,& ut Apoſtolus multa mirabilia operabatur, Barnabas ut Apoſtolus multa edebat miracula,tamen parcus erat in ſermone totum committens Paulo. Amplitudo, & largitas in operibus, contractio, ac brevitas in ſermone maximè animos attrahit,magnitudinem,& celſitudinem oſtendit. Stabat meus Ieſus *cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit ; Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adverſus te dicunt teſtimonia : & non reſpondit ei verbum, ita ut miraretur præſes vehementer*, Matth.27.n.13. Cur Domine non reſpondes, ſed taces? Vt ſic magis ſuas divinas Virtutes, ſuamque magnitudinem, ac celſitudinem oſtenderet. D.Ambroſ. lib.10 in Lucam de hoc ſilentio ait : *Illud tamen præſtantiſſimum, quod maluit Regem ſe probare, quam dicere :* fugit verba, abſtinuit à voce, ut inde magis regalem ſui animi magnitudinem oſtenderet.

23. *Magnitudo magis oſtenditur ſilentio, quam verbis.* Math.27. D.Ambr.

Quinto : Barnabas cum eſſet genere Cyprius, ut dicitur Act 4. n.36 fuerat enim natus, & educatus in Cypro inſula, & ideo à multis tamquam Gentilis, ac ex gentibus reputabatur, & ideo homines iſtius Civitatis Gentiles,Barnabam tamquam ex ſua gente,ac natione volentes honorare,tribuunt ei majorem honorem, ac divinitatem : maximo amore unuſquiſque tenetur ad ſuum populum,ac gentem. Ingreditur Ieſus magno, pompoſoque triumpho Ieruſalem, viæ ſternuntur ramis palmarum, olivarum, ac etiam hominum veſtimentis, voces reſonant per aëra : *Oſana, Benedictus, qui venit in nomine Domini*, & inter hæc *cum appropinquaret Ieſus Ieruſalem, videns Civitatem flevit ſuper illam*, Luc.19. n.41. Cur Domine in tam feſtivo die, inter tam plauſibiles acclamationes lachrymas profundis ? quid tanta ſolemnitas cum copia lachrymarum : Euſebius Emiſſenus in propria homilia *Ego fleo, quia omnia video.* Videbat devaſtationem Civitatis, quod inimici ejus non relicturi eſſent in te lapidem ſuper lapidem ; tam ardenti amore erga ſuos patricios,ac concives flagrabat, ut nulla pompoſa majeſtas conſiderata eorum ruina potuerit ejus lacrymas cohibere, quin in magnos fletus prorumperet c 3.q.21.n 124.128

24. *Quilibet maximè tenetur ad ſuam gentem.* Luc.19. Euſeb.

Sexto : Barnabæ tribuitur divinitas, quæ multo major eſt, quàm quæ defertur Paulo, cum iſte ſit excellentior donis, ac prærogativis. Barnabas erat valde liberalis, beneficus, ac benignus,ſicut Iupiter, qui à juvando tale nomen habet,& eminentior authoritas,

25. *Beneficia magis attrahunt, quam verba.*

auctoritas, & vehementius animi attrahuntur, ac reconciliantur largitione donorum, quam copia, ac facundia verborum, magis devincitur animus donis, quàm fandi eloquentia.

26. Cum Iacob intenderet furto præripere benedictionem fratris sui majoris Esau, qui frater valde pilosus erat; Iacob multum lenis, & cum se præsentaret Patri suo Isaac, ne fortè ex tactu ipsum cognosceret, pelliculis hædorum manus circundedit, & accedens ad Patrem offert pulmentum ad comedendum, dicens: *Pater mi, comede de venatione.* Sanctus senex valde dubius, quod ille esset filius suus primogenitus Esaü, nam ex voce deprehendebat Iacob, & in tanta perplexitate ait illi Isaac: *Accede ad me, ut tangam te fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau;* & eo palpato dixit bonus senex: *Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau,* Genes. 27. n. 22. Et hausto pulmento benedixit ei. Cur Pater in tanta rerum ambiguitate magis credit manibus, ut reputaret Esau; quam voci, quæ indicabat eum Iacob? De quo multas rationes assignant Sancti Patres Chrysost. August. Bernard. Dicam tamen: Manus dabant, & offerebant, vox vero Iacobi, utpote Sancti viri verum resonabat, ac Sanctum eloquium Dei sonabat, & magis creditur, ac major fides adhibetur manibus, etsi fictitijs dantibus, quam voci verum eloquium Dei resonanti.

Gen. 27.

Plus creditur dãtibus, quàm loquentibus.

27. Cum ille antiquior servus domus Abrahæ profectus esset in Mesopotamiam ad quærendam uxorem filio Domini sui Isaac, & expostulato signo à Deo invenisset Rebeccam, quæ non solum dedit ei aquam ad bibendum, sed etiam suis famulis, ac camelis absque ulla mora: *Protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem, pondo siclorum decem.* Genes. 24. n. 22. Valde mirum quod tam cito se habeat homo in donis tanti valoris exhibendis, cur non prius cum illa habet quædam urbanitatis verba gratulans illi tantam liberalitatem, quod non solum ipsi, sed suis camelis adaquaverit, cur non quærit ab illa cujus familiæ esset, & quorum patrum filia foret, sed omnibus his omissis statim manus ejus muneribus adimplet? Thomas Anglicus: *Ut gratior esset puellæ* Dicam tibi sunt munera superflua sunt verba: & patũ proficiunt, magis donis, quàm verbis gratulabatur puella.

Gen. 24.

Gratiora sunt dona, quam verba.

Thom. Angl.

QVÆSTIO IV.

Quare D. Paulus dictus, & appellatus est Mercurius?

28. MErcurius apud antiquos putabatur Deus eloquentiæ, & putabatur Deorum interpres, ac nuntius, & ex inde à Græco idiomate nomen habet; vocabant Paulum Mercurium Syriacus: *Quippe qui inciperet sermonem.* Æthiopic. *Quod esset moderator sermonis.*

Syriac. Æthiop.

29. Paulus erat sapientissimus, ac eloquentissimus, cum autem ipse 2 Cor. 11 n. 6. ait de se: *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia* cum se dicit imperitum sermone, explicant D. Hieron. in epistol. ad Algasiam q. 10 Caietan. in aliquo sermone Græco, cum in vernacula lingua, utpote Hebræa esset peritissimus, ut ait idem Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis, dicendum existimo, ut videtur innuere D. Aug. lib. de Magistro cap. 5. se dicit imperitum sermone, nempe eloquentia profana, ac compositis, & calamistratis verbis veluti chritico sermone, tamen erat scientia, & sapientia eminentissimus.

2. Cor. 11

D. Hier. *Imperitus sermone prophano.*

Dicitur Paulus Mercurius, quia erat veluti interpres Bernabæ: & quæ doctrina erat in animo Bernabæ, ipse tamquam dux verbi prædicabat, & dicebat Secundo; quia multa sapientia, qua repletus erat foris eam publicabat, ac manifestabat. Tertio, quia sicut Gentiles fabulabantur, quod Mercurius, quæ audiebat à Dijs in Cœlo, hominibus manifestabat, sic & Paulus raptus in Cœlum multa mirabilia, quæ ibi vidit, & audivit nobis manifestavit in terris.

30. *Paulus mirabilia cœli nobis manifestavit.*

Quarto Mercurius depingebatur cum caduceo duobus draconibus implicatis tamquam signum pacis, quam Paulus sua doctrina plantavit in mundo inter Deum, & homines. Quinto; quia Mercurius sua eloquentia, ac efficacia omnia trahebat ad se, ac vincebat, sic & Paulus suis ignitis verbis, ex quo D. Hieronym. Apolog. ad Pammach. pro lib. contra Iovin. sic ait: *Quotiescumque Apostolum Paulum lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua,* &c. & subdit: *Quocumque respexeris, fulmina sunt.*

31. *Paulus suis verbis omnia trahebat ad se.*

D. Hier.

32. Sexto ob magnam reverentiam, & venerationem, qua ejus sapientiam venerabantur omnes, quæ maximè erat apud antiquos, de quibus Philosophus loquens Isaias 19 n 11 qui dicebant de se: *Filius sapientum ego sum; filius Regum antiquorum.* Philosophi antiqui præ multo honore reputabantur, tamquam Principes populi, ac filij Regum, & hoc antiquorum, ex quo multam sibi reconciliabant venerationem, ac honorem in populo, tale nomen sibi usurpabant, ad citatum locum ait D. Thom. lect. 1. *Qui quasi Principes se exhibuerant in docendo,* Tanta apud illos de literatis erat æstimatio, ut à Principatu non longè abesset.

Isai. 19.

Sapientes ut Principes venerabantur.

33. De summo Principe, ac Rege ait Isaias 33. n. 17. *Regem in decore suo videbunt oculi ejus,* & qualisnam est decor, in quo Rex est videndus? erit ne fulgor, ac splendor Regiæ majestatis, multitudo, ac amplitudo populorum? minimè explicat Lucas Vellozo in Iudith cap. 1. Parænet. 5. n. 2. Est enim Doctorum assistentia, ac præsentia, & sic subdit immediatè Propheta: *Vbi est liberatus? Vbi legis verba ponderans? Vbi Doctor parvulorum.* Vbi sunt Doctores, Prædicatores, ac Magistri parvulorum, ibi maximè resplendet Regis decor, & omnia fiunt cum optimo moderamine, & secura pace, ut nullus sit timendi locus, & inde *non debet cor tuum timorem meditari.*

Isai. 33.

Decor Regis esset cum sapientibus.

Lucas Vellozo.

34. Cum Daniel esset captivus in Babylonia imposuit ei Rex nomen Balthasar cap. 5. n. 12. quod nomen erat proprium Dei Babylonici: *Balthasar secundum nomen Dei mei,* cap. 4. n. 5. Sed unde fieri potuit, quod homo captivus tanto honore esset sublimatus, ut divino gauderet nomine? Daniel multa fulgebat sapientia, non solum in explicandis somniis, sed etiam in cunctis rebus agendis, disponendis, ac judicandis, & in toto cultu, ac reverentia sapientes colebant, ut tamquam divinum Numen inter homines venerarentur. D. Isidor. Pelusiota lib. 1. epist. 19. ait: *Balthasarum in honorem explicationis appellant,* & subdit: *Hinc hujusmodi apud illos vigebat opinio, scilicet ipsorum Deum: si vel dumtaxat ejus nomen pronunciaretur res miras penetrare.* In hujus rei confirmationem refert Iustinus lib. 2. quod Pythagoras in tanto honore fuit in Metaponto, *Vt ex domo ejus Templum fecerint, eumque pro Deo colerent.*

Dan. 4.

Sapientes tamquam divinum Numen venerabantur.

Pelusiota

Iustinus.

Act. 14. n. 12. Sacerdos quoq; Iovis, qui erat ante civitatẽ tauros, & coronas ante januas afferens cum populis volebat sacrificare.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE III.

35. Syriac.

Vers.12. *Sacerdos quoque Jovis.* Syriac. *Domini Dominorum* quia Iupiter erat supremus Deus. *Qui erat ante Civitatem;* quia Iupiter in suburbanis habet suam domum, & templum, ne fortè hominum tumultu fœdaretur. *Tauros & Coronas,* Tauros nempe Coronatos *& ante januam afferens* ad majorem apparatum, & cultum, ut dicitur Machab.4. n. 57. *Ornaverunt faciem templi Coronis aureis.*

Dei cultus cum multo apparatu.

Machab. 4.

QUÆSTIO V.

Quare Gentiles offerebant Diis suis victimas Coronatas?

36. TExtus ait, quod Sacerdos Iovis ad offerendum adducebat victimas, seu tauros cum coronis, quia ut dixi in expositione Victimæ coronatæ offerebantur.

37. *Ob gratitudinem cum coronis.*

Corona cum sit rotunda ponitur pro symbolo totius perfectionis, ac copiæ omnium bonorum totius Regni, illiusque felicitatis, & in capitibus victimarum imponebantur, ut hoc signo Gentiles denotarent, se ipsos Deo suo non offerre, nisi perfecta, selecta, ac meliora ut ita suam gratitudinem testificarentur diis suis, à quibus tanta bona receperant.

Valer. Max. Macrobius.

Valer Maximus lib.9. cap.1 Macrob. lib. Satur. c 11.

38. Levit.19

Deo semper offerenda sunt meliora: Mandavit Deus, Levit.19. n.23. *Quando ingressi fueritis terram, & plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum; poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis; quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Deo.* Fructus, quos arbores germinabant, primo, secundo, & tertio anno erant adhuc imperfecti, at vero in quarto erant plenè consumati in ultima perfectione, ac maturitate, & tunc offerendo Deo D Chrysost. serm. de Pentecost. ait: *Vide legis conditoris prudentiam, fructum primum, nec manducari permittit, ne ante Deum quisquam eum percepisse videatur, nec offerri concessit, ne Deo immaturus offeratur, quia oblatione nedum dignus est fructus, nec accipiendi convenit immaturus.*

Meliora Deo offerenda.

D.Chrysost.

39. Gen.4 *Pura & perfecta Deo danda.*

D.Chrysost.

Adamus extitit primus fructus generis humani cur non se offert Deo cum aliquo sacrificio, ut ejus filius Abel, Genes.4 n 4. Adamus extitit multum imperfectus, fœdatus, ac immaculatus suo peccato, at Abel purus, sanctus, & valde perfectus, indeque ipse, & non Adamus facit sacrificium. Sic pergit citatus Chrysost. *Ille fructus fuerat peccato alligatus, & peccati crimine tenebatur, ideo non levatus est, licet fructus prior videatur, sed is, qui postea factus, ut discas, quod ille fructus primitias facit, qui robustus, & validus, & summa maturitate floruit.*

Act.14.n.13. Quod ubi audierunt Apostoli, Barnabas, & Paulus, concessis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE IV.

à Vers. 13. usque ad 17.

40. Vers.13. *Quod ubi audierunt Apostoli.* Voces scilicet acclamantium: *Dii similes hominibus venerunt ad nos;* nam Apostoli Lycaonicam vocem rectè intellexerunt, quamvis neget Chrysost. *Conscissis tunicis.* D. Chrysost. *Diruptis vestibus* suis, quod solebat fieri apud Iudæos in signum doloris, ac detestationis. *Exilierunt in turbas,* quo significatur magnus fervoris impetus Apostolorum ad impediendum tam execrabilem errorem.

D.Chrysost. *Antiqua consuetudo.*

41. Syrus.

Vers.14. *Nos mortales sumus similes vobis.* Syriac. *Passionibus obnoxij sicut & vos.* Oecumen *Similiter affectibus & malis obnoxij sicut vos.* Factum superbiæ evitantes cognoscunt humilitatem suæ naturæ, & ab his vanis cogitationibus convertimini ad verum Deum adorandum, qui tot mirabilia in generationibus præteritis, & modo vobis benefaciens de Cœlo, dans vobis solem, & pluviam, ac fructus in tempore suo.

41. Lyran.

Vers.17. *Vix sedaverunt turbas.* Syriac. *Vix compescuerunt turbas, ne quis ei sacrificaret.* Ait Lyran. Propter pronitatem ad Idololatriâ. Solum de turbis hic fit mentio, nulla autem de Sacerdotibus; suspicatur Carthusianus, quòd cum audierunt suum Iovem, ac Mercurium à Paulo, ac Barnaba vanum vocari, ac despici, venerationem in odium convertisse erga Paulum, ac Barnabam.

Carthus.

QUÆSTIO VI.

Quare isti Lycaonenses volunt aris, & sacrificijs colere Apostolos tamquam Deos?

43. *Beneficentia maximè obligat ad honorandum benefactorem.*

CVm tota Gentilitatis cæcitas proveniisset ex aliquorum beneficentia: vel victoria, ædificio, vel arte, videns Diabolus, quia Apostolus Paulus sanaverit claudum credidit se habere bonam occasionem ad novam idololatriam introducendam, ut sic magis perderet illos homines, & an fortè posset inescare sacros Apostolos D. Chrisost homil 1. ad popul. Antioch. sic ait *Illi,* scilicet, homines, *Paulo, & Barnabæ immolare aggrediebantur, vide Diaboli malitiam; Per quos Dominus impietates ex mundo exturbare studebat, per hos ipsam ille inducere curabat, rursus persuadens Deos homines esse putare, quod & prioribus facit temporibus, & hoc maximè est, quod idololatriæ principium, & radicem introduxit, multi enim, qui urbes ædificaverunt, ut Deos adorarent.*

D.Chrysost.

44. Math.10

Maximè consideranda est alta dispositio divinæ Providentiæ: Mittit Christus D. suos discipulos in mundum, ut illius errores destruerent, Idolorum cultum everterent, eorumque superstitiones avellerent, & ait eis: *Tradent vos in Concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos, ad Præsides, & Reges ducemini propter me ::: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum,* Matth. 10. n. 17. & 22. Quid agis ô bone Deus? Solent Reges suos legatos, quos mittunt ad nationes extraneas toto affectu disponere, ac ordinare, ut acceptabiles sint populo, ac amico fœdere cum eis uniantur: Si, Domine, tuos Apostolos tamquam legatos mittis ad omnes gentes, cur non disponis, ut ipsi sint maximè amabiles, ac chariſſimi omnibus, cur vis, ut habeantur in odium omnium? Ibant Apostoli magna potestate tamquam omnium benefici, ut infirmos curarent, mortuos suscitarent, & ut ab obsessis dæmones expellerent, si ipsi grati essent amabiles populis, facile, ut Dij crederentur, & eos ut Deos adorarent; totus enim error, ac cæcitas Gentilium natus est ex beneficis hominibus, sic ait Chrysostom. citatus: *Multi enim; qui & bella bene gesserant, & urbes ædificaverant, & alijs hujusmodi perneruerant sui temporis*

Idololatria ex beneficentia hominū orta est.

D.Chrysost.

temporis homines, Dij à multis æſtimati ſunt, & templis, & aris honorati ſunt, & omnis Gentilium Deorum numerus ab his omnibus conflatus eſt. Nota ſequentia: *Ne hoc ſanctis fieret, permiſit Deus ipſos continuo pelli, flagellari, in varios incidere morbos, ut nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba præſentibus perſuaderet, quod homines erant talia edentes miracula.*

Abſcondit Deus occaſiones peccandi.

45. Mandat Deus Moyſi, ut Aaronis virgà recondatur, & ponatur in arca teſtamenti: *Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij.* Numer. 17. n. 10. Multis placet, quod illa virga Aaronis erat virga Moæſis, qua ipſe fecit tot, & tanta prodigia in Ægypto, mare fidit, hoſtem perdidit; ut Hebræum ſervet tot rerum potens virga; tot mirabilium operatrix ab oculis hominum latet, & abſconditur. D. Auguſt ad locum citatum ait: *Unde, & virga, in qua tot ſigna fecerat, abſtulit, ne adoraretur.* Alte debent homines cogitare de ſuo viro ſervatore, ac benefico, quando divina Providentia de Virga ſervatrice abſcondenda diſponitur.

Num. 17.

Beneficia inducunt ad idololatriam.

QVÆSTIO VII.

Quare ſacri Apoſtoli tanto impetu, ac vehementia prohibent, ne eis fiant ſacrificia, & altaria?

46. SCiſſis veſtibus oſtendunt magnam deteſtationem talium operum, & ſuum fervorem ad prohibendum tantum nefas cùm *Exilierunt*, tum ne Dei debita gloria ad homines transferretur; quia ſoli omnipotenti Deo ſacrificia debentur; tum etiam ne Lyſtenſes tam grave ſcelus, tamque grande, & execrabile peccatum committerent, ac proinde in hoc facto manifeſtarunt ſacri Apoſtoli excellentiam ſuæ Charitatis, ac erga Deum; & homines, tamquam duabus alis, quæ datæ ſunt mulieri, ut fugeret, ac tenderet in locum ſibi paratum à Deo Apocal. 12. n. 14.

Charitas Dei, & proximi.

Apoc. 12

47. In quo maximè nitet, & reſplendet ſummâ; & excellens virtus Apoſtolorum humilitas, qua ſe continent in ſua Sphæra, ut ſe homines recognoſcunt, & etiam eorum eximia charitas, ut alios doceant, & illuminent, & à peccatis, ac erroribus avertant, ne hominibus honorem ſoli Deo debitum tribuant.

48. Conſidera duos præclariſſimos Prophetas Moyſem, & Iſaiam, ille dum à Deo eligitur, & mittitur, ut dux, ad liberandum Iſraelem de Ægypto multum ſe excuſat: *Quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, mitte quem miſſurus es.* Exod. 4. n. 13. At alter, ſcilicet, Iſaïas valde diverſimodè ſe habet; nam ut vidit Deum ſollicitum de miniſtro eligendo, ut deſtinetur ad populum, ſtatim ſe offert: *Ecce ego mitte me*, Iſai 6. n. 8. Vterque juſtè, & ſanctè ſe exhibet, ut ponderat D. Gregor. Nazianz. dicens: *Bonum eſt aliquantiſper per Dei imperium detractare, ut Moyſes, & rurſus advocantem promptè, atque impigrè occurrere, quemadmodum Iſaias.* Moyſes aſſumebatur ad regimen; & gubernaculum totius populi; Iſaias verò deſtinabatur, ut ſua doctrina, & prædicatione populum illuſtraret, mundaret, ac purificaret à ſuis peccatis: Moyſes ex ſua humilitate retractat regiminis clavum accipere, & in ſupremo populi apice conſtitui: At Iſaïas ex ferventi charitate, qua de populi ſalute flagrabat, prõptè, & omni periculo contempto ſe ſe exponit, ac præſentat, ut purificationem, quam chalchulo de manu Angeli acceperat populo communicaret. Nicetas Nazianz. Scolaſtic. ſic ait: *Etenim Moyſes impari metuens muneri ſibi, ſuæque fragilitati proſpiciebat refugiendo: Iſaias autem cum remiſſis ſuis peccatis audiſſet, quis proficiſceretur ad populum hunc, atque exiſtimaret eam ob cauſam nuntium quæri, ut pari beneficio frueretur illi, ad quos mitteretur præ animi lætitia ſe ipſum offert, ut illis propter peccata remitterentur: Ecce ego, inquit, mitte me: quare non ſine ratione, ille mandatam ſibi Provinciam deprecabatur; & hic cupidè ambiebat.*

Iſai 6. D Naz.

Moyſes ex humilitate recuſat, Iſaias, ex charitate ſe offert.

Nicetas.

Act. 18 n. 18. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudæi: & perſuaſis turbis, lapidanteſque Paulum traxerunt extra Civitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V. à Verſ. 18. uſque ad 19.

Verſ. 18. *Perſuaſis turbis*, nempe à Iudæis: *lapidantes Paulum* quanta eſt populi inconſtantia; nam paulo ante Paulum ut Mercurium divinis proſequebantur honoribus, nunc verò ſacrilegum, ac blaſphemum lapidibus obruunt: Paulus lapidaverat Stephanum, Act. 7. modò ipſe lapidatur, & appoſitè id patitur, quod alteri irrogavit. 49.

Traxerunt extra Civitatem, protruſerunt extra Civitatem, tamquam mortuum, ne mortuo contaminaretur Civitas. 50.

Verſ. 19. *Circundantibus autem diſcipulis*, ut eum tamquam mortuum ſepelirent, ut ait Caietan. vel ut abſconderent, & protegerent à Iudæis, ut vult Lyranus: *Poſtera autem die*, divinitus reſtituta ſanitate à tam dira, ac crudeli lapidatione, ut obſervant Carthuſian. Lyran. & alij ipſe cum Barnaba ſe conduxit Derben, ubi multos docuerunt, & confirmarunt in fide. 51.

QVÆSTIO VIII.

Quare per multas tribulationes, & labores intrandum eſt in regnum Cœlorum?

HVnc locum tractans D. Hieronimus epiſt. ad Oceean. de ferendis opprobr. ait: *Si per multas tribulationes quibuſdam cœleſtis regni aditus aperitur, illis utique clauditur, qui nolunt ſuſtinere, vel paucas.* Clavis nobis aperiens regnum Cœlorum eſt tribulatio, & preſſura, quod in ſupremo noſtro capite Ieſu videmus, qui de ſe dixit ad ſuos diſcipulos: O ſtulti, & tardi corde ad credendum, nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. Luc. 24. n. 17. 52. D. Hier.

Luc. 24.

Primò, quod alta Dei providentia ita eſt ordinatum; quia præſens vita laboribus plena eſt, & illis pro Deo patienter toleratis componitur corona ad gloriam. Secundò, quia innumeri nobis ſunt inimici, qui nos undique opprimunt, & vexantur, quibus ſi benefeceris *Deus erit tibi* eximius benefactor. Tertio quia his laboribus virtus magis fovetur, ſtabilitur, ac radicatur. Quarto; quia hoc nitro, & lixivio peccata mundantur, abluuntur, & extinguntur; quia his expiantur, ac ſatispatiuntur peccata, ut minor fortè ſit pœna in altera vita, ac Purgatorio. 53.

Multæ rationes pro laboribus hujus vitæ.

Sexto, quia ita diſpoſitum, & ordinatum eſt à Deo ut hæc ſit trita, ac communis via per quam aſcenditur, & ingreditur ad regnum Cœlorum. Dicebat 54.

Ioan. Ab. Ioannes Abbas : *Portam Cœli esse injuriarum pressionem. Hæc*, inquit, *est porta Dei, per quam Patres nostri per multas tribulationes, & injurias gaudentes ingressi sunt sanctam Dei Civitatem.* Ita Vita Patrum lib. 3 n. 84 auctore Ruffino.

55. Cum meus Iesus penderet in Cruce, & simul cum eo assisteret bonus Latro ab eo exorat: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum*, ait illi Christus: *Hodie mecum eris in Paradiso* Luc. 23. n. 42. Ille postulat regnum, Christus offert Paradisum; forsitan illud, à quo Adamus expulsus est? Minimè, quisnam est Paradisus Sanctorum in hac vita, quod est pati, Crucifigi pro Deo: *Ioant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Act. 5. Act. 5. n. 4. & 5. *Tiburtius cum incederet super prunas ardentes nudis pedibus dicebat, videtur mihi quod super roseos flores incedam.* Corrigit Dominus Petitionem Latronis, ille postulat regnum, Christus ei offert Paradisum justorum laborum, ut ita valeat ingredi, & habere locum ad regnum Cœlorum.

D. Ambr. D. Ambros. epist 19. sic ait: *Latroni illi confitenti dicitur: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Ille dixerat, memento mei cum veneris in regnum tuum, Christus non de regno respondit, sed ad causam: Hodie mecum eris in Paradiso, id est reformandum antea, quod amissum est; ut per Paradisum ad regnum perveniatur, non per regnum ad Paradisum. Servatur discipulis, quod plus conferatur pro laboribus, ideoque incolatum promisit regnum distulit.* Sanctus latro, ut perveniat ad petitum regnum Cœlorum, datur illi incolatus in Paradiso laborum, quod servatum est discipulis, ut per tale paradisum veniant ad regnum Cælorum.

Per Paradisum laborum venitur ad regnũ cœlorum.

56. Ait Paulus Rom. 5. n. 2. & 3. *Per quem*, scilicet Christum, *habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem* Primum dicit Apostolus gloriari in spe, deinde quasi amplius aliquid addens, ait; non solum in spe gloriari, sed etiam in tribulationibus, quasi major, ac firmior sit gloriatio ex tribulationibus orta, quàm quæ nascitur ex spe; nam spes tota in tribulationibus enititur, & ubi nulla est tribulatio, & angustia, nulla potest esse spes; nam spes sine labore vana, & improficua est. Bernard. serm. in Cantic. ait: *Prælibemus primitias gloriæ, gloriamur in spe gloriæ magni, non solum autem, sed ut ita dicam expressius gloriemur in tribulatione, in ea siquidem spes gloriæ est*, tamquam in semine, ac sua radice.

Rom. 5.

Non datur spes gloriæ sine tribulationibus.

57. Enumerans Christus D Beatitudines, octava, & ultima est: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum.* Matth. 5. n. 10. & cur tam excellens virtus, ut est patientia in persecutionibus, ac adversitatibus in octavo loco constituitur? quia in ea consumantur, ac perficiuntur omnes aliæ Beatitudines, ab eaque ultimum suum complementum habent. D. August. lib. 1. de serm. Domini in Monte cap. 3. Octavam tamquam ad caput redit, quia consummatum, perfectumque ostendit.

Matth. 5.

Omnes virtutes consumantur in persecutione.

Actor. 14. *n.* 22. Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros & orassent cum jejunationibus commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE VI.
à Vers. 22. usque ad 27.

Vers. 22. *Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros*, quo nomine intelliguntur Episcopi, Diaconi, & alij Ministri. Similis sermo est apud Titum cap. 1. num. 5. *Vt constituas per Civitates Presbyteros*, Aliqui, ut Erasmus, Pagninus, & Tygurina vertunt: *Cum per suffragia elegissent, vel creassent Presbyteros.* Quod non intelligitur per suffragia populi, ut quidam dixit, sed per electionem Pauli; Barnabæ, & fortè etiam suorum Discipulorum. 58. Ad Tit. Erasm. Pagnin. Tigurin.

Cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino. Arias *ordinantes illos*, Oratio, & jejunium præmissum fuit cum manuum impositione, sicut in ordinatione Pauli, ac Barnabæ superiori cap. q. 2. Lyranus hic per orationem intelligit etiam sacrificium Missæ; est præclarissima, & valde solemnis oratio, in qua ex dispositione Ecclesiæ conferuntur Ordines. 59. Arias. Lyran.

Vers. 23. *Venerunt in Pamphiliam* est Asiæ minoris Regio, quæ nunc simul cum Cilicia dicitur *Caramania*; Pisida verò est Ciliciæ pars. 60.

Vers. 24. *Et loquentes verbum Dei*, prædicantes, & annuntiantes Evangelium in Pergen, quæ est Vrbs Pamphiliæ, *descenderunt in Attaliam*, perperam Vatablus legit *Italiam*; nam hæc, de qua agitur, Regio est Pamphiliæ in Asia teste Ptolomeo, & Strabone, sic appellata à Rege Attalo, & inde dicitur Attalicum opus, in quo staminibus fericis aurea subtegmina rutulantia intexuntur, & dicuntur apud nos Tella, de quo Plinius lib. 3. cap. 48. 61. Vatabl. Plinius.

Vers. 25. *Traditi sunt gratiæ* totis viribus incumbebant ministerio gratiæ, ut illam prædicarent, ac plantarent in cordibus hominum per Evangelium in opus, quod compleverunt, seu ut Æthiopicus legit, *quod fecerant*, de quo quæst. seq. 62. Æthiop.

Vers. 26. *Cum venissent retulerunt quanta Deus fecit cum eis*, non dicunt, quanta ipsi fecerunt, sed quanta Deus fecit, omnia Dei tribuentes, qui per eorum manus tot, & tanta fecit prædicatione Evangelica, ac tantis editis miraculis; sic ait Paulus 1. Corinth. 10. n 15. *Non ego, sed gratia Dei mecum*; *Cumque reserassent fores fidei*, alij legunt: *Ostium* prædicatione Evangelica ad fidem, ac baptismum ad salutem æternam. 63. *Deo omnia referenda.* 1. Cor. 10 Alia lectio.

Vers. 27. *Morati sunt autem tempus non modicum.* Syriac. *Multum egerunt illic*, confirmando, ac corroborando eos in fide, ac doctrina Evangelica Baronius existimat mansisse ibi biennium, nempe anno Christi 49. 50. 64. Syriac. Baron.

QVÆSTIO IX.

Quare sacri Apostoli dicuntur traditi gratiæ Dei?

DIcitur Vers. 25. quod Paulus, & Barnabas *traditi erant gratiæ Dei.* Syriacus: *quod commendati erant gratiæ Dei.* Quod dupliciter exponunt AA. Cornelius, Menochius, & alij, quod cum Apostoli navigassent in Antiochiam, discipuli, ac Christiani faustis prædicationibus eos abeuntes prosequebantur, ut gratia Dei eos dirigeret, ac custodiret in pace. Vel alius sensus est: *Traditi gratiæ Dei*, 65. Syriac. Cornel. Menoch.

Dei, id est Spiritui sancto illos moventi, ac exposcenti ad ministerium prædicationis Evangelij inter gentes, ut dictum est superiori cap. 13 n. 22.

66. Lorin. Aptius tamen mihi videtur dicendum cum Lorino : *Traditi gratiæ Dei*, id est totos se dederant gratiæ Dei, ut ab illo gubernarentur, ac dirigerentur in omnibus suis operibus; sicut ipse Apostolus ait 1. Corinth. 5 n. 5. *Tradere hujusmodi Satanæ*, ut ab eo dirigatur, ac impellatur in omne malum, & ut explicant D. Ambros. D. Aug. D. Hieronym. sicut etiam de quibusdam ait idem Apostolus Ephes. 4. n. 19. *Semetipsos tradiderunt impudicitiæ*, sicut de quibusdam dicimus tradiderunt se vitiis, ut laxis habenis illis inservirent in omnibus operibus.

1. Cor. 5. *Vera expositio.* D. Ambr. D. Aug. D. Hier. Ephes. 4.

67. 1. Cor. 3. *Gratia Dei vocat ad opera.* Sic & Apostoli à gratia, & per gratiam dirigebantur in omnibus suis operibus; sic ait ipse 1. Corinth 3. n. 10. *Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens Architectus fundamentum posui*, quamvis ego videat, quod sapienter posuerim fundamentum Ecclesiæ Corinthicæ, totum, quod ibi feci, ex meis viribus non feci, sed ex Dei gratia, sic & modo, quod per tot, & tantas Provincias prædicaverim Evangelium ex gratia Dei est.

68. Cant. 1. Cant. 2. *Gratia Dei reputotiũ, exercitiũ quærit.* Ait Anima sancta, Cantic. n. 16. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina.* Immediatè cap. seq. num. 10. respondit divinus Sponsus *Ego flos campi, & lilium convallium.* Illa vocabat ad lectulum, & domum laqueatam, ac bene compositam, hic verò ad campos, & valles; illa quieti, & dulci somno volebat indulgere, & magno suo palatio gaudere; At vero divinus Sponsus quietem abjiciens ad campos, & valles convocat ipsam tamquam ad exercitia, & luctamina; nescit enim divini Sponsi gratia otium, sed semper nova operum molimina quærit, ut pullulantes, & recentes virtutum fructus germinet. D. Bernard. serm. 47. in Cantic. *Ego flos campi, & lilium convallium; Illa monstrante lectulum, ille vocat ad campum, ad exercitium vocat.*

D. Bern.

69. Luc. 11. *Gratia nescit otium, quærit vigilias.* Huc veniat bonus ille amicus, de quo loquitur Dominus, Luc. 11. n. 5. *Quis vestrum habet amicum, & vadit ad illum media nocte.* Cur non aliâ hora, mane, vespere, vel diluculo, seu in noctis crepusculo, sed *media nocte*. Hora valde opportuna ad somnum, & quietem ex communi hominum usu, ille Dei amicus, ille alius gratia advinculatus, qui nullo otio, nulla quiete tenetur, sed semper promptus, & expeditus est ad labores, & vigilias : ad hoc respicit D. Chrysologus serm. 39. & ait : Hoc tempus est, quod inter præteritos, & futuros labores ardens animus ad divina nihil indulget corpori, nihil quieti, sed antequam finiat transacti diei opera, inchoat, & anticipat jam futuri, ista satis hora impetrandi.

D. Chrysol.

CAPUT XV.

1. *Et quidam descendentes de Judæa docebant fratres : quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari.*
2. *Facta ergo seditione non minima Paulo, & Barnabæ adversus illos, statuerunt, ut ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alij ex aliis ad Apostolos & Presbyteros in Jerusalem super hac quæstione.*
3. *Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibant Phœnicẽ, & Samariam, narrantes conversionem gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.*
4. *Cum autem venissent Jerosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis, & Senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.*
5. *Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum qui crediderunt, dicentes : Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque servare legem Moysi.*
6. *Convenerunt quæ Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc.*
7. *Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos : Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelij, & credere.*
8. *Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut, & nobis.*
9. *Et nil discrevit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum.*
10. *Nunc ergo quod tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus?*
11. *Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi.*
12. *Tacuit autem omnis multitudo : & audiebant Barnabam, & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in gentibus per eos.*
13. *Et postquam tacuerunt respondit Jacobus, dicens, Viri fratres, audite me.*
14. *Simon narravit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex Gentibus populum nomini suo.*
15. *Et huic concordant verba Prophetarum, sicut Scriptura est.*
16. *Post hæc revertar, & reædificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud.*
17. *Ut requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc.*
18. *Notum à sæculo est Domino opus suum.*
19. *Propter quod ego judico, non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum.*
20. *Sed scribere ad eos, ut abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicationis, & suffocatis, & sanguine.*
21. *Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis Civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbathum legitur.*
22. *Tunc placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis, & mittere Anthiochiam cum Paulo, & Barnaba, Judam, qui cognominabatur Barsabas, & Silam viros primos in fratribus.*
23. *Scribentes per manus eorum Apostoli, & Seniores fratres, his, qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus ex Gentibus salutem.*
24. *Quoniam audivimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbaverunt vos verbis, evertentes animas vestras, quibus non mandavimus.*
25. *Placuit nobis collectis in unum, eligere viros, & mittere ad vos, cum charissimis nostris Barnaba, & Paulo.*
26. *Hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi.*
27. *Misimus ergo Judam, & Silam, qui & ipsi vobis referent eadem.*
28. *Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil*

ultra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria.

29. *Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, & quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete.*

30. *Illi ergo dimiſſi deſcenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.*

31. *Quam cùm legiſſent gaviſi ſunt ſuper conſolatione.*

32. *Iudas autem, & Silas, & ipſi cum eſſent Prophetæ verbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmarunt.*

33. *Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad eos, qui miſerant illos.*

34. *Viſum eſt autem Silæ ibi remanere: Iudas autem ſolus abiit Ieruſalem.*

35. *Paulus autem, & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & evangelizantes cum aliis pluribus Verbum Domini.*

36 *Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: Revertentes viſitemus fratres per univerſas civitates, in quibus prædicavimus Verbum Domini, quomodo ſe habeant.*

37. *Barnabas autem volebat ſecum aſſumere, & Ioannem, qui cognominabatur Marcus.*

38. *Paulus autem rogabat eum (ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphilia, & non iſſet cum eis in opus) non debere recipi.*

39. *Facta eſt autem diſſentio, ita ut diſcederent ab invicem, & Barnabas quidem aſſumpto Marco navigaret Cyprum.*

40. *Paulus vero electo Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus.*

41. *Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & Seniorum.*

ARGVMENTVM.

ANTIOCHIÆ ſuboritur grandis quæſtio, an illi, qui ex Gentibus convertebantur ad Chriſtianam Religionem, tenerentur circuncidi, & legem Moyſis obſervare? ad quæſtionis ſolutionem mittuntur Paulus, & Barnabas Ieroſolymam ad Apoſtolos, & Presbyteros; qui congregato Concilio determinant Chriſtianos non teneri, nec obligari lege Moyſis, quo reſponſo Antiochiam delato Paulus cum Sila, & Barnabas cum Ioanne, Marco proficiſcuntur prædicare Evangelium Dei gentibus.

Cap. 15. *num.* 1. Et quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres; Quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſalvari.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.
à Verſ. 1. *uſque ad* 5.

Verſ. 1. *Quidam deſcendentes de Iudæa*, quia, ut notat Lyranus, eſt in altiori ſitu, quàm Anthiochia *Docebant fratres* Gentiles nempe Chriſtianos ſemper contra juſtos, & ſanctos exoriuntur mala, ac adverſitates, ut eos valeant perturbare, ac inquietare. *circuncidamini ſecundum morem Moyſi.* Syriacus: *Ritu Moyſis.* Arabicus: *ſecundum conſuetudinem.* 1. Lyran. Syriac. Arabic.

Per circunciſionem per Synecdochen intelligebant totam legem Moyſis, quia circunciſio, profeſſio, initium, ac oſtium ad illam erat, & Iudæi tam tenaces erant ad ſuam Moſaïcam legem, in qua fuerant educati, ut dicerent, quod cum ſolis Iudæis fuerit promiſſus Chriſtus Ieſus, per quem eſt ſalus vita, ut horum aliquis particeps fieret prius debebat fieri Iudæus; hujus erroris Auctor fuit Corinthus ut teſtantur D. Epiphanius hæreſ. 28. Philaſtro lib. Hæreſ. 8. D. Auguſtinus in Catalog. 2. *Turpis error* Corinth. D. Epiphan. Philaſtr. D. Aug.

Verſ. 2. *Facta ergo ſeditione non minima.* Syriacus: *Ortus eſt tumultus plurimus, & diſceptatio.* Arabicus: *Orta eſt altercatio, ac diſceptatio non exigua,* & contra quos, adverſus illos, ſcilicet Paulum, & Barnabam, negantes circunciſionem eſſe neceſſariam ad ſalutem, cum alij affirmarent utpote Iudæi, ut exponunt Gloſſa Interlinealis, & Hugo; at Caietanus extendit ſeditionem fuiſſe etiam inter Chriſtianos, ſtatuerunt, ut mitterentur 3. Syriac. Arabic. Interlin. Hugo. Cajetan.

Paulus, & Barnabas. *Et quidem alij ex aliis.* Silicet ex parte adverſa Corinthi, & Iudaiſantium, ut auditis partibus res plenius determinaretur ab Apoſtolis.

Ad Apoſtolos, ſcilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem; nam alij Apoſtoli erant diſperſi per orbem. Clemens Alexandr. lib. 6. Conſtit. cap. 12. affirmat, quod duodecim Apoſtoli diſperſi per orbem, nutu Dei convenìſſent Ieroſolymam ad hanc cauſam determinandam. Hæc ſententia non placet; quia Paulus de hac re agens ad Galatas 2. num. 9. ſolum illos tres nominat: ergo non fuerunt plures: Deinde illi tres ſunt præcipua capita Apoſtolorum, Petrus Paſtor totius Eccleſiæ, Iacobus Antiſtes Ieroſolymorum, Ioannes Secretarius Divini Verbi: Tandem ille liber Clementis continet multa apochrypha, ut tenent Baronius tom. 1. Annal. Bellarm. & alij. 4. Clemen. Baron. Bellarm.

Et Presbyteros tum Epiſcopos, tum etiam Sacerdotes, nam Epiſcopi habent jus Suffragij in Conciliis, Sacerdotes verò interſunt tamquam Doctores, & Conciliarij, de quo videndus Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 15. & 16. 5. Bellarm.

Verſ. 3. & 4. *Illi vero*, ſcilicet Paulus, & Barnabas deducti ſunt ab Eccleſia cum multo honore, & per loca, & civitates, per quas tranſibant, ſicut & cum veniſſent Ieruſalem referebant omnia, quæ fecerant in ſua peregrinatione, & quomodo tot, & tantas civitates produxerant ad fidem. 7. verſ. 5. *Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum.* Syriac. *De doctrina Phariſæorum.* Arabic. *De ſecta factionis Phariſaicæ.* Cum Paulus, & Barnabas veniſſent Ieroſolymam, & expoſuiſſent ob quam cauſam venerant, inſurrexerunt, & ſe oppoſuerunt contra eos quidam de hæreſi: nomen hæreſis hic non ſumitur in malam partem, ut notant Lorinus, Eſtius, & Menochius, ſed idem habet, ac de doctrina Phariſæorum. 6. Syriac. Arabic. Lorin. Eſtius. Menoch.

QVÆSTIO

QVÆSTIO I.

Quare iſti, qui excitarunt quæſtionem contra Apoſtolos non nominantur, ſed dicuntur quidam.

8. MAxime notandum, quod Authores hujus diſſenſionis, ac controverſiæ ſuo nomine expreſsè non nominantur, ſed tantum communi, ac vulgari vocabulo dicuntur: *Quidam deſcendentes de Judæa*, & iterum verſ. 5. *Surrexerunt quidam*, tamquam homines vulgares, ignobiles, ac ſine nomine ſcribit D. Lucas 12. num. 15. *Ait autem ei quidam de turba, Magiſter dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem* Præclara notat Evangeliſta, quod iſte non erat vir honoratus, nec ex prima nobilitate, ſed ex infima plebicula de turba, ut notavit Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 18. ad Alex. 2. & ait: *Notandum, quod Lucas præmiſit quidam de turba, itaque non ut Levita vel Clericus, ſed ut de turba vulgaris, & Laïcus rogat Ieſum pro diviſione,* Nam ſicut Levitici, ac nobilis eſt cuncta unione conglutinare, ita ignobilis, & plebei univerſa diſcordia diſpergere.

Infimi homines diſſidium ſeminant. Luc. 12. Damian.

9. 1. Cor. 3. Ait Apoſtol. Paulus 1. Corinth. 3. num. 3. *Cum ſit inter vos zelus, & contentio nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis: Cum enim quis dicat: Ego quidem ſum Pauli, alius autem: Ego Apollo nonne homines eſtis.* Maxime notat Apoſtolus diviſiones, & contentiones, quæ inter vos vagantur: quod quidam ſe dicunt diſcipulos Pauli, alii Apollinis, alii Cæphæ, ut dixerat cap. 1. n. 12. & inde Apoſtolus multum eis exprobrat, quod ſint homines carnales, & ſecundum hominem ambulent, & cur tanta exprobratio in eos? apte D. Auguſt. tract. 1. in Ioann. ſic ait: *Quos Deos volebat facere? quibus exprobrat, quod homines eſſent vultis noſſe! audite: Ego dixi Dij eſtis, &c.* Pſalm. 8. num. 1. *ad hoc enim vocat nos ne ſimus homines.* Deus ſua alta providentia nos vocavit, & voluit facere unionem, ac concordia Deos per participationem ad imitationem Trium Divinarum Perſonarum; tamen per diviſionem; ac diſſenſionem totam nobilitatem amiſimus, & facti ſumus homines, viles, carnales, & lutei.

Vnio facit Deos, diſſentio terrenos. D. Aug. Pſal. 8.

QVÆSTIO II.

Quare hæc diſſēſio, ac controverſia contra Apoſtolos tam multipliciter crevit?

10. VAlde mirum quantum hæc diſſenſio, ac controverſia de circunciſione contra Paulum, & Barnabam creverit, & multiplicata fuerit, illam cœpit publicare Cherinthus, inde, ut ait Textus: *Facta eſt ſeditio non minima,* ſeu ut habet Syriacus: *Ortus eſt tumultus multus*, ut neceſſe fuerit conſulere Apoſtolos. Veniunt Paulus, & Barnabas Heroſolymam, novos contradictores inveniunt: *Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum;* & jam non loquuntur ſolum de circunciſione, ſed etiam de obſervatione totius legis Moyſis; *quia oportet circuncidi eos, & præcipere quoque ſervare legem Moyſi.* Cum quidam ſe ſeparant à debita unione, ſtatim diviſiones, ac diſſentiones creſcunt, ac multiplicantur.

Syriac. *Crevit controverſia.*

11. 1. Cor. 11. Ait Paulus 1 Corinth. 11. num. 18. *Audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo;* non ait ſciſſuram in ſingulari, ſed ſciſſuras; quia nunquam una ſola perſiſtit, ſed una multas parturit, & generat, & fœcunda multarum eſt mater.

Vna multarum mater.

Ahias Salonites prophetico ſpiritu repletus prædixit Roboamo magnam partem Regni Iſraëlis ſub ejus poteſtate ſubjugandam, & Prophetæ modus maximè expendendus eſt. Ait Textus 3 Reg. 11. n. 30. *Apprehendens Ahias pallium ſuum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes; & ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem ſciſſuras, hæc enim dicit Dominus Deus Iſraël: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Ad quid erat pallii ſciſſura, ad hoc indicandum, ſatis ſufficiens erat quod pallium in duas partes divideretur, & quod major, ac precipua daretur Ieroboamo: Quis poteſt dubitare, quod tali ſigno res ſufficienter denotabatur? Ad quid tot ſciſſuræ? Vt ita ſignificaretur, quod populus ſegregatus à ſua debita ac convenienti unione, non in una, ſed in multiplicibus diviſionibus; & ſeditionibus diſpartitur, ac ſcinditur. Rupertus lib. 5. in lib Reg. cap. 4. ſic ait: *Cur tot ſciſſuras Propheta fecit, cum pallium ſuum in duodecim ſcindit? nempe ſi nihil aliud, quàm regni unius diviſionem in duo regna ſignificare volebat, poterat unum pallium ſcindere in duas partes: Quare ergo ſpiritus Domini magis ſic placuit, & tot ſciſſuras fecit. Plane, & in hoc vera rationis conſtantia eſt: Sciſſum nempe à domo David illud regnum Iſrael, deinceps adverſus ſe ipſum diviſum fuit decies.* Vna diviſio catenatim ſecum multas adducit.

Diviſio à debita unitate multas diviſiones parit. 3. Reg. 11. 12. Rupert.

Vidit Nabuchodonoſor arborem ſublimem, & altam, cujus ſublimitas attingebat Cœlum, & ita ſpatiabatur, ut ſuis ramis, foliis, ac fructibus totum adimpleret Orbem. Tunc Sanctus Angelus clamat de Cœlo: *Succidite arborem, præcidite ramos ejus, excutite folia, & diſpergite fructus ejus; & fugiant beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres in ramis ejus*, Daniel. 4. n. 11. Relinquo ſenſum literalem hujus rei, de quo latè Gloſſa Interlinealis Theodoretus, Lyran. Carthuſian. Hugo, qui per arborem intelligunt Nabuchodonoſor, qui ſegregatus eſt à ſuo regno per ramos, filios, & nepotes, per folia pulchritudinem regni, per fructus divitias, ac opulentias, per beſtias ſubditos, ac clientes, ſed tantùm quæro cur præciſa arbore tot ſciſſuræ fiunt; conſequens erat, quod ex una multæ diviſiones naſcerentur in ramis, foliis, fructibus, & in his, quæ ad eam confugiebant.

13. Dani 1. 4. Gloſſa. Theod. Lyran. Charthu.

Actor. 15. n. 6. Convenerunt que Apoſtoli, & Seniores videre de verbo hoc.

Verſiones.

CVM EXPOSITIONE II. à Verſ. 5. Vſque ad 12.

Verſ. 6. COnvenerunt *Apoſtoli.* Syracus: *Congregati ſunt,* & ſubdit Textus: Videre de verbo hoc. Æthiopic. *Quid faciendum eſſet de hac re.* Conſultare, ac determinare, quid faciendum eſſet in hac re, & hoc extitit primum Concilium, quod celebratum eſt in Eccleſia ſub Petro Apoſtolo, & Claudio Imperatore anno Chriſti 54. ab ipſo paſſo fere 20. ſecundum autem Concilium extitit Nicænum anno Chriſti 325. ſub S. Sylveſtro Papa, & Conſtantino Magno.

14. Syriac. Æthiopic. Primum Concilium.

Verſ 7. *Cum autem magna conquiſitio fieret* Syriacus: *Multaque habita diſceptatione*, tunc jam re controverſa, ac diſputata, auditiſque rationibus pro utraque parte, Petrus, ut Princeps omnium, ac Primas

15. Syriac.

Sententiam Petri omnes approbant.

mas Eccleſiæ ac ſupremus Iudex quæſtionum definit, ac decidit, cujus ſententiam mox Iacobus Apoſtolus, ac cæteri omnes approbant, ac ſequuntur, ut notarunt D Chryſoſt. D. Hieronym. Theodoret. & ita dicitur infra verſ. 12. quod auditis Petri verbis: *Tacuit omnis multitudo.*

16. Æthiop.

Ab annis antiquis elegit per os meum audire. Æthiopicus: *Elegit per os meum, ut teſtifices.* Cùm dicitur *ab annis antiquis*, nempe à Converſione Cornelij, de quo cap. 10. à quo jam elapſi erant ferè quatuordecim anni: Vel ab annis antiquis poteſt referri ad electionem Petri in Pontificem: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram*, Matth. 17. n 18. à quo tempore ipſe conſtitutus eſt teſtificare verba Evangelij, & fluxerant ferè decem, & octo anni.

Math. 17.

17. Græcus.

Verſ. 8. *Et qui novit corda Deus.* Græcus: *Cordis inſpector*, tamquam ſi dicat, Deus non reſpicit ad carnem, an circunciſi ſint, necne, ſed ad cor, ac ejus promptitudinem, ad excipiendam fidem & gratiam ejus, & hanc promptitudinem, ubi invenit ſive Iudæis, ſive Gentibus, *teſtimonium perhibuit*, teſtificatur, & demonſtrat, dans illis Spiritum ſanctum in ſpecie linguarum cum ſuis donis, *ſicut & nobis dedit* in die Pentecoſtes.

18. Arabic. Syriac.

Verſ. 9. *Et nihil diſcrevit inter nos, & illos.* Arabicus: *Neque diſcrevit in re ulla inter nos* circunciſos, *& illos* incircunciſos ſine ulla perſonarum acceptione *fide purificans corda eorum.* Syriacus: *Fide purgaverit*, fide, baptiſmo, ac contritione mundavit corda eorum, non vero circunciſione.

19. D. Chryſoſt. Oecum. Caiet. Beda. Lyran.

Verſ. 10. *Nunquid tentatis Deum.* Chryſoſtom. Oecumen. *Quaſi Deus non poſſit ſalvare ſine circunciſione.* Caietanus *Tentatus ad iram*, aptius Beda, Lyranus inquiunt quod ille Deum tentat, qui ejus clara mandata in dubium revocat, vel deſpiciendo, vel contrarium agendo contra Dei mandata *imponere iugum legis*, ſcilicet antiquæ ob multitudinem & duritiem præceptorum ejus, ut dicam q 4. *Neque nos portare potuimus* ſeu ut Syriacus *Perferre*, niſi cum multa difficultate, ac onere.

20. Arabic. Beda. Lyran. Carthuſ.

Verſ. 11. *Sed per gratiam, &c.* Arabicus: *Certi ſumus nos per gratiam noſtri Ieſu Chriſti ſalvari*; non per circunciſionem, ac opera legis, ſed per gratiam Chriſti, ut exponunt Beda, Lyran. Carthuſian. ſicut illi per gratiam Chriſti ſalvati ſunt ab Adamouſque modo, & uſque in finẽ mundi, per quam ſalvati ſunt antiqui Patres ante circunciſionem, ut Enoch, Noe, Melchiſedech, & alij, & de ipſo Abrahamo ante circunciſionem dicitur: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam*, Gen. 15.

Gen. 15.

21.

Verſ. 12. *Tacuit autem omnis multitudo* auditis verbis Petri tacuit omnis multitudo venerans, & approbans dicta à Petro, quod Paulus, & Barnabas confirmarunt, narrantes multa mirabilia ſigna, & prodigia, quæ Deus per eorum manus fuerat operatus per loca, & civitates, per quas peragrarunt prædicantes Evangelium Dei.

QVÆSTIO III.

Quare Paulus plenus ſapientia cum Barnaba venit Ieroſolymam, ut conſuleret Apoſtolos ſuper poſitam quæſtionem?

22. Galat 1.

PAulus divinitùs plenus erat omni ſapientia, ut ipſe de ſe teſtatur ad Galat. 1. n. 1. quod ipſe Evangelium acceperit, *non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum.* Et cum tantus eſſet ſapientia divina venit Ieroſolymam, ut cum Apoſtolis conſultationem faciat.

Simile factum legimus ab eo ad Galat. 2. num. 2. quod iterum aſcendit Ieroſolymam ad Apoſtolos, *& contuli cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus.* Magnus doctor Gentium vas divinæ Sapientiæ ad quid confers tuum Evangelium cum aliis, nonne ſatis tua ſapientia eſt probatum? Hoc ejus humilitati tribuit D. Hieronymus dicens: *quod Pauli humilitas offenderetur*, cavet magnus Doctor, ne fortaſſe ſuo genio, ac ſapientiæ multum fidens, ne leviter fortaſſe, vel ſaltem quoad modum à communiori Patrum forma tantiſper abiret; vel ut Chriſoſtom. ac alij *contulit*, ut linguas detrahentium, ac hallucinantium ejus doctrinæ comprimeret, nam diſciplina ſapientum chalculo comprobata frænum eſt in ore maledicentium, ut obturetur, ne mutire audeat; nam ut dicitur Proverb. 11. n. 14. *Ibi enim multa ſalus, ubi multa conſilia.*

23. Galat. 2. D. Hier. *Nemo ſuæ ſapientiæ multum fidat.* D. Chryſoſt. Prov. 11.

Promittens Deus magnam felicitatem populo ſuo per Iſaiam cap. 5. n. 26. ait: *Reſtituam judices tuos, ut fuerunt prius, & magiſtros tuos ſicut antiquitus.* In quo ſtat magna proſperitas reipublicæ, quod judices ſint ſicut prius, & quid habuerunt illi primi judices? erant dociles, ut ſecum paterentur habere, & conſiliarios, *& magiſtros tuos ſicut antiquitus.* Facile quilibet ex ſuo cerebro erat, ſecurius incedit ſi cum aliis rem diſcutit, examinat, ac conſulit. Citato loco D Baſilius ait: *Neque enim ſufficiat per ſe unuſquiſque aſſequi, ac deprehendere quid ex officio doceat, quapropter Deus conſiliarios præſtituit.* Hinc Auguſtus pro ſuo Imperio adminiſtrando, teſte Suetonio cap. 35. *Inſtituit conſilia ſemeſtria quibus cum ante tractaret de negotiis ad Senatum referendis.*

24. Iſai. 5. *Nullus eſt ſapiens ſine conſilio.* D. Baſil. Sueton.

Conſtituit Pharao Ioſephum Principem ſuper totum Ægyptum, *ut erudiret Principes ejus, & ſenes ejus prudentiam doceret*, Pſ. 104 n 22. Dicuntur prudentes, & ſenes non ſolum nomine, ſed etiam re ipſa; quia cum haberentur, ut ſapientes & ſenes non recuſabant, ſed patiebantur doceri, ac illuminari ab adoleſcente triginta annor. qualis erat Ioſeph quando extitit ante conſpectum Pharaonis, Gen. 41. n. 46. D. Chryſoſt. ibi ait: *Fructuum cuſtodiam non proinde curavit, ut ſpiritualem utilitatem Præfectorum, ac Seniorum, qui ab eo ſalutem, & ſapientiam conſecuti fuerant.* Sapiens Rex magis de ſuorum ingenua prudentia, quam de fructibus agebat.

25. Pſ. 104. *Quilibet ſapiens non contemnat conſilium.*

Cum Angeli pergerent cum Abrahamo in Sodomam ait Text Geneſ 18. n 16. *Direxerunt oculos contra Sodomam, Abrahamus gradiebatur ſimul deducens eos.* Angeli ductore indigent ne à via aberrent? nullo modo: Cur ergo Abrahamum voluerunt habere ductorem ſuæ viæ? Vt oſtenderent docilitatem naturæ, quod Angeli in figura humana non reſpuunt ac recuſant habere ducem, ac ductorem; ex quo D. Chryſoſt. in ipſis Angelis Dominum recognoſcens ait homil. 24. in Geneſ. *Quod eſt majus*, ait vide Domini miſericordiam quantis obſequiis uſus eſt ſimul, & juſto honorem impendit.

26. Gen. 18. *Angeli ductorem non recuſant.* D. Chryſoſt.

QVÆSTIO IV.

Lex vetus valde dura multum oppreſſa pondere præceptorum; ac difficultatum.

OPpreſſionem, & difficultatem legis antiquæ ſatis explicat D. Petrus in præſenti cum ait: *Quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus.* Loquitur Sanctus Petrus de præceptis

27. *Apoſtolus loquitur de præceptis Moſaïcis.*

ceptis propriis legis Moyſaïcæ, ut erant judicialia, ac cæremonialia; nam præcepta moralia, ac naturalia, quæ ſunt Decalogi obligant in lege gratiæ.

28. *Deus non præcipit impoſſibilia.* Tigurin. De illis præceptis Moſaïcis ait Apoſtolus, *quæ nec Patres noſtri, nec nos portare potuimus.* Dicuntur importabilia, non quia ſint impoſſibilia, id eſt *valde difficilia*, ut habet Tygurina, ſicut illud, quod eſt multum difficile dicitur impoſſibile, & in hoc ſenſu dixit Chriſtus Dominus, *facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Cœlorum* Matth. 19. n. 24. id eſt valde difficile, ut ibi aliis exemplis explicavi. Matth. 19.

29. Etſi lex vetus erat tam difficilis Iudæis; qui à ſuis parentibus, ac pueritia erant in illa educati, quanto durior, & difficilior eſſet gentibus, quæ talem legem, & jugum neſciebant.

30. Abulenſ. Onus grave legis antiquæ evidenter patet ex his, quæ refert Abulenſ ad cap. 1 Ruth. quæſt. 24. ubi recenſet univerſæ legis præcepta ſexcenta, & tredecim. Rabbi Moyſes refert affirmativa ducenta, & octo, & tot eſſe oſſa in humano corpore, negativa vero trecenta ſexaginta quinque ſecundum numerum dierum anni; Vnde merito D. Auguſt. ſerm. 9. de verbis Domini eam appellat Sarcinam innumerabilium obſervationum. *Quot præcepta legis veteris.*

31. Reducens David arcam de domo Abinadab in Ieruſalem, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: *quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam.* 2 Reg. 6 num. 6. Arias: *Labeſcebant boves.* Caietanus: *Exuerunt ſe boves*, Chaldaïcus: *Quia propulerant eam boves.* Alij apud Bibliam Maximam: *Deficiebant boves*, quæ omnia verba oſtendunt, & indicant, quod boves tanto ponderis onere erant oppreſſi, ut non poſſent illud ſuſtinere, & inde deficiebant, labeſcebant, & ideo à ſe propulerant. Vnde tantum pondus? Quia in arca, ut ait Apoſtolus Hebræor. 9. n. 4. *nihil aliud erat niſi urna aurea habens manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.* Ecce unde tanta ponderis gravitas? nam, ut ait D. Auguſt. 2. lib. Doctrinal. Deus per irrationalia nobis multa dat documenta; Permiſſum eſt à Deo, ut boves deficerent gravi, & duro pondere legis, quam ferebant, & inde illud à ſe excutere ac demittere intendebant. 2. Reg. 6. Arias. Caietan. Chald. Alij. Hebr. 9. D. Aug. *Antiqua.*

32. Maxime ponderanda eſt rerum diſpoſitio, qua ſe Deus habuit cum Abrahamo, nam ut dicitur Geneſ. 15. n. 12. *Horror magnus, & tenebroſus invaſit Abraham*, & ſtatim verſ. 13. ei prædicitur quod ſemen ejus futurum erat peregrinum in terra non ſua: *Et ſubjicient eos ſervituti.* Deinde cap. 17 num. 10. imperat ei circunciſionem: *Circumcidetur in vobis omne maſculum*; per circunciſionem tamquam per oſtium, ac præcipuam partem tota Lex vetus deſignatur, & ideo ante ipſius legis intimationem horror, & timor invaſit Abrahamum ob horrorem, ac timorem, duritiemque ipſius legis. Deinde prius exprimitur ſervitus, & tunc circunciſio imponitur. Doctor Ioan de Lahay cap. 14. num. 216. ait: Legem circunciſionis non fuiſſe juſſam Abrahæ, niſi ſervitute indicata, ut declararet Deus legem veterem, eſſe legem ſervitutis, & ideo in lege libertatis, nempe gratiæ non eſſe obſervandam. *Lex antiqua dura, & ſervitutis.* Lahay.

QVÆSTIO V.

Lex Evangelica benigna, ſuavis, ac levis.

33. QVod aperte manifeſtat, & declarat Chriſtus Dominus dicens: *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Matth. 11. num. 30. de quo multa dixi tom. 3. in Evangel. cap. 20 q. 12. 13. & 14 explicans prædicta verba.

Ait Anima Sancta: *Sub umbra illius, quam deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo*, Cantic. 2. num. 3. Quænam eſt hæc arbor? Inquit D. Gregor. Magnus: *Arbor fructifera ipſe Chriſtus in corde noſtro plantatus per fidem.* Vmbra illius, ejus divina protectio, qua nos tamquam ſub alis protegit ac defendit, & qui fructus tam dulcis, ac ſuavis faucibus, & licet in toto libro Canticorum de multis fructibus fiat mentio, nullus tam inſigniter dicitur dulcis, ac ſuavis, ut hic fructus, *dulcis gutturi meo*, qui interprete D. Ambroſio, eſt Chriſti doctrina, & verbum Evangelicum; & ſubdit: *Qui fructus poteſt eſſe ſuavior faucibus noſtris, quam ille, qui ſecum affert remiſſionem peccatorum*, & conſequenter vitam æternam. 34. Cant. 2. D. Greg. *Lex Evangelica dulcis, & ſuavis.* D. Ambr.

Lex vetus tota pœnis capitalibus abundans: *Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur, qui mœchatus fuerit cum uxore alterius morte moriatur.* Levit. 20. num. 9. & 10. & ſic in multis aliis criminibus procedit Textus, at Lex Evangelica ait: *Si quis peccaverit confiteatur, & pœnitentiam agat, & non moriatur, nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat?* Lex vetus utpote rigoroſa minas mortis adducit, at vero Lex Evangelica, ſeu gratiæ ad vitam propagandam tota eſt intenta: Lex vetus grandis minacibus pœnis ſubditos coercebat, at Lex Evangelica, benignitate, ac indulgentia omnes allicit vita, ſalute, ac ſanitate, *ut convertatur, & ſanem eum.* Matth. 13. n. 15. Philippus Abbas tom. 2. in Cantic. ad illa verba 2. *Meliora ſunt ubera tua vino*, ſic ait: *Id eſt legis, & Prophetarum eloquia Evangelicæ prædicationis gratia temperata, & rorata valde ſunt meliora, id eſt dulciora effecta, nam lex dicebat, Si quis peccaverit, hoc; aut illud peccatum fecerit, moriatur: Evangelium verò clamat, ſi quis peccaverit pœnitentiam agat, & non moriatur: Valde ergo ſunt meliorata, id eſt dulciora effecta ubera.* 35. Levit. 20. *Severitas legis excluditur benignitate Evangelica.* Philipp.

Deſcendit Moyſes cũ tabulis quæ erãt permanſuræ in populo, in quibus erat ſcripta lex manu ipſius Moyſis: *Dixit Dominus ad Moyſen ſcribe tibi verba hæc*, &c. Exod. 34. n. 27. Aliter ſe habet Dominus in lege Evangelica loquens per Ierem. 31. n. 33. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Omitto quod eſt vulgare. Lex antiqua ſcripta in lapide ob eorum duritiem, Evangelica in cordibus carneis, & illud nota, quod illa antiqua ſcripta fuit manu hominis, hæc verò Evangelica ſcribitur manu Dei, nempe Spiritu Sancto, ut auctor eſt D. Auguſt. de Spiritu, & litera cap. 21. ubi ſic ait: *Quæ ſunt aliæ leges à Deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus Sancti.* Illa antiqua lex ſcribitur manu hominis dura, & ſevera, quæ tot plagas induxit in Ægyptum, ut aſtringat, & obliget, hæc gratia Spiritus Sancti, ut indulgeat, remittat, ac condonet, quæ major benignitas, ac ſuavitas poteſt conſiderari. 36. Exod. 34 Ierem. 31 *Lex gratia ſcripta ab Spiritu Sancto, ut indulgeat.* D. Aug.

Actor. 15. *n.* 13. Poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens: Viri fratres audite me.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.

uſque ad Verſ. 21.

Verſ. 13. *POſtquam tacuerunt omnes.* Poſt D. Petrum loquitur Iacobus tamquam Ieroſolymorum Antiſtes ſecutus Petri ſententiam, 37.

Abulens. & ejus dicta corroborans : Vnde male dixit Abulensis in cap. 17. Matth. q. 13. ad 1. quem sequitur Calvin. Calvinus D. Iacobum præsedisse in Concilio, Petrus hoc officium gessit, ut caput Ecclesiæ, & prius est loquutus tamquam prima vox.

38. Vers. 14. *Simon*, scilicet Petrus, qui ante sic dicebatur, & forte hoc nomine magis erat cognitus apud Iudæos, *Narravit*. Syriacus : *Retulit* quemadmodum Deus, ut omnium Dominus, Creator, Salvator, ac Magister, qui non spernit opus suum. *Visitavit*. D. Cyprianus : *Prospexit cogitavit*. Biblia Gothica : *Suscitavit sumere*. Alij *Providit*. Syriacus : *Cœpit eligere ex gentibus populum*. Vt eum aggregaret, ac uniret Ecclesiæ suæ, cum sit omnium Dominus. *Nomini suo*, & dicatur, ac appelletur populus Dei, & Ecclesiæ, ac Christianus. Ita Glossa Interlinealis Hugo, Vatablus vel *nomini suo* Carthusian. ad laudem, & gloriam nominis sui, ut Dei nomen glorificetur.

Syriac. Biblia Goth. D. Cypr. Interlin. Hugo. Vatabl. Carthus.

39. Vers 15. *Et huic concordant*. Syriac. Occumen. *consonant* Arabicus : *Huic sensui conformia sunt verba Prophetarum*, scilicet Amos cap. 9. num. 11. & 12. & more Prophetarum ponitur plurale pro singulari

Amos 9

40. Vers 16. *Post hæc* post testamentum vestrum jam absolutum, abolitum, ut explicat Lyranus, verba sunt Amos, quæ sic habentur apud translationem Chaldaïcam, quæ apud Hebræos magnam habet auctoritatem. Post hæc revertentur filij Israel, & quærent cultum Dei, *& obedient Messiæ filio David Regi suo.*

Lyranus. Chald.

41. *Revertar ad genus humanum*, humana natura assumpta. *Reædificabo tabernaculum David*. Syriacus: *Reædificabo quod collapsum est*. Pagninus : *Instaurabo*. Æthiopicus : *Quæ cecidit confracta*, scilicet Ecclesia, non in se, nam in se ipsa semper firmans, & constans stabit, sed cecidit in perfidis Iudæis, ac aliquibus incredulis suorum vitio, *& diruta ejus reædificabo* ex gentibus congregatis.

Syriac. Æthiop.

42. Vers. 17. *Super quas gentes invocatum est nomen meum*. Annuntiatum, ac prædicatum est nomen: *Dicit Dominus faciens hæc*, tamquam si dicat, nemo de hoc miretur, quia hoc factum est à Domino, qui verax, ac justus est, ut ponderant Lyran. & Carthusian.

Lyran. Carthus.

43. Vers. 18. *Notum à sæculo est*. Arabicus : *ab æterno*. Æthiopic. *A Creatione Domini*. Ita fieri in tempore Deus disposuit, & prædestinavit ab æternitate, ut ex utrisque Iudæis, & gentibus *hoc opus* Ecclesiæ suæ concionaret, & ideo immeritò vultis compellere gentes ad ritum judaïcum.

Arabic. Æthiop.

44. Vers 19. *Indico non inquietari*. Syriac. *Non esse confundendos*. Arabic. *Non lædendos eos*. Arias *Non turbari eos*. Æthiopic. *Ne gravetis super gentes*, non est duro circuncisionis jugo molestandum, turbandum, ac gravandum eos, qui ex gentilismo veniunt ad Christum.

Syriac. Arabic. Æthiop.

45. Vers 20. *Sed scribere ad eos* respondendo ad eorum quæsitam quæstionem, *Ut se abstineant à contaminationibus* D. Chrysost. *Vt se abstineant ab inquinamentis*. Arabicus : *à contaminatione ciborum addictorum simulachris*, nam carnes animalium, quæ fuerunt sacrificatæ idolis utpote valde impuræ erant prohibitæ, ut colligitur ex Paulo 1. Corinth. 10 n. 20.

D. Chrys. Arabic.

46. *Et à fornicatione*. Nam Gentiles communiter credebant esse licitam saltem inter solutos, & ideo necessario fuit exprimenda, ut prohibita *Et suffocatis, & sanguine*, hoc est à comestione animalium suffocatorum quorum sanguis per interfectionem seu jugulationem effusus non est, de quo q. 8.

Vers. 21. *Moyses temporibus antiquis*. Syriacus : *Ab ætatibus antiquis*. Arabicus : *A generationibus*. Reddit Iacobus Apostolus rationem, cur solum dicat ad gentiles in Antiochia ; nam Moyses, seu doctrina Moyses quolibet Sabbato, ut notant Vatablus, Ganeus, Lorin. legitur, & honoratur, & ut notat Lyranus eorum Magistri advertant quæ præcepta moralia sint observanda, nam cæremonalia Christi veri Messiæ præsentia jam abierunt, & abolita sunt.

47. Syriac. Arabic. Vatabl. Ganæus. Lorin.. Lyrant

QVÆSTIO VI.

Sanctissima Virgo Maria totam quæstionem decidit, ac resolvit.

SEntentia est hæc Ruperti Abbatis ad illud 1. Cantic. *Indica mihi quem diligit anima mea*, sic ait, *Actorum 15. facta seditione propter cæremonias judaicas convenerunt Apostoli, & seniores de verbo hoc nullam tui ô Virgo scriptura mentionem facit, idcirco putandum est, quod conventus ille te omiserit, & sanctum de pectore tuo, do tuo ore spiritum non consulerit ; Imo illic, & in cæteris agendis tu Princeps omnem solvisti quæstionem : ita tamen, ut non clamares, neque contenderes, neque audiretur vox tua foris, quia*, nota verbum : *Tu Princeps omnem solvisti quæstionem*. Illa enim, ut ipse Rupertus ait, *est Magistra Magistrorum, id est ipsorum Apostolorum* in illuminando, docendo, ac omne dubium, & quæstionem determinando, illa erat organum Divini Spiritus, per quod illos illustrabat.

48. Rupert. *Virgo Maria solvebat dubia, explicabat quæstiones.*

Vnde ait citatus Rupertus : *An quia Spiritus Sanctus illos docuit, idcirco tua vocis magisterio illis opus non fuit ; Imo vox tua vox illis fuit Spiritus Sancti, quidquid supplementi opus erat, eisdem mortalibus vel testimonij ad confirmandos singulorum sensus, quos acceperant, ab eodem spiritu dividente singulis prout vult ex religioso ore tuo perceperunt*. Christus Dominus promisit suis Apostolis *Spiritum veritatis, & docebit vos omnem veritatem*, Ioan. 14. num. 26. qui veniens dividit dona sua singulis singula, prout vult, tamen totum hoc voluit dare, ac communicare per fauces, & voces Mariæ. *Quæ ex religioso ore suo perceperunt*. Ipsa constituta est ab Spiritu Sancto in suorum donorum magisterium, ut sua dona doceret, explanaret, ac declararet. S. Laurentius Iustinianus serm. de Nativitate Mariæ, & ait : *Illam profecto adornavit verbum, sibique in genitricem elegit, utpote superabundanti jam benedictione præventam, jamque Sancti Spiritus magisterio deputatam*. Expende ultima verba, eam in Ecclesia Spiritus Sanctus constituit, ac deputavit in sui, suorumque magisterio D. Anselm. lib. de excellentijs Virgin. cap. 7. *Licet Apostoli per revelationem Spiritus Sancti edocti fuissent in omnem veritatem, incomparabiliter tamen eminentius, & manifestius ipsa per eum spiritum veritatis, virtutum profunditatem intelligebat : & per hoc multa eis*, scilicet Apostolis *per hanc revelabantur*.

49. Rupert. Ioan. 14. *Virgo constituta est omnium magistra.* D. Laur. Iustin. D. Anselm.

Valde frequens est apud Sanctos Patres, & Doctores quod per Dei thronum intelligitur Sanctissima Virgo Maria, in qua tamquam in solio suo requievit omnipotens Deus, ex quo sapienter D. Bernard. in quodam serm. de Sancta Maria notat, quod in Apocalypsi 4. num. 5. ait : *Ioannes, de throno*, scilicet *Maria procedebant fulgura, voces, & tonitrua, quia Mater Filij Iesu Christi parabolas, ænigmata legalia, mirifica gesta, dicta opera avidius ebibit, sincerius, luculentiusque aliis dedit*. Sanctissima Virgo

50. D. Bern. Apoc 4.

Virgo omnis ſapientiæ doctrix.

Virgo Maria omnem Chriſti doctrinam, parabolas, ænigmata, ac omnia Chriſti opera præclariſſimè ebibit, ac tenuit, & ex hoc cœleſti throno Mariano omnes Eccleſiæ luces, ac fulgura, omnes voces, quorum ſonus exivit in omnem terram, & tonitrua tot mirabilium operum, ac portentorum exeunt, ac procedunt.

51. Eccl. 26. Hugo.

Ait Eccleſ. 26. n. 21. *Sicut Sol oriens in mundo, in altiſſimis Dei, ſic mulieris bona ſpecies in ornamentum domus ſuæ.* Hanc mulierem bonam, & optimam eſſe Mariam Virginem interpretatur Cardinalis Hugo, & quænam domus ejus propria? Eccleſia nempe ſancta tam militans, quam triumphans prout conſtat ex

Virgo Maria ut Sol illuminat Eccleſiam militantem, ac triumphantem. Carthuſ.

Angelis, & hominibus, quorum omnium ipſa Virgo eſt ſingulare ornamentum, & Sol oriens, lucens, & illuminans homines, & Angelos *in altiſſimis*, in magnis, & ſublimibus, & abditis myſteriis, & Sacramentis Carthuſ lib. de laudibus Mariæ cap. 4. ait *Domus bona mulieris eſt Eccleſia Sancta tam militans Virginis gloriosa commiſſa, quam triumphans ex Angelis, & hominibus conſtituta. Itaque ſicut Sol materialis ſuo ſplendore totum illuminat; & præornat hamyſpherium noſtrum, ſic feliciſſima Virgo omnium optima mulierum, univerſam decorat, illuſtrat, lætificat militantem, triumphalemque Eccleſiam.*

52. Rupert. Luc. 24.

In tam ſublimi, & alto magiſterij apice elevavit Deus Sanctiſſimam Virginem Mariam, ut magna cautela, ac providentia cautum eſt, ne quis de ejus dictis, ac doctrina tantiſper dubitaret, pro quo ſatis curioſam quæſtionem excitat Rupertus Abbas lib. 7. de divinis officiis c. 25. conſtans eſt omnium Patrum ſententia, quod Chriſtus reſurgens primo omnium apparuit Sanctiſſimæ Virgini, ut erat ei debitum jure materno. Cur Sanctiſſima Virgo tam feliciſſimo nuntio non lætificavit Apoſtolos, aperiens eis ſuum divinum Magiſtrum eſſe redivivum, ſed tantum gaudium ſecum tacuit, ac retinuit: tantū eſt mulieribus datum, ut tam perjucūda Reſurrectionis nuntia deferrent, ac publicarent. Vide quid de eis referat Sacer Textus Luc. 24. n. 9. *Et regreſſæ à monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, ac cæteris omnibus, & viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis.* Cum ergo Apoſtoli adhuc eſſent rudes, & imperfecti ne quid ſimile de verbis Viginis judicarent, alta providentia præcavit filius ejus, ne matris docentis, ac teſtificantis victorias, aliqua audientium ambiguitatis injuria læderetur, & aliqualis minoris fidei ſuſpicio ſequeſtraretur, ordinatum eſt, ut Reſurrectionis nuntia ſupprimeret, ne quis tantiſper de ejus dictis dubitaret, ſic ait citatus Rupertus concludens ſic: *Nunquid illam nuntiare decebat*, ut verba ejus tamquam deliramenta viderentur ante Apoſtolos? Si enim extrancarum verba fœminarum, viſa ſunt eis tamquam deliramenta, quomodo non magis matrem amore filij delirare crederent.

Cautum eſt ne de verbis Mariæ quis videret dubitare.

QVÆSTIO VII.

Quare Chriſtus ablata circunciſione dedit nobis Baptiſmum?

53.

ABlata duritie circunciſionis cum effuſione ſanguinis dat nobis Chriſtus D. ſuaviſſimum aquarum Baptiſmi balneum cum omniū Cœleſtium benedictionum abundantia. Maximè notatu digniſſimum eſt, quod in primo rerum opificio creavit Deus beſtias terræ, jumenta, & reptilia, & nō benedixit eis Geneſ. 1. n. 25. *creavit piſces maris, & volatilia Cœli cuncta quis; Benedixitque eis dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris, aveſque multiplicētur ſuper terram*, Geneſ. 1. n. 22. Vnde tanta rerū differentia? benedicuntur quæ ex aquis proveniunt, in quibus inſedebat Spiritus Sanctus, ut ſignificetur regeneratos ex aquis Baptiſmi omni divina benedictione gaudere, à qua privantur terreni, ſeu infideles cum talium aquarū ſint expertes. D. Anaſth. Synaita ad citatum locum: *Quæ ex aquis ſunt genita, omnia Deus benedixit, à terra verò genita animatia privavit benedictione, nā præfigurabatur generatio per Baptiſmū ex aquis, & proinde gentius animabus id eſt regeneratis per Baptiſmū benedixit, animantibus autē jumētis, feris ſerpentibus, qui ſunt peregrini, & alieni à regeneratione Baptiſmi nequaquā eis impertit benedictionem.* Gen. 1. *Vis aquæ Baptiſmi ibi ſola Dei benedictio.* Anaſth. Synaita.

54. Gen. 3.

Ob peccatū Adami ait illi Deus: *Maledicta terra in opere tuo.* Gen. 3. n. 16. Cur Sola terra maledicitur, & non aqua, ſicut homo à terra nutritur, ſic ad ſui nutritionem aquam bibit, ſi propter hominem terra maledicitur, cur non etiā aqua? Deſtinabatur illa ad regenerationem electorum per Baptiſmum, & ideo ad illam ſolum convolant omnes benedictiones, & procul abeſt quæcūque maledictio. Albinus ibi ait: *Terra maledicitur, non aquis, quia in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum.* *Vis figuræ Baptiſmi ibi benedictio, & nulla maledictio.* Albinus.

55. Math. 3. *Ab aquis mirabiliter naſcuntur filij.*

Scribit D. Matthæus 3. n. 16. Quod Chriſtus D. venit in Iordanem ut baptizaretur à Ioanne: *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei Cœli, & vidit Spiritū Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe, & ecce vox de Cœlo dicēs: Hic eſt filius meus dilectus.* Omnia Chriſti magnalia primo ad aquas publicātur, Cœlū aperitur, Spiritus ſicut colūba deſcendit ſuper ipſum, & vox patris teſtificans auditur, mēbra cum ſuo capite copulātur, ut inde oſtendatur, quod Filij Dei Chriſti membra cœleſtes cives ab aquis habent ſuarum felicitatum, ac omnium bonorum exordium, ac incunabula: Elegātiſſimè ad hæc ait D. Baſil Seleuc. orat. 34. *Pater cum clamore præconum facit, ſpiritus volatu indicium, & videre erat rem inopinatā, in aquis matrix parabatur, qua Cælo lucis pareret. O inacceſſa myſteria! Aqua pariebat, & Cœlo cives adſcribebantur.* Vide & conſidera alta mirabilia, quę illic fiebāt, Pater de Cœlo clamat, ſpiritus manifeſtat ſigna, & aqua matrix, ſeu genitrix regnatorum, inde jam pariebat ex ipſis aquis filios, ac cives in Cœlum. D. Baſil. Seleuc.

QVÆSTIO VIII.

Quare D. Iacobus præcipit abſtinendum ab animalibus ſuffocatis cum ſanguine?

HOc jam præceptum fuit à Domino, & mandatum eſt Noe Geneſ. 9. num. 4. *Quaſi olera virentia, tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis.* Cujus præcepti rationes multas ibi Interpretes aſſignant Primò: Ne biberent humanum ſanguinem, ut aliquæ barbaræ nationes faciebant. Secundò: D. Cyprian de Cœna Domini. Ne homines more pecorum viverent comedentes carnem cum ſanguine. Tertiò D. Chryſoſt. homil. 27. in Geneſ. ut ita impediret impetū, & propenſionem ad homicidiū. Quartò D. Eucherius, hoc fecit Deus tamquam optimus medicus, quia ſanguis eſt multum gravis, & multarum infirmitatum cauſa. Quintò D. Iuſtin. 145. & Thomas Anglicus. Beſtiæ ob multam crudelitatem, ac gulæ voracitatem comedunt carnem cum ſanguine, à quibus nos Deus vult abſtinere. Sextò D. Thomas 1. 2. quæſt. 102. art. 3. ad 8. ſanguis eſt totius vitæ humanæ alimentum, ideo vult tantum ſibi offerri, & conſecrari, & nobis eſum prohibet, ut eum recognoſcamus noſtræ vitæ auctorem. Septimo ait

56. Gen. 9. *Cur prohibitus fuit ſanguis ſuffocatus.* D. Cypr. D. Chryſoſt. D. Euch. D. Iuſtin. Thom. Anglic. D. Thom.

Idem D Thomas ad excludendam Idololatriam idololatræ bibebebant ſanguinem victimarum. Hæc dixi doctrinæ gratia.

57. Veniamus nunc ad noſtrum Textum. Optima ratione D Iacobus prohibet abſtinendum à ſanguine ſuffocatorum, nam tam à Iudæis, quàm gentilibus converſis ad Chriſtum abſtulit durißimum jugum circuncißionis, & loco illius impoſuit præceptum ſuaviſſimum abſtinendi à ſanguine ſuffocato, ut communicatione legis, ac præcepti amico fœdere maximè copularentur Iudæi, & Gentiles, & inde hoc præceptum in ſe erat valde facile nam Iudæi à multo tempore à diebus Noe abominabantur ſanguinem ſuffocatorum, Gentilibus hoc non poterat eſſe difficile, ne viverent more pecorum, & utriſque fuit maximè neceſſarium hoc mandatum
D. Aug. ut notat D Auguſt contra Fauſtum Manich. *ne bibentes de ſanguine immolatorum ſimulachris facile in idololatriam inciderent* hoc tantum fuit prohibitum pro illo tempore; at verò poſtquam res magis coaluerunt tale præceptum abolitum eſt, ac extinctum, & nunc nullo modo extat.

Actor. 15. *n.* 22. Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam viros primos in fratribus.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.
à Verſ. 22. Vſque ad 29.

58. Verſ 22. *Tunc placuit Apoſtolis*, ut primatiis, ac principalioribus in hac re, & inter eos eminentior Petrus utpote caput Eccleſiæ, & qui primus locutus eſt, cui omnes aſſenſum præbuerunt *Cum Paulo, & Barnaba*, qui in controverſia erant ex una parte, & ut pars adverſa eis crederet, adjunguntur Iudas, & Sylas.

59. *Iudam, qui cognominabatur Barſabas*, quo etiam
Actor. 1. nomine appellabatur ille Ioſeph, qui cum D. Mathia propoſitus eſt ad Apoſtolatum cap 1. n 23. & forte illius erat frater, nam Barſabas, ut ex Syriaco colligitur ideſt filius Schabbo.

60. *Et Silam*, qui Hebraïcè ſignificat Apoſtolum D.
D. Hier. Hieron. exiſtimat eſſe eundem cum Sylvano comite
2. Cor. 1. Pauli 2. Corinth. 1 n 1. *Silam* autem fuiſſe ſocium Pauli in Apoſtolatu patet tum ex hoc cap num. 40. cum ipſo enim Paulus profectus eſt, & cap ſequenti
Martyr. n. 19 & cap. 17 n 4. ſcribitur in Martyrolog. Roman. *qui paſſionibus ſuis Chriſtum clarificavit* die 13 Iunij.

61. Verſ 23 *Scribentes per manus eorum*, non quod
Syriac. Paulus, & Barnabas ſcripſiſſent, ſed ſcripta per manus Apoſtolorum detulerunt, ut legit Syriacus: *Porro Apoſtoli ſcripſerunt epiſtolam, quam deferrent.*

62. Verſ. 24. *Ex nobis*, ſcilicet Iudæis, *exeuntes conturArabic. *baverunt vos.* Syrus: *Labefactaſſe animas veſtras* Ara-Syrus. bic. *Commoviſſent vos*, D Epiphan *Vos perturbaſſe* aſD. Epi- ferentes in Chriſtianiſmo non eſſe veram ſalutem phan. niſi ſimul ſuſcipiatur Iudaiſmus.

63. Verſ. 25. *Placuit nobis collectis in unum.* Arias: *Viſum*
Arias. *eſt nobis concorditer* cum clariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo, exprimunt in quanta æſtimatione habebantur, ut indè in multa æſtimatione eſſent apud eos.

64. Verſ. 26. *Qui tradiderunt animas ſuas.* Syriacus:
Syriac. *Expoſuerunt animas ſuas* pro prædicatione Evangelica, itaque tam ardenter diligunt Deum, ejuſque veritatem, ut pro ipſo ſemetipſos expoſuerint morti, ac proinde de eorum veritate nihil eſt dubitandum.

Verſ. 28. *Viſum eſt Spiritui Sancto.* Syriac. *Spiritui* 65.
Sanctitatis, & nobis directis, & gubernatis ab eo- Syriac.
dem Spiritu Sancto; Vnde frequenter in conciliis dicitur: *Sancta Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata*, ait Textus *Nihil ultra imponere* Origi- Origen.
nes: *Nihil aliud ponderis.* D. Cyprian *Nullam impo-* D. Cypr.
nere ſarcinam, nempe legi Moſaïcæ, ſed ſufficere ea quæ ſcripta ſunt. n 21 cum obſervatione præceptorum naturalium, quæ ſcripta ſunt in Decalogo.

Verſ. 29. *Ut abſtineatis vos*, quæ ſequuntur jam 66.
ſunt explicata ſupra n 20 quæ omnia ſanctiſſimè ſacri Apoſtoli explicarunt, ac declararunt, ut veritas doctrinæ Chriſtianæ poſtulabat, deinde, ut facilitate, ac ſuavitate præceptorum facile gentes allicerentur ad fidem Chriſti ſuſcipiendam.

Cuſtodientes vos bene agetis. Arabic. *Opus laudabi-* 67.
le præſtabitis, tanquam ſervientes Domino, & legem Arabic.
ejus cuſtodientes *Valete.* Syriac. *Eſtote veraces in* Syriac.
Domino Æthiopic. *Pax vobis*, ſolum enim, qui cuſto- Æthiop.
diunt legem Domini ſunt veraces, & ſolum illis eſt vera pax.

QVÆSTIO IX.

Quare Sacri Apoſtoli tam celeriter congregant Concilium ad determinandam quæſtionem, & uſq; reſolutionem mittunt in Antiochiam.

MAgna diligentia, miraque ſolicitudine ſe habuerunt Sacri Apoſtoli in cedanda, ac pacificanda hac controverſia circa circuncißionem, ac legem Moſaïcam obſervandam, citò congregant Concilium, in Hieroſolyma publicationem faciunt in Antiochiam mittunt legatos ad ſanctam, & veram doctrinam declarandam, atque errores evellendos ad pacem ac unionem ſeminandam, ut veri Filij Dei, ac Chriſti diſcipuli. 68.

Ait Chriſtus D. Matth. 5. n. 9. *Beati pacifici, quo-* 69.
niam Filij Dei vocabuntur. Aliis Beatitudinibus diverſa aſſignantur præmia: *Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, & ſic de cæteris, at pacifici ſuper om- *Pacifici*
nia eis datur præmium, ut Filij Dei ſint, & dicantur: *maximè*
Filij Dei vocabuntur; quia ſingulariter Deum imi- *Deo aſſi-*
tantur, in illa ſumma, & intima unione Trinitatis, *milantur.*
quantum mortalis infirmitas patitur, cum animorum pace, voluntatum conformitate, excluſa omni diſcordia, bellorum contentione, ac odij malevolentia. D. Miſſen. orat. 7. de Beatitudine ſic ait: *Quinam* D. Niſſ.
ſunt hi pacifici; Imitatores humanitatis, qui id, quod proprium divinæ Sapientiæ eſt, in ſua vita oſtendunt. Hoc enim tibi præſcribit opus, & officium ejicere odium, ſinire bellum, abolere invidiam, exterminare pugnam. Expende illud *Id quod eſt proprium divinæ ſapientiæ in ſua vita oſtendunt.*

Ait Regius Vates Pſalm. 103. n. 5. *Fundaſti ter-* 70.
ram ſuper ſtabilitatem ſuam, non commovebitur, Et Pſ. 103.
quænam terra eſt hæc tanta ſtabilitate, ac firmitate fundata ut non valeat commoveri? Eſt ne hæc terra, quam pedibus calcamus? non ſolum eſt hæc, ſed etiam alia, nempe terreni homines: teſte D Paulo Epheſ. 2.
Epheſ. 2. n. 20. *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, ac Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu* Quando homines terreni uniuntur *Uniri in*
in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu ex ipſa *Chriſto*
unione tantam firmitatem, ac ſtabilitatem compa- *nulla vi*
rant, ut nulla diſſentionum tempeſtate valeant com- *moveantur*
moveri. D. Ambroſ. ad citatum locum Pſal. ſic ait: *a diſcor-*
Tunc fundavit terram, ſuper ſtabilitatem ſuam, id eſt *dia.* D. Ambr.
terrenas gentium mentes, quæ fuerunt in fabrica tur-

vis

vis diviſæ, nunc ad ſtabilitatem ſuam revocans in uno Verbo Ieſu Chriſti corroborat, & ita fundavit in eis Eccleſiam, quæ non inclinabitur in ſæculum ſæculi. Expende illud: *Ad ſtabilitatem ſuam revocans in uno Verbo Ieſu Chriſti.*

71. Pſal. 150. Ait Regius Vates Pſalm. 150. num 3. *Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio, cithara; laudate eum in tympano, & choro, laudate eum in chordis, & organo.* Cur ad Deum laudandum ſolum convocat inſtrumenta muſica? Cur non potius requirit humanas voces, vel noſtri cordis affectus, vel cur non petit bruta animalia, & inanimata, ut fecerunt tres pueri: *Benedicite Domino omnes beſtiæ, & pecora campi, omnis imber, & ros Domino,* ſed tantum inſtrumenta muſica exoptat, ut inſinuat; Vnde innumera hominum multitudo valeat placere Deo; nam tota muſicæ excellentia in concordia ſita eſt, ut quodlibet inſtrumentum cum alio cohæreat, ac adaptetur, ut in ſuavem harmoniam, ac conſonantiam confluant, ſi verò unum diſcrepet, ac diſſentiat, tota numerorum compoſitio deſtruitur, & auditorum aures gravantur, ac offenduntur. Si magna ſit hominum multitudo, ſi amplius Religioſorum Conventus multus, & frequens in donis, ac obſequiis divinis præſtandis, non tamen in eis ſit animorum unitas, ac concordia, nil gratum, ac jucundum poteſt Deo exhiberi. Origenes homil. 26. in Numer. ait: *Diſcenda igitur magnopere conſonantia diſciplinæ, quia tamquam in muſicis ſi harmonia chordarum fuerit conſonanter adaptata ſonum ſuavis modulati carminis reddit, ſi verò aliqua infidelibus diſſonantia ſit, ingratiſſimus ſonus redditur, ita ij, qui Deo militant, ſi diſſenſiones, & diſcordias inter ſe habeant, ingrata erunt omnia, etſi multa munera offerant.*

Cum unione gratum Deo obſequium exhibetur, non vero ſine illa. Origen.

72. Gen. 27. Benedixit Iſaac Iacob, poſtea venit Eſau, & cum ululatu multum fleret pro benedictione erepta, poſtulat à Patre, ut ei etiam benedictionem impendat, cui ait Iſaac, *Venit germanus tuus fraudulenter, & tulit benedictionem tuam..... & tibi poſt hæc fili mi ultra quid faciam?* Geneſ. 27. num. 38. Cur magnus Iſaac multum divino afflatus ſpiritu unam tantum benedictionem habet pro uno filio, ut recuſet alteri dare benedictionem, cum Iacob duodecim habens filios benedictione magna omnes locupletaverit, cur Iacob tam largus, Iſaac tam parcus? Filij Iacob coadunati ſunt in unum populum, & in unam gentem connectuntur, at filij Eſau in diverſos populos diviſi ſunt; Vbi ergo unitas, ibi divina benedictio, quæ maximè à diviſis, ac diſcordibus alienatur. Rupert lib. 9. in Geneſ. cap. 22. ait: *Cur Iſaac duos filios habens non utrumque benedixit, cum Iacob plures habens ſingulos benedixerit benedictionibus propriis? Facilis eſt reſponſio; quia duo filij Iſaac in duos populos erant dividendi, plures autem filij Iacob una gens, unus populus in unitate paternæ fidei, unum Deum verum, & vivum poſſeſſuri erant.*

Vbi unitas ibi Dei benedictio, quæ longè à diviſione abeſt. Rupert.

QVÆSTIO X.

Quare Sacri Apoſtoli dicunt viſum eſt Spiritui Sancto, unde ejus vocem audierunt, & cognoverunt?

73. INquiunt Apoſtoli: *Viſum eſt Spiritui Sancto.* Habet hoc proprium Divinus Spiritus, quod in cordibus ſuorum fidelium, in quibus ineſt, per internam inſpirationem ſe faciat præſentari, audire, ac movere, ut ipſe ſit dicens, & operans: *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Matth. 10. n. 20. Matt. 10.

74. Ioan. 3. *Spiritus Sanctus in animæ multis ſe manifeſtat.* Rupert. Ait Chriſtus Dominus Nicodemo Ioan. 3. n. 8. *Spiritus ubi vult ſpirat & vocem ejus audis, ſed neſcis unde veniat, aut quo vadat.* In quo eſt Divinus Spiritus minime ſilens eſt patiens, ſed in mille voces prorumpit, ut Deus in te inhabitans, & loquens ſentiatur. Rupertus lib. 12. de gloria Trinitatis cap. 1. ait: *Verus ſermo, quem dixit, & vocem ejus audis; non enim tacere poteſt, qui gratiam accepit ejuſdem. Verè ergo vocem ejus audis, quia tacere non poteſt, ſilere non audet. Ibi enim eſt præceptor, qui tubam vocis largitus eſt, & dicit ei: clama ne ceſſes.* Expende illud: *Ibi enim eſt præceptor,* docens, & illuminans, & facit, ut tuba, exaltare vocem, & ait: *Sed neſcis unde veniat, aut quo vadat.* Quomodo in cor hominis intraverit, & quomodo redierit, ignoratur Iob. 9. n. 11. *Si venerit ad me non videbo eum, & ſi abierit non intelligam.* Iob. 9.

75. Ionæ 3. *Vbi Divinus Spiritus adeſt miris affectibus ſe ſentiri facit.* Ionas de utero belluæ clamavit ad Dominum, & exauditus evomit eum in littore, intrat in Ninivem civitatem cap. 3. num. 4. clamavit, dicens: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Et crediderunt Viri Ninivitæ in Deum, prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore uſque ad minorem, *Et pervenit verbum ad Regem Ninive & abjecit veſtimentum à ſe, & indutus eſt ſacco, &c.* & exiit edictum ab ore Regis, ut omnes etiam beſtiæ, & pecora campi jejunarent: Vnde fieri potuit, ut tota ampla civitas à majori uſque ad minorem, à Rege, & principibus uſque ad vilem homunculum tantam præſtarent fidem homini extraneo ignoto, atque in vili habitu, ut deponerent ſplendida veſtimenta ſua, & cilicio induerentur, ut depoſitis deliciis, ac ciborum lautione, rigidoque jejunio ſe abſtinerent, quod ex multa pœnitentiæ redundantia ex ore Regis procedebat: Vnde hoc potuit provenire, niſi ex afflatu Spiritus Sancti in corde Prophetæ, dum in mari clamavit, & liberatus eſt, dum in civitate exaltat ut tuba vocem ſuam, qua etiam gentiles commoventur ab ipſo Divino Spiritu excitati, & adjuti; quia ubi Divinus Spiritus adeſt, ſtatim multis affectibus ſe facit ſentiri. D. Ephræm orat in Ionam ait: *Civitas gentilium confeſtim prædicatione Ionæ deterrita eſt, & vel mare undique turbatur ejus voce, qui ex profundo reverterat, & cum deſcendiſſet in mare turbavit illud, & reverſus in aridam, illam confeſtim exagitat.* Cum Prophera eſſet plenus Spiritu Sancto ſtatim ſe facit ſentiri, ac manifeſtari tam in mari, quàm in terra, tam inter piſces, quàm inter homines. D. Ephr.

76. Matt. 10. Ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.* Matth. 10. num. 16. Ad quid, Domine, mittis oves inter lupos, qui ſunt crudeles ovium hoſtes, & eas devorant, & deglutiunt? Ad quid ergo, Domine, mittis oves inter lupos, ut ab eis ſtrangulentur? minime, ſed ut oves ſuo balatu lupos devincant, & trahant. Tanta eſt poteſtas mittentis, ut balatu ovium omnium regnorum magnitudinem ſibi ſubjiciat, ac devincat, & loquens per ovium ora ad ſe traxit omnia ſæculi. D. Chryſoſt. Sermon. de Pentecoſt. ait: *Oves non habentes humana ſolatia, habentes autem Dominum ſuum; ego enim, inquit, vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi, peragrant univerſum orbem terrarum oves ſimul cum lupis, quis vidit? quis audivit? dicit, mittam vos ut oves in medio luporum; quis inquam paſtor oves mittit in medio luporum? at vero Chriſtus oves ad lupos direxit, & vulnerata à beſtiis non* D. Chryſoſt. *Vbi Divinus Spiritus omnia ſubjiciuntur.*

ſunt, ſed magis lupi ad ovium manſuetudinem converſi ſunt.

Actor. 15. num. 30. Illi autem demiſſi deſcenderunt Antiochiam, & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV. à Verſ. 30. Vſque ad 41.

77. Arabic. Syrus. Verſ. 32. Verſ. 30. *Congregata multitudine.* Arabicus: *Coacto cœtu fidelium.* Verſ. 31. *Gaviſi ſunt.* Syrus: *Conſolationem receperunt*, quia ſe videbant liberos à jugo legis Moyſaïcæ. verſ. 32, *Cum ibi eſſent Prophetæ.* Qui re vera erant Prophetæ, vel quia Doctores, & Magiſtri honorificentiæ cauſa ſic dicebantur: *Verbo plurimo.* Syriac. *Sermone divite* id eſt verbo copioſo, ac efficaci, utpote ex ore Apoſtolorum.

78. Syriac. Arabic. D. Chryſoſt. Verſ. 33. *Facto ibi aliquo tempore.* Syriac. *Cumque illic exegiſſent aliquandiu* per aliquod tempus ad firmandam doctrinam datam. Arabicus: *Cum annum ibi exegiſſent*, videtur quod non tantum tempus ibi ſint commorati, *dimiſſi ſunt in pace.* D. Chryſoſt. exponit: *Controverſia de circunciſione pacificata*, alij exponunt. *Precantes eis pacem*, ſub qua intelligebant omnem felicitatem, ut fieri ſolet in ultimo diſceſſu.

79. Lyran. Caietan. Iſidorus. Clarus. Carthuſ. Verſ. 34. Hic verſus affirmat Lyranus, quod non ſit in græco, & illum omittunt Caiet. Iſidorus, Clarus Carthuſian. Vatablus in ſuis Scholiis, tamen eſt in Biblia Sixtiana, ac proinde quamvis Paulus, & Silas haberent ultimum vale, ex juſtis cauſis voluerunt ibi diu permanere cum aliis Apoſtolis, ut dicitur verſ. 35. *Paulus, & Barnabas demorabantur Antiochiam.*

80. Verſ. 36. *Revertentes viſitemus fratres noſtros*, an recta ſint circa illos omnia, & an fides plantata à nobis perſeveret, Viſitatio prælatorum multum cõducit ad bonum ſubditorum, hinc Iacob ait filio ſuo Ioſepho: *Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora.* Geneſ. 37: num. 14.

Gen. 37. 81. Verſ. 37. Volebat Barnabas aſſumere Ioannem, qui cognominabatur Marcus, qui erat conſobrinus Barnabæ, ut dicitur Coloſſ. 4. Verſ. 38. Paulus recuſabat, quia Marcus deſtinabatur ad aliam miſſionem in Alexandriam, & Italiam.

82. Arabic. Vatabl. D. Chryſoſt. Baron. Verſ. 39. *Facta eſt autem diſſentio.* Arabic *Facta eſt diſceptatio.* Vatablus: *Contentio* inter Barnabam, & Paulum, ut mutuo inter ſe dividerentur in ſalutem plurimorum, ut inquit Chryſoſtom. Barnabas, de quo amplius non facit mentionem, Lucas cum Marco venit in Italiam, fundavit Eccleſiam Mediolanenſem, ut ex multis documentis probant Baronius, & alij ſcriptores, & tandem glorioſo Martyrio coronatus eſt in Cypro, ut canit Eccleſia die 11. Iunij Marcus vero abiit in Alexandriam, ubi conſtituit Eccleſiam.

83. Verſ 40. 41. *Paulo verò electo Sila.* Hic ponitur prædicatio Pauli electo ſibi ſocio Sila. *Traditus gratiæ Dei*, pro quo vide quæ dixi ſupra cap. 14. q. 9.

CAPVT XVI.

1. *PErvenit autem Derben, & Lyſtram, & ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus filius mulieris Iudææ fidelis, patre gentili.*

2. *Hinc teſtimonium bonum reddebant, qui in Lyſtris erant, & Iconio fratres.*

3. *Hinc voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumens circuncidit eum, propter Iudæos, qui erant in illis; ſciebant enim omnes, quod Pater ejus erat gentilis.*

4. *Cum autem pertranſirent civitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & ſenioribus, qui erant Ieroſolymis.*

5. *Et Eccleſiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.*

6. *Tranſeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem vetati ſunt ab Spiritu Sancto loqui Verbum Dei in Aſia.*

7. *Cum veniſſent autem Myſiam tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit eos Spiritus Ieſu.*

8. *Cum autem pertranſiſſent Miſiam, deſcenderunt Troadem.*

9. *Et viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt: Vir Macedo quidam erat ſtans & deprecans eum, & dicens: Tranſiens in Macedoniam adjuva nos.*

10. *Ut autem viſum vidit, ſtatim quæſivimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quod vocaſſet nos Deus evangelizare eis.*

11. *Navigantes autem à Troade, recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim.*

12. *Et inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ Civitas, Colonia, Eramus autem in hac urbe diebus aliquot conferentes.*

13. *Die autem Sabbatorum egreſſi ſumus foras portam juxta flumen, ubi videbatur oratio eſſe: & ſedentes loquebamur mulieribus, quæ convenerant.*

14. *Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria Civitatis Thyatirenorum, colens Deum audivit: cujus Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur à Paulo.*

15. *Cum autem baptizata eſſet, & domus, ejus deprecata eſt, dicens: ſi judicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, & manete: & coëgit nos.*

16. *Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum pythonem obviare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis divinando.*

17. *Hæc ſubſecuta Paulum, & nos, clamabat, dicens: Iſti homines ſervi Dei excelſi ſunt, qui annuntiant vobis viam ſalutis.*

18. *Hoc autem faciebat multis diebus: Dolens autem Paulus, & converſus ſpiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea, & exiit eadem hora.*

19. *Videntes autem Domini ejus, quia exivit ſpes quæſtus eorum apprehedentes Paulum, & Silam, perduxerunt in forum ad Principes.*

20. *Et offerentes eos magiſtratibus dixerunt: Hi homines conturbant civitatem noſtram cum ſint Iudæi.*

21. *Et annuntiant morem, quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere cum ſimus Romani.*

22. *Et cucurrit plebs adverſus eos: & magiſtratus ſciſſis tunicis eorum juſſerunt eos Virgis cædi.*

23. *Et cum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi, ut diligenter cuſtodiret eos.*

24. *Qui cum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.*

25 *Medio*

25. *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes, laudabant Deum, & audiebant eos, qui in cuſtodia erant.*
26. *Subito verò terræmotus factus eſt magnus, ita ut moverentur fundamenta Carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia & univerſorum vincula ſoluta ſunt.*
27. *Expergefactus autem cuſtos Carceris, & videns januas apertas Carceris, evaginato gladio volebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos.*
28. *Clamavit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris: Univerſi enim hic ſumus.*
29. *Petitoque lumine introgreſſus eſt: & tremefactus procidit Paulo, & Silæ ad pedes.*
30. *Et producens eos foras ait: Domini, quid me oportet facere, ut ſalvus fiam?*
31. *At illi dixerunt: Crede in Dominum Ieſum, & ſalvus eris tu, & domus tua.*
32. *Et locuti ſunt ei verbum Domini, cum omnibus, qui erant in domo ejus.*
33. *Et tollens eos in illa hora noctis, lavit plagas eorum: & baptiſatus eſt ipſe, & omnis domus ejus continuo.*
34. *Cumque perduxiſſet eos in domum ſuam, appoſuit eis menſam, & lætatus eſt cum omni domo ſua credens Deo.*
35. *Et cum dies factus eſſet miſerunt Magiſtratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos.*
36. *Nunciavit autem cuſtos Carceris verba hæc Paulo: Quia miſerunt Magiſtratus, ut dimittamini: Nunc igitur exeuntes ite in pace.*
37. *Paulus autem dixit eis: Cæſos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occultè nos ejiciunt? Non ita, ſed veniant,*
38. *Et ipſi nos ejiciant. Nuntiaverunt autem Magiſtratibus lictores verba hæc. Timueruntque audito quod Romani eſſent.*
39. *Et venientes deprecati ſunt eos, & educentes rogabant, ut egrederentur de urbe.*
40. *Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam; & viſis fratribus conſolati ſunt eos, & profecti ſunt.*

ARGVMENTVM.

PAVLVS ne Iudæos offenderet Timotheum circumcidit, eumque in ſocium ſuæ prædicationis aſſumpſit in Aſiam, & Bithyniam: deinde monitus divinitus venit in Macedoniam, deinde Philippis ſe convertit Lydiam purpuratam, & à puella dæmonem ejecit, qua de cauſa virgis cæſus una cum Sila in carcerem mittitur, illis orantibus nocte magno terræmotu oſtia aperiuntur, & ipſi perſeverant in carcere converſo cuſtode ad fidem, à Magiſtratu cum honore dimittuntur è carcere.

Actor. 16. *n.* 1. Pervenit autem Derben, & Lyſtram, & ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus filius mulieris Iudææ fidelis, patre Gentili.

Verſiones.

CVM EXPOSITIONE I.
à Verſ. 1. *uſque ad* 5.

1. Verſ. 1. *Pervenit autem Derben* Charitas Pauli cum nulla adverſitate frangitur, repetit Civitates, ubi malè fuerat tractatus ſupra cap. 14. n. 18. 19.

2. Rabban. *Filius mulieris Iudææ.* Aliqui Codices, ut Rabbanus, & alij: *Viduæ*, ſed noſtra lectio præferenda eſt, & vocabantur *Eunice*, id eſt victoria, eam etiam ac avam Timothei appellatam *Loidem* laudat Paulus 2. ad Timoth. 1. n. 5. 2. Tim. 1. *Fidelis*, id eſt Chriſtiana, id eſt ex Iudæis converſa ad Chriſtum.

3. Exod. 23. Gen. 29. Exod. 2. 2. Reg. 33. 3. Reg. 3. *Patre gentili* licet enim vetita eſſent Hebræis matrimonia cum Chananæis, Exod. 23. n. 32. non tamen cum aliis gentilibus: Vnde Iacob duxit mulieres gentiles, Geneſ. 29. n. 23. Moyſes, Exod. 2. n. 21. & poſt datam legem David, 2. Reg. 33. Salomon, 3. Reg. 3. n. 1. & Eſther cum gentili Aſſuero cap. 2. n. 17. poſtea tamen Canonica lege prohibita ſunt, & dicitur *Diſparitas cultus.*

4. Arabic. Verſ. 2. *Huic teſtimonium.* Arabicus: *Cujus virtuti, ac probitati atteſtabantur fratres* Scilicet alij Chriſtiani de ejus fide, moribus, vita, & ſtudio literarum, ut conſtat ex 1 Timoth. 6. n. 12. & 2. Timoth. 1. n. 3. Vnde Apoſtolus eum appellat *Filium chariſſimum*, & habuit ſocium ſuæ peregrinationis. 1 Tim. 6. 2. Tim. 1.

5. Arabic. Verſ. 3. *Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci.* Arabicus: *Ut egrederetur ſecum ad prædicandum. Circuncidit eum propter Iudæos*, quia ſciebant ipſum eſſe ex Patre gentili, ne Iudæi contemnerent prædicationem Timothei, & nollent ipſum audire, quia incircunciſus, ideo voluit circuncidere, ut Iudæos faciliùs adduceret.

6. Syrus. Arabic. Verſ. 4. *Tradebant eis cuſtodire dogmata* Syrus: *Ut obſervarent placita illa.* Conſtituta in Concil. Ieroſolymit. de quo actũ eſt ſuperiori cap. Verſ. 5. *Eccleſiæ quidẽ confirmabantur fide* Arab. *Radices agebant*, maximè augebatur, & creſcebat fidelium numerus.

7. Syriac. Oecum. Verſ. 6. *Tranſeuntes autem Phrygiam*, per hanc nempe regionem venerunt in Aſiam minorem. *Vetati ſunt à Spiritu ſancto.* Syriac *Prohibuit eos Spiritus ſanctitatis. Loqui verbum Dei* Oecum. *Ne verbum Dei diſſeminarent*, prædicantes, quia Aſiani non erant tunc diſpoſiti; ac præparati ad recipiendum verbum Dei, ut fuerunt poſtea, de quo q. 3.

QVÆSTIO I.

Quare magnus Paulus acerrimus circunciſionis impugnator circuncidit Timotheum?

8. VT vidimus ſuperiori c. 15. Paulus, & Barnabas fortiter pugnarunt circunciſionem, ac jugum legis Moſaïcæ non eſſe imponendum gentibus, nunc verò ipſe Paulus circuncidit Timotheum?

9. Reſpondeo Timotheus erat Iudæus ſaltem ex parte Matris, quod valde notum erat Iudæis, cum Paulus cum Timotheo eſſet per multas Civitates

prædicaturus, in quibus erant multi Iudæi converſi, vel convertendi, & maximè dolerent, quod diſciplina Chriſtiana tolleret ſuam Moyſaïcam Synagogam, quæ licet occiſo Chriſto eſſet mortua, tamen nondum pro illo tempore erat mortifera, ne propter Timotheum incircunciſum, quem Iudæum noverant, reſilirent à prædicatione Pauli, ut eos maximè ad ſe alliceret, & ineſcaret, juſſit eum circuncidi, ut maximè cum eis condeſcenderet, ac confirmaretur. D. Chryſoſt. homil. 34 in Acta ait: *Igitur Paulus prædicaturus ne Iudæos verberaret dupliciter circuncidit illum.*

Bonus magiſter ſe accómodat vitio auditorum.

10. 1. Cor. 9. Ait ipſe Apoſtol. 1. Corinth. 9. num. 20. *Factus ſum Iudæis tanquam Iudeus, ut Iudæos, lucrarer: iis, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) ut eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem; iis, qui ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem, cùm ſine lege Dei non eſſem, ut lucrifacerem eos.* Totius orbis expugnator Paulus, ut illum totum ad ſe devinciret, omnium habitum, ac formam induebat, ut in eorum animis maximè inſinuaret, ut eis factus ſimilis ad ſui ſimilitudinem traheret, ut ita in Chriſto formarentur. Tertulianus lib. de Monogamia cap. 14. ait: *Proinde adverſus formam regulæ ſuæ pro conditione temporum geſſit circuncidens Timotheum propter inductitios falſos fratres, ſed res ita exigebant, ut omnia fierent, quo omnes lucrifaceret, parturiens illos, donec formaretur Chriſtus in ipſis, & calefaciens tamquam nutrix, parvulos fidei docendo.* Sicut ſedula, & officioſa nutrix nil prætermittit, ſed in multis modis, figuris, cantilenis, & lenociniis ſe exhibet, calefaciens, ac nutriens parvulum; ſic & Paulus, ut parvulos in fide nutriret, ac lactaret.

Paulus omnium formas induit pro omnium ſalute. Tertull.

11. Gen. 28. D. Aug. Cum Iacob requieſcens dormiret in campo: *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum Scalæ.* Geneſ. 28. num. 12. Ad quæ verba D. Auguſtinus apud Lypomanum ait: *Videte fratres, quanta ſint in hoc miſteria, Iacob tipum gerebat Domini Salvatoris, ſed ſi Iacob Dominum in terra figurabat dormiens, quid eſt, quod in Cœlo Dominus innixus ſcalæ cubabat, Quomodo Chriſtus Dominus in cacumen Scalæ in Cœlo, & in B. Iacobo eſſe videbatur.* Chriſtus Dominus Scalæ extremitates tenet in ſummitate, ut omnium Dominus in inferiori parte; ut homo jacens in terra, eodem tempore ſimul apparet in Cœlo pompoſa majeſtate, & ſimul in terris in abjecta noſtra humanitate: O ſupremi Principis forma, & typus in cacumine ſcalæ ſe oſtentat tota ſua amplitudine, qua regnat; at deſcendens de Cælo, ut homines, ad ſe alliceret, ac traheret, in terreno habitu ſe oſtendat, terreni corporis paſſionibus jacens, & dormiens, ut fatigatus ex itinere, ſic reſpondet quæſtioni D. Auguſtinus & ait: *Advertite quia ipſe Dominus, & in Cœlo, & in terra ſe eſſe dixit: Chriſtum Dominum, fratres chariſſimi, caput eſſe Eccleſiæ confitemur; ſi caput eſt Eccleſiæ, ſecundum caput in Cœlo eſt, ſecundum corpus in terra eſt.*

Chriſtus Dominus ut homines alliceret, hominis conditiones aſſumpſit.

12. Luc. 2. Matth. 2. In auguſtiſſima Nativitatis nocte ad Paſtores: *Ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos; evangeliſo vobis gaudium magnum, natus eſt vobis hodie Salvator.* Luc. 2 num. 8. at de Magis ſcribit D. Matth. 2. num. 2 Veniunt Magi ab Oriente Heroſolymam, dicentes: *Ubi natus eſt Rex Iudæorum, vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Cur æqualiter Magi ſicut Iudæi non vocantur per Angelum, ſed per tam diverſiſſimos nuntios trahuntur. Nota quod apud Hebræos valde ſolemnis fuit Angelorum adminiſtratio, ut divinis monitis inſtruerentur. Sic ait Divus Stephanus. Actor. 7. num. 53. *Accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum*: At Magi maxime erant dediti Cœleſtium ſyderum contemplationi. Deinde cum originem traherent à Balaan, apud illos valde celebre erat ejus propheticum oraculum: *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſraël* Numer. 24. num 17. & ut teſtantur ibi Lyranus, Divus Chryſoſtomus ad citatum locum Matth. & Divus Ambroſius lib. 2. in Luc. *Qui ſunt iſti Magi, niſi, ut hiſtoria quædam docet à Balaan genus ducunt: à quo prophetatum eſt: Orietur ſtella ex Iacob.* Divinus noſter Imperator, ut diverſas nationes ſua Cœleſti diſciplina imbueret, ac in ſe copularet, mores, & conſuetudines, quas à ſuis majoribus hauſerant, non inflectit, & ita Hebræis per Angelos, Magis per Stellam, Nativitatis ſuæ Myſterium pandit, ut diverſas nationes diverſo genuino modo in ſe componeret. Abulenſis quæſtione ſeptima ad cap. 2. Matth. ait: *Iudæis, apud quos frequenter fiebant apparitiones Angelorum revelata eſt iſta nativitas per Angelos Regibus autem Magis, tamquam aſſuetis in conſideratione cœleſtium corporum, manifeſtata eſt per ſignum ſtellæ*, ſic ait Chriſoſtomus ſuper Matth. *quod per conſueta voluit Deus eos vocare, eis condeſcendens.*

Actor. 7. Num. 24. Lyran. D. Chryſoſt. D. Ambr. *Chriſtus Dominus ut diverſas nationes ad ſe trahat, diverſo utitur modo.* Abulenſ.

QVÆSTIO II.

Quare cum Timotheus, & Titus eſſent diſcipuli D. Pauli Apoſtolus circuncidit Timotheum, & noluit circuncidere Titum?

13. APoſtolus circuncidit diſcipulum ſuum Timotheum, ut patet ex præſenti Textu, & noluit circuncidere ſuum diſcipulum Titum, ut conſtat ex cap. 2. ad Galatas num. 3 *Sed neque Titus, qui mecum erat, cum eſſet gentilis compulſus eſt circuncidi.* Vnde Apoſtolus indicat utriuſque differentiam; nam Timotheus ex matre erat Iudæus, & non poterant ſuſtinere Iudæi, quod ipſe non circuncideretur, & ejus prædicationem nolebant audire, quæ quidem ratio non militabat in Tito, cum eſſet gentilis, & ideo non erat compellendus circuncidi, ne videretur jugum legis Moſaïcæ gentibus imponere, & cum eſſet gentilis nullum poterat eſſe ſcandalum, quod non circunciderétur, quod Iudæi ex Timotheo Iudæo incircunciſo deſumebant ideoque fuit evitandum.

Ad Galat. 2. *Vnus gentilis, alter Iudæus.*

14. Cum multum creſceret ſubſtantia Abrahæ, & Lot dicitur Geneſ. 13. num. 7. *Facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram, & Lot; eo autem tempore Chananæus, & Phereſæus habitabant in terra illa*, qua de cauſa Sacer Textus obſervat, quod illi homines Chananæi, & Phereſæi habitabant in illa terra, cum hoc ad narrationem hiſtoriæ non videatur pertinere; hoc tamen voluit Spiritus Sanctus notare, ut adverteret magnam Abrahæ prudentiam, quod ſcandalum diſcordiæ decrevit vitare inter gentes infideles, & idololatras, quod videtur innuere D. Thomas apud Lahay, & ait: *Ideo hoc videtur interponi, ad innuendum, quod diſſenſio quæ fuiſſet inter Abraham, & Lot fuiſſet tunc periculoſum eis, propter gentes eas, inter quas habitabant.* Vide cap. 11. q. 5. n. 31.

Scandalum vitandum inter infideles. D. Tho.

Secundo

15. Secundo quantum ad Timotheum, magna, & alta providentia ſe habuit Paulus, non ſtatim omnia legalia abradebat, ne penitus ea extirpando, ignem furoris in eorum animis excitaret, ſed eorum extirpationem aliqua eis indulgendo, temperabat; Nam ſi ea, quæ à majoribus ſunt ſancita, vel altè in animo radicata, repente vis evellere, vel immutare, nihil efficies, animos magis indurabis, ut minimè eos valeas trahere. Vnde pebelle dixit Tertullian. lib. de Pudicitia cap. 17 *Paulus* ait, *circuncidit Timotheum ſolum, & tamen abſtulit circunciſionem*, aliquantum cum Iudæis condeſcendens eorum circunciſionem leviter, ac ſuaviter de eorum animis delevit, quod non feciſſet ſi repente omnia vellet immutare

Nova nō ſubito introducenda. Tertull.

16. Perpende magnam aſtutiam, qua præſtigioſus adverſarius primos parentes tentavit: *Scit enim Deus, quod in quacumque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum*, Geneſ. 3. n 5. Non dixit eritis Dij, ſed ait *ſicut Dij*, majus promitteret, & facilius videtur poſſe fallere, ſi Divinitatem eis polliceretur, nempe, quod eſſent Dij; At ſagaciſſimus inimicus bene præcellebat, quod Adamus in certa ſui cognitione perſiſtebat, quod erat creatura conditus à Deo, à qua ſui cognitione minimè poterat divelli, & aliunde videbat, quod homo factus fuerat ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, unde inimicus, ut ſuavius ſe valeat inſinuare non eis proponit quod futuri eſſent Dij, ſed *ſicut Dij*, ut illa nempe imago, ac ſimilitudo Dei, quæ eis fuerat conceſſa, ſublimior, & altior erit in ſcientia, prudentia, ac cæteris Dei donis Lippoman. ait: *Quare (inquiunt aliqui) diceret ſerpens eos fore prudentes ac peritos, quemadmodum ipſe Deus eſſet, qui eos condidiſſet? Neque enim tanta arrogantia Adam fuiſſe putandus eſt, ut oblatam Divinitatem noluerit appetere, ut eſſent Dij, ſicut Deus in ea cognitione*, qua ſcilicet Deus.

Gen. 3.

Serpens paulatim ſe vult introducere.

Lipom.

17. Quia Roboam repente multa valde dura in populum induxit: *Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus*, 3 Reg 12. n. 14. perdidit magnam partem Regni ſui. *Receſſit Iſrael à domo David uſque in præſentem dicem*, Ibidem n 19. Sic etiam dicitur eodem cap. 12. n 8. *Miſit Rex Roboam Aduram, qui erat ſuper tributa, & lapidavit eum omnis Iſrael, & mortuus eſt* ob duram, & rigoroſam exactionem.

3. Reg. 12

QVÆSTIO III.

Quare Paulus, & Silas prohibiti ſunt prædicare Evangelium in Aſia?

18. NOn ſunt audiendi, qui dicunt, hoc factum eſſe; quia Aſiani erant reprobati, atque ejecti à Deo, hoc enim eſt falſum, Deus quippe nemini ſuam denegat gratiam, utpote qui vult omnes ſalvos fieri.

19. Reſpondet primo D. Proſper lib. 2. de vocat. Gentium cap 3. & ait: *Nam illis non negata eſt gratia, ſed dilatata, propter quam cauſam: ignoramus*, ſed poſtea Paulus, & Ioannes in Aſia prædicaverunt, ſicut Lucas in Bithynia.

20. Secundo eſt communis, & vera expoſitio, quam tenent Origenes, D. Chryſoſt D Ambroſ D. Anſelm. D. Thom. Lombardus, & alij; quia Aſiani non erant tunc diſpoſiti, ac præparati ad recipiendum verbum, qua de cauſa ait ipſe Apoſtol. Rom. 1. n. 13 *Sæpe propoſui venire ad vos, ſed prohibitus ſum,* & idem Apoſtolo dicitur infra cap. 22. n. 18. *Feſtina velociter exi de Ieruſalem, quoniam non recipient teſtimonium tuum de me*, & ob indiſpoſitionem, & obdurationem audientium, ait Abbas Moyſes apud Caſſian. collat. 1. cap. ultim *Quod ſæpè expertus ſit quod ei defecerit ſermo, & lingua ejus arefacta ſit.* E contra verò cum populus Dei eſt bene diſpoſitus, & bene præparatus ſermo Dei advolat ad illum, ſic infra præcipitur Paulo, Act. 18. n 10. quod tendat in Corinth. & prædicet: *Quoniam populus iſte multus eſt mihi in hac Civitate.*

D. Thō. Lombar. *Non erāt diſpoſiti, nec præparati.* Rom. 1. Act. 22. Act. 18.

Tertio Origines homil. 9. in Levitic. Beda & alij; quia prævidebat divinus Spiritus. Aſianos contempturos Verbum Dei, ait D. Greg. homil. 12. in Ezech quod ex Dei miſericordia ſubſtracta eſt eis prædicatio: *Ne gravius de contempta prædicatione mali auditores judicari mererentur.*

21. Origen. D. Greg. Beda. *Ad evitandum ſupplicium.*

Quare Oecumenius ſic ait: *In Aſia, & Bithinia vetat Spiritus ſanctus ne verbum diſſeminent Apoſtoli, præſcius hæreſim eorum; qui Spiritum impugnarent, dominaturam illis qui ibi degerent.* Prævidebat divinus Spiritus multas hæreſes ibi dominaturas in ſuis habitatorijs prohibet, ne Paulus illuc peragret; non quia hujuſmodi cautela eſſet Apoſtolis neceſſaria, ſed ut nobis ſit certiſſima eruditio, ut univerſi illa informentur, quod hæreſum peſtilentiſſima contagio aërem toxicat, & totam regionem mortiferè venenatam reddit.

22 Oecum. *Hæretici ut peſtilentes fugiendi.*

Per locuſtas illas, quas vidit Ioannes in Apocalypſi 9. n. 7. *Facies earum tamquam facies hominis*, & ſtatim dicitur n 10. *Et habebant caudas ſimiles Scorpionum.* Intelliguht communiter Patres Haymo Ansbertus, Albert Magn. & alij, Hæreticos, nam ejus præſentia, affabilitatem, ac benignitatem hominis demonſtrant ſubrepticiè peſtilentiali ſuæ doctrinæ cauda interficiunt, ne cautos inveniat, ab eorum aſpectu fugiendum eſt.

23. Apoc. 9. Haymo. Ansbert. Albert. Magn. *A ſuo bilitate necant.*

Quia ſerpens hominem decepit, & pecare fecit, ait illi Deus: *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ, ſuper pectus gradieris*, Geneſ. 3 n 14. Et quia maledictio, qua percuſſus eſt, exterius non apparebat, datur ei, ut ſuper pectus incendat; Nam, ut tradunt Plinius, Pierius Valerianus lib. 14. Serpens dum raptat per terram, cuncta, quæ tangit, venenata relinquit, & merito tali pœna mulctatur, cum ex ſuo conſortio lethale toxicum in genus humanum manaverit, & merito D. Chryſoſt homil. 45. in imperfecto per ſerpentem hæreticos interpretantur, quorum opera, & verba utpote venenata valde nociva ſunt: Vnde dixit Albertus Magnus ſerm. in Dominica 3. *Exhalationem è corpore mortuo nocivam eſſe nullus dubitat* Hæreticus cum ſit mortuus Eccleſiæ, & verè mortuus, nullus dubitat, & quam lethalis, & nocivus nobis ſit ejus halitus, & odor.

24. Gen. 3. Plinius. Pierius. *Hæreticorum halitus venenoſus,* Albert. Magn.

Ait Paulus ſcribens ad Timoth 2 cap 2. n. 16. 17. *Prophana autem, vaniloquia* (id eſt hæreticos, & profanos) *devita*: *Multum proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, ut cancer ſerpit.* Illud verbum *devita* Græcè *rejice* Eraſmus: *Abſcinde.* Henricus Stephanus: *Fuge declina.* Vatablus: *Prætermitte*, & ait Apoſtolus: *Ut cancer ſerpit*, ut cancri morſus, qui niſi citò ei occurratur, ac præſcindatur citò totum hominem corrumpit, atque interimit. D Cyprian. lib. 1. epiſt 3. ad Cornelium inquit: *Declinent fortiter, & evitent dilectiſſimi fratres noſtri verba, & colloquia eorum, ſermo, ut cancer ſerpit, nulla cum talibus comercia, nulla convivia, nulla colloquia miſceantur, ſintque ab eis tam ſeparati, quam ſunt ab Eccleſia profugi.* D Leo ſerm. 5. de jejunio decimi menſis docet evitandos hæreticos, ut ſerpen-

25. 2. Tim. 2. Græcus. Eraſmus. Vatabl. *Ab hæreticis fugiēdum, ut à morbo contagioſo.* D. Cypr. D. Leo.

tes, & ait: *Quia sermo eorum serpit, ut cancer humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt*, &c.

Actor.16.n.7. Cum autem venissent in Mysiam tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus IESU.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE II.
à Vers.7. Vsque ad 12.

26. Vers.7. *CVm venissent in Misiam* quæ est una Civitas in Asia minori; *Tentabant ire.* Arabic. *Studuerunt proficisci.* D. Epiphan. *Conabantur.* Spiritus Pauli non acquiescebat, sed incessanter laborabat pro animarum salute. *In Bithyniam*, quæ est alia Civitas Asiæ minoris *Spiritus Iesu.* D. Epiphan. *Spritus sanctus.* Qui est unus, ac idem, ac Spiritus Iesu, nam Spiritus sanctus æqualiter procedit à Patre, & Filio, cur autem non permiserit patet ex proximâ q 3. antecedenti.

Arabic. D.Epiphan.

27. Vers. 8. *Descenderunt in Troadem*, quæ ut multis placet, est Regio illa, ubi quondam fuit celebris urbs Troia

28. Vers. 9. *Visio per noctem.* Syriac. *Per visum nocte apparuit Paulo vir Macedo.* Glossa Ordinaria, Beda, & Carthus. existimant fuisse Angelum tutelarem Macedoniæ exhortantem Paulũ, ut in Macedoniam transiret, assumens habitum, formam, ac vocem Macedoniæ: vel ipse Angelus tutelaris, ac præses Macedoniæ excitavit ac efformavit species in phantasia S. Pauli, ut vir Macedo videretur. De Angelo tutelari multa dixi supra cap. 12. quæst. 16. n. 155. 156.

Syriac. Glossa. Beda Carthus.

29. Vers. 10. *Statim quæsivimus proficisci.* Arabicus: *Statim studuimus egredi;* Cum verò D. Lucas huc usque locutus fuisset de Paulo in tertia persona, & modo mutat stylum loquens in prima persona: *Quæsivimus.* Colligitur, quod ipse D. Lucas, Paulus, ac Timotheus, & Silas fuerint in prædicatione Evangelica, ac proinde anno decimo nono à morte Christi, ut computat Baronius; Vnde ait D. Hieronym. de Scriptoribus Ecclesiasticis, deinceps D. Lucas non tam audita, quàm visa à se Pauli gesta refert: tamen videtur, quod in fine hujus capitis iterum recessit à Paulo, ubi primam personam mutat in tertiam, idque firmiter, ac constanter usque ad cap. 20. n. 5. ubi iterum in prima persona loquitur Paulus frequenter suos discipulos modo ad hanc partem, modo ad illam mittebat ob animarum salutem, ac prædicationem Evangelicam.

Arabic. Baron. D.Hier.

30. Vers. 11. *Navigantes autem à Troade.* Arabic. *Conscendimus ergo mare*, venimus recto itinere Samothraciam, quæ est insula sic dicta à Samijs, seu Thracibus, unius Regionis acolis, vel etiam incolis, ut vult Diodorus, huic è vicino adjacet Neapolis è regione insulæ Thesi, ut tenent Caiet. Arias, & Ganæus; addic tamen Oecumenius sua ætate Christopolim dictam fuisse.

Arabic. Diodor. Caiet. Arias. Ganæus.

31. Vers. 12. *Deinde Philippos.* Veniamus ad hanc urbem sic dictam à Philippo Magni Alexandri patre; *Quæ est prima partis Macedoniæ.* Syriacus: *Principium Macedoniæ*, & *dicitur Colonia*, nempe Romanorum Coloni vocabantur Cives Romani, qui ad aliquam Vrbem habitandam transferebantur, & non propriis, sed Romanorum legibus vovebant, jureque Romanorum gaudebant, de quo Cicero lib 3. de Natura Deorum.

Syriac. Cicero.

32. *In hac urbe diebus aliquot conferentes.* Arabic. *Perambulantes.* D. Chrysost. *Conversantes.* Pagnin. Isidor. Clarus, Vatabl. *Commorantes.* Ibi enim permanserunt per aliquot dies, ut magis firmarent, ac radicarent fidem in animis audientium prædicantes in varijs locis Civitatis. Arabic. *Ambulantes*, & etiam tractantes de his, quæ pertinebant ad animarum salutem.

Arabic. D.Chrysost. Pagnin. Clarus. Vatabl.

QVÆSTIO IV.

Quare vigilanti Paulo mandatur, ut non prædicet in Asia; dormienti, ut prædicet in Macedonia?

VT vidimus supra vers. 6. per internam inspirationem prohibuit Spiritus sanctus Paulum in vigilia ne prædicaret in Asia, sicut etiam hic vers. 7. vetavit idem Spiritus sanctus ne irent in Bythyniam, at vero nunc per noctem, & in somnis, *Vir Macedo quidam stans, & deprecans eum dicens: transiens venit in Macedoniam* vers. 9. Statim sine ulla dilatione viam arripit, & Macedoniam ingreditur; Vnde tanta differentia? 33. *Difficultas quæstionis.*

In utroque facto obedientia Pauli, ejusque charitas in proximos resplendet, ut munus prædicãdi sibi commissum non adimpleret grãde, & urgens mandatum fuit interponendum, & ideo vigilanti datur mandatum prohibens ab Spiritu sancto, at vero ut humanæ salutis perageret negotium; ut vehemens ejus desiderium exoptabat: levis, & minima insinuatio sufficiens, & abundans erat, ideoque dormienti intimatur. Vt Chrysost. homil. 34. in Acta: *Vide*, inquit, quod non per Angelum monetur, sicut Philippus, vel Cornelius. Sed quomodo? per visionem in somnis. Nam ubi solum; ut prædicaret ad hoc somnium apparet. 34. *Verè obediès dormiens vigilat ad Domini. mandatum.* D.Chrysost.

Tripliciter Angelus apparet Ioseph monens eum de rebus magnis, ac gravissimis, & semper in somnis; Primo de altissimo Incarnationis Mysterio, *Noli timere accipere Mariam, quod in ea natum est de Spiritu S. est*, Matth. 1. n. 20. Secundo ut cum puero, & matre fugiat: *Fuge in Ægyptum, & sta ibi dum dicam tibi*, Matt. 2. n. 13. Vt ostenderet in Ægyptum terram longinquam extraneam per viam, ei ignoram, & incognitam. Tertio ut de Ægypto reverteretur in Ierusalem, ubi non erant minores difficultates: *Surge accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israel*, Matth. 2. n. 20. Et in his tribus vicibus notanter exprimit facer Textus, quod *Angelus Domini apparuit in somnis.* Cur semper in somnis, & non aliquando in vigilia, ut Angelus apparuit Pastoribus, Luc. 2. D. Paschas. lib. 1 in Matthæum, *ut commendaretur obedientia Ioseph*; nam licet rerum magnitudo omnem humanum captum transcenderet, obedienti tamen sufficiens fuit levis insinuatio etiam per somnium ad captivandum intellectum cum diligenti operum executione. 35. Matth. 1. Matth. 2. D.Pasch. *Maximè commendatur obedientia Ioseph.*

Alto, & profundo somno tenebatur anima sancta, ut ne quis eam audeat inquietare, juramento interposito Sponsus sodales adstringit: *Adjuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit*, Cantic 2. n. 7. & tamen immediatè ait ipsa: *Vox dilecti mei*, n. 8. & iterum: *En dilectus meus loquitur mihi*, n. 10. Si tanto sopore tenebatur ut ne à sodalibus esset excitanda, quomodo sic dormiens statim sentit, vocem Sponsi, & ad illam excitatur, quem vigilantes sodales non agnoverant, illa sola dormiens audit, & agnoscit? talis est justorum somnus à Deo immissus, qui videntur dormire, ut corpori, & humanæ naturæ 36. Cant. 2. *Fustus dormiens vigilat ad Dei operum.*

naturæ indulgeant, & inserviant, mens tamen semper vigilat ad Dei obsequium, & famulatum summa promptitudine, & exacta obedientia. Ad hoc tendit D. Bernardus in Cantico serm. 52. ubi sic ait:

D. Bern. *Istius vitalis, vigilque sopor sensum interiorem illuminat: Re vera dormitio est, quæ tamen sensum non sopiat; sed abducat*, ait, *quod vitalis, & vigil sit sopor*, est ut corpus serviat naturæ, vitalis, & vigil, ut Deum audiat, & ei obediat.

QVÆSTIO V.

Quare D. Paulus tam diligenter per mare navigat, venit Macedoniam?

37. Origen. IAm unam rationem ex multa Pauli charitate assignavi, aliam inculcat Origenes homil. 1. in Lucam, & ait: *Erat quidam Pastor Macedoniæ, hic necessarium habebat auxilium Domini; propterea apparuit in somnis Vir Macedo dicens:* Transiens in Macedoniam adjuva nos, quid *de Paulo loquar? Cum hæc non Paulo, sed qui in Paulo erat locutus sit Iesus.* In Paulo erat Iesus tanquam in vase quodam:

Act. 9. *Nomen Iesu vita, & salus.* *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus*, Act. 9. In Paulo erat nomen Iesu, Hinc Angelus habitu Macedonio exhortabatur, ut transiret in Macedoniam, ut virtute tanti nominis Christi potestas maximè clarescceret, & omnis salus, & vita in Macedonios dimanaret: *Hæc non Paulo, sed qui in Paulo erat loquutus sit*, ut Iesus qui erat in Paulo loqueretur, & diceret.

38. Maximè dubitabis, quod Christus D. tres mortuos suscitaverit patenter, & in omnium oculis Lazarum multis præsentibus, Ioan 11. n. 44. Filium viduæ coram multa turba, Luc 7. n. 12. Filiam Iaïri coram patre, & matre, & aliis Marc. 5. n. 40. tamen ipse occultè nemine vidente resurrexit, cur non multis videntibus, ad majorem ostentationem suæ potentiæ, & Divinitatis, sicut ipse abiens in Cœlum, cur nobis non reliquit suæ supremæ Majestatis aliquod visibile regnum? Maximè horum omnium præclarissimum testimonium nobis dedit, ac reliquit in suo sanctissimo nomine Iesu; si enim aliqui eum resurgere vidissent, poterant dicere esse Phantasma, vel si aliquod visibile signum in nobis constituisset, poterant dicere esse quid fictitium, ac apparens: At vero quis de ejus resurrectione, potestate, ac divinitate audeat dubitare, cum ejus nomen Iesu quotidie adversarias potestates destruat, mortis vincula dissolvat, & multa mirabilia solius Dei propria per nomen Iesu perpetrentur; quid evidentius si nomen Iesu resuscitat mortuos, quod ipsum resurrexisse evidens est signum; si per nomen Iesu eduntur, quæ ad solum Deum spectant, planum, & evidens est ipsum esse verum Deum, & tanta virtute hoc sanctissimum nomen plenum est, ut per illud multa majora exhibeantur, quàm quæ Christus Dominus per semetipsum præstiterit. D. Basilius Seleucus orat. 41. ait:

Ioan. 11. Luc. 7. Marc. 5. *Iesus signum divinitatis Christi.* *Majora miracula fiunt per nomen Iesu quæ quæ Christus ediderit.* D. Basil. Seleuc. *Resurrectio nunquam tantam fidem conciliasset, si in oculis omnium Christus fuisset, illi enim poterant obtrudi spectrum esse; atqui ab ejus solo mero nomine majora miracula provenire videbat, quam ab ipso in carne inter mortales agente non posset non credere, nisi fortè mente esset extensa.*

39. Ioan. 14. Ait Christus D. Ioan. 14. n. 13. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio & ipse faciet, & majora horum faciet; quia ego vado ad Patrem; & quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.* Maximè notandum, quod de oratione, ac petitione facienda solum loquitur de illa quæ fit in nomine ejus, cur non etiam agit de illa, quæ fit per ejus personam, ac si diceret: si petieritis Patrem per me; nam frequenter in toto Evangelio multa in sua persona disponit, ac ordinat: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros*, Matth. 5. n. 44. *Ego mitto vos sicut oves inter lupos*, Matth. 10. n. 16. Et sic passim multis aliis in locis tam ipse Omnipotens Deus voluit sublimare, & exaltare ipsum sanctissimum nomen Iesu, ut disposuerit, quod in hominum æstimatione efficacius haberetur ad impetrandum, quam si in persona ipsius Iesus peteretur, & ideo non ait si quid petieritis Patrem per me, sed in nomine meo. Theophylactus ait: *Per orationem, ac invocationem hujus nominis Iesu potest quis exercere prodigia.* Vnde notat D. Chrysostom. homil. 73. in Ioannem, quod Apostoli in nomine Iesu faciebant signa prodigiosa & miracula. De hoc sanctissimo nomine vide in Sybillario hoc nomen Iesu.

Matt. 5. Matt. 10. *Nomen Iesu efficacissimum ad magnum.* Theoph. D. Chrysost.

Actor. 16. *n.* 13. Die autem Sabbathorum egressi fuimus foras portam juxta flumen, ubi videbatur oratio esse, & sedentes loquebamur mulieribus, quæ convenerant.

Versiones.

CVM EXPOSITIONE III. usque ad Vers. 15.

Vers. 13. *Die Sabbathorum.* Dies quietis ab operibus, & totus Dei cultui consecratus: *Vbi videbatur locus orationis esse.* Syriac. *Illic domus orationis conspiciebatur.* Græcus: *Oratorium.* Ita dictum ab oratione, sicut Cœnaculum à cœna, deambulatorium ab ambulando, Ecclesia in cœtu, ac congregatione populi; talia loca apud Iudæos, & Samaritanos, ut notat D. Epiphanius hæres. 80. erant extra Civitatem, ut quietius orarent extra tumultum. 40. Syriac. Græcus. D. Epiphan.

Hic autem locus videtur quod fuerit Synagoga Iudæorum, quia ad illum se conferebat Lidia, de qua dicitur statim vers. 14 quod fuerit *colens Deum*, quod quidè de ea haud diceretur si esset idololatra, ac illud esset idolorum, ut vult Salmeron, ad hunc locum tendebat Paulus cum suis discipulis, ut ibi prædicaret, ac doceret, ut notant D. Chrysost. *Loquebantur mulieribus*, quia ut ait Lyranus, sunt maximè piæ, ac devotæ. 41. Salmer. D. Chrysost. Lyran.

Vers. 14. *Nomine Lidia.* Aliqui ita dictam existimant, utpote originem habens, à Lidia Provincia in Asia minori, sed non stat, quia licet cognomina sumantur à Patria, v. g. Ioannes Vlyssiponensis, vel Toletanus, non tamen nomen personale, & si à patria ejus nomen sumendum esset, diceretur Thatirena, de qua Civitate erat nata. *Purpuraria*; quia induebatur purpura, & valde nobilis, alij quia purpuram intingeret, cujus opifices in multa æstimatione erant apud antiquos, ut tradunt Eusebius, Nicephorus, Ammon, Marcellinus apud Lorin. cum tamen Syrus, Græcus, & Arabicus legant *Venditrix purpuræ*, hoc erat ejus officium, quod fieri solet à mercatoribus ditioribus, qui vendunt pretiosa. Ita Cornelius, Menochius, Tyrinus, & purpuram vendere pro magno honore decorabatur teste Baronio. 42. Euseb. Nicephor. Ammon. Lorin. Menoch. Tyrin. Cornel.

Civitatis Thyatirenorum, Civitas est Lydiæ; de qua egi in Apocalypsi 1. vers. 18. *Colens Deum*, alii qui dicunt, quod erat Gentilis, & lumine naturali illustrata est à Deo, ita Cajetan. melius tamen dicendum 43. Apoc. 1. Cajetan.

Interlin. Gloſſa. Carthuſ. Hugo. cendum quod fuerit Iudæa proſelyta. Ita Gloſſa Interlin. Lyranus, Carthuſ. Hugo, ducor in hanc ſententiam, quia videbatur convenire ad Synagogam Iudæorum. *Cujus Dominus aperuit cor.* A quo eſt omne bonum, *& donum perfectum.*

44. Verſ. 15. *Baptizata eſt*, ecce effectus Divinæ gratiæ. *Si judicatis me* fidelem manete in domo mea; nam fideles cum fidelibus habent habitare, & ut etiam veſtro colloquio, ac doctrina fruar, meamque gratitudinem ob tantum beneficium in me collatum oſtendam. De Lidia facit mentionem Martyrologium Romanum dicens quod fuerit prima, quæ Philippis Macedoniæ in Chriſtum credidit.

Actor. 16. n. 16. Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem puellulam quandam habentem ſpiritum Pythonem obviare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis divinando.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV. uſque ad Verſ. 21.

45. Syriac. Æthiop. Verſ. 16. *AD orationem* in loco, in quo ſolebat fieri oratio. *Spiritum Pythonem.* Siriacus: *In qua erat ſpiritus divinationis.* Æthiop. *Vaticinans*, ſic autem dicitur deducta ſignificatione à verbo Græco, quod eſt conſulere, vel interrogare.

46. Arabic. Verſ. 17. *Hæc ſubſecuta Paulum*, Deo ſic ordinante. *Clamabat, iſti homines ſervi Dei excelſi.* Arabicus: *Dei Altiſſimi*, quod faciebant Dæmones multa ſua depravata malitia, ut inde eos accuſaret, quod prædicabant novam legem contra Romanorum ſtatuta.

47. Verſ. 18. *Dolens autem Paulus.* Græcus: *Ægrè tulit Paulus.* Arabicus: *Indignatus eſt Paulus*, tum ob miſeram vexationem puellæ, & ob tantam populi deceptionem facta à Diabolo, ut homines ad ſe traheret, Dæmonum laudes rejiciens, ut fecit Chriſtus D. Luc. 4 n. 41. de quo infra q. 7.

48. Arabic. Lucifer. Syriac. Arabic. Æthiop. Verſ. 19. *Videntes autem Domini ejus*, & dolentes, maximè, *quia exivit ſpes quæſtus eorum.* Arabic. *Spes artis ſuæ.* Lucifer. *Quia exivit redditus*, inde inſurgunt in Paulum, & Silam comprehendentes eos: *Produxerunt in forum ad Principes.* Syriac. *Adduxerunt eos in plateam* ad primiores Vibis. Arabic. *Trahentes eos per vicum ad præfectos Urbis.* Æthiopic. *Ad judices*, ut ab eis punirentur Paulus, & Sylas.

49. Tertull. Ariſtid. Verſ. 20. *Conturbant Civitatem cùm ſint Judæi.* Atteſtantur de Paulo, ac ſociis, quod ſint Iudæi, nam Iudæi maximè erant in odio Romanis, ac gentibus ob diverſitatem fidei, cultus, ac morum: Tum etiam ob odium in Chriſtianos tamquam ex Iudæis provenientes, ut tradunt Tertullianus in Apolog. cap. 7. & ex Apologiis Ariſtidis Quadratius.

50. Syriac. Vatabl. Æthiop. Lucifer. Lex Roman. Verſ. 21. *Et annuntiant morem.* Syriac. *Prædicant ritus.* Vatabl. *Inſtituta.* Æthiopic *Docent nos legem.* Lucifer. *Prædicant ſectam*, novam religionem, ac fidem, quam non licet nos recipere, cum ſimus Romani, coloni nempe Romani lege Romanorum viventes; qui non poſſumus recipere novam Religionem, ac legem, niſi ex mandato Senatus, ſic Diabolus frequenter tentat, & ad peccatum producit prætexta alicujus obſervationis, & legis.

QVÆSTIO VI.

Quare Dæmones laudant Apoſtolos, homines vero eos criminantur, & opprobriis afficiunt.

CLamant Dæmones in puella, ut vidimus verſ. 17. *Iſti homines ſervi Dei excelſi, qui annuntiant vobis viam ſalutis*, quarum laudum variæ aſſignantur rationes à Doctoribus. 51.

Prima: Hoc dixit diabolus per os puellæ coactus, & compulſus à Deo. Ita Gloſſa, Beda, Carthuſ. Hugo. Secunda: Hoc ſponte dixit Diabolus ſagaciſſima arte, ut multos ad ſe alliceret, ut exiſtimarent ipſum Dæmonem eſſe Spiritum Divinum, vel ipſum habere ſecum, ſiquidem ſervos Dei agnoſcebat, ac publicabat. Ita D. Chryſoſt. Oecum. Lyra, Caietan. Arias. Tertia, ut ait Chryſoſtom. quod hac arte hoc fecerit, ut Paulum adulando ipſum ſibi conciliaret, ne à puella expelleretur. 52. *Varia rationes.* Gloſſa. Beda. Carthuſ. Hugo. D. Chryſoſt. Oecum. Lyran. Caiet.

Quarta, & mihi videtur magis genuina, hoc fecit Diabolus, non amore Pauli, ſed malicioſo odio, ait: *Iſti homines ſunt ſervi Dei excelſi, annuntiant, ſeu prædicant viam ſalutis*, in quo tacitè, ac doloſè accuſabat ſacros Apoſtolos, quia contra mandatum Senatus Romani prædicabant novam legem, novam fidem, quod erat prohibitum, ut notavi in Expoſitione, & inde eos accuſant: Verſ. 21. *Annuntiant novam legem, quam non licet ſuſcipere, cum ſimus Romani.* Conſidera Diaboli artem, in quo videbatur laudare, doloſè accuſat. 53. *Ratio genuina. Diabolus cum videtur laudare accuſat.*

Quæſtio tamen principaliter inquirit, & maximè ad moralem ſenſum, cur Diabolus laudat Paulum, ut vidimus modo per os puellæ clamantis: *Homines iſti ſervi Dei excelſi annuntiant vobis viam ſalutis*, quod magnum eorum præconium erat; At verò de hominibus dicitur ſtatim Verſ. 21. *Videntes Domini ejus*, ſcilicet puellæ, *quia exivit ſpes quæſtus eorum, apprehendentes Paulum, & Silam produxerunt eos ad Principes, offerentes eos Magiſtratibus, & dixerunt: Hi homines conturbant Civitatem noſtram, annuntiant morem, quem non licet nobis ſuſcipere.* Ecce Diaboli crudeliſſimi hoſtes humani generis honorificant Paulum, & Silam, acclamantes ſervos Dei excelſi; At verò homines mille contra eos opprobriis inſurgunt accuſantes eos, ut perturbatores Civitatis, atque totius populi: *Conturbant Civitatem noſtram.* Vnde tanta rei differentia. 54.

Reſpondeo, quod Dæmones maligno odio humanum genus perſequuntur; at illi homines erant avaritia pleni: *Videntes Domini ejus, quia exivit ſpes quæſtus eorum*, indeque manet tota reſoluta quæſtio. Sæviores, ac rigidiores ſunt avaritia æſtuantes, quam Dæmones crudeliſſimi, humani generis hoſtes. Theophylactus in præſenti ait: *Vide illos, nec Dæmonem quidem curantes, atque morantes, ſed unum dumtaxat, nempe pecuniæ ſtudium, & avaritiam ſpectantes. Ille Dæmon dicebat: Servi ſummi Dei ſunt; hi verò perturbant noſtram Civitatem. Ille dicebat annuntiant vobis viam ſalutis, iſti, tradunt nobis conſuetudines, quas non licet ſuſcipere.* Cum avaritiam, & quæſtum ſpectantes, inde omne nefas 55. *Avarus crudelior Dæmone. Theoph.*

Compone modo inter ſe Diabolum, & Pharaonem, dum Angelus percuſſor gradiebatur per Ægyptum interficiens eorum primogenita cum videbat ſanguinem ſuper liminari, ac ſuper utroque poſte, tranſibat, & non ingrediebatur domus Hebræorum. Exod 12 n 23. & ut tenent Rupertus ibi, & Genebrardus, Angelus ille erat Diabolus, & tamen non audet 56. Exod 12 Rupert. Genebr.

audet intrare, nec coronatur ingredi domos Hebræorum, nec aliquod eis inferre nocumentum: At Pharao, cum cognoviſſet quod Iſraël abibat multis onuſtus divitiis, ac bonis Ægyptiorum, dixit: *Perſequar, & comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Exod. 15. n. 9. Diabolus non audet intentare aliquid contra Iſraël, & Pharao omni conatu perſequitur, ut illum interficiat, & deſtruat, utpote qui avaritia & auri cupiditate ferveſcebat. *Dividam ſpolia, implebitur anima mea.* Avaritiæ æſtus Diabolo malitiam, ac ſævitiam ſuperabat, ad hoc tendit D. Chryſoſtom homil 58. in Ioannem. *Omni tyranno gravior eſt pecuniarum cupiditas, nullam enim voluptatem habet, ſed curas, invidiam, inſidias, odia, calumnias, & innumera virtutis impedimenta.* Vide ſupra cap. 14. q. 1. n. 7. & 8.

Exod. 15. *Affectus avaritiæ ſuperat Diaboli malitiam.* D. Chryſoſt.

QVÆSTIO VI.

Quare D. Paulus dolet, & non vult audire Diaboli laudantis voces?

57. CLamabat Diabolus puellæ voce magna encomia prædicans de Apoſtolis: *Iſti homines ſervi Dei excelſi ſunt, qui annuntiant vobis viam ſalutis.* Audiens tamen *Paulus dolens*, ſeu ut ait Græcus: *Ægrè ferebat.* Arabic. *Indignatus eſt*: quod ille dicebat verum erat & multum conducens, ut Pauli doctrinam omnes reciperent, ac ut ejus verba auſcultarent, qui dicebat *viam ſalutis vobis oſtendunt*

Græcus. Arabic.

58. Reſpondet Theophylactus, & ait: *Cum ea res Paulum momordiſſet, atque etiam vera dicentem repreſſit, docens nos, ne veritatis quidem patrocinio ſimulantes Dæmones admittere, ſed omnem illis fraudis aditum præcludere, & ad omnia, quæ ab illis dicuntur, aures obturare debere.* Dæmones numquam veritatem purè, & ſincerè dicunt ſed mixtam aliqua falſitate, & malitia, ut ſæpe objecta una veritate ſub illius pallio venenum ſuæ perverſitatis tegunt, ut ſe valeant inſinuare, ac ſimulatè ingerere, & ad perditionem trahere, ideoque nunquam ei fides adhibenda eſt.

Theoph. *Diabolus ſub prætextu veritatis ſeminat falſitatem.*

59. Ait Chriſtus D. de Diabolo, Ioan. 8. n. 44. *Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus* Expende illud *ex propriis loquitur*: tam affecta eſt ejus natura mendacio, ut ipſum mendacium verſum ſit in naturam, ac proinde cum loquitur mendacium, non eſt veluti ex quodam vitio ſuperaddito, ſed ab ipſa natura, quæ tota converſa eſt in mendacium: *Ex propriis loquitur*; nam Diabolus à nemine didicit mentiri, ſed à ſemetipſo, ut ait D. Cyrill. ſtatim citandus

Ioan. 8. *Diaboli mendacium verſum eſt in naturam.*

60. *Mendax eſt, & Pater ejus*, cur Diabolus non ſolum dicitur mendax, ſed Pater mendacij, cur ſic dictus? Quia fuit primus, qui à Deo diſceſſit, primus, qui introducit mendacium in mundum appetens Dei ſimilitudinem: *Similis ero Altiſſimo.* Noſter D. Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Ioan. cap. 6. ait: *Diabolus à ſemetipſo mendax fuit; quia à nemine prius audivit, ſed ipſe ſuum genuit mendacium. A veritate, ſiquidem, & à Deo, qui veritas eſt, ſponte ſua ſe avertens, horrendas mendacij tenebras incurrit; & quemadmodum Deus verax eſt, & Pater veritatis, ita quoque Diabolus mendax eſt, & Pater mendacij* Diabolus fuit primus, qui à Deo ſumma veritate ſe avertit, primus, qui mendacium introduxit in mundum, primus, ac principalis mendacij ſeminator, & qui omnes conatur ad mendacium pellicere: unde mendaces dicuntur filij Belial, id eſt filij Diaboli, 3. Reg. 21. n. 10. Rupertus lib. 8. in Ioan ait: *Qui contra Naboth falſo teſtificati ſunt rectè dicuntur filij Diaboli.*

Cur diabolus dicitur pater mendacij. D. Cyril. Alex.

Rupert. 3. Reg. 21.

Et ſicut veritas conſiſtit in indiviſibili, & in ſumma conformitate rei ad rem, ſic & mendacium in ſumma difformitate, ac diſcrepantia rei ad rem multis, & variis modis, & ideo Diabolus mendacij Pater ad illud diſſeminandum multas induit formas, modo apparet, ut *Angelus lucis*, 2. Corinth. 14. modo ut *Draco magnus*, Apoc. 12. n. 2. Vt *Serpens antiquus*, Apoc 20 n. 2. *Leo rugiens*, 1 Petri 5. n. 8. *Lupus rapax, & diſpergens oves*, Ioan. 1 n 14. *Aſpis, & Baſyliſcus venenoſus*, Pſal. 90. n. 13 Aliquando formam hominis induit: *Inimicus homo hoc fecit*, Matth. 13. n. 39. Vbi nota quod frequenter comparatur animantibus venenoſis, & rapacibus, quia injecto veneno rapit, & inde tot formas induit, ut notavit D. Gregor. Nyſſenus lib. 33. Moral cap. 14. & ait: *Multarum rerum vocatur nomine, quia ante deceptorum mentes in varias formarum ſpecies vertitur*, ad quod etiam tendit D. Paulinus epiſt. 2 ubi ſic ait: *Excipit nos innumeris ſerpens inſidiis, cui nomina mille, mille nocendi artes.* Vide ſupra cap. 5. quæſt. 18. n. 124.

61. 2. Cor. 11. Apoc. 12. Apoc. 20 1. Petr. 5. Ioan. 10. Pſal. 90.

Diabolus habet mille nocendi artes. D. Greg. D. Paulin.

QVÆSTIO VIII.

Quare hæc puella divinando multas comparabat, divitias, Prophetæ multa prædicendo nihil lucrabantur?

62. PVella hæc, ut Syriacus legit: Habebat ſpiritum divinationis, & inde multum lucrum requirebat, ſed Prophetæ magna, & alta prædicebant, & tamen nihil auri, & argenti comparabant, ſed pauperes, egentes, afflictique verſabantur?

63. Reſpondeo, quod Prophetæ vera, & multoties valde ama annuntiabant; At vero hæc puella talia mendacia ſpargebat, indeque multum pecuniarum emolumentum ſibi aggregabat; apud mundiales veritas valde amara eſt, & odium parit, falſitas valde grata, animoſque conciliat. D. Aldhelmus epiſt. 11 ſic ait: *Pythoniſſa per ſpiritum falſitatis frivola vaticinatur: & ob hoc ſumptuoſas procerum opulentias affluenter cumulans, gaziſque quæſtuum deliciosis affatim locupletabatur.*

Divitiæ cumulantur falſitate.

64. Ait Michæas 6. n. 12. *Divites ejus repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea, loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.* Introduxit eos Propheta divites, & potentes, & unde tanta eorum opulentia, & poteſtas? Quia repleti erant iniquitate, mendacio, ac falſitate in ore, & in lingua, totum in eis erat falſitas, ac duplicata falſitas, ut individuus eorum comes. Noſter D. Cyrillus Alexandr. ibi ait: *Semper à turpi quæſtu, amoreque lucri ſubactos ſtudium mentiendi comitatur* Vide ſupra cap 12 q 17 n 133. 134. 135. & multis aliis in locis verbo veritas, mendacium.

Mich. 6. *Divites ex mendacio pinguescunt.* D. Cyril. Alex.

QVÆSTIO IX.

Quare Domini puellæ ob Dæmonem expulſum, durè ac acriter inſurgunt contra Paulum, & Silam?

65. PAulus miſertus de puella vexata à Dæmone, ab illa dæmonium ejecit, cum autem Domini puellæ vidiſſent eam liberatam ab ſpiritu maligno, Pauli imperio; furibundè indignati inſurgunt

in Paulum comprehendentes, & accuſantes eum, tamquam Civitatis perturbatorem, cùm illi maximè deberent gratulari potius, eo quod Diabolum à puella, & ab ejus domo expuliſſet; nonne erat illis horribile, ac terribile dæmonem habere, ſimulque cum illo habitare?

66. *Pro lucro homines volunt colere diabolũ.* Reſpondeo minimè; nam ut dicitur in Textu: *Illa puella magnum quæſtum præſtabat Dominis ſuis divinando: Videntes autem Domini ejus, quia exivit ſpes quæſtus eorum apprehendentes Paulum*, &c. Iſti maximè lucri cupiditate tenebantur, & maximè affectabant per Diabolum multos bonorum quæſtus facere, & ſecum diabolum habere, eumque colere magis volebant, quam ſuis temporalibus Theoph. proventibus privari. Theophylactus ibi: *Volebant puellam dæmone correptam eſſe ut quæſtum faceret. Vide illos ne dæmonem quidem curantes, atque morantes, ſed unum duntaxat pecuniæ ſtudium ſpectantes.*

67. Apoc. 13. Ait D. Ioan. Apocalypſ. 13. n. 1. Quod Vidit Beſtiam aſcendentem de mari habentem cornua decẽ, & ſuper cornua ejus diademata decem, & ſtatim ſubdit in 3. *Et admirata eſt univerſa terra poſt beſtiam, & adoraverunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ.* Draco iſte juxta multorum ſententiam, ut ibi dixi, eſt Diabolus, & unde fieri potuit, ut monſtruoſa beſtia ab hominibus adoraretur? & unde fieri poteſt, ut homo deveniat in tam execrabilem abominationem, ut crudelem tyrannum Diabolum adoret, habebat *ſuper cornua diademata decem* id eſt multa, ponitur numerus certus pro incerto, & cum ipſe haberet multa dare, mundani dediti temporalibus lucris pro ipſis comparandis non dubitant ejus ſervituti ſe ſubjicere, & ipſam beſtiam ſuam habere. Rupertus lib. 8. in Apocalypſ. Rupert. ait: *Quomodo ſaltem impij dicuntur adorare Diabolum, qui ſæpè maledicunt eum? Certè in eo Diabolum adorant, quod Mammonæ ſerviunt? Nam Apoſtolus dicit de avaritia, quod ſimulacra eorum ſervitus ſit: ergo qui Mammonæ jam dudum ſervi fuerant, & Mammonæ ſerviendo adorabant Diabolum, quid miraris, quid deinde beſtiam adoraverunt habentem divitias, volentem dare aurum, & argentum.*

Ob lucrũ homines adorant diabolũ, & beſtiam.

68. *Ob amorẽ temporalium volunt homines potius habere ſecũ diabolũ, quam Deum.* Venit Chriſtus in regione Geraſenorum, in qua erant duo homines habentes demonia habitantes in monumentis, & adeo crudeles, ut nemo auderet tranſire per illam viam ob multa mala, quæ patiebantur à Dæmonibus, qui videntes Chriſtum cœperunt clamare: *Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos*, & rogabant eum, ſi ejicis nos hinc, mitte nos in porcos, quorum grex prope erat, quibus Dominus ait: Ite, illi autem exeuntes ab hominibus abierunt in porcos, & magno impetu feruntur in mare, ubi omnes perierunt, quod cum vidiſſent Paſtores venerunt in Civitatem annuntiantes, quæ facta fuerant: *Et ecce tota Civitas exiit obviam Ieſu, & viſo eo rogabant, ut tranſiret à finibus eorum*, Matth. 8. num. 34. Math. 8. Quomodo volunt iſti homines, ut Ieſus recedat à locis eorum, à quo multa bona accipiebant, Dæmones expulerat à regione eorum, viam fecerat patentem liberam à multis incommodis, & rogant Luc. 18. ut diſcedat à finibus eorum? Viderant illi, quod Ieſus dedit occaſionem, ut ſuos porcos amitterent, & iſti magis volebant habere Dæmones cum grege porcorum, ac ſuo lucro, quam filium Dei ſine tali emolumento, ideoque ejus præſentia multum gravabantur, ut notat D. Bonaventura in cap. 8. Luc D. Bonavent. n. 37. & ideo ait in præſenti Caietan. jam à me datus tom. 2. in Evangel. cap 25. q. 14. n. 86. & ait: Caietan. *Salutem liberatorum à Dæmoniis, & perditionem porcorum videntes magis timuerunt augmentum damni rerum temporalium, quam concupierint augmentum ſalutis ſpiritualis. Salus hominum admirationem Civitati generavit: damnum porcorum timorem majoris damni in ea excitavit: & ſic timore acti rogaverunt, ut diſcederet ab eis.*

Dixerunt impij ad Ieremiam 44. n. 17. *Quod non facient, nec audient verba ejus, ſed ſacrificemus Reginæ Cœli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos, & patres noſtri, Reges noſtri, Principes: : : & ſaturati ſumus pambus, & bene nobis erat.* Per Reginam Cœli intelligunt Lunam, ut exponunt D. Hieronym. D. Thomas, Luna, quæ à lucendo ſic dicta eſt, ſed quomodo dementati ſunt homines, ut eam tamquam Deum adorarent, cum apertè oculis ſuis videant, quod habet multos defectus, ac ecclypſes, quæ tanta varietas valde aliena eſt à Deo, ſed eos ſic Satanas fefellit, ut ſibi perſuaderent, quod à Luna habebant frumenta, vinum, & oleum, ac ſaturitatem, indeque contra omnem evidentiam, ac naturalem rationem, eam tamquam Deam colunt D. Cyril. libamina, ac ſacrificia offerentes. Noſter. D. Cyrillus Alexand. lib. 1. de adoratione in Spiritu, & ait: *Cum Satanas in præcipuis rebus injuria nos afficiat, fœcunditatemque nobis adimat, rerum terrenarum oblectamentis viciſſim devincit.* Ita afficiuntur homines oblectamentis, ut de vexationibus, ac moleſtiis, quibus gravantur omnino obliviſcantur, dummodo in præſenti ſaturentur temporalibus.

69. Ierem. 44. D. Hier. D. Tho. *Homines pro temporalibus Deos colunt.*

Actor. 16. *n.* 22. Et cucurrit plebs adverſus eos, & Magiſtratus ſciſſis tunicis eorum, juſſerunt eos virgis cædi.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V. uſque ad Verſ. 26.

Verſ. 22. *ET cucurrit plebs adverſus eos.* Arabic. *Erexit ſe turba populi*, quæ facile ab aliis commovetur. *Sciſſis tunicis eorum* ſcilicet Pauli, & Silæ, ut clarius habet Syriacus: *Tunc præfecti diſruperunt eorum veſtimenta*, quod factum eſt ad magnam deteſtationem eorum, quæ prædicabant Apoſtoli introducentes novam legem, & veterem abolere intendentes; ut notant Hiſtoria Eccleſiaſt. Lyran. Carthuſ. & Hugo. Tum etiam, ut eos ignominia afficerent, quæ magna eſt, dum homo denudatur à veſtimentis ſuis. Tum etiam ut præparentur ad flagellationem: Tigurina, & Clarius vertunt: *Sciſſis tunicis ſuis*, ac ſi quod Magiſtratus in deteſtationem tantæ blaſphemiæ auditæ ſcinderent veſtimenta ſua: prima lectio eſt melior, & tenenda eſt, utpote communis, & verior.

70. Arabic. Syriac. Hiſtor. Eccleſ. Lyran. Carthuſ. Hugo. Tigurin. Clarius.

Iuſſerunt eos virgis cædi. Æthiopic. *Ut caderent eos virga.* Arabicus: *Fuſtibus*, denudata ea tantum parte, in qua erat flagellandus, & non recuſat Paulus, ut videbimus infra dicens ſe eſſe Romanum, ut fecit Ieroſolymis, quia ea occaſione prævidebat plures eſſe convertendos ad fidem, ut de cuſtode carceris cum tota ſua familia, ut mox videbimus.

71. Æthiop. Arabic.

Verſ. 23. *Et cum multas plagas eis impoſuiſſent.* Syriac. *Cumque multum flagellaſſent.* De his verberibus Pauli multa dici præclarè D. Chryſoſt. in præſenti homil. 39. & homil. 6. de laudibus Pauli. *Vt diligenter cuſtodiret eos.* Arabicus: *In tuto ne effugerent è carcere.* Verſ. 24. *Miſit eos in interiorem carcerem.* Syriac *Eos concluſit in locum intimum carceris*, & ut magis eſſent cuſtoditi ne poſſent effugere, *pedes eorum ſtrinxit ligno.* Arabicus:

72. Syriac. D. Chryſoſt. Arabic. Syriac. Arabic.

Adſtrinxit

Syriac. Æthiop. *Adstrinxit trahi.* Æthiopic. *Firmavit pedes eorum in ligno.* Syriac. *Vinxit pedes eorum numella*, vel cyppo, in quo captivorum pedes seorsim singuli inferebantur, de his quæst seq.

73. Vers. 25. *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes.* Syrus: *Precabantur, & glorificabant Deum.* Lyranus legit: *Adorantes,* & statim sequitur: *Audiebant eos, qui in custodia erant.* Oecumen. *Auscultabant eos* Paulus, & Silas voce alta laudabant Deum, ut voces resonarent per totum carcerem juxta eos, qui erant in carcere tam proximo, quam longinquo.

74. Arabic. Vers. 26 *Subito verò terræmotus factus.* Arabic. *Repente* terræmotus iste videtur, non solum fuisse in carcere, sed etiam in magna parte Vrbis, ac in locis prope carcerem; nam Magistratus, ut habent multi Codices, terræmotu percussus eos liberos dimisit. Terræmotus factus est Divina virtute, quo Deus ostendebat eorum orationem audire, eosque à carcere liberare

QVÆSTIO X.

Quare cum semper Paulus in oratione versetur, ac cõtemplatione Dei, insigniter fit mẽtio de ejus oratione in carcere media nocte.

75. A Postolus Paulus semper versabatur in pura ac mera contemplatione Dei, unde frequenter dicebat se suos discipulos semper habere in suis orationibus Ad Philippens. 1 n. 19 Rom. 1 n. 10. & in multis aliis locis, tamen hic insigniter fit mentio de ejus oratione cum multis miraculis, magno terræmotu, solutis vinculis cunctorum, apertis januis omnibus.

Philip. 1. Rom. 10

76. D. Chrysost. *Afflicti oratio exaudi-tur.* Respondeo primo ex D Chrysost. homil 1. ad illud: *Vtere modi*, sic ait: *In ligno erant pedes, in catenis manus, & carcer media sub nocte quatitur, ipsis Deum laudantibus: Vides quomodo ipsorum virtus in infirmitate perfruitur* Ac si hominum preces multam haberẽt vim persuadendo ab oppresso corpusculo, nec posse Deum negare, quod petunt suo jure patientes calamitatum homines. Ait Isaias ad Ezechiam ægrotantem: *Morieris tu, & non vives*, 4. Reg 20 n. 1. quo audito cum ipse in fletus multos protumperet, orans ad Dominum statim ait ei Propheta n 5. *Audivit Dominus orationem tuam, & vidit lachrymas tuas.* In Hebræo habetur: *Vidit lachrymam tuam.* In quo insinuatur Deum prima lachrymula commotum, ut Regem dolentem longioris vitæ nuntio alleviaret, ac recrearet.

4. Reg. 20. Texr. Hebr.

77. Secundo maximè ad rem; Etsi semper Paulus oraverit, tamen hæc oratio extitit valde efficax, & multorum miraculorum operatrix, erat oratio in vigilia, & media nocte, indeque hæc oratio multã habuit impetrandi vim, ac operandi mirabilia. D. Ambros. in Psalm. 118. Octonario 8. sic loquitur: *Non otiosè Paulus, & Silas trusi in Carcerem, cum in nervo pedes haberent, media tamen nocte surgebant mentis vestigio, exorabant Dominum, & laudis sacrificium offerebant, ideoque ubi non defecit orationis officium, adfuit etiam solutionis remedium; subito enim media nocte terræmotus factus est grandis, valvæ apertæ, & omnium vincula soluta sunt.* Et si Paulus, & Silas semper orationi instarent, tunc maximè ejus orationes exauditæ, effectus declaratur, cum media nocte erant oratione vigilantes, & tam abundanti gratia Dei, ut non solum eorum vincula sed etiam aliorum omnium fuerint soluta.

D. Ambr. *Oratio in media nocte valde efficax.*

78. Luc. 11. Christus D. ut altum, & sublimem orandi modum doceret, nobis proposuit parabolam, Luc 11. n 15. *Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicit illi, amice commoda mihi tres panes.* Cur iste introducitur petens media nocte, & non potius in alia hora, ut ostedatur oratio efficax, & fructu non carẽs cum sit media nocte facta D. Chrysol. sem. 39. ait: *Ista satis hora est efficax impetrandi: hoc sciens Propheta, ipsum tempus suæ supplicationis asserit extitisse cantando: Media nocte surgebam ad confitendum tibi, in hac hora semper sponsus ille occurrit, qui dicit, Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit.* Ponitur oratio facta media nocte, ut ostendatur efficacia illius in impetrando, & sic secutus est effectus: *Surget, & dabit illi.* Inde David cum de se dicat: *Lex tua meditatio mea semper*, Ps. 118. n. 92. & 97. tamen in sua oratione, ac meditatione de nulla hora facit determinatè mentionem, nisi de media nocte, ob valorem, ac fortitudinem in illa, in qua sponsus dicitur insigniter venire.

D. Chrysol. *A media nocte oratio sumit vires.* Ps. 118.

79. Tres illi Sancti pueri Sidrach, Misach, & Abdenago colligati mittuntur in fornacem ardentem; & cum ad ostium fornacis accederet Nabuchodonosor admirabundus exclamat: *Ecce video quatuor viros solutos ambulantes in medio ignis, & nil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei*, Daniel 3. n. 92. Vt pueri solverentur à suis colligaturis venit unus Angelus de Cœlo, at modo Paulus & Silas tenentur astricti in carcere pedibus colligatis, & insuper Carceris januę erant maximè clausæ, & ad has aperiẽdas, & ad eorum vincula rumpenda nullus mittitur Angelus in forma filij Dei: Erant Paulus, & Silas orantes, & quod in fornace præstitit Angelus, in forma filij Dei exhibuit oratio; sed contra; etiam in fornace erant tres pueri orantes, & laudantes Deum, ac canentes: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula, &c.* Dan. 3. n. 57. Verum est quod orabant, sed in die, ac patenti luce, at *Paulus, & Silas erant orantes media nocte in carcere*, & oratio mediæ noctis est alterius conditionis, ut non solum vices habeat Angelorum, sed etiam tãquam Vicaria ipsius Dei, & multorum mirabilium operatrix; nam Angelus descendens in fornacem trium ligaturas disrupit; At vero una oratio mediæ noctis, ut non solũ Pauli, & Silæ, sed cunctorũ vinctorũ catenas destruxerit, & totius carceris ostia patefecerit D Chrysost homil. 8. in epist ad Ephes. sic ait: *Mox ab initio ostendit*, scilicet, Angelus, *illos non arsuros, sed vel carcerem ingressuros. Quid vinceret arsuros? Vincti erant*, scilicet Paulus, & Silas *etiam non minori furore; nam in interiorem ille custodiam ipsos conjecit, & hic caminum vehementer incendi jussit. Sed videamus, quæ subinde sequuntur: psallentibus illis media nocte motus est carcer, apertæque sunt januæ illius.*

Dan. 3. *Oratio media noctis quodãmodo Vicaria filij Dei.* Dan. 3. D. Chrysost.

QVÆSTIO XI.

Quare cum in carcere solvuntur Pauli, & Silæ catenæ, solvuntur etiam aliorum vinctorum.

80. Actor. 5. IN carcerantur Apostoli, venit Angelus eduxit eos de custodia, Act. 5. n. 19. Cæteris vinculatis manẽtibus in carcere, cum Petrus esset alligatus duabus catenis Angelus eum liberat à carcere, ac vinculis, Act. 12 n. 7. reliquis catenatis existentibus

Actor. 12.

Tenetur Paulus cum vinculis in carcere; solvuntur vincula illius, omniumque alligatorum, ô magna, & sublimis excellentia! vinculorum Pauli adumbrans aliqualiter aliquod vestigium mortis

Vincula Pauli altiſſime adumbrant. D.Chryſoſt.

Chriſti,ut eleganter pōderat D.Chryſoſt. homil.8. ad Epheſ.ubi ſic ait:*Vide naturam vinculorum vincula ſolventium! Nam quemadmodū mortem interemit mors. Domini,ita ligatos ſolverunt vincula Pauli carceremque concuſſerunt,januas illius aperuerunt.*

82. Philippenſ. 1.

Cum Paulus eſſet vinculis ligatus Romæ ſcribit ad Philipp.1.n.13. *Scire vos autem volo fratres,quia quæ circa me ſunt magis ad profectum venerūt Evāgelij,ita ut vincula mea manifeſta fierent in Chriſto.* Et in quo ejus vincula manifeſtata ſunt ad profectū Evangelij,ipſe ſtatim explicat,dicens: *Plures è fratribus in Domino confidentes in vinculis meis abūdantius audirent ſine timore verbum Dei loqui,* Paulus multa edidit miracula,mortuos ſuſcitavit, infirmos ſanavit, Dæmones expulit,quibus magnam gentiū multitudinem ad fidem convertit: At vero *Plures è fratribus in Domino confidentes in vinculis meis.* Videntes meam conſtantiam,patiētiam,libertatem cum fructu meæ orationis confidentiam,ac animos reſumpſerant,ſeu ut legit Vatablus: *Freti vinculis meis,* ut ſine ullo timore prædicarent Verbum Dei.Pulchrè D.Chryſoſt. homil.5. in Iob inquit:*Vides vinculorum fortitudinem magis quàm reſurrectionem mortuorum eſſe glorioſam.*

Vincula Pauli glorioſa reſurrectione.

D.Chryſoſt.

83. Ad Phil.

Scribit Paulus ad ſuum diſcipulum Philemonē cujus ſervus Oneſimus facto quodam furto fugiēs Romam incidit in Paulum,qui erat in vinculis, à quo cum eſſet baptizatus,ei dat Paulus hanc epiſt. ad Philemonem,ut ſervum in ſuam gratiam recipiat condonato furto,& ut hoc ei perſuaderet,atq; ad priſtinam illum cōciliaret amicitiam,multa poterat Apoſtolus in medium adducere;nullo tamen alio titulo ſuas preces adornat, niſi ſuis vinculis verſ.1. *Paulus vinctus Ieſu Chriſti,* & iterum n.9. *Obſecro ut Paulus ſenex nunc,& vinctus Ieſu,* quater de ſuis vinculis mentionem facit n.10.& 13.ut Philemonem flectat, & ut poſtulatis annuat, ſed tantum ei objicit ſuos labores,ac vincula Ieſu. D. Chryſoſt ibi homil.2 inquit: *Quod omnibus juſtius, potentiſque perſuadet:quoniam vinctus Ieſu ego,* valent enim preces alumna patientia D.Anſelm. *Rogaturus pro Oneſimo talis rogare debui,qui poſſet impetrare merito ſuorum cruciatuum Philemonem ad miſericordiam flectere.*

Vincula Pauli fortiſſimæ ad impetrandum.

D.Chryſoſt.

D.Anſel.

Actor.16.n.27. Expergefactus autem cuſtos carceris,& videns januas apertas carceris, evaginato gladio volebat ſe interficere, exiſtimans fugiſſe vinctos.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

Vſque ad Verſ. 34.

84. Syriac. Arabic.

Verſ.27. *Expergefactus,*ſeu ut habet Syriac *Excitatus à ſomno* ingenti terræmotu, *Evaginato gladio volebat ſe ipſum interimere.* Arab. *Animo perimendi ſe ipſum* Æthiop. *Transfigere ſe* ob devinctos fugatos,ne aliqua infami morte puniretur,ut notāt Lyran.& Carthuſ. Volebat ſe ipſum interficere,ut Barbarus nondū in lege Chriſti renatus.

Æthiop. Lyran. Carthuſ.

85. Oecum. 1.Cor.1.

Oecumen.exiſtimat hunc carceris cuſtodem eſſe Stephanum in cujus domo ſe Paulus baptizatum dicit 1.Cor n.16.quam inter primas Achaiæ commemorat.Ibid.cap ult n.15. Sed his advertſatur, quod hæc geſta ſunt Philippis in Macedonia,non in Achaïa

86. Verſ.29. Syriac. Pagnin.

Verſ.28.*Clamavit Paulus* ſciens per Spiritum S. quod ipſe intentabat ſe ipſum interimere.Verſ.29 *Petitoque lumine,*erat namque media nocte. *Introgreſſus.*Syriac Pagnin. *Proſiluit* ob magnam ſollicitudinem ſui muneris, an adeſſent omnes vincti. *Procidit Paulo,& Silæ ad pedes.* Arabic. *Adorans* eorum divinam virtutem recognoſcens, tum quia poterant effugere, & noluerunt; tum quia Paulus eum avertit à tanto malo,ne ſe ipſum interficeret, cognovit etiam per internam motionem terræmotum factum ob Paulum,& Silam. Arabic.

87. Arabic.

Verſ.30.*Producens eos foras.* Clarius, Arabicus: *Educens eos extra carcerem.* Ecce converſio, & illuminatio cuſtodis propter terræmotum, & alias virtutes Pauli,ac Silæ,& ſtatim eos venerans educit extra carcerem judicans tantos viros indignos eſſe carcere,& vinculis,indeque ab eis poſtulat,ut illuminetur in via ſalutis animæ ſuæ.

88. *Ieſus nomen illuminat.*

Verſ.31.*Crede in Dominum Ieſum;* quia hoc eſt præcipuū caput noſtræ fidei, à quo cætera credenda dimanant,& ei objicit nomen Ieſu, ut virtute hujus ſanctiſſimi nominis magis illuminaretur.

89. Verſ.33. Syriac. D.Chryſoſt.

Verſ.32.*Et loquuti ſunt ei verbum.* Eos catechiſando, & in Myſteriis fidei inſtruendo. Verſ. 33. *Lavit plagas eorum.*Syriac.*Lavit vibices eorum,* quos contraxerant ex verberibus inflictis. *Et baptizatus eſt ipſe,& omnis domus ejus continuo,* inquit Chryſoſt & omnes,qui ad eum pertinebant, ad exemplum capitis membra componuntur.

90. *Gratificanda beneficia.*

Verſ 34.*Appoſuit eis menſam* : Nam tota præterita die nihil manducaverant,& erant jejuni; tot & tantis obſequiis voluit bonus homo oſtendere ſuam gratitudinem erga Apoſtolos ob tot beneficia accepta;quia ipſum,& totam ejus familiam illuminavit. *Lætatus eſt.* Dona cœleſtia hoc ſecum afferunt. *Lætantur juſti in Domino, & confitentur memoriæ ſanctificationis ejus.* Pſal.97. n.22.

QVÆSTIO XII.

Quare cum januæ Carceris ſint apertæ, Paulus tamen, & Silas non egrediuntur?

91. *Paulus magis intendebat bonum proximi, quam ſuum.*

BEne agnoverant Paulus,& Silas, quod facto terræmotu propter ipſos januæ carcere apertæ erant,cur adhuc permanent in carceris? O vigens, & magna Pauli Charitas! prævidebat enim, quod ſi ipſe cum ſuo ſocio exiret, cuſtos carceris evaginato gladio ſe ipſum interfecturus eſſet, ut intentavit ſupra verſ.27.& Baptiſmi lavacrum, cum ſua familia non eſſet ſuſcepturus,& pro illius ſpirituali,ac corporali ſalute eligit Paulus ſqualores, atq; anguſtias Carceris, ne deficeret in charitate.

92. *Ratio literalis.*

Secunda ratio literalis eſt,Paulus, & Silas non exeunt,utpote qui voluerunt,ut Magiſtratus veniret ipſoſque à carcere ſolveret eorum innocentiam injuſtamque comprehenſionem teſtificans, ut patet infra verſ.37.& 38 Dixerunt Apoſtoli ipſi ſcilicet Magiſtratui:*Veniant,& ipſi nos ejiciant*, ne ex tali comprehenſione aliqua labis nota contra Evangelicam prædicationem contraheretur.

93. D.Chryſoſt.

Tertio;& maximè notandū,quod tam tres pueri in fornace Babylonica, quam Paulus, & Silas in præſenti non egrediuntur de camino ignis,ac carcere,niſi juſſi, ac vocati, ut præclarè advertit D. Chryſoſt.hom.8.in epiſt.ad Epheſ.ubi ſic ait: *Quemadmodū itaq;carcerē Paulus non egrediebatur,etiā ſi potuiſſet,donec qui illum conjecerat ipſum evocaret & educeretur. Ita hi tres pueri caminum egreſſi non ſunt donec qui injecerat egredi quoque juſſiſſet, quid hic dicemus? Ne videlicet in actionibus laborari feſtinemus.* Expē de ultima verba,nec Paulus,nec tres pueri exeunt, cū carcer eſſet apertus Paulo,& Silæ in magnum noſtrum documentum,quod nulla induſtria,ac prætextu intendas te expedire à laboribus,ac periculis,quæ pro Deo tibi contingunt,expecta quia longanimis Deus illis dabit finem.

Deus noſtris laboribus dat finē.

Ait

94. Psal. 124. Ait Regius Vates Psalm. 124. n. 3. *Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum, ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.* Dicitur quod Dominus sua alta providentia non permittet; nec relinquet justos vexari à tyrannis sua crudeli virga, sed quomodo hoc dicitur, cum videamus multoties justos dirè, ac inhumaniter à peccatoribus molestari, atque affligi? Rectè tamen adverte: non dicitur quod non erit virga, sed non relinquetur virga afflictionis, sed si obvenerit, non diu permanebit, sed citò transibit, & evanescet, ut deprecanti non sit necessarium extendere manus pro earum extinctione, sed Deus ut optimus parens cito occurret, & auferet omnem tribulationem, & langorem. Rupertus lib. 7. de gloria, & honore filij hominis ait: *Quid est non relinquet, nisi diu durare, non permittet? Recordamini priorum, ac novissimorum, quicumque virgam suam, id est potentiam suam elevaverunt super sortem justorum ad affligendos eos, qui ad vitam æternam prædestinati sunt non diu durarunt? Nolite timere, quia non tandiu durabit virga hæc, ut necessario extendant justi, quasi auxilio destituti ad iniquitatem manum suam, sed citò frangetur, & in ignem mittetur, ut ardeat.*

Labores justorum finem habent, & breviter transeũt. Rupert.

95 Apoc. 17. Rupert. De execrabili, ac abominabili Antichristo dicitur Apoc 17 n. 10 *Cum venerit oportet illum breve tempus manere.* Ad quæ verba merito ait Rupertus lib. 10. in Apoc. *Terret nos magnitudine adversitatis, & refovet de brevitate temporis.* Si mala temporalia irruunt in justos, magnũ est levamen, quod in multum tempus non persistet, sed breviter transibit.

96. Iob. 2. *Manus divina sanat, non vulnerat.* D. Ambr. Satanas vehementer omni conatu intendens perdere Iob. 2 n. 5. Dicebat ad Dominum: *Mitte manum tuam, & tange os ejus, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.* Sua se malitia decipitur Satanas, ac stultitiam indicat in eo quod petit, quod Iob manu Dei afficiatur, quid stultius? manus Dei secum importat omne levamen, bonum, ac consolationem D. Ambros. in Ps. 36 ait: *Diabolus suo sermone deceptus est, qui dixit: Mitte manum tuã in eum, & videamus si in faciem te non benedicat; Misit Dominus manũ suam, & cõfirmatus est Iob, cœpit benedicere, qui maledicere credebatur, sanat enim justos cum tangit, manus divina non vulnerat.*

Actor. 16. n. 35. Et cum dies factus esset miserunt Magistratus lictores dicentes; dimitte homines illos.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE VII. usque ad ultim. Vers. 40.

97. Arabic. Vers. 35. *Cum dies factus esset*, ut habet Arabic. *Cum illuxisset Dies.* Conveniens Magistratus maturo consilio rejicientes, & retractantes præcipuam sententiam; tum quia fuerat sine ullo fundamento contra homines beneficos expellentes dæmones ab urbe, tum quia erant perterriti terræmotu facto, vel fama volante de his, quæ gesta erant in carcere. *Miserunt lictores.* Syriac. *Miserunt eos, qui fasces ferebant.* Aliqui Codices apud Lorinum sic habent: *Convenerunt Magistratus in idipsum in forum, sive consilium, & memores terræmotum factum tremuerunt, ac miserunt lictores.*

Syriac. Aliqui Codices.

98. Arabic. Vers. 36. *Nuntiavit Custos.* Arabic *Quod misissent duces ad dimissionem vestram.* Et dixit custos Carceris: *Ite in pace*, quæ erat quædam salutationis forma valde communis apud Hebræos, qua etiam usus est Christus D. frequenter, Marc. 5. num. 34. Luc. 7. n. 50. & c. 8. n. 48. Matth. 8. n. 13. Ioan. 4. n. 50.

Luc. 7. Matth. 8. Ioan. 4.

Vers. 37. *Paulus autem dixit* generosè, ac multa libertate, quas vires dat innocentia. *Cæsos nos publicè.* Syriac. *Innocentes flagris nos ceciderunt coram toto mundo.* Arabic. *Noxæ expertes.* Æthiopic. *Non habentes nos crimen.*

99. Syriac. Arabic. Æthiop.

Indamnatos. D. Chrysost. *Indicta causa Homines Romanos*, quos flagellare magnum crimen erat legibus id prohibentibus, scilicet Publicola, Porcia, Sempronia, unde ait Cicero, Act. 7. in Verrem: *Facinus est vinciri Civem Romanum, scelus verberari.* Vnde merito deposcit D. Paulus, ut publicam, & injustam ignominiam detegant publica, & justa retractatione; hoc facit Paulus non propter se, sed propter Deum, ac Evangelium, ne ab adversariis aliqua infamiæ nota spargeretur, & ita non vult è carcere exire: Et cur ante flagellationem non allegavit se esse Civem Romanum, ut postea fecit? quia fortassis tunc ita erant ita, ac indignatione obcœcati, ut nullius essent rationis capaces.

100. D. Chrysost. Leges. Cicero. *Homo fervens ira, & odio non est capax rationis.*

Vers. 38. *Et ipsi nos ejiciant.* Postquam Paulus cum suo socio comedit in domo custodis carceris cum ipso redierunt ad carcerem, à quo noluerunt exire, nisi ut ipse Magistratus veniret, exhibensque testimonium de eorum innocentia eos solveret.

101.

Timuerunt audito, quod Romani essent. Sibi consulentes timuerunt; ne pœnas solverent ob manus in Cives Romanos injectas contrà eorum jus, & immunitates; & unde crediderunt eos Cives Romanos esse? Fortè aderant aliqui, qui Paulum agnoverant, vel eorum probitas, virtus, ac modestia loquendi faciebãt eorũ verba satis credibilia, & vera.

102. *Probitas vita facit verba credibilia.*

Vers. 39. Ecce sublimis, & alta virtutis excellentia, ut faciat suos judices sibi humiliari, & valde submisse sint veniam deprecantes, ut notant Carthus. & Ganæus. Addit D. Chrysost. *Quod accedentes ad carcerem rogaverunt eos, ut egrederentur dicentes, ignoravimus statum vestrum, quod estis insti; educentes rogaverunt eos dicentes ex hac Civitate egredimini, ne fortè rursus convertantur in vos, & vociferentur contra vos.*

103. Carthus. Ganæus. D. Chrysost.

Vers. 40. Introierunt ad Lydiam purpuratam, de qua supra vers. 14. Visis fratribus Timotheo, scilicet, ac Luca, ac aliis fortè, & consolati sunt eos sua præsentia, ac multis mirabilibus, terræmotu, & multis, quæ facta sunt circa eos Chrysost. ac alij legũt: *Exhortati sunt eos*, ut fortiter agerent pro Evangelio ne timerẽt pericula, & cõtrarietates, quia Deus eos liberabit, sicut ipsos custodivit, & salvos fecit.

104. D. Chrysost.

CAPVT XVII.

1. *CVm autem perambulassent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat Synagoga Judæorum.*
2. *Secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per Sabbatha tria disserebat eis de Scripturis.*
3. *Adaperiens, & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Jesus Christus, quem ego annuntio vobis.*
4. *Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti sunt Paulo, & Silæ, & de colentibus gentilibusq; multitudo magna, & mulieres nobiles non pauca.*
5. *Zelantes autem Judæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, & turbam facta concitaverunt Civitatem; & assistentes domui Iasonis quærebant eos producere in populum.*
6. *Et cum non invenissent eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad Principes Civitatis, clamantes;*

clamantes: Quoniam hi, qui urbem concitant, & huc venerunt.

7. *Quos ſuſcepit Iaſon, & hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt, Regem alium dicentes eſſe Ieſum;*

8. *Concitaverunt autem plebem, & Principes Civitatis audientes hæc.*

9 *Et accepta ſatisfactione à Iaſone, & à cæteris dimiſerunt eos.*

10. *Fratres vero confeſtim per noctem dimiſerunt Paulum, & Silam in Beræam. Qui cum veniſſent, in Synagogam Iudæorum introierunt.*

11. *Hi autem erant nobiliores eorum, qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent.*

12. *Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum gentilium honeſtarum, & viri non pauci.*

13. *Cum autem cognoviſſent in Theſſalonica Iudæi, quia & Beræa prædicatum eſt à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commoventes, & turbantes multitudinem.*

14. *Statimque tunc Paulum dimiſerunt fratres, ut iret uſque ad mare: Silas autem, & Timotheus remanſerunt ibi.*

15. *Qui autem ſeducebant Paulum, perduxerunt eum uſque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum, ut quam celeriter venirent ad illum; profecti ſunt.*

16. *Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus ejus in ipſo videns idololatriæ deditam Civitatem.*

17. *Diſputabat igitur in Synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro per omnes dies ad eos, qui aderant.*

18. *Quidam autem Epicurei, & Stoici Philoſophi diſſerebant cum eo, & quidam dicebant, Quid vult ſeminiverbius hic dicere? Alij vero: Novorum dæmoniorũ videtur annuntiator eſſe: quia Ieſum, & Reſurrectionem annuntiabat eis.*

19. *Et apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes: Poſſumus ſcire quæ eſt hæc nova, quæ à te dicitur, doctrina?*

20. *Nova enim, quædam infers auribus noſtris: Volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe:*

21. *(Athenienſes autem omnes, & advenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi.)*

22. *Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video.*

23. *Præteriens enim, & videns ſimulachra veſtra, inveni & aram, in qua ſcriptum erat.* Ignoto Deo *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.*

24. *Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo ſunt, hic Cœli, & terræ cum ſit Dominus, non in manu factis templis habitat.*

25. *Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia.*

26. *Fecitque ex uno omne genus humanum inhabitare ſuper univerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum.*

27. *Quærere Deum, ſi forte attrectent eum, aut inveniant, quamvis non longè ſit ab unoquoque noſtrum.*

28. *In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus, & quidam veſtrorum Poëtarum dixerunt: Ipſius enim & genus ſumus.*

29. *Genus ergo cum ſimus Dei non debemus æſtimare, auro, aut argento, aut lapidi, ſculpturæ artis, & cogitationis hominis Divinum eſſe ſimile.*

30. *Et tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant.*

31. *Eo quod ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt Orbem in æquitate, in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.*

32. *Cum audiſſent autem Reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.*

33. *Sic Paulus exivit de medio eorum,*

34. *Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.*

ARGVMENTVM.

A Philippis egreſſus Paulus cum ſuis ſociis aſcendit ad Theſſalonicam, ubi multos adduxit ad fidem, & cum multam perſecutionem pateretur à Iudęis abiit Beræã, inde Athenas, ubi invenit aram conſecratã ignoto Deo; Demonſtrat verũ Deum eſſe Ieſum Chriſtũ, ubi multos convertit ad fidem, & inter eos Dionyſium Areopagitam.

Act. 17. *n.* 1. Cum autem perambulaſſent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, ubi erat Synagoga Iudæorum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I.

uſque ad Verſ. 5.

Verſ. 1. *CVm autem perambulaſſent*: Syriacus: *Exierunt*, ſcilicet à Philippis, *Et trãſierunt per Amphipolim*, quæ eſt Civitas Macedoniæ vicina Philippis, ſic dicta, quia aquis, ſeu fluvijs undique cingitur, de qua agit Plin. lib. 14 c. 10 Abrahamus Ortelius in Geographico ait appellari hodie Empoli. 1. Syriac. Plinius. Ortell.

2. *Apolloniam* eſt alia Vrbs vicina Macedoniæ, ſeu Theſſaloniæ, de qua Valeterranus lib. 8. fuerunt ferè viginti quatuor Civitates hujus nominis. *Theſſalonicam*, quæ numeratur inter primas Civitates Macedoniæ, ſic appellata ob inſignem victoriam quam de Theſſalis ibi obtinuit Philippus Macedo de qua Plinius, & Valeterran, citati. Hodie dicitur *Salonichi*. Plinius. Valeterran.

Verſ. 2. *Secundum conſuetudinem* Arabicus. *Pro more ſolito ſuo Paulus introivit ad eos*, & quamvis Paulus ſæpe fuiſſet à Iudæis vexatus, lapidatus, ac perſecutus, ut notant Chryſoſt. Oecumen. tamen ejus charitas nullo minuebatur, ac frangebatur labore. Per tria Sabbatha continua, in quibus Iudæi ſolebant cõvenire in ſuis Synagogis, docebant Ieſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam, ac filium Dei. 3. Arabic. D. Chryſ. Oecum. 4.

Verſ. 3. *Aperiens, & inſinuans.* Syriacus: *Dum oſtenderet, & explicaret.* Arabicus: *Aperiens illis ſenſum earum, & panders arcana.* Æthiopicus: Syriac. Arabic. Æthiop.

Præoccupans

Æthiop. Pagnin. Tigurin. *Præoccupans eos hac doctrina.* Pagninus, Tyguri-na: *Allegans* Scripturas, explicans, ac declarans earum legitimum, ac verum ſenſum ſua ſublimi doctrina præoccupans, ac diſſolvens omnes objectiones, & contradictiones Iudæorum, oſtendens oportere Chriſtum pati.

5. Verſ. 4. *Et quidam ex eis crediderunt*, ſcilicet ex Iudæis, de quibus immediatè antea agitur. *Et de colentibus, gentilibuſque multitudo magna.* Syriacus: *Multi ex Græcis, qui timebant Deum.* Arabicus: *Multitudo copioſa haud exigua Græcorum.* Æthiop. *Multi fratres Religioſi fideles ex gentibus*, ac proinde iſti gentiles erant proſelyti, qui ex gentilitate fuerant converſi ad Iudaiſmum, & ideo colentes Deum, & in lectione Æthiopica dicuntur *fratres*: ac proinde ex Iudæis fuerunt aliqui cõverſi, tamen ex gentibus multo plures; ut notant Beda, Hiſtoria Eccleſiaſtica, Lyranus, Carthuſian. Hugo, *Et mulieres nobiles non paucæ*: Fecit D. Lucas mentionem de viris, nunc de mulieribus, quæ ſunt valde prõnæ ad pietatem.

Syriac. Arabic. Æthiop. Beda. Hiſtor. Eccleſ. Lyran. Carthuſ. Hugo.

6. Verſ. 5. *Zelantes autem Iudæi.* Syriac. *Commoti ſunt invidia* videntes Iudæi, quod multi ab eis recedebant, & fidem Chriſtianam ſuſcipiebant: *Aſſumentesque de vulgo viros malos.* Syriac. *Adjunxerunt ſe eis homines ſcelerati ex compitis Civitatis.* Arabic. *Aſſumpſerunt quoſdam nundinarios homines peſſimos, ac flagitioſos.* D. Chryſoſt. *Aſſumptis quibuſdam forenſibus viris malis.* Ad ſe advocaverunt viros peſſimos forenſes, qui erant in foro data pecunia ad bajulanda, ac præparati ad omne nefas Conſurrexerunt adverſus domum Iaſonis, qui quidem erat vir bonus, & Chriſtianus, in cujus domo Paulus, & Sylas hoſpitabantur, de quo q. 2.

Syriac. Arabic. D. Chryſoſt.

QVÆSTIO I.

Quare Paulus ingrediens Synagogas totum ejus ſtudium erat diſſerere, & explicare Scripturas?

7. INgrediens Paulus Synagogas diſſerebat de ſacris Scripturis, eas expendens, & explanans inſinuans ſcientiam Scripturarum Iſagogicã eſſe de fide amplectendam, ac charitatem inflammandam, & ad mores piè colendos. Vnde ait D. Chryſoſt. hom. 37. in Acta: *Paulus, & Silas bene quando vacabant, hoc & Chriſtus faciebat, multum de ſcripturis diſſerens*, unde alta, & divina Providentia cum Chriſtus ingrederetur Synagogam, traditus eſt liber Iſaiæ Prophetæ, Luc 4. n. 16. ut explicaret.

Sacra Scriptura informat mores, inflammat charitatem. D. Chryſoſt.

8. Vnde ipſe Chriſtus D dicebat, Ioan. 5. num. 39. *Scrutamini Scripturas, illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Commendat Divinus Magiſter ſtudium aſſiduum in hoc libro Scripturæ verſando, nec monet, ut legant ſimpliciter, ſed ut lectitẽt exacto ſcrutinio, & alta; profundaque ruminatione. D. Chryſoſt homil. 40. in Ioan. ait: *Non dicit legite, ſed ſcrutamini: Divina enim ſumma indigent diligentia*, & ut ait ipſemet Chryſoſt homil. 31. in Geneſim: *Cum libris evolvendis mens piè affecta ſtudet per illud tempus ab immundanarum cogitationum illecebris liberatur.* De his dixi multa opuſculo primo de ſacra Scriptura, ac ejus magnis emolumentis.

Ioan 5. *Scriptura multa meditatione legenda.* D. Chryſoſt.

9. Apparet Æternus Pater in Apoc. cap. 5. n. 6. *In dextera ſedentes ſuper thronum librum ſcriptum intus, & foris* Ipſe eſt ille ſupremus Dominus de quo ſapiens, Prov. 3. n. 16. ait: In ſiniſtra ejus divitiæ, & gloriæ, de ejuſque dextera ait Moyſes, Deut. 33. n. 2. *In dextera ejus lignea lex*; at divinus Agnus cum habet ante oculos quid Æternus Pater haberet in dextera, ac ſiniſtra, contemptis divitiis, & gloria, librum tantum expetit, & accipit: *Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum*, n. 7. Optimè agnoſcebat Agnus innocens legum ſacrarum Codices moribus excolendis valde perutiles eſſe, indeque omnibus præferendos; præclarè Rupertus lib. 4. in Apoc ſic ait: *Notandum eſt, quia veniens Chriſtus in hunc mundum nihil divitiarum, ac gloriæ de ſiniſtra, ſed tantummodo librum, ſive legem igneam accepit de dextera.* Hæc una tam Chriſto D. erat cura ſacrum librum ſemper habere in ore, illumque explicare, ac declarare; ſic pergit citatus Rupert. *Tantummodo meditari in lege Domini, tantummodo librum dignatus eſt accipere, intendens aperire illum, & explicare.* Ex quo apertè inſinuatur, quam nobis utilis ſit ſcientia ex ſacro libro petita.

Apoc. 5. Rupert. *Scientia Scripturarum ſuper omnes divitias.* Rupert.

Pergit ſacer Textus citato cap. 5. n. 8. quod *cum Divinus Agnus aperuiſſet librum quatuor animalia, & viginti quatuor Seniores ceciderunt coram Agno, & habebant ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, & cantabant quaſi Canticum novum.* Conſideremus ſingula in magnum noſtrum documentum; Cum Agnus aperuiſſet librum, quatuor animalia, ac viginti quatuor Seniores nos repreſentantes, tamquã bene inſtructi ſacra Scriptura ipſum Agnum Chriſtum Ieſum adorant, ut verum Deum; *habentes cytharas* tonantes per totum Orbem prædicatione Evangelica, ut explicant Viegas, & alij, *Et phialas aureas plenas odoramentorum*, per quas interpretantur corda, ac mentes. Gloſſa Interl. Rupert. Beda, Richard de S. Victore, Carthuſ. Hugo, *plenas odoramentorum* ſanæ, & veræ doctrinę, quæ dat ſuaviſſimum odorem; *Quæ ſunt orationes Sanctorum*; quia ex ipſa doctrina ſacræ Scripturæ componuntur, ac conſonantur orationes Sanctorum D. Ambr. ibidem: *Seniores cadunt coram Agno, cum per meditationem divinarum Scripturarum conſiderantes immenſam Dei clementiam*, humiliant ſe in conſpectu creatoris ſui, & quanto ſeſe per humilitatem dejiciunt, tanto magis in ejus amore exardeſcunt.

10. Apoc. 5. Viegas. Interlin. Rupert. Lyran. Beda. Carthuſ. *Scientia Scripturarum generat humilitatem, & dat odorem.* D. Ambr.

Et cantabant quaſi Canticum novum ob multas rationes à me datas tom. 1. in Apoc c. 5 q. 25 n. 224. & 225. Vel etiam, quia in ſacra Scriptura, ſi multa indagine, ac meditatione ob profunditatem, & altitudinem miſteriorum verſetur, ſemper multa nova tamquam in locupleti theſauro inexhauſto inveniuntur, ideo multo ſtudio in ea incumbendum, ut docet de Baſilius ad cap. 1 Iſaiæ. Vide multa in Sybillario verbo Scriptura.

11. *In Scriptura ſemper nova inveniuntur.*

QVÆSTIO II.

Quare turba Civitatis circunſtat domum Iaſonis, & quiſnam eſſet ille?

AB hoc ſecundo incipio Et quiſnam eſſet ille Iaſon, de cujus vita ac moribus aliqui Expoſitores latè agunt, breviter tamen dicendum, quod apud illum hoſpitabantur Silas, & Paulus utpote familiaris, ac etiam cognatus Pauli, & Chriſtianus qui, ut ait Beda, cõverſus fuit à Paulo per tria Sabbatha in Synagoga Theſſalonicenſi dicente Apoſtolo, ac manifeſtante ex Scripturis Chriſtum D. de quo dictũ eſt hic verſ. 2. de hoc, ut volunt Sixt. Senenſ. Genebr. Baron. facit mentionem Apoſtolus Rom. 16 n. 21. *Salutat vos Timotheus adjutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Oſi patercognati mei*; Qui cũ Paulo, & Theſſalon migravit Corinth. In Catalogo

12. Beda. *Quiſnam eſſet Iaſon.* Senenſ. Genebr. Baron.

Sanctorum adſcribitur in Martyrologio Romano die 12. Iulij, ubi dicitur: *In Cypro S. Iaſonis antiqui diſcipuli Chriſti.*

Non permittit Deus, quod tyranni exequãtur ſuum furorem in juſtos.

Cum ergo furioſa Civitatis turba quæreret Paulum & Silam, & non inveniſſent, & ſcirent, quod baptizaverant apud Iaſon, circunſtant ejus domũ, ut eos produceret, ut lapidarentur, vel male tractarentur; ſed nihil potuerunt; nam Deus eos cuſtodivit, & non permittit, quod tyranni omnia faciant, quæ contra Dei ſervos machinantur.

14. Exod. 1.

Qua apud Hebræos valde vulgare erat, quod unus ex eis eſſet naſciturus, qui populum mirabiliter educeret de captivitate Ægyptiaca, ut omnes Iſraelitarum ſpes amputarentur, Exod. 1. n. 22. *Præcepit Pharao omni populo, dicens, quidquid maſculini ſexus natum in flumen projicite.* Quid tunc? Naſcitur Moyſes, exponitur à parentibus in ripa fluminis, venit filia Pharaonis: *Quem illa adoptavit in locum filij* cap. 2 n 10 Ecce Moyſes, qui quærebatur, evadit ſalvus, ut populum liberet, & Ægyptios perdat in aquis, valde inanis eſt omnis tyrannorum furor contra eos, quos Divina manus cuſtodit, & ſervat. Lippomanus in ſua Catena, ſic ait:

Exod. 2.

Non poſſunt tyranni omnia quæ volunt in juſtos. Lippom.

Subordinatione itaque divina evadit unicus ille Moyſes, contra quem ſolum fuerat excogitata, & à Dæmone ſuggeſta, univerſalis illa crudelitas, ut diſcamus, ubique conſiderare Dominum, qui mirabiliter eximit ſuos. Tota Pharaonis rabies eò tendebat, ut periret ille, qui à jugo Pharaonis Hebræos erat erepturus, ſed ille, qui expectabatur, eripitur ab ejus furore, in vanum eſt omnis rabies contra eos, qui Dei ſunt.

15. Math 2. Imperf. ct.

Similiter exardeſcebat Herodes adverſum Ieſum recenter natum dum occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, Math 2. n. 16. de quo ſic ait Imperfectus homil. 2. in Matth. *Interfecit omnes parvulos, ut unum inveniret in omnibus, ſed neque unum invenit in omnibus, & omnibus vitam æternam præſtitit propter unum.*

Actor. 17. *n.* 6 Et cum non inveniſſent eos, trahebant Iaſonem, & quoſdam fratres ad Principes Civitatis, clamantes, quoniam hi, qui urbem concitant, & huc venerunt.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ. 12.

16. *Dare locum iræ.*

Verſ. 6. *ET cum non inveniſſent*; quia Apoſtoli jam alibi tranſierant dantes locum iræ, ac furori Iudæorum: *Trahebant Iaſonem*, illud verbum *trahere* ſignificat vim, ac vehementiam. *Et quoſdam fratres*, ſcilicet Chriſtianos *ad Principes Civitatis* ad Magiſtratus, ac Gubernatores Civitatis, qui ſunt illius Principes. Syriacus: *Ad primiores vobis.*

17. Græcus. Cõplut. Vatabl. Arabic.

Clamantes. Syriacus: *Vociferantes*, denotatur clamor incompoſitus præ ira, ac furore, tamquam accuſantes Iaſonem, ut criminis complicem, ſiquidem ipſos hoſpitio receperat. *Qui Urbem concitant* Græcus Complutenſ. Arabicus, Vatabl. *Qui orbem terrarum commoverunt*: hoc nomine Orbis magnæ Civitates dicuntur, ſic Sereniſſimus, ac Potentiſſimus Philippus ſecundus, cum vidiſſet Vlyſſiponem, dixit: *Eſt Orbis in Urbe* Subdit Textus: *Huc venerunt.* Arabicus: *Huc ſe contulerunt*, ut ignoti, extranei, errones, vagabundi, ad conturbandam Civitatem nova, lege, novoque ritu.

18. D. Chryſoſt. Pagnin.

Verſ. 7. *Quos ſuſcepit Iaſon.* D. Chryſoſt. Pagninus: quos clam *excepit hoſpitio*, tamquam homines facinoroſos, ac criminatores, & ideo clam, ac furtim excepit; Omnis, qui agit malum, lucem odit. *Hi omnes contra decreta Cæſaris alium Regem faciunt.* Hi Iudæi ſuorum majorum iniquitatem biberunt, ſic contra Chriſtum ad Pilatum clamarunt: *Omnis, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari,* Ioan. 19. n. 12. Sed iniquitas eorum fefellit eos; Nam regnum Chriſti non eſt temporale, ſic ait Ieſus Pilato Regnum meum non eſt de hoc mundo, Ioan. 18. n. 36.

Ioan. 19. Ioan. 18.

19.

Verſ. 8. *Concitaverunt autem plebem, & Principes*, quorum animi maxime commoventur audito novo Rege, novoque Gubernatore, indeque multæ ſeditiones naſcuntur in Republica.

20. Syriac. Arabic. Caiet.

Verſ. 9. *Et accepta ſatisfactione à Iaſone.* Syriac. *Acceperunt fidejuſſores* Arabicus: *Acceperunt ſponſorem.* Tripliciter explicatur primo Caietanus, quod Iaſon ſe dedit ſponſorem, ac fidejuſſorem, quod Paulus, ac Silas nihil moliebãtur contra Imperium Romanum, ſecundo Budæus, Ganæus, Sãchez, quod Iaſon ſe dedit ſpõſorem tamquam per ſe ſolvendum, ſi Paulus, & Sylas aliquid feciſſent contra Imperium Romanum: Vnde D. Chryſoſt. multum laudat virtutem Iaſonis, qui ſe, ſuumque obtulit caput pro Paulo, & Sila.

Budæus. Ganæus. Sanchez.

21. Carthuſ. Loria.

Tertio Carthuſian. Lorinus, quod Iaſon dedit magnam ſatisfactionem, quod Paulus, & Silas nõ erant ſeditioſi, ſed valde pacifici, & magnæ virtutis, & quod non prædicabant regnum temporale, ſed ſpirituale ad ſalutẽ animarum, ut videre eſt in aliis partibus, in quibus prædicarunt, & per hoc ſe dedit Iaſon fidejuſſorem, & ſponſorẽ, & hæc mihi videtur probabilior ſententia.

22. Syriac.

Verſ. 10. *Fratres, verò* ſcilicet Chriſtiani: *Confeſtim per noctem.* Syriac. *Statim ea ipſa nocte*, magna ſollicitudine agentes curam de eis *In Beræam* quæ eſt Vrbs Macedoniæ. *In Synagogam Iudæorum* introierunt ad docendum, & prædicandum.

23. Arabic. Oecum. Arias. D. Chryſoſt. Æthiop. D. Chryſoſt. Oecum.

Verſ. 11. *Hi autem erant nobiliores eorum.* Arabicus: *Erant nobiliores genere* Arias, Oecumenius: *Hi autem erant generoſiores aliis.* D. Chryſoſt. *Hi meliores erant.* Hi nempe Iudæi, qui erant in Beræa non ſolum proſapia, ſed indole, ac generoſitate, meliores erant Iudæis Theſſalonicæ, de eis loquitur Textus. Ita D. Chryſoſt. Oecum. Lyran. Caietanus, & Hugo; Vnde promptiores ſe exhibuerunt in recipienda fide, ac doctrina Evangelij.

24. Syriac. Arabic. Arias.

Quid receperunt verbum cum omni aviditate. Syriacus: *Hilariter.* Arabicus: *Cum omni promptitudine.* Arias: *Cum omni alacritate* cum omni affectu, ac conatu incumbebant in hac doctrina capeſcenda, & maximè lætabantur ob inventam, & cognitam veritatem: *Scrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent*, id eſt conferendo doctrinam Evangelicam cum ipſis Scripturis, ita dicebat Chriſtus D. ſcrutamini Scripturas, ipſæ teſtimonium perhibent de me, Ioan. 5. ut dixi ſuperiori q. 1.

Ioan 5.

25. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ. 12. *Multi quidem crediderunt* ex eis, ſcilicet Iudæis: *Mulierem gentilium honeſtarum, & viri.* Syriac. *Ex Græcis plurimi, & fœminæ.* Arabic. *Ex mulieribus probatorum virorum.* Æthiopic. *Et mulieres gentiles bonæ multæ* ad fidem, & virtutem multum prodeſt bona indoles, ac ſocietas, & primo in textu nominantur mulieres, quia quod ipſæ recipiunt, Iudæi pro ſua protervia reſpuunt.

QVÆSTIO

QVÆSTIO III.

Quare, qui primi receperunt fidem dicuntur nobiles?

26. Arias. D. Chryſoſt. Æthiop. Philo.

AIt Textus: *Hi autem erant nobiliores.* Oecumen. Arias, Græcus: *Erant generoſiores.* D. Chryſoſt. *Generoſiſſimi.* Æthiopic *Hi meliores erant.* Hi enim virtutem, ac religionem colunt, in illamque propenſiores ſunt *Virtus nobilitatis*, ait Philo lib. 1. de nobilitate, *Virtus nobilitatis comes.*

27. Marc. 15.

Moritur meus Ieſus in Cruce derelictus à ſuis ſolus, & dum totus mundus conglomeratus fervet ac ſævit in eum, tunc Ioſeph ab Arimathæa *audenter introivit ad Pilatum, & petiit Corpus Ieſu.* Marc. 15. n. 43. In tanta rerũ injuria, nullus eſt metus Ioſepho, nullamque populi contra ſe commotionem timet, ſed Pilatum convenit fide in Chriſtum probata: *Venit Ioſeph nobilis Decurio.* Græcus *Nobilis Senator.* Tantus ergo ex primo rerum ordine ſenator in tam præclara re virtutis non potuit non animo facti eſſe promptus. Victor Antioch. ait: *Præclarum facinus auſus eſt: neque enim ignotus, aut obſcurus erat, ſed unus ex Senatoribus*, ab honore ingenito deducit Victor generoſitatem Ioſeph, *ut audenteer introiret ad Pilatum.*

Græcus. *Nobilis difficilia aggreditur.*

Victor Antioch.

28. Gen. 17. *Fidem probat, & tenet nobilitas.*

Dixit Deus ad Abraham: *Tu cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis.* Geneſ 17. n 9 & ſtatim. *Pactum meum ſtatuam in Iſaac* n. 21. & cur nullum cum Iſmahele? Sed omnino excluditur ab hoc pacto. Iſmaël erat natus ex ancilla Ægyptiaca, & ad firmandum pactum cum Deo, ut eligeretur populus Dei, aſſumendus erat vir valde nobilis, & illuſtris, ut ex ſua nobilitate ſtimularetur ad obſervandum pactum, & non filius mulieris captivæ; quia iſti tales ſemper ſequuntur deteriorem partem, & maxime, quæ ex matre ſunt: *malum ex quocumque defectu*, inquit Oleaſter: *Quoniam filij ancillarum, matrem referre ſolent, & matris potius, quam patris mores ſequuntur.*

Oleaſter.

29. Gen. 1. Gen. 5.

Semel, & iterum in creatione hominis repetitur, quod ſit *creatus ad imaginem Dei.* Gen. 1. n 17. *Creavit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*, & iterum cap. 5. n. 1. *Creavit Deus hominem, & ad ſimilitudinem Dei fecit illum.* In quo duo maximè notanda ſunt de aliis tamquam ex imperio Dei facta ab Elementis referuntur: *Dixit Deus germinet terra herbam virentem.* Geneſ. 1. num. 11. *Dixit Deus fiant duo luminaria magna* n. 14. *Dixitque Deus producant aquæ reptile animæ viventis* n. 20. at cum devenitur ad hominis formationem dicitur: *Creavit Deus hominem* tamquam ſuis propriis manibus, & non quomodocumque ſed *ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam* pro magna commendatione repetito nomine inculcatur: *Imaginem, & ſimilitudinem*, repetitiſque vicibus exprimitur cap. 1. & 5. ut notavi, ad quid tam illuſtriſſima hominis celſitudo ei objicitur, & proponitur ante oculos, ut tanta ſua nobilitate pignoratus totus ſit addictus, ac intentus ad cuſtodiendam Dei legem, atque adimplenda ejus mandata & ad aufugiendam vilem, & abjectam tranſgreſſionem.

Nobilitas ad virtutẽ acuit.

Philo.

Philo Hebræus lib. de nobilit ait: *Adamo nemo parens, ac vitæ auctor, niſi ſolus Deus fuit, ut conſiderans nobilitatem ſuam, ſe Dei opus eſſe perſpiciens opera ſua dirigeret ad Dei cultum, & religionem.*

30.

Cum eſſent homines eligendi, qui Palæſtinam adeant cauſa provinciæ explorandæ, mandat Deus Moyſi: *Mitte viros, qui conſiderent terram Chanaan ſingulos de ſingulis tribus, ex principibus.* Num. 13. Numer. 13. n. 3. Omnes, qui mittendi ſunt debent eſſe ex principibus, hoc eſt ex nobilioribus, ac illuſtrioribus, cur non erunt permixtim ex nobilioribus, ac ex vulgari turba? Hoc negotium erat magni ponderis, nam maximè erat terra exploranda, illiuſque diſpoſitio, & ſitus, illius munitiones, illiuſque debilitas, ubi major vel minor inveniretur difficultas, unde poſſet facilius debellari, & patefieri aditus ad expugnandum, & ingrediendum, quæ quidem erant alto examine conſideranda, hominum mores, illorumque fortitudo, quæ omnia in magno dubio verſabãtur, & ad eorum examen, multa induſtria, ſolertia, ac ingenij ſagacitas exoptabatur, quæ non facile invenitur niſi in melioribus ob ingenitam indolem communi exercitio cũ prudentioribus: Abulenſis ad citatum locum Numer. q. 14. ait: *Quia iſti exploratores aggrediebantur aliquid dubium, non auderet quilibet, ideo debuerunt mitti tales, qui auderent, & hoc magis credebatur de principibus, quam de aliis.*

Nobilitas ad magna & ſublimia inducit.

Abulenſ.

Ait Deus Moyſi Numer. 14. n. 29. *Omnes, qui numerati eſtis à viginti annis, & ſupra, & murmurati eſtis contra me, non intrabitis terram ſupra quam levavi manum meam.* De quo etiam agitur Pſal. 94. & Paulus Hebræor. 4. num 3. ob murmur contra Dominum, à quo viderunt tanta mirabilia facta in eorum protectione, ſic privantur ab ingreſſu terræ promiſſæ, quæ bello, & armis expugnanda erat: Inde illi merito excluduntur à terra promiſſa, utpote ab inepto bello gerendo, cum ſervi ſervis adhuc parentibus nati, ac educati, depreſſum, ac ſervilem animum habebant, valde alienum ab omni generoſa, ac virili factione, quod in nobilibus, ac principibus ingenitum relucebat. Abulenſis proxima citatâ quæſtione inquit: *Quia omnes in ſervitute Ægyptiaca enutriti fuerant, ſervi autem nunquam audent ad bellum.*

31.

Servitus animos deprimit, ac facit inertes. Abulenſ.

Actor. 17 n. 13. Cum autem cognoviſſent in Theſſalonica Iudæi, quia & Beroeæ prædicatum eſt à Paulo Verbum Dei, venerunt & illuc commoventes, & turbantes multitudinem.

Verſiones,

CUM EXPOSITIONE III. uſque ad Verſ. 18.

Verſ. 13. *Cum autem.* Odio, & invidia agitat Iudæi non deſiſtebant in omni loco Paulum proſequi. *Commoventes.* Syriacus: *Non quieverunt quin concitarent turbam.*

32. Syriac.

Verſ 14. *Paulum dimiſerunt fratres*, ſcilicet Chriſtiani, *Vt iret uſque ad mare.* Arabicus: *Quaſi ad mare porrecturum.* Noluerunt Chriſtiani, ut advertit Cajetanus, quod Paulus videretur fugere aperte ſed tantum, quod eorum furorem declinabat, & quod illuc venerat, ut per mare navigaret *Silas autem, & Timotheus* remanſerunt ad firmandam, & radicandam fidem in Beræcenſibus, ſolius enim Pauli caput, ut omnium magiſter quærebatur.

33. Arabic. Cajetan.

Qui autem deducebant Paulum, hoc præſtabant tamquam viri boni cum multa reverentia, honore, ac ſecuritate, quod ex eo patet; quia Apoſtolus multam confidentiam habuit in eis; nam per eos miſit epiſtolam ad Silam, & Timotheum, Apoſtolũ deduxerunt uſque ad Athenas, quæ erat univerſalis Academia totius ſapientiæ, eloquentiæ,

34. *Iſti fideles.*

& inde Poëtarum, Oratorum, ac Philoſophorum, de quo multa ſcribunt Auctores.

35. Syriac. Æthiop. Vatabl. Pagnin. Tigurin. Verſ. 16. *Incitabatur ſpiritus ejus in ipſo.* Syriac. *Mœrore afficiebatur.* Æthiopic. *Indignatus eſt ſpiritu.* Vatablus, Pagninus, Tigurin. *Irritabatur, excandeſcebat* zelo, ac compaſſione, & dolore afficiebatur Paulus, quod tam nobilis civitas Athenarum totius ſapientiæ Schola eſſet plena eorum, ac cultui idolorum dedita.

36. Syriac. Arabic. D. Chryſoſt. Verſ. 17. *Diſputabat.* Syriac. *Colloquebatur.* Arabicus: *Cœpit loqui* cum Iudæis. *Et colentibus*, ſcilicet Proſelitis, id eſt gentilibus, ut explicat D. Chryſoſt ex gentilibus ad Iudaiſmum converſis, ac de ſalute ſuæ animæ ſtudioſis. *In foro.* Syriacus: *In platea quotidie.*

37. Verſ 18 *Quidam autem Epicurei, & Stoici Philoſophi.* Epicurei dicebantur, qui ſummum hominis bonum conſtituebant in voluptatibus corporis & ſenſuum; Stoici vero in animæ virtutibus, de quibus quæſtione ſequenti. *Quid vult ſemiverbius.* Syriac. *Collector verborum.* Arabicus: *iſte nun venator.* D. Chryſoſt *Verbi Sator.* Vatablus: *Quid vult ſpermologus.* Æthiopic *Quidnam vult hic ſeminator verborum*, id eſt, quid intendit iſte verboſus, vel garrulus, qui nihil, niſi verba effutiat, ſic de Paulo dicebant.

Syriac. Arabic. D. Chryſoſt Vatabl. Æthiop.

38. Gentiles. *Novorum dæmoniorum.* Syriacus vertit: *Deos alienos prædicant*, nam Gentiles Deos minores, ac inferiores Dæmones appellabant: *Quia Ieſus Reſurrectionem annuntiabat eis*, quam tam Epicurei, quàm Stoici negant, de hoc q. 5.

QVÆSTIO IV.

Quare iſti Athenienſes dicebant Paulum hominem ſemiverbum ſeu loquacem, & garrulum?

39. *Irridebãt eum cùm loqueretur contra eorũ voluntatẽ.* prov. 15. Tobiæ 2. ITa vocabant, ut hominem garrulum, ac loquacem, qui ſine Rethorica arte, ac eloquentiæ methodo verba inania, & vacuos, futileſque ſonos ſine ulla rei veritate ſpargebat, quod peſtifere jactabant; tum quia doctrina Apoſtoli diſplicebat eis, utpote contraria eorum dictis, ut facit ſtultus de diſciplina Patris ſui Proverb. 15 n. 5. & faciebãt cognati de vita, & dictis ſancti Tobiæ 2. n. 15.

40. Math. 1. Quod & maximè faciebant, ne quis audiret Apoſtolum, ejuſque dictis acquieſceret, quod eſt extremum, ac ſupremum malum ſcribens D. Matthæus Chriſti proſapiam cap. 1. num. 8. ait: *Ioram genuit Oziam, Ozias autem genuit Ioatham* Satis agitata, & perantiqua quæſtio eſt, quare inter Ionam, & Oziam tres Reges Evangeliſta prætermiſerit, de quare multas aſſignavi rationes tom. 5. & 6. in Evangelia. Ad præſens intentum optimè Rupertus Abbas Theologizatur: *Ioram autem genuit Oziam, Tres Reges de medio ſuccidit, videlicet Ochoziam, Ioas, & Amaſiam, qualem enim locum habere deberent inter parentes Carnis Domini, hi ſub quibus nec ſaltem loqui licuit Prophetis Verbi Domini? Atque iſti ſoli de memoria præſenti, de libro generationis Ieſu Chriſti repulſi ſunt, qui verbum audire, vel præcones Verbi Dei vivere paſſi non ſunt.* Multi, & magni peccatores Reges, ut Manaſſes, & alij recenſentur in hoc catalogo; tamen illi tres merito excluduntur, quia contempſerunt Dei Verbum illius præcones, multis moleſtiis, ærumniſque ignominioſè tractaverunt.

Rupert. *A Dei catalogo excludũtur qui prædicatores non audiunt & impediunt.*

41. Ozeas. 9. Deplorat Ozeas 9 num. 8. multa mala populi Iſraël, dicens: *Speculator Ephraim cum Deo meo? Propheta laqueus ruinæ factus ſuper omnes vias ejus, inſania in domo Dei ejus: profundè peccaverunt.* Iſraelitæ idololatriæ dediti poſt longam ſpeculationem, ac meditationem, Prophetas contempſerunt, ut non audirent reputantes tamquam inſanos: *Inſania in domo Dei ejus.* Et inde quid factum eſt? *Propheta laqueus ruinæ ei factus eſt ſuper omnes vias ejus* ſuper omnia ſcelera, & crimina quæ commiſerunt, ita ut ingemiſcens Propheta clamet: *Profunde peccaverunt.* Ibi Ruffinus ait: *O tu populе prophanis rebus ſubjugate, ad cumulum iniquitatis, ſpiritualium magiſtrorum contumelias perveniſti, ita ut Prophetas Dei inſanos, & ſpirituales magiſtros ſtultos vocares. Addebaſque nihil aliud Prophetas debere cenſeri, quam hoſtilem laqueum in ruinam miſerorum civium fabricatum; non eſt tale facinus, ut cenſura judicis valeat ipſius oblivi ſci.* Ad execrabile, ac ſummum omnium malorum nefas devenerunt, cum Dei Prophetas, ac præcones, ut inſanos, ac ſtultos reputarunt, ut eorum verba non audirent, ſed contempſerint, ac rejecerint, & ideo *profundè peccaverunt.*

Ruffin. *Grande nefas Dei præcones, ut inſanos non audire.*

QVÆSTIO V.

Quare Epicurej, & Stoici adverſabantur D. Paulo & quinam eſſent illi?

42. Epicur. Lactant. D. Aug. Clem. Alex. EPicureus diſcipulus Xenocratis omne bonum, ac ſummam hominis felicitatem ponebat in voluptatibus, ac delectationibus hinc negabat animæ immortalitatem, corporis reſurrectionem, Dei providentiam, & omne divinum Numen, de quo late agunt Lactant. lib. 3. Inſtitut. cap 7. Clemens Alexandr. lib. 2. ſtromat cap. 1; D. Auguſt de utilit. credendi cap. 4. Vbi eos appellat voluptarios porcos, unde eſt illud Horatij: *Epicurus de grege porcus.*

43. Stoici. *Eorum errores.* Stoici fuerunt Philoſophi ſic nuncupati à nomine græco, quod idem valet, ac porticus in quo docebat, ejus pater fuit Zeno philoſophus, ejus diſciplina erat multum auſtera; ſummam hominis felicitatem ponebant in poteſtate, induſtria, ac dexteritate cujuſlibet: Negabant Dei providentiam, dicebantque omnia neceſſitate naturæ evenire; dicebant animam eſſe immortalem, corporum reſurrectionem negabant; dicebant omnes virtutes eſſe pares, ſicut & vitia æqualia: miſericordiam, & compaſſionem eſſe vitium, licere ſapienti ſe ipſum occidere, ne miſerè vivat: mundum eſſe animal animatum, & Deum eſſe animam illius, aliaſque ſimiles nugas fabulabantur, de quibus Cicero pro Murena, Lactantius citatus D. Auguſt tom. 6. tract. de Epicureis, & Stoicis.

Cicero. Lactant. D. Aug.

44. *Paulus refutat eorum errores.* Quos omnes errores Paulus refutat docens hominis felicitatem conſiſtere in Dei fruitione; & à Ieſu Chriſto crucifixo dependere, cujus gratia reſuſcitandi ſumus in vitam æternam, & cujus auxilio in hoc ſæculo ejus fidès triumphat, & vincit; Omnes humanæ ſapientiæ machinationes, Sophiſtarum argumenta, ac eloquentiæ humanæ perſuaſiones, in cujus rei confirmationèm, non diſputationis argutiæ, ſed divinum lumen prævalet.

45. 1. Cor. 2. Totam hanc Doctrinam nobis confirmat Apoſtol 1. Corinth. 2. n. 4. poſtquam dixit, quod nihil aliud ſcit, ac intelligit, niſi Ieſum Chriſtum crucifixum, ſubdit: *Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus ſapientiæ, & virtutis.* Ecce doctor gentium omni ſapientia, & altiſſima plenus,

&c.

& eruditus se abstinet ab humanis persuasibus sapientiæ in rebus fidei, cur evitat disputationes, cum Scribis, ac Philosophis de supercilio suæ eloquentiæ multum confidentibus, numquid timebat ab eis vinci, ac superari? minime: Sed præcallebat excellentiam mysteriorum fidei, quæ cum sint supernaturalia, & alterius ordinis ob sui supereminentiam super humanam rationem non possūt teneri, & capi à naturali vi nostri intellectus, nisi adsit Divini Spiritus gratia excitans, & adjuvans.

Fides non comparatur disputatione, sed Dei gratia.

D.Zeno. D.Zeno sem de fide ait: *Errat quisquis disputationem legis æstimat fidem: duo in unum diversa confundit: disputatio enim sicut excolit legem, ita si versata sit eradicat fidem, quia fides profecto non est, ubi quæritur fides* Perpende ultima verba

46. Rom.11. Dum suprema Dei magnalia contemplatur Paulus, totus admirabundus exclamat Rom.11. n.34. *O altitudo divitiarum*, Græcus: *O profundum divitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei.* Per divitias intelligit Apostolus magnitudinem misericodiæ Dei, qua nos divites fecit omnibus donis gratiæ, & gloriæ, ut ipse explicat ad Ephes.1 num 7. *Quam incomprehensibilia*, seu ut legit Tertulianus contra Hermogem: *Inventibilia*, ait Textus: *Iudicia ejus, & investigabiles viæ ejus*, rationes Divinæ Providentiæ, *& quis cognovit* sensum Domini, quod merito D August. appellat *abyssus multa*, aut *quis consiliarius ejus fuit*, consiliarius, ut notat ibi Cornelius non solum dicit, qui dat concilium, sed qui conscius est concilij, & *quis* poterit scire consilium Dei, cum ejus viæ, & rationes divinæ providentiæ sint invelligabiles, quis poterit scire, cur rejectis Iudæis elegit gentiles, cur hunc trahat, & non illum, cum hoc non pendeat ex persuasibilibus humanæ sapientiæ, sed ex alto Dei consilio, ut latè disserit Bernardus epistol 107. & D. Zeno serm. de fide, ait: *Sciat unusquisque aliud esse fidem, aliud esset tractatum, nec fidem per tractatum posse dari, vel nosci, sed scilicet per gratiam Dei.*

Ephes.1. Tertull.

Non a ratione humana, sed à Dei consilio nostra vocatio.

D.Aug. D.Bern. D.Zeno.

47. Rom.4. De Abraham ait Apostolus Roman.4. num. 18. *Qui contra spem in spem credidit, ut fieret Pater multarum gentium. Et non infirmatus est in fide, neque consideravit corpus suum mortuum, cum ferè centum esset annorum, & mortuam vulvam Saræ. In repromissione Dei non hæsitavit de fidentia, sed confortatus est fide.* D Chrysost. legit: *Roboratus est fide.* Considerata natura, omnis spes habendi filios ex Sara extincta erat in Abrahamo, cum ipse esset centum annorum, & Saræ vulva sterilis, tamen promittitur ei filius ex Sara simiter, & constanter credidit, quia in his, quæ pertinent ad fidem non vis, ac impulsus naturæ, aut rationis est considerandus, sed divinæ manus efficacia, qua cuncta agit, ac disponit

D.Chrysost.

QVÆSTIO VI.

Quare isti homines vocabant D. Paulum annuntiatorem novorum Dæmoniorum?

48. *Dæmon quid significet.* D.Isidor. Syriac. Arabic. Æthiop. DÆmon, ut tenent D.Isidorus lib.8. Ethymolog. Plato in Cratil. nomen est græcum, & idem valet, ac sapiens, & peritus Varablus, & alij dicunt idem valere, ac regere, quod maximè de malis hominibus intelligebant. Dicebant isti homines de Paulo: *Novorum Dæmoniorum videtur annuntiator esse.* Syrus: *Deos alienos prædicat.* Arabicus: *Esse prædicatorem Dæmoniorum alienorum.* Æthiopicus: *Seminator verborum doctrinæ dæmoniacæ novæ.* Apud antiquos Dij novi, & minores appellabantur.

Cum Paulus prædicaret Resurrectionē nostram, quæ est magnum miraculum supra ordinem naturæ, & lumine naturali capi non potest, ideo gentiles eam non intelligebant, nec dictis Pauli acquiescebant, sed eum tamquam hominem loquacem, ac impostorem, & fabulosum, qui virtutem aliorum novorum Deorum prædicabat, ac dicebat, judicabant, quam ob causam ductus est Athenis, ubi Socrates, qui novos Deos inducebat, damnatus est ad mortem. 49.

Non intelligebant resurrectionem.

Tamen, & maxime moraliter ex quadam Glossa refert Lyran *Quod Philosophi audierunt à Iudæis inter eos habitantibus tempore Antiochi nomen Dæmonis esse abominabile, & ideo doctrinam Pauli vocabant annuntiationem Dæmoniorum, tamquam eisdem abominabilem* Ecce summa, & extrema miseria, sic errant Athenienses suis erroribus, falsitatibus, ac superstitionibus, quas ab antiquo à suis majoribus ebiberant, ut solidam, veram, & sanctam Pauli doctrinam, utpote novam abominabilem novorum Dæmoniorum judcaverint. 50.

Glossa. Lyran.

Blasphemant Pauli doctrinā.

Sunt multi ita affecti suæ antiquæ, ac veteri doctrinæ, ut quidquid denuò invenitur, maximè displiceat, & refutet, ac si Deus lucem suæ sapientiæ concluserit in antiquitate, & nihil junioribus reliquerit, cum in ipsis antiquis multa falsa, & à veritate aliena reperiantur, ut notavit Arnobius lib. 1. & ait: *Falsitatis argutiis res nostras, & nos vestras arguimus falsitatis; sed antiquiora nostra sunt, ac per hoc fidei, & veritatis plenissima, quasi vero errorum non antiquitas plenissima mater sit.* 51.

Doctrina quia nova multis displicet. Arnob.

Ingreditur Iesu Capharnaum, & veniens in Synagogam docebat eos, & expulit diabolum ab uno homine, & ut scribit D. Marc.1. num.27. & admirati sunt, *ita ut conquirerent inter se dicentes? quadnam est hoc? Quænam doctrina hæc nova*, ut suggilarent Christi doctrinam dicunt novam, non considerant sublimitatem, & excellentiam doctrinæ valde perutilem ad salutem animæ, sed tot, & tantis miraculis in cunctorum oculis, ut considerat Victor Antiochen, sed dicunt esse novam, ut eam valeant detrahere, & calumniare, ut dixit D. Paschasius lib.1. in Matthæum: *A malignantium ore nil tam sanctum, quod valeat effugere.* 52. Marc.1.

Non considerant utilitatem, sed novitatem. D.Pasch.

Cum Deus conderet orbem prima die dixit: *Fiat lux, & facta est lux.* Genes. 1. num. 3. & quarta die dixit Deus: Fiant duo luminaria, & fecit duo luminaria magna: *Luminare majus, præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti.* Ibidem. n. 16. Nūquid: Illa prima lux antiquior habuit in se totam lucem, ut esset major aliorum omnium, quæ postea creata sunt? Minimè: Imo quæ quarta die fuerant creata, quamvis juniora majori refulserūt splendore, ut notat Hugo Victorin. lib.1. de Sacramentis cap.15. ubi sic ait; *Hæc posteriora amplificata claritate formam meliorem acceperunt, quemadmodum Iesus in nuptiis de aquis vinum fecit, ut reformationis statum in melius Sacramentum demonstraret.* De naturalibus bene conjecturatur ad spiritualia, ac supernaturalia invisibilia Dei, per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: Deus totius lucis Auctor primæ diei luci dedit splendorem, utpote antiquiori omnem? minime, imo & majorem, & ampliorem posterioribus luminaribus contulit, ac impertivit. 53.

Hugo Victor. *Deus sæpe junioribus dat majorem lucem, quam antiquioribus.*

Deus vorius sapientiæ lux, & splendor dividens singula singulis prout vult, Deus dedit suæ lucis radios antiquis, unde negari non potest quod effulgeat per majores splendores junioribus, si velit; Præclare ait D Aug q 3. ex veteri testamēto ait sæpe: *Quo tempore minora sunt, & virtute majora sūt.* 54. D.Aug.

55. Cant. 7. Vox est animæ sanctæ ad suum Divinum sponsum Cantic. 7. num. 13. *Omnia poma nova, & vetera, dilecte mi: servavi tibi.* Per hæc poma bona pars Interpretum intelligit doctrinam, ac expositionem Sacræ Scripturæ tam Doctorum, quam Recentiorum. Præfata verba sic legunt D. Augustin. *Nova super vetera servavi tibi.* Quia sæpe nova meliora sunt acutioriingenio extracta, majori studio inventa, ac expolita. D. Augustin. lib. 20. de Civitate Dei cap. 4. ait: *Præferri veteribus novas quia quamvis vetera priora sint tempore: nova tamen præcedunt dignitate, cum illa vetera sint novorum præconia.*

Theod. D. Aug. *Nova super vetera.*

Actor. 17 num. 19. Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes; possumus scire, quæ est hæc nova, quæ à te dicitur, doctrina.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE IV. usque ad Vers. 23.

56. Syriac. Arabic. Græcus. Pagnin. Æthiopic. Vers. 19. *AD Areopagum, duxerunt eum.* Syriac. *Duxerunt eum ad Senatum, qui vocatur Areopagus, vicus Martis.* Arabic. *Duxerunt ad peritissimum, & judicem Doctorum.* Græcus: *Ad domum Iudicis* Pagnin. *Ad Martium Pagum.* Æthiopic. *Ad domum Dei eorum.* Erat enim Areopagus Athenis cõsessus judicum maximæ potestatis, & authoritatis, in quo gravissimæ causæ dijudicabantur, de quo quæstione sequenti.

57. Syriac. Arabic. Vers. 20. *Verba quædam infers.* Syriac. *Extranea verba disseminas.* Arabic. *Ingeris rem peregrinam* & nobis inauditam, scilicet Resurrectionem corporum *Quidnam velint hæc esse*, quænam sit talis doctrina, & quonam fundamento, ac authoritate prædicas.

58. Arabic. Æthiop. Vers. 21. *Omnes advenæ hospites* ad nihil aliud vocabant. Arabic. *Nisi ad novum aliquid dicendum, & sermonem peregrinum audiendum.* Æthiopic. *Aliam curam non habebant, nisi audire nova, & scrutari, quæ dicerent.* Athenensium summa describitur curiositas, ut tradit Plutarchus lib de garrulitate, & ideo novorum maxime avidos fuisse testatur.

Plutarc.

59. Arabic. Oecum. Æthiop. Vers. 22. *Stans Paulus in medio,* Arabic *Cum stetisset in conspectu judicum doctissimorum:* Oecumen. *In medio Martij Pagi.* Æthiopic. *In medio domus Dei eorum*, ut ab omnibus aperte, & clare audiretur.

60. Syriac. Arabic. Æthiop. Superstitio. *Per omnia quasi superstitiosiores vos video.* Syriac. *Inter omnia nimios esse in cultu Dæmonum.* Arabic. *Video vos quibusdam modis Dæmonia venerantes.* Æthiopic *Consilio vos insanire in omnibus*, ac si dicat Apostolus: O Athenienses video vos præ omnibus excellentes, & nimios esse in cultu Dæmonum; nam religio dicitur à religando, quæ ut ait D. Augustin. lib de vera religione in fine, defertur vero Deo; at superstitio, ut ait D. Isidorus lib. 8. Ethymol. cap. 3. dicta est, quasi super statuta, & debita, & ideo, ut ait D. Augustin. lib. 4. de Civit. Dei cap. 30. dicitur illa, quæ defertur falsis, & inanibus Diis, quibus nullus cultus, nullaque veneratio est debita.

D. Aug. D. Isid.

61. Syriac. D. Chrysost. Atius. Vers. 23. *Præteriens enim, & videns simulachra vestra.* Syriac. *Cum videns essem domum formidinum vestrarum.* D. Chrysost. *Culturas vestras.* Oecumen. *Delubra vestra.* Atius: *Sacra vestra.* Seu: *Altare vestrum.* Attentiùs videns, & considerans,

In quo scriptum erat ignoto Deo. Syriac. *Scriptum erat Dei recondito.* Arabicus. *Scriptum erat Deo, qui ignoratur.* Athenienses, ut viri Docti & eruditi ex multis didicerunt dari unum supremum Deum de quo q. 8. 62. Syriac. Arabic.

Quem vos ignorantes colitis, hoc ergo annuncio vobis: Tamquam si dicat Paulus: Ego non sum novorum Dæmoniorum annuntiator, ut vos dicitis, sed annuntio vobis Deũ, qui ab antiquo mundum creavit, & gubernat, quem vos ignoratis, ejus magnalia & nomen vobis dico, & explico. 63.

QVÆSTIO VII.

Quare D. Paulus ducitur ad Areopagum?

64. *Areopagus unde dictus.* Græcus. AReopagus nomen græcum, & ab eo deductum, idem est, ac vicus Martis, seu curia Martis, nam ut tradunt Græci, cum Mars de homicidio accusaretur, & res judicanda duodecim Diis committeretur, à sex absolutus fuit in eo loco, & quamvis essent pares, tes favorabilior reo prævalùit, & ideo à nomine græco Mars, dictus est locus vicus Martis, vel etiam, ut vult Plinius lib. 7. cap. 56. ab insigni templo Martis ibi constituto. Plinius

65. *Tribunal Areopagi.* Erat hic vicus Areopagus unus, & illustrior ex quinque, qui erant Athenis, & in eo erectum fuit Tribunal à Cerope, quo nihil erat severius, constantius, ac integrius, ut ait Cicero lib. 1. ad Attic. Epist. 9. ad quod jussu Solonis non assumebantur nisi Archantes, id est nisi Principes magni, & probatissimi ut testatur Plutarchus in Solone, & & erant maximè solertes speculatores ac indagatores, sententiam ferebant non per verba, sed calculum, & in obscuris, ne eorum lachrymis, ac aspectu moverentur, unde venit in proverbium Areopagita taciturnior. Plutarch. Cicero.

66. *Magna authoritas illius.* Tanta erat de illius integritate fama, ac opinio, ut gravissimæ causæ ex toto orbe, ac etiam ex Romanis teste Gellio lib. 12. cap. 7. ad eos judicandæ deferrentur, eorumque sententiæ si Aristidi credimus tamquam oracula, ac Deorum responsa arbitrabantur, de quo plura Budæus in Pandectas leg. ultima de Senat.

67. D. Chrysost. *Paulus ducitur ad Areopagum, ut puniretur, ibique exaltatur.* Ad Areopagum ducitur Paulus, ut tamquam promulgator novæ legis judicaretur, ac puniretur, ut notat D. Chrysost. in præsenti, & ait: *Ad Areopagum duxerunt Paulum, non ut quippiam cognoscerent, sed ut punirent, & supplicijs afficerent: ibi enim capitalia exercebatur judicia.* Sed suprema Dei providentiâ, aliter evenit; ibi enim veritas Evangelica maximè exaltata est, & sublimata, ibique eximie inter ipsos Idololatriæ feroces zelatores fundatur Ecclesia Dei propugnante, & prædicante S. Dionysio Areopagita.

68. Psal. 47. D. Aug. *Inter contrarietates exaltatur Ecclesia.* Ait Regius Vates Psal. 47. num. 3. *Latera Aquilonis, civitas Regis magni.* D. Augustin ait: *Ecce gentes latera Aquilonis adjunctæ sunt, latera civitatis Regis magni.* Propheta clamat: *Ab Aquilone pandetur omne malum*, ut ibi explicatur; Omnis contrarietas, & adversitas ibi summa Dei potentia, quod inter ipsas contrarietates, ac adversitates fundatur civitas, seu Ecclesia Regis Magni.

69. Iob. 37. D. Aug. Ad hujus rei gustum ait Iob. 37. n. 22. *Ab Aquilone aurum venit & ad Deum formidolosa laudatio.* Quæ verba sic transfert D. Augustin. in Psal. 47. *Ab Aquilone nubes coloris aurei, in his est magna gloria, & honor omnipotenti Deo;* quomodo ab Aquilone regione tempestuosa, & obscura veniunt

Nubes

Inter tempestates nitet aurũ fidei.

Nicetas

Nubes referentes colorem aureum ; hæc elegans pulchritudo ab Orientalibus plagis veniet, sed ab Aquilone regione tempestuosa,& obscura ibi cernitur; & resplendet Dei potentia ab ea producens aurum purum fidei,& amoris. Nicetas ibi: *Dei imperio Boreas nitidas , & fulgorem auri imitantes nubes adducit.*

QVÆSTIO VIII.

Quare Ara consecrata consistebat Ignoto Deo?

70. D. Chrysost. Oecum.

Ex favore in bello, & peste Deus ignotus.

SAtis late,& diffusè D. Chrysost. & Oecumen. referunt,quod cum Athenienses premerentur bello, à suisque Diis, quos colebant, postularent auxilium , nullumque habuissent , intelligentes aliud esse Numen majus, ei sacrificantes auxiliati sunt, quapropter aram ignoto Deo construxerunt, vel etiam,ut alij dicunt,ut referunt citatus D. Chrisost. & Oecumenius , nempe : Quod cum Athenienses magna laborarent peste, nullumque à suis Diis subsidium obtinuissent , conjecturantes , an daretur aliud majus Numen,ei sacrificantes convaluerunt,pestisque omnino extincta fuit , ideoque tali Numini,ac Deo aram sub titulo Ignoto Deo obtulerunt.

71. Lyran. Hugo. Sanches.

Ex eclypsi.

Secundo Lyran Hugo,Sanches, & alij hoc referunt ad laudem , & gloriam D. Dionysij , qui cum esset peritissimus in Astrologia,& Luna esset plena, per interpositionem ad Solem non poterat fieri eclypsis,& ex multis aliis principiis probat Lyranus naturaliter non posse evenire ; Vnde hoc animadvertẽs exclamavit: *Aut Auctor naturæ in carne patitur,aut tota mundi machina dissolvitur* ; indeque erexit,& consecravit illi altare, hoc inscriptione, *Ignoto Deo*, scilicet Iesu Christo , cujus mortis causa Eclypsis facta est.

72. Baron. Lorin.

Vnum Deum adorabant.

Tertio, & probabilius Baronius, Lorinus , & alij tenent,quod Athenienses acceperunt à Philosophis, & Sybillis , atque etiam à Iudæis dari unum supremum Numen absconditum, & invisibile, à quo cuncta gubernabantur, ac regebantur; indeque ei aram construxerunt , nam sicut apud Romanos venerabantur Dij incerti , sic & apud Athenienses Dij Incogniti,ut testatur Tertullianus lib.1. contra Marc cap.9. Iste autem incertus erat Deus Hebræorum,ad quod tendit illud Lucani.

Tertull. Lucan.

—— *Dedita Sacris*
Incerti Iudæa Diis.

73. *Deum Hebræorum adorabant.* Catena Patrum. D. Aug. Clem. Alex. D. Hier.

Illi Ignoto Deo,cui ara erat consecrata,erat Deus Iudæorum,quod sic probatur Primo Catena Græca Patrum à Feliciano concinnata,sic habet: *Ignoto Deo,& peregrino aram hanc sacrarunt Athenienses: Peregrino Numini Hæbræorum , scilicet , cui nondum nomen certum,vel notum erat.* Huic interpretationi favet D. Aug lib.1. Crescon cap. 29. & ait : *Athenienses quamvis extra Ecclesiam unum verum colebant Deum.* Similiter & Clemens Alexandr lib.1.Stromat cap.9.ubi ait: *Paulus ignotum Deum honorari quidem per circumlocutionem à Græcis opificem Deum significavit.* Pro quo etiam stare videtur D Hieronym in cap.16. Ezechiel ubi ait Dei majestatem incognitam saltem obscure ab istis gentilibus adorari.

Quod ex ipsomet contextu probo : Ait Paulus *inveni,& aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo , quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis* illum nempe Deum ignotum, quem vos ignorantes,& nescientes nomen, ac majestatem colitis , ipsum eundem Iesum Christum vobis prædico,dico,ac manifesto,ac proinde idem est Deus , quem vos colitis , & ego annuntio. Considera , quæso, magnam Pauli prudentiam,quod ut eos ad fidem suaviter alliceret, dicit se habere eundem Deum cum ipsis, omnesque esse sub eadem religione,atque sub eodem Numine.

Ex ipso textu Deus varus colligitur.

Expendenda tamen est in præsenti lectio D. Chrysost. sic exponentis : *Quem igitur ignorantes bene colitis , hunc ego annuntio vobis ;* nota verba *bene colitis.* Et quomodo Christus Dominus potest dici bene coli ab Athenienſibus sub titulo ignoti Dei, nam hæc est peculiaris mei Iesu nota , quod tunc magis submisse veneratur, quanto magis ejus sublimitas ignoratur,quæ supereminenter transcendit omne captum humani intellectus: Vnde recte de eo ait Arnobius lib. 3. contra gentes: *Vnus est hominis intellectus de Dei natura certissimus , si scias , & sentias nihil de illo posse mortali oratione deprom*

75. D. Chrysost.

Deus ut ignotus bene colitur.

Arnob.

Ait Isaias 45. num.14. *Tantum in te est Deus,& non est absque te Deus,verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator.* Absconditus in infinitate suæ naturæ,in suis attributis,ac operationibus , Vnde de eo ait Paulus 1 Timoth 6. n.16. *Deus lucem inhabitat inaccessibilem,* ita est absconditus, qui habitans in luce infinita,est inaccessibilis. In Ægyptiorum templis inscriptum videbatur hoc emblema : *Ego sum quod fui, quod est,quodque futurum est velum meum nemo unquam revelavit.*

76. Isai. 45.

Deus absconditus bene veneratur.

QVÆSTIO IX.

Quare D. Paulus vocat Athenienses superstitiosos cum sub ignoto Deo verum adorarent Numen.

SVperstitio, ut jam dixi in Expositione , est nimius,& immoderatus cultus super statuta , ac debita , inde cultus, qui defertur falsis Diis,dicitur superstitio, cum iis nullus cultus , ac veneratio sit debita,at, ut dixi superiori quæstione Athenienses sub illo titulo *Ignoto Deo* adorabant verũ, & divinum Numen:ergo videtur Apostolum apte non dixisse,& convenienter: *Viri Athenienses quasi superstitiosiores vos video.*

77. *Difficultas quæstionis.*

Respondeo,& nota,quod Apostolus non dixit simpliciter superstitiosiores,sed quasi, ac si aliqua ex parte non essent tales cum adorarent verum Numen, tamen bene dicuntur superstitiosiores , quia eum non cognoscebant, ut debebant cognoscere, nec illius notitiam, ac cognitionem procurabant, atque sollicitabant, ut tenebantur , scire , & inquirere,& deinde cum illo ignoto Deo simul colebant simulachra gentium , eisque æqualiter cultum deferebant , de quo maxime Deus conqueritur Isai. 40 num. 25. *Cui assimilastis me , & adæquastis ? dicit sanctus.*

78.

Cultus Dei ex integro; & non mediato.

Isai. 40.

Dicitur Salomoni 3. Reg 11. num. 11. *Scindam regnum tuum , & dabo illud servo tuo.* Ob idololatriam commissam à Salomone,ex duodecim tribubus Israel eripiuntur ab eo decem tribus,& datur Ieroboamo,sed quomodo hoc fit! Si propter Idololatriam magna pars regni auferitur à Salomone cur datur Ieroboamo magno Idolorum cultori, si uterque eodem fœdatur crimine,unde tam dispar distributio, cum crimen Ieroboami majus appareat , quia non solum ipse idolis sacrificavit, sed faciens vitulos aureos in Samaria , eodem scelere totum

79. 3 Reg 11

Magnum nefas servire Deo & idolis.

totum Israël implicavit: ex quo ergo principio tāta prodiit differentia? Ieroboamus totus sedit nefando idolorum cultui, at Salomonis partitum est cor, adorabat verum Deum omnium creatorem, simulque Diis gentium sacrificabat, & cujus cor erat partitum, merito & illi partitur regnum Theodoretus q. 43. ait: *Prophetæ magis accusant tribum Judæ ... quoniam cum simul cum Deo videretur ambulare per templum, clamque serviebat idolis.*

Theod.

81. Cant. 3.

Quærens anima sancta per vicos, & plateas suum dilectum cum invenisset eum, ait: Cantic. 3. num. 4. *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Cur quæso, non vult habere colloquium cum eo per vicos, & plateas, & cur non in qualibet domo matris, sed in intimo cubiculo, & valde secreto; sic erat tam intime ad suum dilectū ex intimo corde addicta, ut ne ab aliquo implicata, vel domo aliquantum diverteretur, & ita solum cum eo volebat texere sermonem, ubi nullum pateretur diversiculum. Gilibertus Abbas serm. 11. in Cantic. ait: *Novit illa dilectum suum non posse foris securè possideri, nec integer quidem, & quam durum est amanti animum dimidiare cum Christo, & mundo? quam durum est inquam in dilectionis jura peregrinas admittere curas, & cœleste secretum sæcularibus infestare turbellis;* Ad hunc sensum ait Paulus 1. Thessalonic. 5. n. 22. *Ipse enim Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri Iesu Christi.*

Sponsa solum cū delitо.

Gilibert.

1. Thess. 5.

QVÆSTIO X.

Quare D. Paulus cum Atheniensibus incipit sermonem à Deo ignoto?

82. MAgnus Paulus valde diversimodè concinnando se habet cum suis auditoribus, ac Iudæis, nam cum Iudæis differebat de scripturis, ut patet ex versu 2 hujus capitis; at vero modo cum Athenienſibus nihil de scriptura, sed ab eorū ara Ignoto Deo consecrata, atque ab eorum superstitionibus intexit sermonem.

83. Peluſiot.

Præclare Isidorus Peluſiota lib. 3. epist. 34. ibi ait: *Quandoquidem inexpugnabilis, atque omni contradictione major, ea, vis oratoris est, cui contrarij assentiuntur, idcirco ad quamque nationem, ex his, quæ apud eam moribus recepta sunt differendum est.* Nota modo: *Quod etiam ille censorum Christi dispensator Paulus faciebat, apud Iudæos quidem de scripturis disputans, apud Athenienses autem ab ara. Proinde enim, ac si de lege nihil audisset, ab ara movendi materiam arripiebat, ut ab ipsorummet dogmatibus eos subjugaret.* Magna sagacitas, ac industria oratoris est quemlibet intendere expiscari per ea, ad quę auditoris animus est proclivior, ut ita quilibet suo ingenio facile trahatur, & ita magnus animarum venator Paulus, cum Iudæis, qui de scripturarum lectione multum gloriabantur cū scriptura pertractabat; at cum Athenienſibus, qui nihil de scriptura noverant, multumque de suis simulachris jactabantur, eorum votis annuens, per Deos, quos colebant ingeniosè eorum cultum demoliri cōnatur, insinuansque uniuscujusque moribus, eos ad se pellicere sagaciter intendit.

Vnusquisque sua inclinatione tractandus.

84. Math. 4.

Vafer ille insidiosus tentator magno bellico stratagemate Christum Dominum aggreditur statuens illum supra supremum templi fastigium, dicens: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Matth. 4. num. 6. & iterum regnorum magnitudinem ostendens, ait: *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraveris me.* Volens inimicus rimāri, num Christus Dominus esset Filius Dei, opportunius videbatur, si inimicus afflatus fuisset: *Si Filius Dei es*, conscende altitudinem nubium, Cœlos penetra, & omnia mundi regna sub pedibus tuis conculcanda sterne; Sagacissimus inimicus considerabit Christum Dominum in suo gestu, modoque agendi, ac loquendi esse valde humilem, & alienum ab omni fastu, ideo non per ascensum, sed descensum eum tentare, ac superare vult. D. Paschasius ait: *Mitte te deorsum, ut si Filius Dei esset, ex hoc saltem per conjecturam cognosceret.*

Per humilitatem tentat Christum.

D. pasch.

85. Gen. 3.

Ad prosternendos primos parentes objicit eis Diabolus. In quacumque die comederetis *Eritis sicut Dij*, Genes. 3. num. 5. & cur callidus serpens ad tantum bellum tale eligit telum? Agnovit speculator nimius, quod inter cætera quæ Deus communicavit homini, daretur quidam vehemēs amor cum Deo arctissimè vivendi, illiusque imaginem, ac similitudinem retinendi: unde ex his præparat inimicus machinas ad bellum tamquam si diceret minime vestrum desiderium arctissimæ conjunctionis cum Deo implere poteritis quandiu homines extiteritis, cum multa discrepantia sit inter Deum, & hominem, quod abundanter satiabitur, si comedentes facti fueritis Dij, & in eodem ordine cum eo, Procopius ait: *Inter cætera sui desiderium ingenuit Deus homini; cujus fomitem, vel scintillam Diabolus in homine deprehendens, ut eum magis inescaret, & ad vetitum pertraheret, inquit:* Eritis sicut Dij; *quasi diceret, nunc cum sitis homines solum non poteritis conversari cum Deo, sed hoc eveniet, cum in Deorum numero fueritis relati.*

Procop.

Actor. 17. n. 24. Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt, hic Cœli, & terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE V. usque ad Vers. 29.

86. Arabic.

Vers. 24. *Deus qui fecit mundum* Arabic. *Deus, qui creavit orbem, & omnes creaturas, quæ in eo sunt.* Hoc dicit contra Stoïcos, qui mundum fato, aut vi naturæ productum dicebant, ac etiam Epicureos, qui Dei Providentiam negabant: *Non in manufactis templis habitat*, ut habitabant Dij Gentium, cum enim Deus sit invisibilis, & immensus loco alligatus non est, & ideo ipse de se ait per Ieremiam 23. num. 24. *Cœlum, & terram ego impleo.* Dicitur autem habitare in Cœlis; quia ibi manifestatur, & in Sanctis suis per gratiam. Rom. 8. 1. Cor. 3. Rom. 8. n. 9. & 1. Corinth. 3. n. 16.

Ierem. 23.

87. Syrus. Arabic.

Vers. 25. *Nec manibus humanis colitur.* Syrus: *Nec ei ministratur per manus hominum.* Arabicus; *Nec eget officio manuum hominum tamquam si dicat* suprema Dei Majestas multum distat à Regibus terræ, qui indigent servis, qui ei ministrent vestimenta, cibos, & potus, multumque distat à Diis gentium, quibus apponebantur victimæ tamquam ad cibum, & alia multa tamquam ad oblectamenta, & delicias.

88. Lorin. psal. 15.

Indigens aliquo, nec indigens alio Lorinus ex radice Hebraïca legit: *Sibi ipsi sufficiens*: Vnde David canit Psalm. 15. numero primo: *Dixit Domino Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non*

non eges. De his quæ sequuntur dat omnibus vitam quæstione 12.

89. Vers. 26. *Fecitque ex uno totum genus humanum.* Ex uno nempe Adamo Syriacus: *Ex uno sanguine,* ab eodemque parente: *Definiens statuta tempora.* Syriacus: *Dinstinxit tempora decreto suo.* Arabicus: *Ordinavit statutis temporibus terminos.* D. Chrysost. *Præfixitque præstituta, & præfixit terminos.* Æthiopicus: *Tempora sua, & annos suos quandiu habitabunt cum vita sua,* ait Iob. 14. n. 5. *Constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.*

Syriac. Arabic. D. Chrysost. Æthiop.

90. Vers. 27. *Quærere Deum, si forte attrectent eum, ut inveniant.* Arabicus: *Cœperunt quærere Dominum.* Ad hunc finem creatus est homo vivens, ut per totam suam vitam Deum quærat cognitione, amore, ac operibus: *Si forte attrectent eum.* Arabicus: *Utrum forte perquisitus.* D. Chrysostomus, Græcus: *Si forte palpent eum.* Dicitur *si forte* pro nota nostræ libertatis. *Attrectent* cognoscant magnitudinem, ac excellentiam; quamvis enim Deus sit invisibilis, & plane in se non valeat cognosci in hac vita, tamen per opificium hujus mundi, illius gubernationem, ac providentiam possumus aliquatulum eum investigare, attrectare, ac palpare, ut habet Græcus, tamquam more cæcorum, qui palpando inveniunt locum; sic ait Apostolus Rom. 1 n. 20. *Invisibilia Dei, à creatura mundi per ea, quæ facta sunt conspiciuntur.*

Arabic. D. Chrysost. Græcus. Rom. 1.

91. Vers. 28. *In ipso enim vivimus;* quasi in quodam eminentissimo sustentaculo per suam immensitatem, providentiam, ac conservationem, *movemur, & sumus.* Arabicus: *Existemus;* nam, ut ait D. Augustinus serm. 18. de verb. Apostol. *Vita corporis anima est, vita animæ Deus est,* & ait Paulus: *Sicut quidam Poetarum vestrorum dixerunt.* Syriacus: *Prout quidam è sapientibus vestris, dixit.* Æthiopic. *Fuerunt quidam ex vobis.*

D. Aug. Syriac. Æthiop.

92. Nempe Aratus, antiquus, atque insignis Poeta *Ipsius genus sumus;* utpote à Deo creati, ad ejus imaginem, ac similitudinem, ut tamquam filius parentem referat, de quo q. 23.

93. Vers. 29. *Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare auro, argento, &c.* Syriacus: *Homo igitur nostræ prosapiæ cum sit à Deo.* Arabicus: *Quæ nobis est ratio censendi aurum.* Æthiopicus: *Quum sumus progenies Dei non convenit,* ut repræsentemus eum per aurum, &c.

Syriac. Arabic.

94. Totum argumentum Apostoli hoc est, si nos cum simus progenies Dei, & ab ipso creati ad ejus imaginem, & tamen sumus constituti ex nobiliori substantia auro, & argento, nempe ex corpore, & anima rationali, à fortiori consequens est, quod Deus, qui nos creavit ad imaginem suam, sit ex sublimiori natura, quam ex auro, aut argento, & ideo turpiter errant Idololatræ, qui eum auro, & argento assimilari existimant.

Argumentum Apostoli.

manufactis, ut existimabant Gentiles, ac si Deus esset ibi circumclusus, ac alligatus, cum sit immensus, ac repleat omnem locum, ut dixi in Expositione.

Tamen magis suaviter, ac delectabiliter Deus habitat in corde, ac anima justorum bene disposita, ac bene præparata Lactantius lib. de Ira Dei cap. ultim. ait: *Sit nobis Deus non in templis, sed in corde nostro consecratus, Destructibilia sunt omnia, quæ manu fiunt. Mundemus hoc templum, quod non fumo, neque pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur, quod non cereis ardentibus, sed claritate, & luce sapientiæ illuminatur.* Considera in quanta sublimitate sit templum, quod in corde nostro præparatur; nam illud manufactum, temporum injuria corruit, & labitur, hoc autem cordis nostri durante nostra voluntate, & illud perseverat: illud autem exterius cereis, & tapetibus componitur, hoc autem interius luce, ac claritate divinæ sapientiæ, ac cœlestium donorum illustratur, inde ait Minutius Fœlix in Octavi. *Quod verò templum possit habere Deus, cujus templum totus est mundus? In nostra dedicandus est mente, in nostro consecrandus est pectore.*

96. Lactant. *Deus illustrius veneratur in corde puro, quam in alto.* Fœlix.

97. Ingreditur Ionas Ninivem clamans: *Adhuc quadraginta diebus & Ninive subvertetur,* statim exiit decretum ex ore Regis, & Principum ejus dicens: *Homines, jumenta, & boves, & pectora non gustent quicquam: non pascantur, & aquam non bibant: & operiantur homines saccis, & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir à sua via mala.* Ionæ 3. n. 8 Solemnis gentium consuetudo extitit, ut cum in vehementi necessitate se viderent in arcto positos ad suorum Deorum templa confluere, expostulantes remedium, & subsidium, & si Divino erant illustrati Numine cur non cogitant ei consecrare magnificum templum omni aurea supellectili mirabiliter exornatum, sed toti sunt intenti, *Ut convertatur vir à via sua mala.* Ut erant divina luce illustrati, optime præcallebant, quod cum Deo vero sit agendum, non de auro, & argento est cogitandum, sed de purificando, ac mundando corde, in quo Deus præjucundius, ac delectabilius gaudet, quàm in quacumque alia magnificentia. D. Zeno serm. de Iona ait: *Statimque actus veteris vitæ damnantes pro salute redimenda, non solito more ad stupida simulacra concurrunt..... Sed à suo corde remedium salutare deposcunt, Spiritumque suum tota humilitate contribulatum ambitiosè sacrificant,* non ad simulachra, ac templa, sed ad cor purificandum tota sollicitudine se convertunt.

Ionæ 3. *Cor purum aptũ ad veniã impetrandam.* D. Zeno.

98. Consummato Templi opere ait Deus Salomoni: *Audivi deprecationes tuas, sanctificavi domum hanc, quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum* 3 Reg. 9 n. 3. Nos vero in oratione Dominica obsecramus: *Sanctificetur nomen tuum* Matth. 6. n. 9. Ecce Salomon ædificavit magnificentissimum illud Templum, ut in eo sanctificaretur nomen Domini; nos etiam in nostris orationibus petimus sanctificetur nomen tuum, sed in quonam magis exaltatur, ac sublimatur Deus, in ampliſſimo toto aureo Salomonico Templo, an nostra oratione? Si hæc fiat puro corde, ac animo unito cum Deo, in quo consistit omne bonum, illa magis sanctificatur, ac colitur Deus Decisio est S. Gregorij Nisseni lib. de oratione Dominica cap. 3. *Caput bonorum est si per meam vitam nomen Dei sanctificetur.*

3. Reg. 9. Matth. *Magna Dei sanctificatio fit pura vita.* D. Greg. Nissen.

QVÆSTIO XI.

Quare ait Apostolus, quod Deus non habitat in manufactis templis?

95. *Templa exornanda.* 3. Reg. 6. 1. Mac. 4. PErperam adversarij Ecclesiæ intendunt ex hoc loco destruere cultum à Christianis Deo exhibitum in Ecclesiis, cum ex multis locis commendetur ex magnificentia templi Salomonis 3. Reg. 6. per totum & Machabæi 1. cap. 4. n. 57. *Ornaverunt faciem templi;* tota enim scriptura clamat, Deus inhabitat in templo sancto suo Psal. 10. n. 5. & 64. n. 1. Ait Apostolus, quod Deus non habitat in Templis

QVÆSTIO XII.

Quare Apostolus ait, quod in Deo vivimus, movemur, & sumus?

99. Salvian. NOtat Salvianus lib. 2. de guber. Dei, *quod Apostolus non dixit ab ipso, sed in ipso moveri, docens scilicet insitam inter virtutes sacras omnium nostrum esse substantiam.* Tamquam si in ipso essemus plantati, indeque inter cæteras virtutes sit in nobis insita quædam virtus, ad bene movendum, & agendum.

100. Tria distincta membra ponit hic Apostolus: *Vivimus, movemur, & sumus.* Quæ variè, ac diversimode explicantur à Sanctis Patribus. Primo D.Ambr. D.Ambrosius lib. de bono mortis cap. ultimo ait: *Quod movemur in Deo, quasi in via: sumus quasi* D.Cypr. *in veritate, vivimus, quasi in via æterna.* D. Cyprian. lib. de Baptismo Christi ait: *Quod in Patre sumus, in Filio vivimus, in Spiritu Sancto move-* D.Hilar. *mur, & proficimus.* D. Hilarius in Psalm. 135. omnia videtur referre ad Spiritum Sanctum qui Ecclesiam Dei regit, & gubernat.

101. D.Aug. D. August. lib. 14. de Trinit. ad totam Trinitatem refert per ipsum, *& in ipso sunt omnia,* & ait: cap. 14. *Magna hominis miseria cum illo non esse, sine quo non potest esse, id est subsistere. In quo enim est proculdubio sine illo, & tamen si ejus non meminit, eumque non intelligit, nec diligit, cum illo non est.* Tamen cum ad totam Trinitatem verba referantur, adhuc explicanda sunt singula membra.

102. D.Cyril. *Bona interpretatio.* Noster D. Cyrillus Alexandr. lib. 9. in Ioan. explanat: *movemur* per ipsum non formaliter, sed effectivè: *movemur* per spiritus vitales, & animales, & consequenter per respirationem: *Et sumus* nempe conservatione, qua perduramus, & existimus.

103. Lorin. Cornel. Philos. Quædam Glossa, & recentiores Lorin. Cornelius inquiunt: sic loquitur Apostolus in præsenti respiciens ea, quæ supra dixerat vers. 25. *Cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia* dat vitam, qua *vivimus*, dat inspirationem, qua *movemur*, insuper dat omnia quibus *sumus* ab eo participamus, habemus, & totum quod *sumus* ab eo dimanat, & acceptum obtinemus, & ei omnia nostra referenda. Vnde dicebat ille Philosophus Empedocles: *Deus est circulus, cujus centrum est ubique, circunferentia nusquam.*

104. D.Aug. *Deus tam sollicitus de uno, ac si de illo solum.* De hac eximia Dei providentia erga nos, qua nobis dat vitam, inspirationem, cõservationem, multa, & satis ampla dicunt S. Patres, satis sit nunc audire Magnum Augustinum lib. de spiritu, & anima, qui sic ait: *Hæc, & multa alia fecit mihi Deus meus, de quibus dulce est mihi semper cogitare; tum enim cunctis sit præsidens, singulos implens, ubique præsens, universorum curam gerens, & tam singulis, quam omnibus providens.* Attente nota sequentia: *Ita totum ad custodiam meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit, semper se præsentem, semper se paratum offert; quocumque me verto non me deserit, nisi ego prior eum deseram, ubicumque fuero non recedit à me, quoniam ubique est, quocumque ero inveniam eum, cum quo possim esse:* Cum Deus sit omnium Dominus, & singulis adsit præsens, ut provideat, tam sollicite, ac prompte de unoquoque agit, ac si de illo solo, & de nullo alio esset attendendum: *Quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit, semper se præsentem exhibet, semper se paratum offert.* Bonus Pastor reliquit nonaginta novem oves pro una quærenda. 105.

Cum Iudæi vellent apprehendere Christum, abiit trans Iordanem, ubi multi convenerunt ad illum, & crediderunt in eum Ioan. 10. n. 40. Vbi Ioan. 10. cum accepisset nuntium de morte Lazari ait discipulis suis: *Gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum.* Ioan. 11 n. 15. In quo Ioan. 11. multa sunt expendenda, Domine multi venerunt ad te trans Iordanem ut tua præsentia gauderent, tuaque doctrina instruerentur, quomodo ergo eos nunc relinquis, & paras in Iudæam mittantibus Apostolis, cum te ibi modo voluerint lapidare. Ibid. n. 8. tamen se præparat ad iter, & transit in Iudæam, *Deus ita est providus de uno, ac si esset solus.* tum quia illi, qui ad eum convenerant, jam sufficienter erant illuminati in fide, tum etiam ut moraliter dicam, ut externa specie ostenderet quantam curam gerebat de Lazaro ob ejus necessitatem: *Quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit,* cum jam aliis non esset necessarius.

Et audita morte Lazari ait: *Gaudeo propter vos,* 106. *ut credatis quoniam non eram ibi,* & pergit ut eum *A Dei præsentia vita, absentia mors.* revocet in vitam, cum bene hoc posset facere, ut Deus omnipotens ex loco, in quo erat, tamen personaliter accedit ut deprehendatur, quantum bonum ex ejus præsentia, quantum vero malum ex ejus absentia; ex ejus præsentia manavit vita, ex ejus vero absentia mors defluxit: Theophylact. Theoph. apud D. Thom. *Gaudeo*, inquit, *pro vobis; nam cum illic non extiterim, confert ad majoritatem fidei vestræ, quoniam si astitissem ægrotantem curassem, quod esset modicum signum ad virtutis meæ judicium: Quia vero me absente supervenit mors, potius in fide mea corroboramini cum videritis me posse etiam defunctum putrescentem resuscitare.*

Ait Ieremias 7. num. 3. *Bonas facite vias vestras,* 107. *& habitabo vobiscum in loco isto.* Quæ verba sic le- Ierem. 7. gît Symmachus: *Confirmabo vos in loco isto*; tam- Symmachus. quam si idem valeat, quod Deus inhabitet, ac sit præsens habitationi nostræ, quod nos faciat in ea ibi perseverare ac sua protectione confirmet omni bono, ne ab ea excludamur. D. Hieronymus ibi: D.Hier. *Habitabo, inquit, vobiscum, ut securos vos faciam, A Dei præsentia omnia bona.* sive vos ipsos juxta Symmachum firma habitatione fundabo, qui, ait, & confirmabo vos in loco. Inde David promittens justis, ac sanctis omne bonum ait Psal. 139. n. 14. *Habitabunt recti cum vultu tuo.* Psal. 139. Ibidem D Augst *Veniet illis facies tua, abundans* D.Aug. *sufficientia.* In ipsa Dei præsentia est abundans sufficientia omnium bonorum.

Vnde optime à D.Cyrillo Hierosolymit. Catech. 108. 4. Gentiles suggilantur, qui pro aliquo tempore se D.Cyril. Hieros. à suis Diis destitutos dicebant, ut inde privarentur omni emolumento, sic ait S Doctor. *Cum itaque aberraverint quidam ab uno Deo diversimode sentiebant: Ac alij quidem solem ponebant, ut occidente Sole, noctis tempore sine Deo essent, alij vero Lunam, ut in die Deum non haberent.* *Gentiles sine præsentia suorum Deorum.*

QVÆSTIO XIII.

Quare D. Paulus confirmat suam doctrinam dicto Poetarum, explicatur?

VAlde ingeniosa est Apostoli Charitas: dictis 109. Poetarum, quibus delectabantur, corroborat *Quilibet suo more trahitur.* suam doctrinam; quia dum intendunt audire Poetas percipiant fidem Catholicam, ita suo genio alliciantur D. Chrysost. in præsenti ait: *Quia unus-* D.Chrysost. *quisque consuetudinis suæ amicitia ligatur, & Deus,* &

& missi ab ipso ad totius orbis salutem homines, de ipso cujusque more gentis materias sibi assumunt dicendi. Vide quæ dixi supra q. 10.n.81. 82. & 83.& tom.3. in Evangel. cap 21. q.14.n.98.99.& 100. Ad dictum Poetarum venio.

110. Poeta. Aratus. Huic cecinit Aratus antiquus, & celebris Poeta Antiocho Regi charus in deliciis à Roma condita 472.patria Solensis,non longe à Tarso, ac proinde Pauli pene concivis. Præclarè scripsit de Stellis, ac signis cœlestibus græco idiomate,quem in latinum transtulit Cicero,hic Aratus sic modulatur: *A Iove principium esse omnium,& omnia Iovis plena esse, & omnes Iove indigere, hujus etiam genus sumus.*

111. *Homo dependet à Deo in fieri, & conservari.* Hoc ultimum citatur ab Apostolo;quia progenies, & proles sumus Dei, utpote qui non semel, ut homo hominum, se semper, & continuo est in perpetuo influxu, ac generatione, conservando ac influendo in nos vitam, motum,ac totum esse nostrum, ab eoque non solum in fieri, sed etiam in conservari dependemus, sicut Sol continuò egerit radios suos, & lumen, illudque conservat.

112. Gen.2. Ioan.5. Perfecto, ac consummato opificio totius orbis ait Sacer Textus: *Requievit Deus die septimo ab universo opere, quod patrarat.* Genes.2. n.2. quomodo hoc cohæret cum Evangelio Ioan.5. n.17. Vbi ait Christus D. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor:* Si omnia opera erant jam perfecta, & ultima manu jam adimpleta,quomodo ait Christus D. quod ipse,& Pater adhuc modo operantur.Deus in primo molimine requievit, à condendis novis generibus creaturæ, quia alia nova genera non condidit; tamen Christus, & Pater usque modo operantur in administratione,& conservatione,& gubernatione creaturarum,quia omnia, quæ creavit, conservat, ab ejusque manu dependent D.August. lib.de Genes ad literam sic loquitur. *Proinde quod Dominus ait Pater meus usque nunc operatur, continua eorundem generum administratione, quæ nunc instituta sunt,* & inde subjungit: *Quapropter sic accipimus Deum requievisse ab omnibus operibus suis, quæ fecit, ut jam novam naturam ulterius nullam condiderit, non utique ut quod condiderat conservare, & gubernare cessaret; Unde & verum est illud, quod in septimo die requievit Deus, & illud, quod usque nunc operatur.*

Dei providentia nos conservat. D. Aug.

113. D.Ambr. *Conservatio in minutissimo animali.* De hoc late agit D.Ambrosius lib. 5. Hexaëmeron cap. 9. Considerans summam providentiam, & industriam insitam à Deo in uno quoque minutissimo animali, quod prævidens calamitates,ac adversitates temporum sibi contrarias diligenti solertia eas præcavere intendit; sic ait Sanctus Doctor: *Unde exiguo animali tanta scientia? quo magis in eo nihil est, quod tantam habere possit prudentiam, crede, quod per indulgentiam Domini rerum omnium, id quoque munus præscientiæ hujus accepit.*

Actor.17.num.30. Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE VI.

Usque ad Vers. ultimum.

114. Syriac. Arabic. D.Chrysost. Vers.30. ET *tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus.* Syriac. *Tempora igitur Idololatria præterire fecit.* Arabicus: *Ab annis stoliditatis amovit nos Deus.* D.Chrysost. *Cum dissimularet Deus.* Æthiopic. *Et antiqua tempora, quia ignorantes erant remisit eis Deus.* Æthiop.

Tripliciter exponitur Textus. Primo D.Chrysostomus,Oecumenus: *Despiciens Deus*, id est contemnens, seu ut legit Chrysost. *Dissimulans* vestram idololatriam,non puniendo, sed miserendo ob vestram ignorantiam,& huic expositioni favet lectio Æthiopica,quia ignorantes.Secùdo Lyranus: *Despiciens tempora hujus ignorantiæ*, scilicet Idololatriæ,statuit eum evertere,ac destruere,ne ultra perduret, & favet Syriac. *Tempora Idololatriæ fecit.* 115. D.Chrysost. Oecum. Oecum. Lyran.

Tertio, & maxime Deus permisit, & contempsit gentes degere in tenebrosa ignorantia idololatriæ usque ad adventum Christi,at ipso veniente, *Qui datus est in Lucem gentium.* Isai.49.num.6. *Et populus; qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Isai.9. nunc verò hac suprema luce Christus vos illuminat ad salutem, & pœnitentiam. Pro hac stat lectio Arabica: *Ab annis stoliditatis amovit nos Deus.* 116. *Magis genuina expositio.* Isai 49. Isai.9.

Vers.31. *Iudicaturus orbem in æquitate.* Arabicus: *Cum justitia.* Origenes: *Potestate.* Æthiopicus: *In virtute;* Sensus est,dum vivimus agamus pœnitentiam; quia adveniet tempus judicij,in quo peccata non remanebunt impunita,quod judicium exercendum est per Christum Dominum: *Pater omne Iudicium dedit filio.* Ioan.5.n.22. 117. Arabic. Origen. Æthiop. Ioan.5.

Vers.32. *Quidam irridebant.* Syriac. *Subsannabant,* quia cum resurrectio sit miraculum supra vires naturæ. *Quidam dixerunt audiamus iterum de hac re.* Hi ut magis prudentes voluerunt rem iterum audire, ut tantam rem magis considerarent. 118. Syriac.

Vers.33. *Paulus exivit*, Æthiopic. *Exivit Paulus ab Athenis*, ut videbimus initio capitis sequentis vers. 34. Dionysius, de quo quæstione sequenti, *& mulier nomine Damaris.* D. Chrysostom. lib. 4. de Sacerdot.S.Ambros.epistol.ad Vercel.Helvidius in vita S. Dionysiij, Lyranus dicunt fuisse uxorem sancti Dionysij; quia vox græca significat mulierem, & uxorem; contrarium videtur sequi D. Augustinus, de seminatore, & mihi est conjectura; quia faciliùs, & brevius dixisset D. Lucas *mulier ejus*,quam *mulier quadã*,exprimitur autẽ,ut mulier nobilissima,& primaria, quæ in Christum credidit. In Menologio Græcorum habetur die 4.Octobris 119. Æthiop. D.Chrysost. D.Ambr. Helvid. *Vox græca.* D.Aug.

QVÆSTIO XIV.

Quare tam insigniter Dionysius Areopagita scribitur à D. Luca?

AIt Evangelista, quod inter eos, qui crediderunt in Christum, extiterit Dionysius Areopagita.Syriac. *Ex iudicibus Areopagi.* Arabic. *Dionysius judex peritissimus*, & contra Bedam, atque alios dicendum est, quod diversus sit habendus noster Areopagita,ab illo alio Episcopo Corinthi, quæ sæculo multum posteriore fuit,quod satis late probat Baronius in notis ad Martyrologium die 9.Octobris. 120. Baron.

Ad ejus conversionem cum dictis Pauli multum conduxit Eclypsis visa in morte Christi, cum clamaret; *Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluitur.* Discipulis Pauli per triennium ei adhæsit, ab ipso creatus est primus Episcopus Athenienſium;Deinde cum eodem Apostolo venit Ierosolymam morti,ac funeri Sacratissimæ Virginis præsens fuit,atque ab ipsa ejus benedictionem meruit accipere, ut ipse scribit. 121. *Adest Dionysius morti, & funeri B. Virginis.*

Post mortem D.Pauli,monitis S.Ioannis Apostoli 122.

venit Parisiis. venit Romam ad Sanctum Clementem, à quo missus est in Galliam cum suis coadjutoribus Rustico, & Eutherio, Illustrique Martyrio Laureatus occubuit Parisiis die 9. Octobris anno Christi 119. sub Adriano Imperatore, anno ætatis suæ 110. ut scribit Baronius.

123. O vera, & felix Astrologia scientia, quæ dum contemplatur naturalia, ascendit, & fertur ad supernaturalia: *Ecce Magi ab Oriente venerunt, ubi est, qui natus est Rex Iudæorum; Vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.* Matth. 2. n. 2. Reges erant, & cur non regni decore reges, sed à cultu sapientiæ magi nominantur? quia utpote Magi per suam Astrologicam scientiam speculatores stellarum erant, & soliti contemplari earum naturam, motum, ac dispositionem, & cum præter naturæ ordinem vidissent novam stellam, novum Regem intellexerunt, indeque per stellam tamquam manu ducuntur ad novum inquirendum Regem, non considerantes paupertatem, qua apparebat in terris, sed potestatem, qua fulgebat in Cœlis. D. Chrysost. homil. 8. in Matth. inquit: *Idcirco nihil ibi de sensibilibus istis grande conspicitur, sed angustum tigurium, ac vile præsepium, & inops mater, &c. Ut melius nuda Magorum Philosophia clarescceret, &c. Qui tamen plurimum à Iudæorum ruditate distarent, & Ecclesiastica Philosophia convenirent.*

Illa est vera scientia quæ nos ducit ad vitam.

D. Chrysost.

124. Regina Saba venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis Matth. 12. n. 42. & 3. Reg. 10. n. 1. Et unde mulier tam vehementer flagraverat tanto sapientiæ desiderio, ut pro audiendo Salomone tam longinquas terras itinere superasset? Erat illa multum sapiens in doctrina Philosophorum, ut tradunt prædictis in locis Ioseph, Rabanus, Abulensis, Hugo, & alij, & dum Philosophiam naturalem quærit in Salomone, *aliam altiorem invenit*, ut ait Origenes homil. 2. in Cantica, nempe divinæ legis, ac Scripturæ ab illa acceperunt Æthiopes notitiam divinarum literarum, & ideo Æthiops Reginæ Candacis ibat legens Isaïam Prophetam. Actor. 8. n. 28. ut ibi dixi ex impulsu scientiæ naturalis ad majora, & altiora ascendimus.

Matth. 12. 3. Reg. 10.

Ioseph. Raban. Abulens.

Dum quærit terrenam scientiam invenit cœlestem.

CAPVT XVIII.

1. *POst hæc egressus ab Athenis venit Corinthum.*
2. *Et inveniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem ejus (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma) accessit ad eos.*
3. *Et quia ejusdem erat artis manebat apud eos, & operabatur: (erat autem Scenofactoriæ artis)*
4. *Et disputabat in Synagoga per omne Sabbatum interponens nomen Domini Iesu, suadebatque Iudæis, & Græcis.*
5. *Cum venissent autem de Macedonia Silas, & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum.*
6. *Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: sanguis vester super caput vestrum mundus. ego ex hoc ad gentes vadam.*
7. *Et migrans inde, intravit in domum cujusdam, nomine Titi justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta Synagogæ.*
8. *Crysplus autem Archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.*
9. *Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas.*
10. *Propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi, ut noceat te, quoniam populus est mihi multus in hac civitate.*
11. *Sedit autem ibi annum, & sex menses, docens apud eos Verbum Dei.*
12. *Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad Tribunal.*
13. *Dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum.*
14. *Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, ô viri Iudæi, recte vos sustinerem.*
15. *Si vero quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis: Iudex ego horum nolo esse.*
16. *Et minavit eos à tribunali.*
17. *Apprehendentes autem omnes Sosthenem Principem Synagogæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.*
18. *Paulus vero cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam (& cum eo Priscilla, & Aquila) qui sibi totonderat in Genchris caput: habebat enim votum.*
19. *Devenitque Ephesum, & illos ibi reliquit: Ipse verò ingressus Synagogam, disputabat cum Iudæis.*
20. *Rogantibus autem eis, ut ampliori tempore maneret, non consensit.*
21. *Sed valefaciens, & dicens: Iterum revertar ad vos, Deo volente, profectus est ab Epheso.*
22. *Et descendens Cæsaream, ascendit, & salutavit Ecclesiam, & descendit Antiochiam.*
23. *Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.*
24. *Iudæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Ephesum, potens in scripturis.*
25. *Hic erat edoctus viam Domini, & fervens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quæ sunt Iesu, sciens tantum baptisma Ioannis.*
26. *Hic ergo cœpit fiducialiter agere in Synagoga, Quem cum audissent Priscilla, & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Domini.*
27. *Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cum venisset contulit multum his, qui crediderant.*
28. *Vehementer enim Iudæos revincebat publicè, ostendens per Scripturas esse Christum Iesum.*

ARGVMENTVM.

DISCEDIT Paulus ab Athenis, venit Corinthum, ibique divina viſione recreatus de multa converſione fidelium accuſatur à Iudæis apud Proconſulem Gallionem, deſcendit inde, & peragratis Epheſo, aliiſque locis venit Cæſaream, inde Antiochiam, ubi Apollo maximè inſtructus confutans convincit Iudæos.

Actor. 17. *n.* 1. Poſt hæc egreſſus ab Athenis venit Corinthum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE I. uſque adverſ. 6.

1. Æthiop. *Voi Dionyſius recedit Paulus.*

Verſ. 1. *POſt hæc egreſſus.* Æthiopic. *Profectus ab Athenis.* Cauſam aſſignat Chryſoſtomus; quia Athenienſes novitatis amatores jam erant ſaturati doctrina Pauli, & aliam novam perquirebant, dicam etiam in laudem D. Dionyſij; quia cum ipſe adeſſet, ſufficiens erat ad omnes fideles firmandos, ac corroborandos, ideoquè Apoſtolus ad alios debuit tranſire.

2. Corinth.

Venit Corinthum Metropolis erat Achaiæ, ſive Peloponeſi, quæ nunc *Morea* dicitur, & plena erat Philoſophis, Oratoribus, ac ſapientibus, & in ea ſcripſit Paulus ſuam primam Epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

3.

Verſ. 2. *Aquilam Ponticum genere*, ac ſi à Pontificibus originem traheret, vel ex Provincia Ponti, eo quod *Præcepiſſet Claudius deſcribere omnes Judæos à Roma*; quia Judæi cum Chriſtianis habebant ſemper magnas controverſias, inde ne fieret aliqua ſeditio in populo jubet Claudius Iudæos à Roma exire: *Acceſſit ad eos.* Arabicus: *Se contulit ad eos*, ſcilicet ad Paulum, ac ejus ſocios.

Arabic.

4. Æthiop. Syrus. Vatabl. Græcus. Arias. Lyran. Beda.

Verſ. 3. *Et quia ejuſdem artis erat.* Æthiopicus: *Qui unius artificij erant*, nempe Aquila, & Paulus, & ideo ſimul cohabitabant: *Erant autem Scenofactoriæ artis.* Syrus: *Opifices Cenopæorum.* Vatablus: *Aulæorum.* Græcus: *Tabernaculorum.* Arias: *Erat illorum texere tabernacula*, id eſt tentoria, quorum uſus, ut ait Lyranus, eſt in bello, vel, ut ait Beda, in itinere, & communiter fiebant ex pellibus, de quo infra.

5. Lyran.

Verſ. 4. *Diſputabat per omne Sabbatum.* In quo Iudæi conveniebant: cæteris autem diebus privatim per particulares domos plurimos docebat, vel, ut ait Liranus, intendebat operi manuali: *Interponens nomen Domini Jeſu*, tum ob affectum ad hoc ſanctiſſimum nomen, tum ut illud maximè inſinuaret in cordibus audientium, ac virtute illius eorum animos emolliret: *Suadebatque Judæis, & Græcis.* Arabicus: *Plures Judæos, ac Græcos ad fidem convertit.*

Arabic.

6. Cap. 17. Syriac. Pagnin. Arabic.

Verſ. 5. *Cum veniſſent de Macedonia*, ſcilicet Berœa, & Theſſalonica, in quo remanſerant ſupra cap. 17. n. 14. Timothæus, & Silas. *Inſtabat & vero Paulus* Syriac *conſtringebatur ſermone.* Pagnin. *Spiritu* nempe vehementi, atque ardenti zelo animarum, ut dicitur ſupra c. 17. n. 16. *Coarctabatur ſpiritu.* Arabic. In præſenti legit: *Obſedit mœror ſpiritum Pauli*, cum omnes non reciperent fidem Chriſti.

7. Syriac.

Verſ. 6. *Contradicentibus autem eis, & blaſphemantibus.* Syrus: *Cum inſurgerent Judæi in eum.* Arabicus: *Cum perſtitiſſent contradicentes.* Convitiantes tam Chriſtum, quam Paulum. *Excutiens veſtimenta ſua*, eandem ob cauſam ob quam excuſſit pulverem pedum ſupra cap. 13. n. 51. Vide ibi dicta: *Sanguis veſter ſuper caput veſtrum:* & eſt ſenſus, mors veſtra æterna, vobis imputetur, & noluiſtis, quod meum erat, fecit vobis. Arabic. Cap. 13.

QVÆSTIO I.

Quis ſit Aquila iſte, de quo in præſenti agitur?

8. *Diverſa lectio.*

AQuila *Ponticum genere*, tamquam à Pontificibus trahens genus, ut multi volunt, alij enixi in Syriaca lectione, quæ habet, *Cum eſſet à regione Ponti*, eum in tali regione natum conſcribunt, Iudæus extitit, & poſtea Chriſtianus, & illuſtriſſimus ſanctus cum uxore ſua Priſcilla, ſeu Priſca, & maximè ab Apoſtolo laudantur Rom. 16. n. 3. *Salutate Priſcam, & Aquilam adjutores meos in Chriſto.* Et ſimiliter 1. Corinth. 16. num. 19. & 2. ad Timoth 4. num. 19. Et Aquila cum uxore ſua Priſcilla Sanctorum Catalogo adſcribunt Martyrolog. Roman. die 8. Iulij. Rom. 16. 1. Cor. 16. 2. ad Timoth. 4.

9. *Diſtinctus ab alio.*

Ex quo patet, quam diſtinctus ſit hic Aquila ab illo alio, qui ſub Adriano Imperatore primus poſt ſeptuaginta tranſtulit teſtamentum vetus ex Hebræo in Græcum, & ex Chriſtiano Iudæus factus ut dixi opuſculo primo de ſcriptura.

QVÆSTIO II.

Quare Claudius Imperator excluſit Judæos à Roma?

10.

ANno 9. Claudij, Chriſti D. 51. ipſe Claudius promulgavit edictũ, ut omnes, qui ex Iudæis nati erant, ſive eſſent in Iudaiſmo, ſive in Chriſtianiſmo è Roma exirent: Cauſam hujus expulſionis primo aſſignãt Lyran Hugo, quod nempe Meſſalinam Claudij uxorẽ pellexiſſent ad Iudaiſmum, nam etiam ex ſimili cauſa Tiberius eoſdem è Roma præſcripſerat, id quod Fulviã Saturni Senatoris uxorẽ ad Iudaiſmũ traxiſſent, & ab ea aurũ, & purpuram extorſiſſent, ut ſcribit Ioſeph lib. 18. antiqu. c. 1. & 8. Lyran. Hugo. Ioſeph.

11. *Probabilior cauſa.*

Probabilius aliam cauſam aſſignat Suetonius in Claud. cap. 25. quod cum Iudæi eſſent in perpetua altercatione circa ſupremum Regem Chriſtum, & Claudius (teſte ipſo Suetonio) naturã eſſet timidus, ne ſuum imperium amitteret, ut ſolum ad nomen, vel umbram alieni Regis exhorreſceret, ne ergo aliquod periculum ſibi à novo Rege, vel ejus aſſeclis eveniret, juſſit omnes, qui quodammodo ad illum ſpectabant, è Roma excedere. Ita ex Suetonio, Oroſio, Beda, Adone, ac aliis probat Baronius. Sueton. Oroſius. Beda. Ado. Baron.

12.

Deinde inter Iudæos converſos, & Chriſtianos; & Iudæos obcæcatos, magna erat diſtinctio, ac cõtroverſia, & ne inde aliqua cõmotio fieret in civitate,

Pax affert ſecũ omnia bona.

Claudius ut optimus Imperator communis boni ſtudioſus pro conſervanda pace, cum qua veniunt omnia bona, jubet eos è civitate exire. Ait Deus

Iſai. 48. per Iſaïam 48.num.17. *Ego Dominus Deus tuus docens te utilia & gubernans te in via, qua ambulabas: Utinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua.* Vnde Deus ſupremus hominum gubernator tanta bona largitur, ac communicat, ut omnia ſint utilia, & Deus dirigat per omnem viam; quia ibi flumen pacis, ibi omnia utilia & manus Dei aſſiſtens, & gubernans.

13. Valde diverſimodè loquuntur Prophetæ de Ieruſalem, ac imperiis, & Monarchis; de Ieruſalem

Iſai. 32. Septuag. ait Iſai. 32.n.18. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis* Septuaginta: *Sedebit populus meus in civitate pacis,* Idem eſt civitas pacis, ac civitas pulchritudinis, at de quatuor Imperiis, & Monarchis

Ioel. 1. *In pace pulchritudo, in bello omnis turpitudo.* ait Ioel 1. num 4. *Reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus; & reſiduum bruchi comedit Rubigo.* Ecce Iſaïas in Ieruſalem conſiderat pulchritudinem, Ioel vero præcipuas quatuor Orbis Monarchias reputat tamquam turpiſſima, viliſſima, ac abjectiſſima animalia: *Erucas, locuſtas, bruchum, rubiginem.* De Ieruſalem ait Iſaïas *ſedebit*, quod dicit quietum, & placatum: de illis Imperiis *comedit*, quod indicat devaſtationem, ac deſolationem: Vnde tanta rei differentia? In Ieruſalem pax: *In pulchritudine pacis*, at illis Imperiis perpetua bella, pro dilatanda ſua poteſtate, & inde in illis omne vile, turpe, & abjectum devaſtans, & conſumens omnia, & eradicans univerſa, quæ bella ſecum afferunt Rupertus

Rupert. Abbas ad citatum locum Ioëlis ait: *Nec mirum quod hæc regna ſub nominibus vermium huiuſcemodi nominentur, etenim contra hominum imbecillitatem, regna illa quaſi beſtiæ fortes, ac feroces extiterunt*, tamquam omnia devorantes, & ut feroces beſtiæ univerſa devaſtantes.

14. De hominibus bellicoſis, ac contentioſis ait Regius Vates

Pſal. 73. Pſal. 73.n.5. *Poſuerunt ſigna ſua, ſigna, & non cognoverunt.* Qui erigunt ſua ſigna, ac vexilla ad congregandas militum copias ad pugnã, non cognoverunt, quantum malum intulerunt, etſi inde noluerunt facere ſuum nomen glorioſum, inde maximè fœdarunt, & facti ſunt carnifices juſtitiæ Divinæ perbelle ibi D Aug.

Inferentes bella non intelligunt quanta mala faciunt. *Quod non cognoverunt non cognoverunt, quia non ipſis honor delatus eſt, ut affligerent, ut caperent, vel everterem civitatem, ſed impietas eorum tamquam ſecuris Deo, facta eſt. facti ſunt inſtrumentum irati, non regnum placati.* Quia talia bella agunt pro dilatando imperio ſe cognoſcant punitores divinæ juſtitiæ: *Facti ſunt inſtrumentum irati, non regnum placati.*

QVÆSTIO III.

Quare D. Paulus in illa arte Scenofactoria exercebatur?

15. Herod. *Nobiles exercebant artem fabrilem.* IN limine quæſtionis adverto id, quod graves Authores ſcribunt, ut Horodot. in Euterp. ſig. 2. de jure Rom cap 12. & alij, quod antiquitus viri nobiles arti fabri ſe exercebant, quia forte ſuis redditibus non poterant alimentari, vel ſi ad paupertatẽ deveniſſent, haberent unde poſſent ſubveniri: Vnde quamvis D Paulus eſſet vir nobilis, non erat indecens, quod tali arte eſſet peritus, & bene inſtructus

16. Interlin. Lyran. Ars autem hæc, ut dixi in Expoſitione, & tenent Doctores, Gloſſa Interlin Lyran. Beda, Carthuſ. Hugo, Caiet. & alij erat ex pellibus faciendi tabernacula, vel tentoria Magnus Paulus tempus quod ſupererat ex prædicatione, ac ſpirituali officio applicabat ad hoc opus fabrile, tum, ut ait D. Auguſt. in Epiſtolã ad Galatas, ad eleemoſynas faciẽdas tũ ut ait D. Chryſoſt. ad proprium victum comparandam.

Beda. Carthuſ. Hugo. Caiet. D. Aug. D. Chryſoſt.

Et cur Paulus magnus Doctor Gentium, qui multos illuminabat in fide, qui multa operabatur miracula, ut cõmunis benefactor, multoſque diſcipulos, atq; amicos habebat ut patet ex ſuperiori c. 17. n. 10. Cur quæſo apud eos non diverſatur, ut cũ eis accipiat cibum? Paulus magnus in omnibus Doctor, manibus laborabat, pro pane quotidiano, & victu, ne alicui ſuo hoſpitio, & gravis eſſet.

17. *Paulus nolebat fieri gravis.*

Mandat Deus Moyſen cũ legatione ad Pharaonem, ut dimittat populum ſuum, præparat ſe ille ad iter: *Tulit uxorem ſuam, & filios, ſuos reverſuſque eſt in Ægyptũ.* Exod 4 n. 10. Ad quid, ad implẽdum legationis munus ſibi commiſſum fert ſecum uxorem? hoc enim ei poterat eſſe pondus, non adjuvamen, ſi pro ſibi neceſſariis miniſtrandis ageret; ſine dubio multi erant amici ex tempore antiquo, quo commotatus fuerat in Ægypto, vel poterat habitare apud Hebræos, qubus feliciſſima libertatis nuntia deferebat, tamen fert uxorem Lypom: *Ad exemplum adminiſtrationis fideliter.* Aſportat ſecum uxorem ad debitum miniſterium, vult potius eam ſecum habere ad pondus, & gravamen, quam quod ipſe ſuo hoſpitio ſit alicui pondus, & gravamen.

18. Exod. 4. Lypom. *Moyſes fert uxorem ne ſit moleſtus hoſpitio.*

19. Cum Chriſtus D prædicaret per civitates, & Caſtella ſequebãtur eum aliquæ piæ mulieres *Et aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.* Luc. 8.n.3. Et cur Chriſtus D. permiſit has mulieres ſecum circumferi? Inter varias rationes, quas dedi tom. 6 in Evangel. ad cap. 8. Lucæ q. 1. n 4 ea una eſt: *Noluit Chriſtus Dominus pauperibus in quorum vicos & villas divertebat gravis eſſe.*

Luc. 8. *Chriſtus nemini vult eſſe gravis.*

20. Deinde ſecundo: In faciendis tentoriis, ac tabernaculis incumbebat Apoſtolus, in quo officio alij operam dabant, vel pro ſuo lucro acquirendo, vel ut aliis Dominis temporalibus inſervirent, & inde nil meriti apud Deum promerebantur, ſecus vero Paulus eodem in opere pro ſui ſuſtentatione ad prædicandum, vel pro pauperibus alimentandis magnum præſtabat Deo obſequium, ſibiq; magnum ſpirituale emolumẽtum recipiebat, quod frequenter eveniret, ſi ea quæ faciunt homines, pro Deo præſtarent.

Si qua pro mundo fiunt pro Deo fierent, magnum reportaretur meritum.

21. Matth. 4. Vocans Chriſtus D ſuos Apoſtolos ait illis *Venite poſt me faciam vos piſcatores hominum.* Math 4. n 19. cur non ait, faciam vos Principes, ac Doctores orbis terrarum; atque Eccleſiæ fundamenta, ſed ait piſcatores hominum, ut laborem, quem pro piſcandis piſcibus impẽdebant, ad hominum ſalutem converterent, & impenderent, ut ita eorum labores non evaneſcerent, ſed multum locupletes fructus redderent D Chryſologus ſerm 28. ait: *Captores piſcium ſunt hominum piſcatores, de labore tranſeunt ad laborem; & quia fructus provenit ex labore, voluit illos labores non perdere, ſed mutare.* Vide tom 2. in Evang c. 8. quæſtione 11 à n. 85. uſque ad 88.

Quæ pro mundo fac pro Deo. D. Chryſ.

QVÆSTIO IV.

Quare D. Paulus arti Scenofactoriæ potius operam dabat, quàm alteri?

22. HÆc ars, ut ſæpe dixi, verſabatur in conficiendis tentoriis, ac tabernaculis, quæ inſerviunt in via, ut notat Beda, peregrinis, & exulantibus: magnus

Quanam eſſet talis ars. magnus Doctor Paulus verbo, & opere nos docet eſſe peregrinos in hoc ſæculo. Verbo 2.Corinth.5. n.6 ait: *Scientes, quoniam dum vivimus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.* Dum tali operi incumbit, quod eſt inſerviens peregrinis, ac exultantibus.

2.Cor. 5.

23. Summa Providentia ordinat Deus, ut populus ſuus electus dicatur populus *Hebræus*. Ab Hebræo Ano, ut habet D.Hieronym. in tradit. ad Geneſ. 10. D.Auguſt. lib. 2. Retract. cap. 14. & lib. 16. de Civit. cap. 3. alij verò, ut Euſebius lib. 11. de præparat. c. 4. hoc nomen *Hebræus* juxta ſuam radicem Hebraicam *Ghebar* id eſt *tranſire*. Vnde Geneſ. 14. n. 13. cum dicitur: *Nuntiavit Abram Hebræo*, Græcè *Abrahamo tranſitori*, ut tenent Origenes homil. 19. D Chryſoſt. homil. 85. in Geneſ. Theodor. q. 60. & cur Deus ſuum electum, ac dilectum populum voluit dici ab Abram Hebræus, ſeu tranſiens? Inter magnos, ac præclaros favores, quos Deus illi populo præſtitit, hic fuit valde ſingularis, ut Hebræus diceretur, ut ſuo in nomine haberet memoriale perenne ſuæ conditionis, quod nihil in ſe habebat permanens, ſed tranſiens. Citatus Euſebius inquit: *Ipſa gentis appellatione tranſire à terrenis ad cœleſtia, & ad Creatoris cognitionem migrare admonentur.*

D.Hier. D. Aug. Euſeb. Gen. 14. Origen. D.Chryſoſt. *In hoc ſæculo ſumus peregrini.*

24. Magna, & præclariſſima ſunt dona, quæ Deus promittit Abrahamo, quod ei daturus ſit omnem terram, quam conſpicit; quod faciet ſemen ejus ſicut pulverem terræ, & multa alia tunc ſubdit Textus. *Movens igitur tabernaculum ſuum Abraham, venit, & habitavit juxta convallē Mambre.* Gen. 13. n. 18. Si Abrahamus tot, & tantis donis ditatus eſt, cur non ædificat Civitatem, ſed tantum tabernaculum, quod proprium eſt viatorum, ac peregrinantium, & hoc etiam conſtituit in via, quæ erat juxta Mambre, & ibi erigit altare Domino; ſciebat optimè quod tot, tantiſque donis, tam ampla, ac magnifica opulentia, nihil in hoc ſæculo haberet fixum, & permanens, ſed tamquam in via, ac tranſitu hujus peregrinationis Lippomanus ait: *Non ædificat Civitatem, nihil ſtabile quærit in terra, hic nihil poſſidet, utpote peregrinus, ſed futura inquirit.*

Gen. 13. *Abrahamus ſēper ſe cogitabat peregrinum.*

Actor. 18. n. 7. Et migrans inde intravit in domum cujuſdam nomine Titi juſti colentis Deum, cujus domus erat conjuncta Synagogæ.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II. uſque ad Verſ. 11.

25. Lyran. Syriac. Verſ. 7. *Migrans inde*, ut advertit Lyranus non ad Civitatem ſed ad alium locum ejuſdem Civitatis. *Intravit in domum.* Syriac. *Ingreſſus eſt ædes* Textus: *Cujuſdam nomine Titi.* Græcus. Hoc nomen *Titi* non eſt in Græco, & forte mutulus eſt, habetur tamen in Syriaco, Syriacus autem ex Græco tranſlatus eſt, & ideo probabile eſt antiquitus fuiſſe in Græco *Iuſti*. Arabicus: *Titus Iuſti filius*, noſtra tamen lectio verior, ſic dictus à juſtitia, quam obſervabat, ut inquiunt Beda, Hugo, Carthuſ. & eſt diſtinctus ab alio Tito Epiſcopo Cretæ, ad quem Paulus ſcripſit epiſtolam.

Arabic. Beda. Hugo. Carthuſ.

26. Syriac. *Colentis Deum* Syriacus: *Qui reverebatur Deum*, quamvis iſte eſſet gentilis, non idola colebat, ſed unum Deum, quod acceperat ex doctrina Magnorum Philoſophorum, qui unum Deum colebant, vel ex familiaritate Iudæorum, & ideo ejus domus dicitur contigua eorum Synagogæ.

Verſ. 8. *Criſpus Princeps Archiſynagogus*, Præfectus, ac Princeps Synagogæ Corinthi credidit cum tota ſua familia, eumque ſolum cum Caio, & Stephano ſua manu baptizaſſe ſcribit Paulus 1.Corinth. 1. n. 14. Inter Sanctos ſcribitur in Martyrolog Rom die 4 Octobris. 27. 1.Cor. 1. Martyrolog.

Verſ. 9. *Dixit autem Dominus nocte.* Arabicus: *In viſu nocturno* in ſomnis nempe *Paulo, noli timere* quod propter Criſpum converſum fiat aliqua cōmotio contra te, *loquere, ne taceas*, ſed palam viriliter, ac generoſo animo prædica, & inſta: ſic dicitur ad Ezech. 33. n. 22. 28. Arabic. Ezec. 33.

Verſ. 10. *Ego ſum tecum, & nemo apponetur tibi ut noceat*, Syriacus: *Nemo poterit tibi moleſtiam inferre.* Arabic. *Non ponet ſuper te quiſquam manum ſuam ad nocendum.* D.Chryſoſt. *Nullus adorietur te, ut affligat.* Arias: *Ad malefaciendum tibi.* Et rationem apponit Dominus: *Quoniam populus eſt mihi multus in hac Civitate.* Ac ſi dicat ô Paule tua prædicatione multus populus eſt mihi aggregandus, ac convertendus. 29. Syriac. Arabic. D.Chryſoſt. Arias.

Verſ. 11. *Sedit*, ibi: Syrus, *Habitavit Corinthi*, id eſt commoratus, & inde ſcripſit unam epiſtolam ad Theſſalonicenſes, quæ prima extitit, quam Paulus ſcripſit, ut notat Baronius & dixi opuſculo de Scriptura. 30.

QVÆSTIO V.

Quare Paulo cogitanti, & anxio apparet Chriſtus ad ejus conſolationem, & levamen?

EXtabat Paulus valde anxius, & timidus, ut ait D.Chryſoſt. in præſenti. *Hoc ſolum ſi timor fuit non de proprio periculo, ſed de irrito labore, qui poni melius alibi poſſet.* Et apparet Dominus prædicens magnum, qui ex ſua prædicatione colligēdus erat in illa Civitate, converſorum numerum, & ita Apoſtolus magnum conſolationis levamen ex ſalute illius populi accepit. 31. D. Chryſoſt.

Ait Iſaias 26. *Propter timorem Domini in utero accepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.* Ex timore, ac charitate de converſione gentium multum timorem, ac ſollicitudinem, ſed inde quid factum eſt, habuimus, & impetravimus earum ſalutem Theodotus Veraclenſis in Catena Græca, ait: *Accipientes enim timorem tuum veluti bonum ſemen, & hunc in utero geſtantes, opportuno tempore ſalutem reportabimus.* 32. Iſai. 26 *Ex timore Domini ſalus.* Theod.

In magna laborum tempeſtate, ac furore iræ divinæ conſiderans Habacuc Propheta cap. 3, n. 3. ait *Deus ab Auſtro venit de monte Pharan.* Græcus: *Et Sanctus de monte umbroſo*, ad quæ verba Theodorus ait: *Montem umbroſum appellat ipſam Ieruſalem omni genere gratiarum defluentem, & nebula inundantem ſub tegmine Dei Cœli habitatam.* Inter æſtuantes cogitationum, ac moleſtiarum calamitates ſuos juſtos ſolet Deus maximè recreare, ac alleviare, tamquam ſub monte, ac arbore umbroſa cum magna irrigatione Cœleſtium aquarum divinæ gratiæ. 33. Habac. Græcus. Theod. *Deus maximè recreat, & ſavet ſuis juſtis.*

Parens Elias valde anxius, & moleſtatus ob minas Iezabel petens, & deſiderans mortem animo fatigatus ſe projecit, & dormivit ſub umbra juniperi; Angelus Domini tetigit eum, & ait illi: *Surge, & comede, & ecce ad caput ejus ſubcinericius panis, & vas aqua*, 3.Reg. 19. n. 6. quod etiam Angelus fecit ſecundo, dicens: *Grandis tibi reſtat via*, 34. 3.Reg. 19.

ſi bene, & rectè conſideres totum diſcurſum vitæ magni parentis Eliæ, nunquam eum invenies tot, & tantis cœleſtibus favoribus locupletatum, ut modo Adeſt Angelus in vultu Angelico affert panem ſubcinericium in typum ſacræ Euchariſtiæ, ut tenet D Paſchaſ. Algerus, & vas aquæ in Symbolū cœleſtium gratiarū, ut tenet quædam Gloſſa & tandem veniens in montem Horeb: Vidit ibi Deum quantum fas eſt homini, ut ait D. Baſilius cur tam magnificis favoribus inſignitur Elias? Erat ille valde afflictus, & anguſtiatus ob timores Iezabel, voluit Deus dolorem ejus animi delinire, & præclariſſimis oblectationibus jucundare, ac recreare, ut triſtitia verteretur in gaudium, & animi dolor, in illius jucunditatem.

Paſchaſ. Algerus.

D. Baſil. *Ex afflictione elevatur juſtus ad magnos favores.*

35. Tres illi pueri Sancti mittuntur in fornacem ignis ardentis ad eos liberandos, Angelus Domini deſcendit cum Azaria, ac ſociis in fornacem, & excluſit flammam ignis, *& fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantis*, Daniel 3. n. 49. Poterat Deus pueros ab igne liberare mittens copioſum aquarum imbrem, noluit tamen ſed per Angelum; Si enim larga aquarum multitudo defluereret, Sanctos liberaret, ſed tanta aquarum inundatio eos affligeret, & aliquibus moleſtiam inferret; at Angelus venit faciens roris ventum, ut eos recrearet, ac jucundaret D. Chryſoſt. homil. de Anna, & prece habita tom. 6 ait: *Tres pueri periculum evaſerunt è rogo liberati, & hoc ipſo illuſtres ſunt facti, quod ſupernaturali modo hujus elementi potentiam ſuperaviſſent.*

Dan. 3.

D. Chryſoſt.

QVÆSTIO VI.

Quare ſuadens Chriſtus D. Paulo in ultimo loco proponit, quod ei ibi multus ſit populus.

36. PRimo talis modus loquendi eſt expendendus; ait Chriſtus *Multus eſt mihi populus in hac Civitate*, ait *mihi* tamquam in meum commodum, ac utilitatem, ad hujus rei guſtum ait Regius vates Pſal. 97. n. 2. *Salvavit ſibi dextera ejus*, non ait, ut bene notat noſter Incognitus, ſalvavit nobis, ſed ſibi, ac ſi noſtram ſalutem, noſtrumque commodum tamquam ſibi proprium ac peculiare reputat.

Deus noſtrum commodum ſuū reputat. Pſal. 97.

37. Ad quæſtionem ait Chriſtus D. in præſenti: *Noli timere, ſed loquere, & ne taceas, propter quod ego tecum ſum, & nemo apponetur tibi, ut noceat tibi, quoniam multus eſt mihi populus in hac Civitate.* Duas rationes proponit Chriſtus Apoſtolo ne deſerat Civitatem, & ad aliam tranſeat. Primo, quia ibi nullum patietur damnum *Nemo apponet, ut noceat tibi.* Secundo *quod mihi multus eſt populus in hac Civitate.* D. Chryſoſt. ibi homil. 31. ait: *Vide quot rationibus perſuadeat, & quomodo id, quod Paulo maximè placebat ultimo loco ponit.* Secundū Rethoricæ leges id, quod eſt levius ponitur primo loco, & quod eſt vehementius, ac fortius ad ultimum locum remittitur: Primo proponitur Paulo, quod nullum ibi patietur detrimentum, ſecundo tamquam quid fortius, ac vehementius, ac majus quod ibi erit magna converſio animarū, ac ſi Paulus magis ſtimuletur ad Civitatis permanentiam ſpirituali proximorum bono, quam ex ſecuro tutamine ſuæ vitæ, nam aliena ſalus maximè ei charior erat, illamque omnibus anteponebat. *Id quod Paulo maximè placebat ultimo loco ponit.*

D. Chryſoſt.

Paulus *Plus æſtimat noſtram ſalutem, quam ſuam.*

38. Ait ipſe Apoſtolus ad Philipp 1. n. 23. *Coarctor è duobus, deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius, permanere autem in carne neceſſarium propter vos, & hoc confidens, ſcio quia manebo, & permanebo ad profectum veſtrum.* Tamquam inter duos terminos ſe coarctatum cōſiderat Apoſtolus, vehementer deſiderat eſſe cum Chriſto, ut ejus præſentia congaudeat, aliunde videt, quod neceſſitas Eccleſiæ poſtulat, ut ipſe permaneat in carne ad converſionem fidelium. Quid tunc Apoſtolus: *Scio quia manebo, & permanebo ad profectum veſtrum.* Elegit magis vivere, ut inferviat ſaluti, ac inſtitutioni proximorum, quam mori ut Chriſto fruatur, ac cum ipſo gaudeat in gloria D. Anſelm. ait: *Ecce D. Paulus non quod ſibi melius eſt, ſed quod multis expedit, id eſt manere in carne eligit propter charitatem, prius ambigens dixerat, quid eligam ignoro, ſed poſtea deliberans victus eſt Charitate diſcipulorum, & permanere ſe omnibus dixit.*

Philip. 1.

Paulus *vult magis vivere, ut ſerviat, quam mori, ut fruatur.* D. Anſel.

Vnde D. Auguſt. ad illud Pſ. 54. n. 7. *Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ* citans hunc locum Pauli Paulum Columbæ gementi, & Cœlum ſuſpiranti comparat, & ſic ait Sanctus Doctor: *Columba delicata religata affectu, non cupiditate volare non poterat propter faciendum officium.* Paulus tamquam Columba cupiebat volare in Cœlum, & non poterat, utpote religatus charitate, ut adimpleret, & faceret ſuum officium Doctoris gentium veluti Columba fovendo, nutriendo ſuos pullos ſua ſacra doctrina.

39. D. Aug. Pſal. 54.

Paulus religatus charitate.

QVÆSTIO VII.

Quare Chriſtus D. non ſolum ait Paulo quod erit ejus protector, ſed etiam quod erit cum illo?

AIt Dominus Paulo: *Ego tecum ſum* non ſolum, ut tuus protector, ac defenſor, ſed etiam *tecum, & in te* habitans; Nam in Sanctis Deus magnum, & amplum habet habitaculum, ait noſter Apoſtolus, 2. Corinth. 6. n. 16. *Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi in populum.* Expende, & nota, non ſolum ait: *Inhabitabo in illis* ſed etiam addit *Et inambulabo.* Quælibet domus ſufficiens eſt ad habitandum, ſed ad ambulandum ampla, & magna requiritur. In anima juſti non ſolum Deus inhabitat, ſed tamquam in magnifico, & auguſto Palatio gaudēs deambulat, D. Ambroſ. in Pſalm. 118. Octonar 8. ait: *Dicit Dominus, & inhabitabo in illis? quid magnificentius hoſpite Cœleſti? quid beatius poſſeſſione divina? Et deambulabo, inquit inter vos. Alij querūntur de ſui juris anguſtiis, in te Deo eſt ampla poſſeſſio, in quo deambulare ſe dicit, hoc eſt, laxa ſpatia habitationis inveniens, qui terram includit manu, cui mundus anguſtus eſt, tu ei ampla es domus.* Ecce anima juſti magis ampla, & lata eſt Deo, quam totus mundus, nam mundus anguſtus, & parvus eſt Deo, at anima fidelis, ita ſpatioſa, & dilatata eſt, ut valeat Deus in ea deambulare: *Cui mundus anguſtus, tu ei ampla es domus.*

40. 2. Cor. 6.

Deus habitat in fideli, ut in amplo palatio. D. Ambr.

Et ad quid Deus inhabitat, & inambulat in juſto, tamquam quod de noſtro indigeat? Minimè, ſed ut nos repleat omni dono, & gratia, noſque faciat tamquam ſuum Sāctuarium. Cecinit Moyſes, Exod 15. n. 17. *Plantabis eos in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ.* Ecce ad quid Dominus habitat in te, ut virtute, ac gratia faciat te Sāctuarium, ut te plantet in

41. Exod. 15.

monte hæreditatis ſuorum electorũ, & ad hoc varias formas induit Deus, agricola ut plantet, artifex, ut fabricet, ac erigat tabernaculum, & tamquam valde peritus operator, ut firmet, & corroboret. Origenes homil. 6. in Exod. ſic ait: *Tabernaculum non dicit manu hominis factum, ſed manu Dei, quid ergo propter te Deus, & plantat, & ædificat, agricola efficitur, ſtructor efficitur, ne tibi aliquid deſit, audi Paulum dicentem, Dei agricultura, Dei ædificatio eſtis.* Omnium forma Deus induit, ut in omnibus, & per omnia ſuos impleat, eiſque ſubveniat.

Origen. *Deus omnia fit juſto ne quid illi deſit.*

Actor. 18. *n.* 12. Gallione autem Proconſule Achaiæ, inſurrrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad Tribunal.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III. à Verſ. 12. uſque ad 18.

42. Verſ. 12. *Gallione autem Proconſule.* Arabic. Cum Præfecturam gereret Gallio, qui erat frater magni Senecæ, de quo quæſt. ſequenti, & dicitur Proconſul Achaïæ pro honorifico titulo; nam Achaïa erat nobiliſſima Regio Græciæ, ut commemorat Cicero lib. 1. in Pauſanias; Vnde Græci dicuntur Achai. *Uno Animo in Paulum.* D. Chryſoſt. concorditer.

Achaia. Cicero. D. Chryſoſt.

43. Arabic. Æthiop. Verſ. 13. *Hic perſuadet hominibus colere Deum.* Arabic. *Cultu contrario legi noſtræ.* Æthiopic. *Abſque lege docet homines,* Chriſtum *hominem* colere contra legem, tum Iudæorum, quæ unum ſolum Deum inviſibilem, & incorporeum venerari docebant, tum & Romanorum, quæ prohibet inconſulto Senatu novos Deos venerari, ac colere.

44. Syriac. Vatabl. Pagnin. Verſ. 14. *Incipiente autem Paulo aperire os ſuum.* Syriac. *Cum poſtularet Paulus aperire os ſuum.* Vatabl Pagnin. *Cum jam pararet aperire os ſuum.* Ad reſpondendum *Dixit Gallio ad Iudæos* præveniens occurrit ipſe, & pro Paulo reſpondet. *Siquidem eſſet iniquum aliquid.* Syriac. *Si de quopiam malo, fraude, ac flagitio,* ac ſi dicat, ſi Paulus accuſaretur de aliquo crimine, v. g furto, vel homicidio. *Rectè vos ſuſtinerem.* Syriac. *Reciperem accuſationem veſtram, & audirem.*

Syriac.

45. Verſ. 15. *Si vero quæſtiones ſunt de verbo, & nominibus;* nam Paulus affirmabat Chriſtum Ieſum eſſe verum Meſſiam, Iudæi negabant ita appellandum, & inde ait Gallio: Altercatio eſt de nominibus, & de lege veſtra. *Vos ipſi videritis;* quia agnoſcitis rationes, & fundamenta veſtræ legis, quæ ego ignoro, & ideo: *Vos videritis*, & eſt modus repellendi cauſam à ſe, ſic Iudæi dixerunt Iudæi: *Tu videris,* Matth. 27. n. 4.

Matth. 27

46. Syriac. Arabic. Vatabl. Caiet. Verſ. 16. *Et minavit eos à Tribunali.* Syriacus: *Amandavit eos.* Arabicus: *Dimiſit eos a præſentia ſua.* Vatablus: *Allegit eos.* Caietan. *Depulit eos,* tamen verbum in noſtra vulgata magnã habet energiam. *Minavit eos:* Cum minis abire fecit ob importunitatem, & loquacitatem Iudæorum.

47. Arabic. Syriac. Æthiop. Verſ. 17. *Apprehendentes autem omnes.* Arabic. *Apprehendentes Catus Græcorum.* Soſthenem *Principem Synagogæ,* de hoc Principe dicam q ſequenti *Percutiebant.* Syriac. *Cædebant eum.* Æthiopic. *Verberaverunt eum,* nempe Gentiles inſtigati à Iudæis, tum quia cum eſſet Princeps Synagogæ tam facile permiſit ſuos abire à Tribunali, tum etiam quia valde frigidum, ac remiſſum ſe habuit in eorum cauſa agenda, tandem quia agnoverunt eum propenſum in Paulum, & animo jam Chriſtianum.

Verſ. 18. *Suſtinuiſſet dies multos,* id eſt commoratus eſt ibi *fratribus valefaciens.* Syriac. *Dedit pacem fratribus,* navigavit in Syriam, nempe Epheſum quæ eſt in Syria, *qui ſibi totonderat caput* Paulus fuerat Nazaræus, & Iudæorum leges jam erant abſolutæ per Chriſtum, & de hoc infra.

48. Syriac.

QVÆSTIO VIII.

Quare Gallio non reprehendit percutientes Pontificem, & quiſnam eſſet.

49. Baron. GAllius Germanus frater L. Annæi Senecæ præceptoris Neronis teſte ipſo Seneca, de quo Baron. anno Chriſti 53. Hic antea dicebatur M. Annæus Novatus, ſed adoptatus à L. Iunione Gallio eum familia nomen ejuſdem ſumpſit, de quo latè. Hic Gallio cum fratre Seneca dãnatus eſt ad mortem, Seneca ſecta in balneo vena, Iovi ſanguinem ſuum ultimum libavit, Gallio propria manu ſe interfecit, ut ſcribit Euſebius in Chronic. anno Chriſti 66.

Frater Senecæ. Euſeb.

50. *Non ſe intromittit in cauſis ſæcularibus.* 1.

Ad rem noſtram. Optimè Gallio ſe geſſit, dum controverſias de Religione à ſuo Tribunali removet, dicens Verſ. 15. *Iudex ego horum nolo eſſe* quem judices ſæculares debent imitari, ut non ſe intromittant in rebus Eccleſiaſticis, ac ſpiritalibus.

Dedit locum iræ

Non tamen rectè ſe geſſit cum apprehendiſſent Soſthenem Principem Synagogæ, ut eum percuterent, & *verberarent ante Tribunal, & nihil eorum Gallioni curæ erat;* quia talem injuriam valde injuſtè illatam, ut Proconſul debebat ex officio impedire, niſi dicas quod videns tantum furorem populi tumultuantem; timuit, quod ſi vellet obſiſtere, inſurgerent contra eum, & ideo diſſimulans patienter ſuſtinet, furor, & ira rationem perturbat, & nihil permittit attendere, ac conſiderare.

52. Matth. 27

Cum meus Iesus exaltaretur in Cruce ſcribit D. Matth. 27. n. 45. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam,* in qua expiravit Iesvs, & tunc velum Templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, cur tot, & tanta ſigna fiunt cũ crucifigitur, & moritur Iesvs, cur, non etiam quando comprehenditur, vel nudus verberatur, ſeu ſpinis coronatur, vel quando exiens bajulat Crucem, vel ad primam Clavorum crucifixionem, ſed cur expectatum eſt tempus, ut in Cruce exaltaretur, ac vitam exhalaret? Alta providentia divina datum eſt ſpatium, ut carnificus furor populi aliquantulum miteſceret, ut poſſet attendere, & conſiderare tot, & tanta mirabilia; nam ferveſcente, ac tumultuante furore nullius rationis, ac conſiderationis erat capacitas. D. Chryſoſt. homil. 10. de Paſſione ait: *Poſt omnia vero, quæ per inſaniam, & furorem fecerunt, factum eſt, quando jam ipſe furor ceſſavit, quando de idendo ſaturati ſunt, quando contumeliando animum ſuum expleverunt, quando denique omnia ab ipſis dicta ſunt, quæ volebant, tunc tenebræ apparent, ut ſaltem tunc ira depoſita, nonnihil ab hoc ſigno conſequerentur.* Cœleſtia, & rationabilia ſigna non dantur ferveſcente iræ furore; quia tunc nil proficient, ſed quando jam remittitur, & quieſcit, ut valeant ratione percipi, *ut ſaltem tunc ira depoſita nonnihil ab hoc ſigno conſequerentur.*

Animus iratus nihil divinum, ac rationale percipit.

D. Chryſoſt.

QVÆSTIO IX.

Quare Sosthenes verberatur, & quisnam esset?

53. MVlti volunt, quod iste Sosthenes idem sit, ac Crispus, de quo fit mentio supra vers. 18. de illo, ac de hoc vers. 17. uterque dicitur Archysynagogus, seu Princeps Synagogæ.

54. Tamen quod fuerint distincti, verior, & cõmunior est sententia; nam Iudæi in una, & eadem Civitate non habebant plures Synagogas, sed unã tantum, & in ea unus tantum erat Princeps, & non plures, deinde Paulus eos ut distinctos commemorat, 1. Corinth 1 n. 1. Sosthenem tamquam socium scribendæ epistolæ, Crispum vero n. 15. ut ab eo baptizatum. Casus ergo contigit quod cum Crispus esset Archisynagogus Iudæorum, & factus esset Christianus, ac discipulus, excluſus est à Iudæis à suo Principatu, & loco ejus electus fuit Sosthenes, nam hæc facta sunt post sex menses, à quo tempore Crispus excluſus est, ut observat Baron.

Valde diversus. 1. Cor. 1.

55. Ait Textus vers. 17. Apprehendentes Sosthenem percusserunt, verberaverunt, Cardinal. Hugo existimatum fuisse à Christianis, eo quod Paulo, & Evangelio tunc resisteret; tamen D. Chrysost. Oecumen Ganæus, & alij, quibuscum est lectio Arabica, asserunt, hanc verberationem factam fuisse à gentibus instigatione Iudæorum, eo quod eorum causam frigide, & non fortiter defendisset coram Gallione Proconsule & quia eum jam agnoverant propensum in Apostolum.

Hugo. A quo verberatus. D. Chrysost.

56. Vt rei eventus demonstravit; nam factus est Christianus, ejusque discipulus Menolog. Græcorum die 7 Decembris eum scribit Episcopum Colophonis, ac Martyrolog. Roman. 28. Novembris sic habet: *Apud Corinthum natale S. Sosthenis discipuli B. Pauli, ejus mentionem facit idem Paulus Corinthiis scribens: Hic ex Principe Synagogæ conversus ad Christum, ante Gallionem Proconsulem acriter verberatus præclaro initio fidei suæ primordia consecravit.* Inde merito ille tali nomine insignitus est, ut dicatur Soststhenes; nam idem est, ac *Salvator robustus* in negotio suæ salvationis extitit fortis, ac robustus sustinens multa cum patientia, & mansuetudine flagella, & verbera agnoscens illa, & Dei manum ad nostrum majus emolumentum.

Discipulus Pauli. Martyr. Rom.

Nominis interpretatio.

57. In præclara visione interrogatus Ieremias à Domino cap. 1. n. 15. quid videret, ait ipse: *Virgam vigilantem ego video.* Theodoretus legit: *Ego video virgam amygdalinam*, quænam est ista virga amygdalina quid habet unum cum altero, virga est ad flagella, & verbera, flores ad suavitates, & delectationes; talis est virga Dei, si permittit verbera, & persecutiones ex eo est, ut inde ex eis germinentur suavissimi flores gratiæ, cœlestiumque donorum, unde considera, quod non virga olivæ, vel palmarum, sed amygdalina; hæc enim, ut notant Carthusian. & Hugo, inter omnes arbores citissimè, ac prius pullulat in suos flore, & fructus, sic Deus permittit virgam in suos justos ad verbera, qui valde citissimè sublevat cum medicamine, ac suavitate divinæ gratiæ, atque suorum donorum.

Ieremi. 1. Deus dat verbera, ut germinet virtutum flores. Theod. Carthus. Hugo.

58. Ait Christus D. Ioan. 15. n. 1. *Pater meus agricola est*, quid habet Æternus Pater cum agricola, quænam datur combinatio inter unum, & alterum. Agricola arborum ramos amputans, vel aratro terram scindẽs, ex talibus percussionibus facit exoriri magnos, & uberes fructus, sic Æternus Pater per sectiones, ac verberationes facit in suis electis præclaros virtutum proventus, sic de Æterno Patre differit D. Athanas. in disp. cum Ario habita in Concilio Nicæno, & ait: *Ambulans Pater in vinea, hoc est in cellis animæ omnia putrida, & insolentia tollit, ne lignorum luxuries insolescens fructum eorum non præferat, quem agricola desiderat.* Sollicitus agricola luxuriantes, ac inutiles ramos amputat, ut bona arbos exuberantes fructus præferat. Vide supra cap. 2. quæst. 16. n. 233. 234. 235. & cap. 5. q. 23. num. 189. 190. & 191.

Ioan. 15. Deus dat suis labores ad majorem gloriam.

D. Athanas.

QVÆSTIO X.

Quare D. Paulus modo totondit caput?

59. AIt noster Textus loquens de nostro Apostolo: *Qui sibi totonderat caput; habebat enim votum.* Aliqui Codices legunt in plurali, *totonderunt sibi caput*, & sic habet Æthiopic. *Rosa fuerunt capita eorum*, tamquam quod hoc referatur ad Aquilam, & Priscam.

Variij Codices. Æthiop.

60. Sed sine dubio legendum est in singulari in ordine ad D. Paulum, ita in singulari nostra Vulgata, Græcus, Syriac. Arabic. D. Chrysost. Beda citans D. Augst. & D. Hieronim. & communiter alij multi, qui omnes tenent D. Paulum fuisse Nazaræum; cujus Religionis observantiæ erant rigidissimæ, abstinendi scilicet à vino, non tangendi mortuum, & nutriendi comam, cum multis aliis, de quo latè lib. Num. 6. ad hoc se voto obligabant, de quo dixi Opusc. 3. Resol. 3. q. 3.

D. Chrysost. Græcus, Syriac. Num.

61. Cum D. Paulus esset religione Nazaræus jam Christianus, & Apostolus factus propter vitandum aliquod Iudæorum scandalum, adhuc aliqua legalia observabat, ut vidimus cap. 16. de Circumcisione Timothei; quia ut optimè Lyran. Divinus Spiritus voluit, ut in primitiva Ecclesia illi, qui ex Gentilitate convertebantur, gentilitatis ritus omnino dimitterent, utpote malos, & semper à Deo reprobatos: At qui ex Iudaïsmo convertebantur, quamvis eorũ ritus, ac cæremoniæ omnino cessassent, tamquam impleti per Christi passionem, utpote à Deo instituti in figuram Christi, quæ cessat adveniente veritate, tamen aliquando fuerunt permissi, ne aliquis crederet fuisse semper malos, & reprobatos à Deo, & paulatim, ac suaviter dimittenda fuerũt legalia, & ad Christianos leges transcendendum. Vide supra cap. 17. q. 10. n. 81. 82. & 83.

Lyran. Paulus paulatim animos disponit.

62. Paulus cum esset professione Nazaræus per multum tempus, ac annos à sua conversione nutrivisset comam more Nazareorum, cùm jam per multum annorum tempus versaretur inter Gentiles, & de Corintho transisset in Ephesum, rasit comam, antiqua, & vetera abolens, seque in omnibus renovatum in Christo ostendens ad tot, & tanta pericula eminentia superanda.

Paulus antiquas abjicit.

63. Scribit Ioan. 10. n. 22. *Facta sunt Encænia in Ierosolymis, & hyems erat*, Encænia hoc est, renovationes, tamquam de pristino statu ad novum, sed hoc fit in hyeme, cur non potius verno tempore, quando omnia novis foliis, floribus, ac fructibus innovantur, cunctaque suavi, ac benigna aura delectantur; cur ad hoc eligitur hyemale tempus, tẽpestuosum, frigidum, & mæstum, cur ergo in illo Templi innovatio instituitur à Deo? Vt homines informarentur, quod ad superandas furientes persecutionũ turbines, hostiles tentationum incursus, ac ad reflantes insidiarũ ventos cavendos, ut Deus in omnibus glorificetur, multum prodest, ac interest, sic in te facias renovationem vitæ, disciplinæ,

Ioan. 10. Cum innovatione unitur omnia adversa.

ac

Theoph. ac morum. Theophylact. apud D Thom. ait: *Satages tu quoque, dum hiems imminet, id eſt vita præſens turbinibus iniquitatis concuſſa, ſpirituales encænias tui Templi celebrari ſemper renovando te ipſum.*

64. Pſal.50. Hinc David clamans poſtulabat à Deo Pſal. 50. n.12. *Spiritum rectum innova in viſceribus meis.* Rectum, ut multi legunt; *Fortem, ſtabilem*, hunc quem habui in mea pueritia, ac juventute, nunc iterum modo in me reviviſcere facias, exponunt D. Auguſt, noſter Incognitus.

Alia lectio.

65. Dan. 4. Angelus Sanctus vigil clamat de Cœlo apud Daniel.4.n.20. *Succidite arborem, & diſſipate illam; attamen germen radicum ejus in terra dimittite.* In arbore omnia amputantur rami, folia, fructus, cur ſolum germen radicum permittitur permanere in terra? Lyran. *Ad ſpem.* Gloſſa moralis ſignificat Vide ſupra cap.1 q 21. n. 142. 143. *Liberum arbitrium cum poteſtate revertendi ad bonum*, & juxta Agricolas arbor, quæ ex amputatis ramis pullulat, elegantiores, ac pulchriores fructus germinat.

Lyran. Gloſſa.

*Actor.*18.*n.*19. Devenitque Epheſum, & illos ibi reliquit, ipſe verò ingreſſus Synagogam diſputabat cum Iudæis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV.
*à Verſ.*19. *uſque ad* 23.

66. Arabic. Verſ.19. *Devenit Epheſum.* Arabicus: *Devenit iter ejus Epheſum* quæ erat Metropolis Aſiæ Minoris, in quo extitit illud celebre Dianæ Templum, illos ibi reliquit, ſcilicet Aquilam, & Priſcillam tamquam Doctores, ut Epheſinos in Chriſti fide illuminarent. *Diſputabat cum Iudæis.* Syriacus: *Verba fecit.* Oſtendens per Scripturas Chriſtum D. eſſe verum Meſſiam, & Salvatorem noſtrum.

Syriac.

67. Verſ.20. *Rogantibus eis*: Flagitabant ab eo, ut amplius ibi permaneret ad ampliorem inſtructionem in fide, *Non conſenſit.* Aſſenſum non præbuit quia volebat ad alium locum tranſire, ubi non erat prædicatum Evangelium, ibi tamen ordinavit Magiſtros ad bonam illorum inſtructionem.

68. Verſ.21. *Sed valefaciens* dans eis pacem, & ad eorum conſolationem addidit: *Iterum revertar ad vos.* Multa Græca exemplaria addunt: *Oportet omnino feſtum, quod inſtat me agere Ieroſolymam.* Ita D. Chryſoſt. Oecum. Vatablus, Cajetan. Arias, & alij, & ideo Apoſtolus non poterat amplius ibi immorari.

D. Chryſoſt. Oecum. Vatabl.

69. Raban. Beda. Lyran. Ganæus. Caiet. Arias. Vatabl. Baron. Verſ.22. *Et deſcendens ab Epheſo Cæſaream* aſcendit Cæſaream Capadociæ inquiunt Rabanus Beda, Lyran Ganæus, & alij, quia Apoſtolus uſque modo nunquam pervenerat in Syriam, alij vero ut Caietan. Arias, Vatabl. Baronius, & probabilius tenent Cæſaream Paleſtinæ innixi in illa Gloſſa græca: *Feſtum inſtat, oportet me agere Ieroſolymam*, ſi Apoſtolus acceleraverat ſuam viam, ut veniret in Ieruſalem, ad quid divertit iter per Capadociam, quæ longius diſtabat: ergo ordinavit viam per Cæſaream Paleſtinæ, quæ erat veluti in via; ſalutavit Eccleſiam ſcilicet Ieroſolymitanam de quo quæſt. ſequenti.

70. Æthiop. Verſ.23. *Et facto ibi aliquo tempore.* Æthiopic. habet: Cum ſediſſet longum tempus ſcilicet in Antiochia confirmàs Chriſtianos per regiones, per quas ambulabat. Iterum revertitur in Aſiam minorem, Galatiam, ubi eum tamquam Angelum de Cœlo delapſum ſuſceperunt, inquit D. Chryſoſt. D. Chryſoſt.

QVÆSTIO XI.

Quare D. Paulus toties reperit Ieroſolymam?

71. *Paulus quinquies repetit Ieruſalem.* Act. 9. Act. 15. QVinquies meo videri venit Paulus Ieroſolymam, primo poſt ſuam converſionem triennio peracto, Actor 9.n.26. Galat. 1. n.18. an. Chriſti 39. Secundo pro illa controverſia de circunciſione, Actor.15 n.14 anno Chriſti 51. Tertio modo in præſenti anno Chriſti 53. Quarto, ut ipſe teſtatur, Actor.21. n.17. Quinto exiſtimo, quod ſicut Alij Apoſtoli ex toto terrarum Orbe convenerunt Ieroſolymam ad tranſitum Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſic etiam noſter ſacer Apoſtolus Paulus adfuit, ſive dicamus quod tranſitus Virginis fuerit anno Chriſti 48. ut vult Baron. eodem anno n 6. vel, ut graves alij Authores anno Chriſti 58. plus, minuſve de quo variæ ſunt opiones.

Baron.

72. *Paulus toties repetit Ieroſolymam ob Virginem.* Exiſtimo ergo tot vicibus repetiviſſe Ieruſalem, ut viſitaret illam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & etiam, ut viſitans veneraretur illud ſanctiſſimum Sacrarium totius Orbis cùm eſſet in vivis, vel etiam poſt mortem, ut inviſeret illa loca, quæ ipſa Sanctiſſima Virgo Deipara dignata eſt ſua præſentia, ac tactu conſecrare. Noſter enim Apoſtolus erat addictiſſimus, & maximè obligatus ſanctiſſimæ Virgini Mariæ, ejus enim converſio illius precibus facta eſt, ut dixi cap.9.

73. *Cur Paulus de Virgine Maria non meminit.* Merito tamen quæres; ſi Paulus erat tam devotus, obligatus, ac adſtrictus Virgini Mariæ, cur eã aliquando non nominat in ſuis epiſtolis, cum de multis aliis faciat mentionem, & ſanctiſſimum nomen Ieſu pluſquam per trecentas vices in ſuis epiſtolis commemorat?

74. Reſpondeo hoc feciſſe Apoſtolum alta, & ſuptema ſapientia; nam ſanctiſſimum, ac ſalutiferum nomen Ieſu in illo principio aliquibus, & maximè Iudæis non erat gratum, & ideo Magiſtratus, ac principes præceperunt Apoſtolis ne prædicarẽt in nomine Ieſu, Actor.4 n.17. & 18. & cap.5. n.28. & aliis locis, ideoque Apoſtolus, ut hoc ſanctiſſimum nomen inſinuaret, ac imprimeret in cordibus fidelium frequentiſſimè illud habebat in ore, ac in nomine hoc ſanctiſſimo omnia dicebat, illud tamquam invocans.

Actor. 4. Act. 5.

75. *Ob venerationem ſacri Apoſtoli nõ dicunt in ſuis epiſtolis.* At ſanctiſſimum nomen Mariæ omnibus erat gratum, ſuave, ac delectabile, ut in magna perſecutione Stephani, Actor.8.n.1 Nullus auderet contra eàm aliquid moliri, ut jam notavi, tantaque eſt ſublimitas, ac celſitudo hujus nominis Marię, quod nec Paulus, nec Petrus, nec Iacobus, nec Ioannes, nec Iudas Apoſtoli in ſuis Epiſtolis præ humilitate ſe abſtinuerunt, & tam venerabile Mariæ nomen nunquam pronuntiarunt, ac dixerunt, cum aliàs eſſent devotiſſimi, ac adſtrictiſſimi ſacratiſſimæ Deiparæ. Hoc ab Angelis ſacri Apoſtoli acceperunt.

76. Cant.3. Cant.6. Cant.8. *Valde dulce nomen Mariæ.* Richard. de S. Laurent. lib.1. Cum aſcenderet ſacratiſſima Virgo in Cœlum, ut communis eſt vox Patrum, mutuo interrogant Sancti Angeli inter ſe, Cantic. n 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa, ut Sol*, & tandem cap.8. n. 5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens innixa ſupra dilectum ſuum.* Ter interrogant Angeli *quæ eſt iſta*, cum rectè nomen ſcirent, cur illud non dicunt, ac pronuntiant? quia volebant audire à reſpondentibus nomen Mariæ, ut illo audito delectarentur, ac jucundarentur. Richard. de S. Laurentio

lib.1. cap.2. ait in perſona Angelorum. *Ter quæritur, quæ eſt iſta, non tantum, quia perſonæ mirarentur excellentiam : : : ſed forſan, quia dulce nomen Mariæ ſibi deſiderant reſponderi,* & ſcilicet audire.

77. Honor. D.Bern. Tamen communiter Patres, & magis peculiariter Honorius, & Halgrinus ad cap. 8. Cantic. & D.Bernard ſerm. de Aſſumptione, qui ait: *Cum admiratione venerantes Angeli,* quod ſanctiſſima Virgo aſcenderat plena aromatibus, pulchra, ut Aurora, Sol, & Luna, deliciis affluens omnium Cœleſtium donorum, innixa ſuper dilectiſſimum filium IESUM ſi tot, & tanta magnalia Virginis Angeli dicunt, & clamant, ſolum ejus nomen non audent dicere, ſed interrogant *quæ eſt iſta?* ac ſi hoc ſanctiſſimũ Mariæ nomen inter cæteras magnitudines quid majus, & potius ſilentio, quam Canticis venerandum. *Cum admiratione venerantes* vide ſupra cap.3.q.11.n.59. & cap.12.q.15.n.101.

Mariæ nomen inter mirabilia mirabile.

Actor. 18. *num.* 24. Iudæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens devenit Epheſum potens in Scripturis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE V. uſque ad Verſ. 28.

78. Lyran. Æthiop. Arabic. Verſ.24. APollo nomen eſt indeclinabile apud Græcos. *Alexandrinus genere,* id eſt ut ait Lyran. natus in Alexandria per diſperſionem Iudæorum factam ab Antiocho Rege, Iudæi diſperſi ſunt per varias terras. *Vir eloquens.* Syrus : *Peritus facundia.* Æthiopic. *Vir prudens.* Vatabl. *Eruditus,* alij *diſertus,* & addit Textus : *Peritiſſimus Scripturarum.* Arabicus : *Pollebat ſcientia in Scripturis,* de quibus quæſt. ſeq.

79. Græcus. D. Chryſoſt. D.Hier. Verſ. 25. *Hic erat edoctus viam Domini.* Græcus : *Inſtitutus* tamquam Cathecumenus, ac bene inſtructus in primordiis, ac doctrina fidei. *Fervens ſpiritu.* D. Chryſoſt. exponit contritione, ac amore Dei, per quæ ante Baptiſmum jam erat juſtificatus : At Hieronymus epiſt. 2. ad Nepotian refert ad fervorem interpretandi Scripturas, cum videret Iudæos ab eorũ vero ſenſu aberrantes, & hoc magis cohærere cum his, quæ ſequuntur: *Fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter, quæ ſunt Ieſu Chriſti.* Et additur : *Sciens tantum Baptiſmum Ioannis.* Quo tantum erat initiatus, de quo quæſt. ſequenti.

80. Syriac. D.Chryſoſt. Verſ.26. *Hic cœpit fiducialiter agere.* Syriac *Palam loqui.* D. Chryſoſt. *Liberè annuntiare,* liberè ac intrepidè Chriſtum prædicare. *Aſſumpſerunt eum.* Syriac *Adduxerunt eum domui ſuæ.* Maximè extollit D Chryſoſt. charitatem Priſcillæ, & Aquilæ, qui Apollo introduxerunt in domum ſuam, ut eum illuminarent, atque in fide Catholica inſtruerent, non ſuam, ſed Chriſti gloriam quærentes.

81. Arabic. Æthiop. *Vir doctus vult doceri.* *Et diligentius expoſuerunt ei.* Arabic. *Expoſitione perfectiſſima.* Æthiopic. *Inquiſitius expoſuerunt,* in quo maxime laudanda eſt probitas, ac modeſtia Apollo, quod cum eſſet Vir doctiſſimus in Scriptura voluit magis informari, & inſtrui ab una muliere, & ab uno artifice fabrili. Vide quæ dixi ſupra c.8. q.17. à n.147 uſque ad 150. deinde prius nominatur Priſcilla, & ſecundo loco Vir Aquila, ut videatur adimpletum illud Ioëlis 2.n.28. *Et filiæ veſtræ prophetabunt.*

Ioel. 2.

82. Syriac. Verſ.27. *Et cum vellet ire in Achaiam* in qua parte eſt Corinthus. *Exhortati fratres.* Syriacus : *Prævenerunt exhortando.* Vt perficeret quod decreverat, & tenderet in Achaïam, ſive Corimabel, ut ibi fideles multum ſua ſapientia, ac eloquentia cõfirmaret. *Contulit multum his.* Syriac. *Multum adjuvit per gratiam omnes fideles,* conferendo ſuam doctrinam cum his, quæ Paulus docuerat : Vnde ipſe Apoſtol.1.Corinth.3. n.6. ait : *Ego plantavi,* 1.Cor. 3. *Apollo rigavit.*

Verſ. 28 *Vehementer Iudæos revincebat publicè.* 83. Græcus. Arabic. Æthiop. Græcus : *Fortiter magna efficacia.* Arabic. *Perſeveranter arguebat.* Æthiopic. *In lege ſua redarguebat manifeſtè, & concluſit contra eos ex Scripturis,* Chriſtum Ieſum eſſe verum Deum, verumque Meſſiam promiſſum in lege, noſtrumque Salvatorem.

QVÆSTIO XII.

Quare Apollo cum dicatur Vir doctiſſimus, dicitur tamen de eo ſciens tantum baptiſma Ioannis, & quiſnam ille eſſet?

84. *Apollo quid ſignificet.* pagnin. APollo apud Græcos nomen eſt indeclinabile, juxta radicem Hebraïcam idem valet, ac *Vibrans radios,* ut tenet Pagnin. lib. de interpret. nominum Hebraïcor. Communior ſententia eſt, quod ſit diſtinctus ab Apelle, de quo Apoſtolus facit mentionem, Rom. 16.n.10. *Salutate Apellem virum probum.*

85. Græcus. Hic noſter alter diſtinctus ab eo ex multis conjecturis, de quo Apoſtolus agit. 1. Corinth. citato loco. *Ego plantavi, Apollo rigavit,* erat Vir doctiſſimus, ac valde peritus in Scriptura, & ſic Vatabl. vertit : *Doctiſſimus librorum veteris Teſtament.* Ardentiſſimus erat ſpiritu, & zelo fidei, in ea confirmando fideles, novos adducendo, ac creando, Iudæoſque confundendo. Menologium Græcorum eum facit Epiſcopum Smyrnenſem, in quo conſentiunt D. Dorotheus in Synopſi, & Baron. in notis, Martyrolog. Roman. 22. Aprilis eum numero Sanctorum adſcribit.

D. Dorotheus. Martyr. Rom.

86. 2.Cor. 5. Et cum eſſet tam doctiſſimus, dicitur de eo : *Sciens tantum baptiſma Ioannis. Scire* aliquando in Scriptura ſumitur pro *facere,* 2.Corinth. 5. n.20. *Qui non noverat peccatum,* id eſt qui non fecerat. *Quæ ignorabam,* id eſt quæ non feceram, *interrogabant me,* ſic in præſenti *ſciens Baptiſma Ioannis,* id eſt factus, ſeu baptizatus baptiſmate Ioannis, & videtur, quod iſte baptiſmus fuerit ab eo ſuſceptus per ipſum Ioannem Baptiſtam, Ioannis enim baptiſmum non legimus fuiſſe ab aliquocumque miniſtratum; At Chriſti baptiſmus, non ſolum ab ipſo, ſed etiam ab Apoſtolis eſt miniſtratus.

87. *Notæ veri Chriſtiani alios adducere ad Chriſtum.* Tertull. Apollo ut initiatus baptiſmo Ioannis, & ut Cathecumenus prædicabat in Synagogis confundẽs Iudæos, baptizatus in domo Priſcillæ, & Aquilæ prædicat in toto mundo, & ſtatim parat tranſire in Achaïam, hoc eſt Corinthum, ut alios adducat, & convertat ad fidem in Chriſto, quod eſt ſignum veri, ac perfecti Chriſtiani. Tertullian. in Apolog. cap.9. ait : *Quid denique ſingularis Chriſtiani? Non erit, opinor, legitimus Chriſtianus niſi frater, aut filius,* ſcilicet fiat ſua doctrina, & prædicatione.

88. Math.25. In ultima die judicij, ut Dominus proferat finalem ſententiam, ſcribit D. Matth. 25. n.23. *Statuet oves à dextris, & hædos à ſiniſtris.* Videtur comparatio non bene cohærere inter ſe; nam ſicut dicitur *oves à dextris,* ſic videbatur dicendum, & capreas à ſiniſtris, mutuo ſibi correſpondent oves, & capreæ, ſicut agni, & hædi? Ponuntur oves à dextris tamquam fœcundæ, quaſi quod inde tantum

infœcunditas magnum crimen.

locum

locum obtinent, quod multos filios peperierint Christo. Hædi vero tamquam steriles, & inepti, ad generandum à sinistris collocantur, ac si maximè ex eorum ineptitudine, illorum crimen, & culpa aggravata sint. D. Hieronym. ibi: *Nec dixit Capreas, quæ possunt habere fœtus, omnes gemellis fœtibus, & sterilis nulla inter eas.*

D. Hier.

89. Cum valde sollicitè Anima sancta quæreret suũ dilectum Sponsum, à sodalibus invitatur, qualis est ille, tunc vero ipsa large se diffundit in exponenda ejus pulchritudine, ac venustare, Cantic. 5. n. 10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, caput ejus aurum optimum.* Et sic multis alijs describendis prosequitur; ad quod tẽdit tam panegyrica oratio; ut tot, tantisque præconijs sodales exhortentur ad ipsum perquirendum, ut ejus gaudeant consortio, quod non solum sibi volebat Anima sancta, sed cum aliis participatum, ac communicatum habere, quod bene agnoscentes sodales dixerunt, Ibid. n. 17. *Quo declinavit dilectus tuus, & quæramus eum tecum?* D. Gregor. ibi ait: Sed enumeratis tot laudibus, ostensis tot muneribus quis audiens non concupiscat, quis intuens non inardescat.

Cant. 5.

Omnes vult ad Christũ adducere.

D. Greg.

90. Ostenso libro dicitur Ezechielis 2. n. 5. *Comede volumen istud, & loquere*: illud volumen erat divinæ legis; cum quo dabatur scientia: ac intelligentia, sed ad quid dabatur, *loquere*: ut prædicaret, ac doceret, sic & dicitur Ioanni Apocalyps. 10. n. 9. *Accipe librum, & devora*, & ad quid Angelus explicat n. 11. *Oportet te iterum prophetare gentibus.* Cœlestia scientiæ, ac virtutis dantur à Deo, non ut quis ea in se retineat, & includat, sed ut alios illustret, illuminet, atque instruat. D. Chrysostom. serm. 3. in Pentecostem ait: *Quia ille quidem abiret insectaturus peccata, calamitatesque ploraturus Iudæorum: hic vero peccata orbis terrarum absumpturus.*

Ezech. 2.

Apoc. 10

Scientia datur ad illuminandum.

CAPVT XIX.

1. *Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inveniret quosdam discipulos.*
2. *Dixitque ad eos: si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus.*
3. *Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Ioannis baptismate.*
4. *Dixit autem Paulus: Ioannes baptizavit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est in Iesum.*
5. *His auditis baptizati sunt in nomine Domini* Iesu.
6. *Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.*
7. *Erant autem omnes viri ferè duodecim.*
8. *Introgressus autem Synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno Dei.*
9. *Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam.*
10. *Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes, qui habitabant in Asia audirent Verbum Domini, Iudæi, atque Gentiles.*
11. *Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli.*
12. *Ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.*
13. *Tentaverunt autem quidã, & de circumeuntibus Iudæis exorcistis, invocare super eos, qui habitabant spiritus malos, nomen D. Iesu, dicentes. Adjuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat*
14. *Erant autem quidam Iudæi Sceva Principis Sacerdotum septem filij, qui hoc faciebant.*
15. *Respondens autem spiritus nequam dixit eis. Iesum novi, & Paulum scio: Vos autem qui estis?*
16. *Et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum invaluit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa.*
17. *Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis, atque Gentilibus, qui habitabant Ephesi, & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu.*
18. *Multique credentium veniebant, confitentes & annuntiantes actus suos.*
19. *Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretijs illorum invenerunt pecuniam denariorum 50. millium.*
20. *Ita fortiter crescebat verbũ Dei, & cõfirmabatur.*
21. *His autem expletis proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia, & Achaia ire Ierosolymam, dicens: quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.*
22. *Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum, & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.*
23. *Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini.*
24. *Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum.*
25. *Quos convocans, & eos, qui hujusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio.*
26. *Et videtis, & auditis, quia non solum Ephesi, sed pene totius Asiæ, Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens; Quoniam non sunt dij, qui manibus fiunt.*
27. *Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet majestas eius, quam tota Asia, & Orbis colit.*
28. *His auditis, repleti sunt ira, & exclamaverunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorum.*
29. *Et impleta est Civitas confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Caio, & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli.*
30. *Paulo autem volente intrare in populum non permiserunt discipuli.*
31. *Quidam autem, & de Asiæ Principibus, qui erant amici eius, miserunt ad eum rogantes, ne se daret in theatrum.*
32. *Alij autem aliud clamabant: Erat enim Ecclesia confusa, & plures nesciebant qua ex causa convenissent.*
33. *De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autẽ manu silẽtio postulato, volebat reddere rationẽ populo.*

34. *Quem ut cognoverunt Iudæum esse, vox facta una est omnium, quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum.*
35. *Et cum sedasset Scriba turbas, dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum Civitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iovisque prolis?*
36. *Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere.*
37. *Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes Deam vestram.*
38. *Quod si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent adversus aliquem causam, conventus forenses aguntur, & Proconsules sunt, accusent invicem.*
39. *Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima Ecclesia poterit absolvi.*
40. *Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ, cum nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.*

ARGVMENTVM.

PAulus Ephesum reversus duodecim discipulos Ioannis baptizat, in Synagoga per tres menses prædicat, suam doctrinam multis miraculis confirmat, quod dum voluntimitari septẽ filij Scevæ à Dæmone invaduntur, Magici libri comburuntur, Demetrius Argentarius tumultum contra Apostolum excitat, & à Scriba compescitur.

Actor. 19. *n.* 1. Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus, veniret Ephesũ & inveniret quosdam discipulos.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE I.

usque ad Vers. 6.

Vers. 1. *Peragratis Superioribus partibus* Galatia, Phrygia, postquam ex Ierosolymis redijt in Antiochiam, ut patet ex superiori cap. n. 23. Inveniret quosdam discipulos, non baptizatos ab Apollo, ut vult Caietanus nam Apollo veniens Ephesum se recepit in domo Priscillæ, & Aquilæ, ubi baptizatus est Christi baptismo, ut patet ex superiori cap. vers. 24. Invenit discipulos Ioannis Baptistæ: nam Iudæi ex omnibus partibus convenerant Ierusalem ad diem festum, & cum aliqui ante annos viginti adessent Ierusalem, videntes sanctitatem Ioannis ejus baptismum susceperunt. Ita Chrysost & Oecumen

1. Caietan. D. Chrysost.

Vers. 2. *Si Spiritum sanctum accepistis.* Non interrogat Apostolus de gratia invisibili, ac interiori, quæ ab homine non agnoscitur, sed interrogat de Sacramento Confirmationis, an illud suscepissent, nam in exordio Ecclesiæ, in confirmatione dabatur Spiritus sanctus visibili signo, ut patet ex cap. 8. n. 17. & merito dubitat, an illi suscepissent Sacramentum Confirmationis; quia tunc in Epheso nullus erat Episcopus, à quo solum potest conferri.

2. Act. 8.

Credentes. Græcus: Postquam credidistis, ac consequenter baptizati estis; nam Confirmatio datur post baptismum, *sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus* Syriac. *Ne auditione quidem accepimus, an sit,* id est nec Sacramentum Confirmationis, nec Spiritum sanctum, qui in eo datur accepimus, ita ut eum penitus ignoremus, & nunquam ejus nomen audivimus.

3. Græcus. Syriac.

Vers. 3. *In quo ergo baptizati estis.* Cum ergo eos Apostolus vidisset tam alienos à notitia, ac cognitione Spiritus sancti, rectè intellexit eos non esse baptizatos baptismo Christi, in quo expresè nominatur Spiritus sanctus in ejus forma.

4.

Vers. 4. *Ioannes baptizavit.* Ponit Apostolus discrimen, quod erat inter Christi Baptismum, & Ioannis, quod est valde magnum, ut docet Concilium Tridentinum sess 7. cap. 1. de Baptismo contra Calvinum, & alios Hæreticos, ut dicam in limine sequentis quæstionis.

5.

Vers. 5. *His auditis baptizati sunt* à discipulis Pauli, non verò à Paulo, ut aliqui dixerunt, quia ut ipse Apostolus de se testatur, 1. Corinth 1. n. 14. *Neminem vestrum baptizatum nisi Crispum, & Caium,* & statim n. 17. subdit: *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare.*

6. 1. Cor. 1.

Vers 6. *Et cum imposuisset illis manus* eis conferendo Sacramentum Confirmationis, quod solum baptizatis datur, *Venit Spiritus sanctus.* Syriac. *Spiritus sanctitatis,* visibili specie, & signo, quod in duobus demonstrabatur. *Loquebantur linguis* diversarum Nationum, ut Apostoli in die Pentecostes, Actor. 2. & secundo *Prophetabant* verè, & propriè prædicendo futura, & Dei laudes decantantes, Spiritus Divinus multis se manifestat Vide c. 15. quæst 10. n. 55. 56. Vers 7. *Ferè duodecim.* Arabic & Æthiopic. non habent *fere,* sed tantum erant duodecim.

7. Syriac. *Sacra Confirmatio.*

QVÆSTIO I.

Quare signum militiæ Christi est spirituale, & explicatur differentia inter Baptismum Christi, & Ioannis.

QVamvis Baptismus Christi, & Ioannis convenirent in materia, nempe aqua, in multis tamen discrepabant, & præcipuè in tribus, in forma, nam Christi baptismus datur sub hac forma *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,* at Baptismus Ioannis, ut colligitur ex hoc loco cap. 19. n. 4. dabatur in nomine venturi post ipsum Vnde D. Hieronymus in Ioel. 2 D Thom. Magister sententiar. D. Bonavent. noster Bachon. & alij in 4 sentent. dist. 2. dicunt hanc formã fuisse Ioannis, *Ego te baptizo in eum, qui venturus est, ut credas,* hoc est in Iesum Christum.

8. *Magnũ discrimen in forma.* DHier. Thom.

Secundo Ioannis Baptismus non dabat gratiam, sed erat quædam dispositio ad pœnitentiam, & quædam præparatio ad suscipiendum Christum, ac eius Baptismum. At Christi Baptismus dat gratiam iustificantem, ac sanctificantem, de quo quæst seq.

9. *Secundũ inter utrumque.*

Tertio

10. *Character quid sit*

Tertio Ioannis Baptismus nullum signum, nec in corpore, nec in anima imprimebat, at Baptismus Christi imprimit characterem in anima sicut & Sacramentum Confirmationis, & Ordinis tria hæc imprimunt, characterem, ut definitur in Trident. sess. 7. can. 9. & in Florent. in decreto Eugenij, & apertè colligunt omnes Sancti Patres ex Paulo, 2. Cor. 1. n. 22. ubi ait: *Unxit nos Deus, & signavit.* Vnxit oleo gratiæ suæ, *& signavit* suo nempe charactere, sicut ad Ephes. 4. n. 30. *In quo signati estis.*

Trident. 2. Cor. 1. Ephes. 4.

11. D. Tho.

Character est quædam qualitas spiritualis, quæ immediatè subjectatur in anima, per quam dedicatur homo obsequio, ac cultui Iesu Christi ad suscipienda, & administranda ejus Sacramenta, subjectatur in anima, ut docet D. Thom. 3. p. q. 63. art. 2.

12. *In lege veteri signum carnale, in lege gratiæ spirituale.* Gen. 17. Matth. 4. D. Pasch.

Ex quo collige quanta sit differentia, ac sublimitas legis Evangelicæ, ac legis veteris, & antiquæ, ad illam utpote legem carnalem, ac corporalem fiebat ingressus per Circuncisionem, quæ erat *signum fœderis in carne vestra*, Gen. 17. n. 11. Vt bona terrena, ac illius fructus comederent, at in lege Evangelica per gratiam in Baptismo, in anima per characterem ad possidendum regnum Cœlorum, scribit D. Matth. 4. n. 17. *Cœpit Iesus prædicare: Pœnitentiam agite, appropinquavit:* Et D. Paschas *Exordium prædicationis Christi aperire regnum Cœlorum.* In Circuncisione effundebatur sanguis: At in lege Evangelica à gratia communicata à Christo ait ipse: *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, Ioan. 7. n. 38. aquæ vivæ explicant D. Chrysostom. noster D. Cyrill. Alexand. Origenes, & alij omnium gratiarum, ac cælestium donorum, ut dixi tom. 14. in Evangel. cap. 14. n. 110.

Ioan. 7. D. Chrysost.

13. Exod. 19.

Cum lex antiqua daretur in monte Sina dicitur, Exod. 19. n. 16. *Mane incaluerat & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura.* Et etiam in sacra die Pentecostes, cum advenit gratia Spiritus S. ut promulgaretur lex Evangelica: *Factus est de Cælo sonus tamquam advenientis Spiritus vehementis*, & cœlestis ignis in figura linguarum cœpit emicare. Ecce in utriusque legis eventu, & casu sonus auditur, & ignis emicat, dispari tamen effectu; nam cum lex vetus datur utpote lex carnalis, solum carnalibus sensibus illa signa objiciuntur, & eorum obduratos animos non penetrat: At in die Pentecostes igne adveniente: *Facta sunt flammantia corda discipulorum* Vt canit Ecclesia, & sonus auditur, ut eorum affectus demonstratur, *ut in omnem terram exiret sonus eorum.* Et in signum eorum, quæ spiritualiter fiebant interius in anima; factæ sunt tales demonstrationes exterius. Beda in homil. Vigiliæ Pentecostes ait: *Cum in utraque datione, & legis videlicet & gratiæ, foris audiretur sonus, hic tamen ampliori miraculo cum auditur sonus, afficit virtus doni Cœlestis, quæ intus discipulorum corda doceret.* In lege veteri ut carnali, & corporali signa tantum exterius corporalia erant; At in lege Evangelica, utpote spirituali interius, & in anima operabantur: *Afficit virtus doni Cœlestis, quæ intus discipulorum corda doceret.* Vide supra cap. 7. q. 8. n. 56. 57. & 58. & cap. 15. q. 5. n. 35. 36. & 37.

Actor. 2. *Lex vetus datur cum signo corporali, lex Evangelica cum spirituali.* Beda.

QVÆSTIO II.

Quare Christus D. tantum elevavit baptismum super Ioannis baptismum?

14. BAptismus Ioannis, ut Baptismus servi, & figura, non dabat gratiam, sed tantum disponebat, & præparabat ad illam: Baptismus autem Christi, ut supremi Domini, & verum, ac reale lavacrum, mundans, ac purificans animam conferebat gratiam sanctificantem cum omnibus suis donis, ac virtutibus, ut est de fide, & patet ex Clementina unica de summa Trinitate, & ex Concil. Trident. sess. 5. in decreto peccati Originalis.

Clement. unica. Trident.

Aquæ juxta communem phrasim Scripturæ significant peccatores, & peccata, Psal. 17. n. 17. *Assumpsit me de aquis multis.* Psal. 68. *Intraverunt aquæ usque ad animam meam.* Has aquas sanctificavit, ac purificavit Christus suo Baptismate virtute suæ sacratissimæ Passionis, ac Sanguinis.

15. Psal. 17. Psal. 68.

De Christo D. loquens Moyses Deuter. 33. n. 17. ait: *Cornu Rhinocerotis, cornua illius, in ipsis ventilabit gentes*, communi opinione creditur Rhinocerotis cornua habere insitam virtutem, ad extinguendum, ac removendum venenum, & inde in ipsis partibus, ubi degunt multa venenosa animalia, quod si aliquod ad aquas veniat non audet eas attingere, nec ex eis bibere nisi prius veniat Rhinoceros, & cornu, in aquis submergat, easque potabiles, & salutiferas efficiat. Cornua Christi D. sunt cornua Crucis: *Cornua in manibus ejus.* Ex cujus virtute manavit, ut aquæ nobis fierent salutiferæ, & omne peccati venenum insufflarent. Iulius Firmicus de errore profanæ relig. cap. 22. ita ait: *Hæc sunt Crucis cornua, quibus omnia, & sublevantur pariter, & continentur: His cornibus bene hominum nititur vita, ad hæc cornua humili devotione confugite, his vos affigatis cornibus justitiæ, æquè, ac pudicitiæ est veneranda proferentes signa consecrati Fontis majestate gaudeatis.* Et dicitur ventilabit gentes à suis peccatis.

16. Deut. 33. *Tanta virtus Baptismi à Cruce Christi.*

Ait Christus D. Ioan. 7. n. 38. In novissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus, & clamabat dicens: *Si quis sitit veniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Clamat Iesvs convocans ad se omnes homines, ut si quis credat, & bibat de ejus aqua baptismali pura, & sana conscientia, tantum abest quod sitiat, quin ab ipso, seu ejus conscientia fluent abundantes scaturigines omnium cœlestium donorum, imo ipse fiet perennis ac exuberans fons omnium illorum. D. August. ad citatum locum tract. 32. *Clamat* Iesvs, *ut veniamus & bibamus, si intus sitimus, & dicit, quia cum biberimus, flumina aquæ vivæ fluent de ventre nostro; venter interioris hominis, conscientia cordis est: Bibite ergo de isto liquore, reviviscet purgata conscientia, & hauriens fontem habebit, & etiam ipsa fons erit:* Perpende ultima verba *Et etiam ipsa fons erit:*

17. Ioan. 7. *A Christi adventu venit, ut semper peccata abluamur.* D. Aug.

Nec mirum, quod in Baptismo tot, & tanta dona in nos defluant, cum ipso Baptismo Christum induamus. Inter multas cæremonias, quas Deus præcepit Moysi, mandavit ei, Exod. 29. n. 4. & 5. *Aaron, & filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi, cumque laveris eos, indues vestimentis.* Cur post ablutionem induendi sunt vestimentis suis, quæ erant sacra, & dedicata cultui Dei, utpote Sacerdotalia, cur non induentur in suis communibus vestibus, ac prophanis? Vestimenta illa sacra Christum D. ejusque virtutes denotabant juxta illud, Rom. 13. n. 14. *Induimini Dominum Iesum Christum.* Valde ergo consequenter jubentur Aaroni, & filijs ejus postquam loti fuerint, ut induantur vestimentis sacris, quia cum sacro lavacro mundati fuerint, Christo D. induuntur, adest patronus noster D. Cyrillus Alexandr. lib. 11. de adoratione *Cum*, ait, *Aaron ipsum aqua prius abluisset, sacram illum stolam induit, nos quoque sancto Baptismate ablati omni genere impuritatis abstersa,*

18. Exod. 29. *In sacro Baptismate induimus Christum.* D. Cyril.

tum denique superna, illaque cœlesti gratia ditamur, & lætitiæ tunicam accipimus, juxta illud, induimini Jesum Christum. Similia habet Procopius vide supra cap. 15. q.7. n.33.34. & 35.

Actor.19. n. 8. Introgressus autem Synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno Dei.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE II. usque ad Vers. 12.

19. Syriac. Vatabl

Vers.8. *Cum fiducia loquebatur.* Syriac. *Palam* absque ullo timore disputans cum contradicentibus. *Suadens de regno Dei.* Vatablus: *Ea quæ sunt de regno Dei.* De his pertinentibus ad salutem.

20. Syriac. Arabic. Æthiop.

Vers 9. *Cum autem quidam indurarentur.* Obstinati in sua infidelitate, *maledicentes viam Domini* Syriac *Excandescebant, atque, convitiis proscindebant.* Arabic *Detestarentur sermonem.* Æthiopic. *Maledixerunt contra doctrinam.* Convitia, ac opprobria, & maledictiones jactantes contra doctrinam Christianam, quod proprium est eorum, qui se in disputationibus convictos vident ad contumelias, & convitia confugere. Vt jam dixi cap. 4. q 12 n.90.91 & 92.

21. Quis Tyrannus? Syrus. Dionys. Arias. Marian. Lyran. Caietan. Vatabl. Ganæus. Arabic.

Discedens ab eis segregavit discipulos, scilicet credentes, ne inficiarentur doctrina obstinatorum. *In Scola Tyranni cujusdam.* Syrus, Dionys. Arias, Marianna contendunt esse nomen proprium cujusdam hominis. Alij verò, ut Lyran. Caiet. Vatabl. Ganæus dicunt esse nomen appellativum denotans Principem, Primatem, ac Virum nobilem, & pro hac sententia stat Arabic. legens: *Loquebatur in domicilio cujusdam ex Magistratibus*, ac proinde Schola sumitur pro aula literariis exercitationibus destinata, ac proinde ad illam se recepit Paulus, ut sub ejus umbra se custodiret à contradicentibus.

22.

Vers 10. Hoc factum est per biennium, quod in illa aula mansit prædicando per tres menses, quod ibi erat prædicans, & ideo per tres annos inchoatos perseveravit prædicans cap. 20.n 31.

23. Syriac.

Omnes, qui habitabant. Syriac. *Quotquot habitabant* secundum sui majorem partem in Asia nempe Minori.

24. Syriac. Caietan. Arias.

Vers.11. *Virtutesque non quælibet.* Syriac. *Virtutes maximas edebat Deus.* Caiet. *Non modicas.* Arias: *Non vulgares.* Magna, & præclara miracula, ac signa faciebat Paulus in confirmationem suæ doctrinæ, & de nullo alio in tantum extolluntur virtutes, & signa, ut de Paulo.

25. Syriac. Arabic. Æthiop.

Vers 12 *Deferent à corpore ejus sudaria, & semicinctia.* Syriac. *A vestimentis ejus sudaria; aut scissuras deferrent.* Arabic *Fasciasaut sudaria,* Æthiop. *Detulerunt ab extremitate vestimenti ejus.*

26. Oecum.

Sudarium est veluti linteum, quo sudorem abstergimus, *Semicinctia* Oecumen. idem est, ait, quod sudarium. Alij dicunt semicinctium esse idem, quod pellicium, quibus artifices pectus, & fœmora præcingunt: Salmeron, Lorin. interpretantur cingula, seu zonæ, quibus nos cingimus. Nicephor. Episcop. mittens vestimenta Sacerdotalia Summo Pontifici Leoni IV. exprimit *semicinctoria*, id est cingula, *auro variegata*, ut patet ex Actis Concil. Ephesini.

Niceph.

27. *Deferebatur aliqua pars.*

Existimo tamen quod hæc, & alia deferebantur ex vestimentis Pauli non integra, sed per partes, ac particulas, sic habet Syriac. *Sudaria, aut scissuras.* Æthiopic. *Ab extremitate vestimenti ejus.* Et non solum Paulus per sua vestimenta dabat salutem, sed etiam asserit D. Chrysost. per suam umbram sanare languidos, suscitareque mortuos.

QVÆSTIO III.

Quare Tyrannus in domo sua habebat Scholam?

28.

VT dixi supra vers 21. Tyranni est nomen appellativum significans virum Principem, principalem, nobilem, ac potentem, & ex regio sanguine natum, & forte ex stirpe *Androchimi*, quem Strabo lib.14 affirmat fuisse Codri Athenarum Regis filium, Ephesumque condidisse, & Ionum Regiam constituisse; unde ait etiam *Nura* omnes ex hoc genere Reges vocantur, & quibusdam Regiis signis fruuntur honoribus, ut qui primo loco sedeant in certaminibus, & spectaculis, purpuram habeant, scriptionem quoque pro sceptro habent.

Ex stirpe Regia. Strabo

29. 3.Reg. 3. *Salomon affectus ad sapientiam.*

Iste, ut Regio sanguine natus magno ad sapientiam tenebatur affectu: *Apparuit Deus Salomoni per somnium nocte dicens: Postula quod vis: ut dem tibi*, 3 Reg. 3. n 5. At ille nihil aliud postulat nisi *cor docile, & sapiens ad dijudicandum populum:* Tanto amore sapientiæ ardebat Salomon, ut etiam per somnium nihil aliud peteret, & quæreret, nisi sapientiam. Vnde ait D. August. q 18. ex 2. vestris testa: *Quia si habuit spiritum sapientiæ, spiritum, & regni merito habuit.* Sic & Regina Sabæa *venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis*, Matth. 12. n. 42. Superato tanto itineris intervallo venit, ut videret opulentiam Salomonis, Regni illius magnificentiam, ejusque thronum, quod non sit tale opus factum in universis regnis? minimè, sed ut audiret sapientiam Salomonis. D. Bernard. epist. 289. *Vt regi disceret, & sic regnaret.*

D. Aug.

Mat.12.

D. Bern.

30. Laudun. Hugo. Caietan.

Iste ergo Tyrannus in suo Palatio ad ejus nobilitatem, ac decorem erexit Scholam, id est aulam, in qua, ut inquiunt Laudunensis, Hugo, Caietan. ipse ut Princeps Magistrum gereret, vel ut filij ejus docerent, vel docerentur quod maxima, & præcipua cura debet esse bono, & optimo Principi, quod optimè probat exemplum Nabuchodonosoris Daniel.1 n.7.

Dan.1.

31. Prov.9. Pineda. *Salomon erexit Academiam cũ alimonia Magistris.*

Dicitur Proverb. 9.n. 1. *Sapientia ædificavit sibi domum.* Pineda interpretatur, Salomon ædificavit Academiam, seu gymnasium, & non dicitur alijs sed *sibi* quia ipsa literaria exercitatio magis redundat in utilitatem Regis, ac regni, quam aliorum, & ne Magistris desit alimoniæ census, & questus doctrinæ communicandæ: *Miscuit vinum, proposuit mensam*, n.2. Per mensam intelligit omnia necessaria ministrata; exprimit *vinum*, quod est symbolum Charitatis, quia qui docet, debet hoc præstare cum multa charitate patienter sustinens aliorum errores, & ignorantias, & quibus paratur hoc gymnasium, quique invitantur ad illud n.4. *Si quis est parvulus veniat ad me, & insipientibus loquuta est*, & n.22. *Vsquequo parvuli diligitis infantiam*, ut ipsam per doctrinam non abjicitis, & cap.8. n. 8. *Intelligite parvuli astutiam.* Pulchrè magnus Magister, ætatem invitat habilem disciplinis facilè parandis, & animis persanctè formandis, quod monet Hugo & ait: *Bene parvulis & astutia, & adolescentibus datur scientia.* Quia ut Canit,

Sap.8.

Quod nova testa capit, inveterata sapit.

Vide supra multa cap.11. q.7.n.44.45.46. & cap.14 q.4.à num.32.

QVÆST.

QVÆSTIO IV.

Quare D. Paulus fervens zelo animarum tanto tempore commoratur Epheſi.

32. *Duobus annis cum tribus menſibus.*

PAulus in Epheſo prædicans in Synagoga Iudæorum per tres menſes, ut patet, modo in aula tyranni, ut dicitur Verſ 10. *Factum eſt per biennium*, & ita Apoſtolus permanſit in Epheſo duobus annis cum tribus menſibus, quod eſt triennium incompletum, ut ipſe ait cap. ſeq 20. n. 31. Proindeque Paulus venit Epheſum an. Chriſti 55. Claudij Imperatoris 13 Diſceſſit vero an Chriſti 57. Neronis primo poſt Pentecoſten, ut ipſe ſcribit 1. Corinth. 16. n. 8. & multi probabiliter exiſtimant, quod per totum hoc tempus non ſemper Paulus ſtetit permanens in Epheſo, ſed circuibat Civitates, & loca circumvicina prædicans Evangelium Chriſti, ex quo bene avertit Baron. quod Prius Paulus fundavit Eccleſiam in Epheſo, quam Ioannes Evangeliſta.

1. Cor. 16

33. *Si ſunt qui perſequantur, ſunt qui defendāt.*

Cum multi, & fortè magni inſurgerent contra Apoſtolum, ipſe ſe recepit ad aulam, & domū Principis Tyranni; Nam ſi dantur aliqui, & magni, qui Sanctos perſequantur, præbet Deus alios Principes, qui eos ſervent, cuſtodiant, ac venerentur: Fuerunt Principes, qui Ieremiam 37. n. 14 Cæſum miſerunt in lacum, ac carcerem, providit alios Principes, qui eum de carcere tulerunt, dato mandato, ut quocumque Ieremias velit ire, vel facere, liceret, c. 39. n 13. Amos, Manaſſes, Achab perſequebantur Prophetas, eos tamen maximè venerati ſunt Ioſias, Ezechias, de quo latè Theodoret. quæſt. 24. in lib. 4. Reg.

Theod.

34. Sed quæſtio inquit: Cur Apoſtolus per biennium, ac tantum tempus demoratur in aula, ac domo Tyranni? forſitan, quia cum ille ex præſentia, ac converſatione Apoſtoli multa bona lucraretur, ipſum ſecum detinebat, ac inſtanter rogat, ne diſcederet: talis ſocietas omnibus, ac magnatibus valde fructifera.

35. Eligitur Saul ad bella petagenda, ungit eum Samuel, dicens: *Vnxit te Dominus in Principem: ut liberes populum ſuum*, 1. Reg. 10. n. 1. Et ſtatim n. 5. dicitur: *Obvium habebis chorum Prophetarum, & inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis.* Si Rex eligitur ad bella peragenda: *Liberabis populum ſuum de manu Philiſthim*, cur non ad milites ad exercitum armorum, ſed ad Prophetas, ſeu ad Religioſos mittitur? Prius agebat Propheta de Saulis moribus componendis, ad quod nil utilius, quam ſi cum Religioſis vivat, & degat Lyran. citato loco: *Tales*, inquit, *debet promotus in principatum eligere, ut cum illis Deum laudare, & ut eorum orationibus poſſit bene ſuum populum gubernare, & ideo ſubditur mutaberis in virum alterum, per quod oſtenditur quod promotus ad Principatum, debet aliter, quàm prius vivere.* Age Princeps, tibi adjunge viros Deo dicatos, ut eorum conſuetudine, ac orationibus valeas multum adjuvare, & mutaberis in virum alterum.

1. Reg. 10

Princeps ſibi adjungat viros Religioſos. Lyran.

36. Secundo, & maximè ad litteram, quod per tantum tempus ibi detineatur Apoſtolus, redditur ratio in Textu: Verſ. 10. *Hoc autem ſanctum eſt per biennium, ita ut omnes, qui habitabant in Aſia audirent Verbum Domini, Iudæi, & Gentiles.* Ibi ex tanta animarum converſione tamquam Columba ad volandum detinebatur Paulus, ut jam ex D. Auguſt. dixi ſuperiori cap q n. 31.

37. Deinde quia illa vehemens Pauli charitas pro converſione animarum, nullum tempus longum, ſed breve videbatur, nec ulla mora minuebatur, ac ſeneſcebat, ſed quotidie ferveſcens renovabatur, ac ſi ille eo inſtanti, ac momento inciperet. Ait Chriſtus D. Ioan. 13. n. 34. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.* Hoc mandatum valde perantiquum in tabulis lapideis ſcriptum eſt: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Si perantiquum, quomodo novum nunc ſcribitur? Merito ſane; quia cum ſit verus charitatis affectus nunquam ſeneſcit, ſed ſemper in ſuo vigore ferventer renovatur, ac ſi nullum antea tempus antiquitatis habeat Gillibert. Abbas ſerm. 19. in Cantic. ubi ita monet hominem fidelem: *Mandatum hoc nobis ſemper ſit novum, & novum eſt, niſi in veſtro dulcis Ieſus veteraverit affectu; utinam ſemper in vobis ille recens ſit, ne mora temporis aliquid imminuat gratiæ: Vtique recens in vobis veſter Ieſus eſt, verè recens, in quem ſemper anxio inhiatis amore.* Verus ubi eſt charitatis affectus, *ne mora temporis aliquid imminuat.* Vide ſupra cap. 18. q. 10. n. 63. 64. & 65.

Ioan. 13.

Affectus charitatis nunquam ſeneſcit.

QVÆSTIO V.

Quare per veſtimenta Pauli tot, & tanta miracula operabantur?

38. *Refutantur hæretici negantes reliquias.* Act. 5. D. Chryſoſt.

Confundantur, & pereant inimici tui Deus. Confundantur, & verecundentur Hæretici, qui malignè, ac perversè contra ſanctam fidem Catholicā, cultum, venerationem, ſanctarum Reliquiarum, earumque virtutem negant, obturantur ora eorum præſenti Textu verſ 12. Veſtimenta Pauli deferebantur ſuper languidos, & arreptitios. *Et recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.* Sic ut vidimus ſupra Actor 5. n. 15. quod Petri umbra ſanabat infirmos, ſuſcitabat mortuos, quod etiam faciebat umbra Pauli, ut tenet D. Chryſoſtom. homil. 8 in epiſtol. ad Rom & homil. 6. in epiſt ad Corinthios, ſi tanta hæc virtus tribuitur umbræ Apoſtolorum, quæ eſt nihil, & quædam privatio lucis, nullo igitur modo talis virtus poteſt negari corporibus Sanctorum, ac his, quæ ſunt de eorum corpore; per talem enim virtutem vult Deus honorare ſervos ſuos, ut docet D. Auguſt. lib. 22. Civit. cap. 8. & ſimiliter omnes Sancti Patres.

D. Aug.

39. Deut. 34. *Angeli venerantur corpus Moyſis.*

Moritur Moyſes. *Et ſepelivit eum Dominus*, Deuteron. 34. n. 6. Commune placitum eſt, ſepelivit Dominus miniſterio Angelorum; Angeli tulerunt corpus Moyſis, & ſepelierunt; Cornelius à Lapide voluit Deus, ut Angeli inſervientes honorarent, & venerationem exhiberent corpori Moyſis: *Sepelivit in terra Moab contra Phogor.* Procopius ut corpus Moyſis deſtrueret, ac diſſiparet illud nefandum idolum, & averteret gentes ab ejus cultu.

40. Gen. 50. Num. 19. *Reliquiæ Sanctorū ut valde utiles.*

Mortuo Iacob in Ægypto venit Ioſeph cum fratribus ſuis, & multa magnalium nobilitate Ægypti, *Veneruntque ad Aream Arad, quæ eſt trans Iordanem*, Geneſ. 50. n. 10. & ibi ſepelierunt corpus Iacob, quomodo tanta funeralis pompa exhibetur oſſibus à viro ſanctiſſ Ioſeph, quæ videtur à vera, & recta ratione peficere; nam lege prohibitum erat oſſa hominis mortui tangere, Num. 19 n. 16. Quomodo e anon ſolum tangunt ſed tanto cultu, ac veneratione recolunt; prohibitum erat tangere oſſa hominis mortui communis, ac vulgaris; nam illis polluebatur homo, nō vero intelligebatur lex de oſſibus viri Sancti, ut Iacob, quorum tactu non munditiem, ad puritatem, ſanctitatem, ac remedium in multis

sibi comparabat homo, ideoque illis summa reverentia erat exhibenda. Optimè Genebrardus lib. 1. Chronic. fol. 65. ait: *Ioseph non fecit contra legem Moysis, qua mortuorum ossa contaminare declarabantur, nam illa de Sanctorum ossibus, cineribus, & reliquiis non intelligebatur, quæ perpetuo apud Iudæos in præcipua veneratione fuere.* Genebr.

41. Cum Samson se vidisset circumceptum à Philisthinis suis inimicis, & non haberet arma, ut se defenderet, *inventam maxillam, id est mandibulam asini, quæ jacebat, arripiens interfecit in ea mille viros*, Iudic. 15. n 15. Et postea cum sitiret tulit molarem dentem de maxilla, & egressæ sunt ex ea aquæ; quibus bibit, ibid. n. 19. Vnde maxillæ tanta virtus ex manibus Samsonis, ut Author est Rupertus relatus in Glossa: Si ossibus animalis manus Samson communicant tantam virtutem, quomodo negare poterit quod ossa illius manus eandem virtutem obtineant, ut subveniant, & protegant. Vide supradicta cap. 8. q. 3. n. 23. 24 & 25. Iudic. 15. *A reliquiis Sanctorum manat virtus.*

Actor. 19. *num.* 13. Tentaverunt autem quidam de circumeuntibus Iudæis exorcistis invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini nostri Iesu dicentes: Adjuro vos per IESUM, quem Paulus prædicat.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE III. usque ad Vers. 18.

42. Vers. 13. *Tentaverunt.* Syriac. *Stubebant.* Affectarunt aliqui ex Exorcistis Iudæorum, de quibus quæst seq. *Invocare super eos, qui habebant spiritus malos*, hoc autem faciebant ambitione & affectu comparandi lucrum, quæstum ac laudem: *Quem invocat Paulus* de sua auctoritate ac potestate non multum confidentes nomen Pauli interponunt; quia videbant illius nomen esse terrificum dæmonibus, & cui dæmones obediebant. Syriac.

43. Vers. 14. *Sceva Principes Sacerdotum.* Syriac. *Summi Sacerdotis* Sceva erat nomen proprium illius. *Septem filij* non incongruè potest interpretari discipulos, nam Hebraïca est phrasis nomenclari filios, Matth. 12. n. 27. Filij vestri, in quo ejiciunt. Syriac. Math. 12.

44. Vers. 15. Perpendens *Spiritus nequam.* Syriac. *Ille.* Text. *Iesum novimus.* Æthiopic. *Iesum confiteor.* Textus, *Et Paulum scio.* Arabic. *Et Paulum optimè novi*, ac si dicat Iesum tamquam Dominum, ac Dei filium agnosco, & Paulum tamquam ejus Ministrum, ac cum ejus potestate. *Vos autem qui estis*, ut in me intendatis habere dominium, cum aliàs mei subditi, ac membra sitis.

45. Vers. 16. *Dominatus amborum.* Syriac. *Eos subjecit.* Arabic. *Est eis superior factus.* Æthiop. *Insanivit super eos, vicit, & collisit.* Ex septem filiis in hos duos Dæmoniacus insiluit, vel quia hi duo præsentes erant, vel quia exorcistæ fiebant. *Nudi, & vulnerati* effugerunt cum multa verecundia, ac opprobrio suo. Vers. 17. *Notum factum est.* Arabic. *Facta est hæc fama nota.* Auditus est hic sermo, inde effectus sequutus explicatur in Textu primo cecidit timor ait Lyranus, ut nullus auderet talia tentare: Secundo magnificabant Deum, cuius solitus est mirabilia facere Psal. 71. n 18. Syriac. Arabic. Lyran. Psal. 71.

46. Vers. 18. *Multi credentium* Christianorum nempe veniebant ad Paulum, eiusque socios, scilicet Silam, & Timotheum confitentes, & annuntiantes peccata sua, quæ fecerant, & illud verbum *Annuntio* non bene ab aliquibus ex Græco transfertur, ut idem sit, *ac publicare & palam dicere.* Sed verè, ac legitimè exponenda est, quod idem valeat, ac *renuntio, indico, prodo, vel recito*, quod ad confessionem secretam, & auricularem referendum est, & sic fuit instituta à Christo D. & observata in Ecclesia à suo exordio, ut latè probant Iodocus Coccius Bellarm. citatus, & alii; nam publica, quæ ab aliquibus fiebat, rectè abstulit Nectarius, utpote multorum malorum causa, ut refert Socrates lib. 6. cap. 19. Græcus. Coccius. Bellarm. Nectar. Socrat.

QVÆSTIO VI.

Quare per exorcismata appellantur Dæmones, & tamen aliquando non statim exeunt?

47. APud Iudæos fuisse exorcistas, qui à corporibus obsessis expellebant dæmonia patet ex loco citato, Matth 12. n. 17. *Filij vestri in quo ejiciunt*, quod fiebat invocato nomine *Iehova* per exorcismos à Salomone traditos, ut testantur Iosephus lib. 8. antiquit cap. 2. & lib. 7. belli cap. 25. D. Epiphan. hæres 30. Tamen D. Thomas q. 6 de potentia art. 10. ad 3. & cum eo Francisc Victorin relecti. de Magica n 28 existimant hos exorcismos compositos postquam ipse factus est idololatra, & aliquid de arte Magica in eis emiscuisse. *In Iudæis dabatur exorcismi.* Ioseph. D. Epiphan. D. Thom.

48. Hanc potestatem ejiciendi Dæmonia dedit Deus suæ Ecclesiæ, Marc ultimo n. 17. *In nomine meo dæmonia ejicient, super ægros manus imponent, & bene habebunt* Vt etiam Luc. 10. n. 17. quod etiam confirmat D. Thom 2. 2 q 96 art. 4. ad 1. ex verbis Christi, Ioan. 14. n 12. *Amen dico vobis, qui crediderit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet*, atqui Christus D. ejecit Dæmonia; ergo ejus fideles; & credentes, ex quo patet, quod solum in Ecclesia Dei datur hæc potestas, quod Dæmones expellantur per exorcismos, ac adjurationes, quæ sunt ait D. Cyprianus epist. ad Demetrianum *Flagra, & verborum tormenta Dæmonum.* Marc. 16. Luc. 10. Ioan. 14. *In Ecclesia Christi hæc potestas.*

49. Merito tamen inquires cur sæpè adhibitis exorcismis non expellatur Dæmon? pro quo Delrius lib 4. Disq. cap. 1. q. 3 sect. 2. § Num. fol. 263. valde mirabilem refert historiam de certis Monialibus per quatuor annos, & quatuor menses à dæmonibus ita vexatis, crebroque velut canibus per agros discurrentibus, instar avium volantibus per aera; sicut feles in arbores repentibus, fundentibus de ramis variarum animantium voces, seu fingentibus, secreta hominum pandentibus, & per tantum tempus multis adhibitis exorcismis Dæmones ab eis non exibant. Delrius. *Admirabilis causa.*

50. Respondeo ad quæstionem juxta D. Thom. 3. P. q. 67. art. 3. ad 2. & communiter Theologos, quod solum septem Sacramenta Ecclesiæ causant gratiam ex opere operato, at vero Sacramentalia, ut sunt exorcismi ex opere operantis; ac per modum deprecationis, ac rogationis, & sæpe Deus ob alios fines suæ divinæ providentiæ non vult exaudire, ut manifestentur opera ejus, uti de cæco à nativitate dixit Christus Dominus: *Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo.* Ioan 9. Thom. *Supremi fines divinæ sapientiæ.*

51. Et propius ad quæstionem accedentes quartum nostra imbecillitas valet investigare. Emmanuel de Valle de Ensalmis opusc. 1. sect. 2. cap. 6. f 220. num. 16. duas rationes assignat, quas magis explano. Valle. *Peccatum patientiæ.*

no. Prima peccatum patientis, sic Nabuchodonosor ob peccata septem annis ejectus est ab hominibus, & fœnum, ut bos comedit, Daniel. 4. n. 30. Secundo ob malitiam Ministri, ut patet ex præsenti Textu n. 15 in quo filij Scevæ Principis Sacerdotum non potuerunt ejicere, & sæpè ad hoc nec esse est opera pietatis adhibere, sic dixit Christus D. suis Apostolis, Matth. 17. n. 2. *Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem, & jejunium.*

Dan. 4. *Malitia Ministri.*

52. Tertio in majus bonum, ac meritum ipsius patientis; nam cum se viderit liberatum à Dæmone, & cum suo integro judicio, ac libertate offerat Deo tot, & tanta mala, quæ ex sua divina permissione pertulit eique multas gratias referens, quod eum à tot, tantisque malis liberaverit, humiliter petens, ne iterum permittat, ut in similia incidat. Ad hæc vide multa verbo labor.

Ad meriti exercitium.

QVÆSTIO VI.

Quare Diabolus tam crudeliter se habuit in hos duos Ministros, & servos suos?

53. CVm isti duo filij Scevæ Principis Sacerdotum Iudæorum intentassent expellere Dæmonem ab homine, ait præsens Textus: Vers. 16. *Insiliens in eum homo, in quo erat Dæmonium pessimum, & dominatus amborum invaluit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa.* Isti duo Ministri erant Iudæi, membra, ac servi Diaboli, & sine dubio Diabolus eos tentavit, ac excitavit, ut in contemptum doctrinæ Pauli dæmonia ejicerent, ac si Deus non solum per Paulum, sed etiam per ipsos miracula operaretur.

54. Cur ergo Diabolus tam sævus, ac crudelis est in suos servos, ut quos ipse tentaverit, ac provocaverit ad tale opus, ipse in eos insiliat, multisque injuriis, opprobriis, vulneribus, ac nuditate efficeret hoc est supremum Dei iudicium, ut qui Diabolo serviunt per Diabolum puniantur, sitque Diabolus eorum carnifex Scribit D. Marcus cap. 5. quod erat quidam homo Dæmonium habens habitans in monumentis, & ut refert Evangelista n. 5. *Erat clamans concidens de lapidibus* tam crudelis, ut se ipsum, corpusque suum lapidibus contereret, ac obrueret; & nudus erat ut refert D. Lucas cap 8. n. 27. *Vestimento non induebatur.* Vnde Diabolus hunc hominem in tantam miseriam adduxit, Ianserius, noster Thomas Beauxamis ait quod *iste homo per gravissima peccata paravit ei ingressum in suo corpore*, quibus studuit ei inservire, unde pro mercede ei Diabolus crudelissimas retribuit pœnas, vulnerum, nuditatis, ut non habitaret in domo, sed in monumentis, at montibus.

Diabolus crudelis in suos servos. Marc. 5. Luc. 8. Ianssen. Beaux.

55. Considerans Iudas gravitatem sui peccati, quod suum sanctissimum Magistrum tradiderit in manibus suorum inimicorum ad crucifigendum *Abiens laqueo se suspendit*, Matth. 27 n. 5. & quisnam eum excitavit, ac duxit ad furcam, quis funus ministravit, quis arbori, ac collo ligavit? Diabolus sane; ut tenet D. Leo serm. 3. de Passione, ait: *Stante Diabolo à dextris ejus, iniquitatem, quam in Sanctorum caput armaverat, in suum vertice retorsit.* Diabolus duxit Iudam ad suffocationem, ipse instigavit Iudam ad supremam proditoris malitiam, ut nobis exprimit Ioan. 13. n. 2. *Cum Diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Iudas* Ecce suprema malitia, ac nequitia Diaboli, Iudam provocavit ad venditionem, & pro venditione in furca strangulatur.

Matth. 27 D. Leo. *Diabolus instigavit Iudam ad venditionem, & pro ea in suspendio.* Ioan. 13

56. Adolescens ille prodigus obtenta sua hæreditate, se separat à Patre abiens in regionem longinquam, ubi cum meretricibus vivendo luxuriosè totam suam substantiam, ac rem consumpsit, cumque gravis fames illam urgeret Civitatem, compulsus hac se collocavit inserviens cuidam Domino illius regionis: *Qui misit illum in Villam suam, ut pasceret porcos; & cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* Luc. 15. n. 16. Et quisnam erat iste Dominus tam durus, & austerus, qui non permittebat servum suum manducare, ac saturari de siliquis, quas porci comedebant? Erat Diabolus, sic habet Asterius in Catena Græca, D. Lucas ait: *Istius regionis* à Deo remotæ, atque sepositæ incola est Diabolus. *Etenim peccatorum Civitas civem habet, & gubernatorem Diabolum.* Diabolus, ut est commune placitum hunc adolescentem instigavit, ut à Patre in longinquum se segregaret, ut totam suam rem multis peccatis, ac luxuriis dissiparet, & sic modo tam crudeliter in hunc miserum insurgit, ut quæ non negantur porcis, illi deneget: tam rigida Diaboli sævitia, quod non solum redigat hominem ad extremam miseriam, sed etiam multa machinatione intendit illi subtrahere universum remedium, ac salutis viam.

Luc. 15. Asterius. *Diabolus ad miseriam redigit, & remedia denegat.*

QVÆSTIO VIII.

Quare modo multi credentium veniebant confitentes peccata sua?

57. AIt præsens Textus n. 18. *Multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos.* Perperam Lutherus per actus suos vertit *miracula sua*, & hoc dixit absque ullo fundamento, nam Græcus, Syriac & Arabicus legunt: Renuntiabant offensas, & confitebantur quod fecerant, & hæc repetita verba indicant magnum eorum dolorem.

Luther. Græcus. Syriac. Arabic.

58. Vnde gravissimi Theologi, ut Bellarm. lib 3. de Pœnit cap. 4. Oecumen. Ganæus, Salmer. Ruard. Baron. Gregorius de Valentia, Cornel. à Lapide, Tyrinus, Menochius de confessione Sacramentali intelligunt: primo; quia hæc non dicuntur, nec de Iudæis, nec Gentilibus, sed tantum de Christianis, quorum propria confessio est Sacramentalis.

Bellarm. Oecum. Ganæus. Salmer. Ruard. Baron.

59. Secundo ex his, quæ contigerant filiis Scevæ vulneratis, ac denudatis à Diabolo, dicitur vers. 17. quod cecidit timor in omnes Iudæos, ac Gentiles, at verò de confessione solum dicitur de fidelibus: multi, *qui crediderunt*, & quamvis etiam fideles timerent, tamen solum eos timor induxit ad confessionem ut traderent libros, ut dicitur vers seq. 19. ergo in ipsis libris erat aliquid iniquum veluti de Magica arte, propter quod eos tradiderunt, ut latius explicabo quæst seq. de excellentia Sacramenti confessionis. Vide supra cap. 5. q. 11. n. 72. 73. 74. & 75. & cap 10. q. 16. n 127. 128. & 129. & in omnibus meis libris verbo confessio.

Probatur etiam ex ipso textu.

Actor. 19. num. 19. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV. uſque ad Verſ. 23.

Verſ. 19. MVlti ex eis, *qui fuerant curioſa ſectati.* Syriac. *Multi ex Magis.* Arabicus: *Multi ex Magicarum artium cultoribus.* Quid vero per *curioſa* intelligatur diverſa eſt multorum ſententia. Primo Marianna intelligit libros opificum permutantium metalla ex ære in aurum; alij per curioſa accipiunt Aſtrologiam, Aſtrologoſque judiciarios. Tertio, & veriùs D. Chryſoſt. Oecumen. Beda, Gloſſa, & Lyran. magicam artem, & pro hac ſententia ſtat Lectio Syriaca, & Arabica, & coliæret cum tota hiſtoria ex geſtis cum filiis Scevæ ſupra verſ. 15. Vnde iſte timor trahendi libros manavit.

60. Syriac. Arabic. Marian. D. Chryſoſt. Oecum. Beda. Gloſſa. Lyran.

Tulerunt libros ſuos. Siriac. *Congregaverunt libros ſuos* ad Apoſtolorum pedes, combuſſerunt eos in contemptum Diaboli, ac honorem doctrinæ Apoſtolorum. *Computatis pretiis illorum*, hoc dicitur ad oſtendendam obedientiam illorum, quod libros, quos tam caiè emerant, tanta cum voluntate à ſe abjiciebant.

61. Syriac.

Invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium quibus empti fuerant libri. Budæus lib. 5. de Aſſe, & alij exiſtimant hoc pretium fuiſſe quinque mille aurorum.

62. Budæus.

Verſ. 20. *Ita fortiter creſcebat Verbum Dei.* Syriacus: *Uſque adeo virtute ejus invaleſcebat.* Arias: *Per potentiam creſcebat.* Arabic. *Invaluit prout decebat majeſtatem ejus*, per augmentum fidei credentium.

63. Syriac. Arias. Arabic.

Verſ. 21. *Propoſuit Paulus* in ſpiritu, non tamquam motus ſua voluntate, ſed ab Spiritu Sancto tranſire per illas regiones ad confirmandos Catholicos in fide, & ad novos lucrandos, ire Romam; quia ad eam inſtinctu Dei Paulus vocabatur.

64.

Verſ. 22. *Mittens autem in Macedoniam*, ut cuncta eſſent diſpoſita cum veniret, & collecta eleemoſynarum eſſet facta ad portandum fratribus in Hieruſalem. 1. Corinth. 4. num. 17. Eraſtum, qui Rom. 16. n. 23. vocatur *arcarius*, ideſt *quæſtor civitatis*, poſtea creatus eſt Epiſcopus Philipp. ibi martyrio coronatus, inter ſanctos adſcriptus Martyrolog. Rom. die 16. Iulij.

65. 1. Cor. 4. Rom. 16. Martyr.

Verſ. 23. *Turbatio non minima.* Syriacus: *Tumultus maximus.* Arabic. *Contentio magna de hac doctrina*, ſcilicet Chriſtiana, ac fide Chriſti, quæ à multis male exponebatur, de quo conqueritur Apoſtolus 2. Corinth. 1. num. 8. & ait: *Supra modum gravati ſumus ſupra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere.*

66. Syriac. Arabic. 2. Cor. 1.

QVÆSTIO IX.

Quare iſti fideles credentes combuſſerunt ſuos libros?

VT patet ex verſ. 19. Iſti fideles igni tradiderunt ſuos libros, quamvis eſſent magni pretij, ut conſtat ex noſtra expoſitione, ut ita ipſi ab æterno incendio liberarentur; libri enim iniquæ doctrinæ eſt quædam peſtis veneno totum orbem inficiens: hinc Athenienſes Romani ſolebant hujuſmodi libros comburere, ut etiam fecerunt multi & magni Laurentius Gambara, Franciſcus Petrarcha, Antonius Mureretus, Æneas Sylinius, & multi alij, quos refert Lorinus in præſenti §. Deinde documentum.

67. *Libri malignæ doctrinæ comburendi ſunt.*

Vnde merito Chriſtiani Imperatores ſanxerunt Hæreticorum libros, utpote valde nequiſſimos eſſe comburendos Honorius Imperator, & Theodoſ. L. Mathemat. L. ultima de hæreticis Cod. Theodoſ. Idem determinarunt Sacri Canones, & Concilia, præſertim Trident. de quo latè Bellarm. lib. 3. de Laïcis cap. 20.

68. *Leges imperiales, & Canonicæ.*

Ait Iſaïas cap. 9 num. 11. *Levabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos ejus in tumultum vertet. Syriam ab Oriente, & Philiſthim ab Occidente, & devorabunt Iſraëlem toto ore.* Ab Oriente & Occidente congregantur ad devaſtandum, ac devorandum Iſraëlem, & unde illi tam calamitoſum tempus, quibuſnam armis ad ejuſmodi parant forſitan gladij, lanceæ ſagittæ, minime, ſed ore eructante iniquam doctrinam, qua in idololatriam prolapſus eſt: *Ore devorabunt.* Nover. D. Cyrill. Alexandr. lib. 1. in Iſaï orat. 6. ait: *Devorant Iſraëlem alio modo; nam Poëtæ, & Hiſtorici ad ſummum apicem facundiæ pervenientes, & dicendi facultate præſtantes, ac viri ſapientes Iſraëlem ſpiritualem, id eſt mentem contemplatricem Dei arripiunt, & eos, qui jam in Chriſtum crediderunt, ſeducunt, ut malint cum ipſis creaturam pro creatore adorare. Hi toto ore Iſraëlem devorant.* Ecce humana facundia, & millia verba grata humanis ſenſibus multos ore devorant à fide Chriſti, ut potius eligant adorare creaturam, quam creatorem.

69. *Libri malignæ doctrinæ perdunt Populum Dei.* D. Cyril. Alex.

Ierem. 51. num. 7. ait: *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino ejus biberunt omnes, & ideo commotæ ſunt, ſubito cecidit Babylon, & contrita eſt.* Iſte Calix Babylonicus, qui erat veluti liber, de quo erat plenus, quæve ejus materia, Idololatriæ nempe quæ exterius aureus videtur condeſcendens humanis appetitibus, atque licentioſis facultatibus: *Inebrians omnem terram*, faciens omnes dementare, & alienare à ſuo iudicio, ac recta ratione, ut relicto Deo vero, Deos ſequantur falſos, ac alienos, & inde quid ſequutum eſt? *Subito cecidit Babylon, ac contrita eſt*, hoc eſt, ſubito, repente, & inopinate ceciderunt. Origenes homil. 2. in Ierem. *Cognoſcis, quomodo unuſquiſque Poetarum, ſcilicet ſcriptorum, qui putantur diſertiſſimi Calicem aureum temperaverit, & in Calicem aureum venenum injecerit idololatriæ, & venenum turpis eloquij, venenum eorum, quæ animam hominis interemerunt, dogmatum.* Expende illud *turpis eloquij, & etiam venenum eorum, quæ animam hominum interemerunt, dogmatum.*

70. *Libri Hæreticorum videntur aurei & ſunt pleni veneno mortifero.* Origen.

QVÆSTIO X.

Quare illi tantam combuſſerunt libros magicos, alios vero apud ſe retinuerunt?

LIbros malos magicos, ac peſtiferæ doctrinæ combuſſerunt, alios verò, ut ſacræ doctrinæ, tamquam epiſtolas Dei ad nos miſſas, ut eos appellat D. Gregor. lib. 4. epiſt. 84. tamquam utiliſſimos, ac valde proficuos apud ſe tenent, ac retinent, de quo Apoſtolus laudat ſuum diſcipulum Thimoth. 2 c 3. n. 14. Vbi ait: *Tu vero permane in iis, quæ didiciſti, quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem.* Dixit ſacras; quia non ſolum in ſe ſunt ſacræ, ſed etiam, ut ait Clem. Alex. orat. 1. ad gentes: *Sunt enim verè ſacræ literæ, quæ ſacros faciunt homines*, & quos Paulus ſacros dicit Ionathas ſanctos profitetur 1. Machab. 12 n. 9. Habentes ſolatio ſanctos libros.

71. D. Greg. 2. Tim. 3. Clem. Alexan. *Libri ſacri faciunt lectores ſacros, & ſanctos.* 1. Mac. 12

Et

72. Græcus. *Lectione pingitur animus.*

Et ad illud Pauli *literas nosti* ex Græco legi potest: *Sacras picturas nosti* nam *Gramma* picturas etiam sonat; nam ex lectura sacrorum librorum agnoscit homo qualiter debeat suum animum pingere, & qualiter lineas suarum actionum deducere coloresque varios virtutum, pro tempore, ac occasione assumere.

73. Matt. 27. Luc. 23.

Cum meus Iesus penderet in Cruce prætereuntes blasphemabant, *alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Id ipsum & latrones, qui crucifixi erant cum eo*, ut scribit D. Matth. 27. n. 4. Subito latro Dimas mutatur, ac convertitur, Christi prædicat sanctitatem: Hic nihil mali fecit. Luc. 23. num. 41. suam iniquitatem recognoscit: *Nos quidem juste digna factis recipimus* & socij malam sententiam reprehendit: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es* num. 40. & statim conversus ad Iesum dicebat ei. *Domine memento mei* n. 42.

Ex lectione nominis Iesu convertitur latro.

Vnde in latrone tam subitò pietas, cura, Religio agnoscens Christi majestatem, cum multa essent argumenta carnificinæ Iudaicæ, quæ Christum Regem, & Dominum non esse persuaderent: Vnde ergo illi tam cœlestis doctrina? Attendit latro ad illum divinum Crucis titulum. *Iesus Nazarenus*, &c num. 38. oculisque prælegit, quisnam Christus homo esset, & ex illa lectura totam Christi doctrinam hausit, & sanam mentem recepit, & hoc innuit Evangelista; nam post titulum affixum in Cruce num. 38 immediatè latronis conversionem commemorat. Venuste Arnoldus tract. de septem verbis ait: *Iam tunc ad hanc scripturam latro pertinebat, & eum intra se literæ illa colligebant*, tamquam denotans, quod ex eo, quod latro legendo illas literas se collegit, & applicavit, indeque Christi regnum notitia in se collegit, & agnovit.

Arnold.

74. Origen. D. Greg. Isidorus.

Moyses Iob librum ex Arabico convertit in Hebræum, ut tenent Origenes lib. 1. in Iob. Gregor. Magnus in præfat. Isidorus lib. 1. officiorum; Cur tamen, & qua mente hoc fecerit, cum esset multis, & magnis occupatus negotiis in Ægypto, cur ad tale opus extendit manus suas? Videbat Israël, quod *filios oderant Ægyptij & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum*. Exod. 1. num. 13. Cum ergo Hebræi tot, & tantis laboribus essent fatigati, & oppressi, & forte vacillantes in fide, ac promissis veri Dei; inde Moyses illis proponit, ac literis explicat vitam patientissimi, ac constantissimi viri, ut ab illo ducant patientiam in afflictionibus, & constantiam, in adversitatibus, & ita miseri valeant suum lenire dolorem: Origenes citatus ait: *Ut per cognationes, & tribus hæc legentes se invicem consolentur*, & etiam ad nostram informationem, ac documentum hoc refert D Gregor. Magnus lib. 2. in Iob cap. 1. & ait: *Vt majorum virtus spem nostram foveat.*

Exod. 1.

Sacri libri dant doctrinam & consolationem

Actor. 19 n. 24. Demetrius enim quidam nomine argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ præstabat artificibus non modicum quæstum.

Versiones.

CVM EXPOSITIONE V. usque ad Vers. 30.

75. Syriac. Arabic.

Vers. 24. NOmine *argentarius* Syriac. *Ludens argentũ*, Arabic *Faber argentarius*, talis artifex erat *Faciens ædes argentarias Dianæ* Syriac. Arabic *Faciebat delubra argentea* ad formam majoris Templi Dianæ, conficiebat simulacra, seu imagines, vel sculptas in lamina, vel solidas cælato opere, quas Græci deferebant ad suas ædes, vel oratoria.

76. Syriac. Arabic. Æthiop.

Vers. 25. *Quos convocans*, eos qui erant de simili officio. *Hoc artificio est nobis acquisitio.* Syriac. *Merces*, Arabicus, Æthiopic. Quæstus; nempe pecuniarum, ad vivendum, atque ad alimentandum.

Vers. 26. Paulus suadet quod nostri Dij non sunt Dij, & ita avertit ab emptione imaginum, & totus noster quæstus perit.

77. Arabic.

Vers. 27. *Periclitabatur pars nostra.* Quæstus nostri officij, sed *etiam in redargutionem venire.* Arabic. *In ignominiam venire*; quia facimus imagines illorum, qui non sunt Dij, nec ullam virtutem habent: *Incipiet destrui majestas eius.* Syriac. *Ludibrio habebitur.* Æthiopic. *Annihilanda erit magnificentia eius.*

Syriac. Æthiop.

78.

Vers. 28. O *magna Diana Ephesiorum.* Omnes artifices exclamant pro Diana, (quæ valde magnifico templo venerabatur Ephesi) magnifica tuam potentiam contra Paulum, qui te perituram prædicat.

79. Martyr.

Vers. 29. *Impetum fecerunt uno animo in theatrum*, seu in spectaculum, ubi rei, ac criminosi puniebantur. Ita Arator, Beda, Hugo, Lyran. & alij, & etiam rapiebantur ad Theatrum Comites Pauli Gaius, de quo cap sequenti vers. 4. & Aristarchus Thessalonicensium postea Episcopus, & Pauli concaptivus, ut ipse eum appellat ad Colloss. 3. n. 10. post longos agones sub Nerone martyrio coronatur, ut habetur in Martyrolog. die 4. Augusti.

80. Syriac.

Vers. 30. *Introire in Populum.* Syriac. *Prodire in Theatrum* multum D. Chrysost. laudat, ac extollit generositatem Pauli, qui cum videret populum commotum contra se, volebat tamen ad illum adire, ut suis verbis illum placaret, atque pacificaret.

QVÆSTIO XI.

Quare Deus promisit tam magnificum templum Dianæ ædificari, & quænam illa esset?

81. *Diana] quid.*

Diana ex radice Græca idem est, ac Ioviniana, utpote filia Iovis ex Latona eodem cum Apolline partu edita, eadem & Luna dicitur, sive quod nocte, una, id est sola sine fratre luceat, sive quod lumen à sole accipiat, quasi luce lucens aliena; Nocticula etiam appellata est. Hanc parturientes Iunonis, & Lucinæ nomine invocabant, Iunonem quidem appellantes ab adjuvando, Lucina vero, quia partum in lucem proferte putabant, unde canit Virgilius Eglog. 4. *Casta fave, Lucina, tuus jam regnat Apollo.* Amore castitatis fugit hominum consortium, tanquam venando incedens per Sylvas, & ideo eam depingebant amatam arcu, & pharetra, & de hoc multo plura Calepinus, & alij.

Virgilius Eglog. 4.

82. *Templum Ephesi.* Plinius.

In Epheso ei dicatum est Templum valde amplum, & magnificum, quod ob sui sumptuositatem inter septem orbis miracula computatur, ut refert Plinius lib. 36. cap. 14. Ducentis viginti annis à tota Asia fabricatum est in solo palustri, ne terræmotus sentiret: In eo centum viginti columnæ fuerunt cœlatæ miro artificio, & singulæ à singulis regibus factæ, ac dicatæ, & ex eis 36. maxime eminebant in sculptura, ac cœlatura, longitudo Templi 425. pedum, latitudo 220. columnæ vero habebant in altitudine sexaginta pedes: In eo die, quo Alexander Magnus natus, hoc Dianæ templum

concremavit Heroſtratus, ut tali facto nomen ſuum in memoriali perenne permaneret ad poſteros, & ideo ſancitum fuit, ut nomen ejus deleretur ab omnibus libris, & quod nullus illud ſcriberet, ſed tamen non defuerunt, qui illud literis mandaverint.

Electis Dei omnia cooperantur in bonum, ait Paulus, ſi Gentiles tanta magnificentia erigebant templa ſuis falſis, ac commentitiis Diis, qualiter nos Chriſtiani, ut ſcribit D. Chryſoſt. homil. ad populum, debemus ædificare, ac conſecrare templa omnipotenti Deo verò, ſi illi talia præſtabant Dæmonibus, qui eos ſeducebant, & demergebant in infernum, inde, & maxime nos Chriſtiani excitamur, & provocamur, ut multo majora cum omni veneratione, & cultu Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui ſuo pretioſo ſanguine nos redemit, qui eſt via, & veritas ducens nos ad ſalutem, *qua nos fecit cohæredes regni Cœlorum.*

83 Paulus. D. Chryſoſt.

Ideo Domino, à quo tanta dona accepimus omni ſtudio, ac affectu debemus ædificare templa, ut ipſe in eis regnet, & inde in nos multa dona ſua diffundat; Vaticinatur Iſaïas 45. num. 1. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eis januas.* Prophetа loquitur ad literam de Cyro Rege futuro Perſarum, ut tenent D. Hieronym. noſter D. Cyrillus, Theodor. Procop. Euſeb lib. 6. Demonſt. cap. 9. de eo prophetavit Iſaïas ducentis, & decem annis ante ipſum, ut tenet Ioſephus lib. 11. Antiq. cap. 1. Sed unde Cyro tot, & tanta beneficia cumulantur à Deo, ut illi promittatur, & tradatur Monarchia Chaldæorum, & inſuper à Deo dicatur: *Chriſto meo.* Chriſtus, ut tamquam ſi eſſet Rex, à Deo peculiariter unctus, & dilectus: *meus* tanquam ſingulariter à Deo dilectus, & in multa æſtimatione, ac pretio habitus; Vnde illi tot, & tanti favores cumulantur? Explicat Eſdras lib 1. cap. 6. n. 3. *Cyrus Rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ eſt in Ieruſalem*, & num. 4 ſubditur: *Sumptus autem de domo Regis dabantur* ad expenſas Templi, qui larga manu ſe habuit in fabricando Dei Templo, multum, & ampliori modo ſe largitur Deus, ut illum multis, & præclariſſimis victoriis, ac triumphis exaltet, magniſque nominibus ipſum condecoret, atque illuſtret, Iſaï 44. n. 28 *Dico Cyro: Paſtor meus es*, Græcus *Sapiens meus* & ſupra *Chriſtus meus*, modo *Paſtor meus*, ſapiens meus.

84

Iſai. 45.

D. Hier. D. Cyril. Alex. Theod. Procop. Euſeb. Ioſeph.

Eſdr. l. 15. *Qui ædificant tē pla multis donis, ac nomi nibus cō decorantur.*

Iſai. 44.

Antequam Salomon admoveret manus ad ædificandum templum, apparet ei Deus, data optione, ut eligat quod petat, exorat cor docile, & ſapiens, ampliſſimè conceditur à Deo, qui ait ei: *Ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, ut nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.* 3 Reg 3. n. 12. Et unde tantum meritum in Salomone? A tam amplo, & magnifico ſapientiæ dono illuſtratur, nondum ab eo templum erat ædificatum, ſed tantum in deſiderio, & affectu, ut diſponeret omnia ad illius fabricam, & tam gratum eſt Deo templa conſtruere: ac erigere, quod ſolum illius deſiderium magnam impetret à Deo remunerationem ipſeque ad opus conficiendum multum adjuvaminis, auxiliique præſtet, & ideo tantam dedit Salomoni ſapientiam ad magnificam ordinationem, atque architecturam templi. Abulenſ. ibid. q. 3. *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, quia diſpoſuerat eum ad templum ædificandum, ac complendum omni ſapientia.* De hac ædificatione templorum, Vide quæ dixi tom 4. in Evangel. cap. 39. de Zachæo q. 1 à n. 7 uſque ad 9 & tom. 5. lib. 7. cap. 4 q. 9. n. 63. 64. 65. 66.

85.

3. Reg 3.

Ad ædificationem templorū Deus adjuvat. Abulenſ.

Actor. 19. *n.* 31. Quidam autem, & de Aſiæ Principibus, qui erant amici ejus miſerunt ad eum rogantes ne ſe daret in theatrum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI. uſque ad verſ. ultimum.

Verſ. 31. *Quidem autem*, fortè jam Cathecumeni, & amici Pauli *De Aſiæ Principibus.* Syriac. *Primiores Aſiæ.* Rogabant eum ne ſe daret in theatrum. Arabic. *Ne ſe turbæ committeret.* Ob manifeſtum, & evidens periculum. 86. Syriac. Arabic.

Verſ. 32 *Alij autem aliud clamabant.* Syriac. *Turbæ autem, quæ erant in theatro valde tumultuabantur, alij aliud clamabant.* Quod ita explico, quod illi qui erant in theatro, clamàbant, quod Paulus ad illud duceretur, ac puniretur; alij e contra clamabant, ne hoc fieret, Paulus quippe non erat ſupplicio dignus. *Confuſa Eccleſia*, ſeu Congregatio, ſcinditur in varia vulgus. *Plures neſciebant*, erant tamquam perplexi ſi pro Paulo, vel è contra. 87. Syriac. *In varia ſcinditur Populus.*

Verſ. 33. *De turba autem detraxerunt Alexandrum.* Virum doctum ac eloquentem, & Iudæum, ex media turba protraxerunt ad locum altum, & eminentem, ut notat Tyrinus, ut verba faceret pro pace, & quiete Civitatis; nam contra Dianæ cultum convenerant Chriſtiani, & Iudæi, utpote falſam Deam cognoſcentes, & ideo Syriac. legit: *Et ſtatuerunt ex ſe ipſis Iudæum.* Arabic. *Animos ei addentibus Iudæis*, nempe ut verba faceret contra cultum Dianæ, ac proinde nihil eſſe faciendum contra Paulum merito talem cultum reprobantem, ac damnantem. 88. Tyrin. Syriac.

Verſ. 34. *Vox facta eſt una.* Syrus: *Vociferati ſunt omnes.* Arabicus: *Spatio duarum horarum.* Cum audiſſent verba contra Dianam, clamant: *Magna Diana Epheſiorum*, ac ſi dicerent: Veni, & age pro te, & pro cauſa tua. 89. Arabic.

Verſ. 35. *Cum ſedaſſet ſcriba turbas*, Poſtquam quietus, & ſedatus eſt tumultus, & populus capax extitit audiendi. *Scriba.* Græcus: *Legis doctor.* Syriac. *Princeps Civitatis*, qui erat veluti Cancellarius, ac magiſtratus, qui habebat jus dicendi, ac dirigendi; hunc eſſe eundem Alexandrum, de quo ſupradictum eſt, tenent Gloſſa Ordinaria, Interlinealis, Hugo, Baronius, Sà. Contrarium mihi videtur verius cum Cajetano, Aria, Cornelio; quia ille Alexander erat Iudæus, & quomodo in Civitate Gentilium eſſet primus, deinde ut Iudæus non diceret laudes Dianæ, contra quam ſe oppoſuerunt Iudæi, ut vidimus: Erat ergo iſte ſcriba diſtinctus, & homo magnæ authoritatis, & bene affectus Chriſtianis, ut ex dicendis patebit. 90. Græcus. Syriac. Gloſſa. Ordin. Interlin. Hugo. Baron. Sa. Cajet. Arias. Carthuſ.

Quis eſt hominum, qui neſciat. Arabic. *Qui ignoret.* Syriac *Ædituam eſſe magnæ Dianæ, ſimulachri è Cœlo delapſi*, Sic etiam & legunt Simulachrum. Arabic. Chryſoſt. Pagnin. Vatablus fingebant Epheſi Dianæ ſuæ ſimulacrum non eſſe ab homine effectum, ſed eſſe delapſum è Cœlo, ut teſtatur Suidas, ſicut & Trojani *Palladion*, & Romani Ancile. 91.

Verſ. 36. *Oportet vos ſedatos eſſe* Syriacus: *Nihil feſtinanter.* D. Chryſoſt. *Nihil præcipitanter agere*, cum res ſit valde manifeſta in cultum Dianæ. 92. D. Chryſoſt.

Verſ. 37. Neque ſacrilegos, *Neque templum expilaverunt.* Arabic. *Nec fures vaſorum.* Æthiopic *Non commiſerunt ſacrilegium*, ac proinde nullum crimen opponitis contra Paulum, ac ejus ſocios. 93. Syriac. Arabic.

94. Syriac. Arabic. Vers. 38. *Conventus forenses aguntur, & Proconsules* Syriac *Proconsul est in Vrbe,* Arabicus *Sanè in foro versantur, & en Vrbis Imperatores adsunt.* Ecce in Civitate sunt judices, qui causas, quæ in foro externo excitantur judicant, ac determinant, & si isti judices forenses non satisfaciunt, fiat provocatio, ac recursus ad Proconsulem, ac magistratum superiorem.

95. Vers. 39. *Si quid autem alterius rei quæritis.* Si autem alterius majoris, & superioris judicij ad publicam quietem exoptatis in legitima Ecclesia poterit absolvi Arabicus: *In senatorum curia id poterit dignosci* D. Chrysost. *In legitima congregatione dirimatur.* Id est tanquam in Comitiis Provinciæ, ac Magistratu poterit tota hæc controversia absolvi, & dirimi. Ita Vatablus, Menochius, & alij Addunt D Chrysost Oecumen. hos cœtus, seu congregationes ter in mense fieri solitos Ephesios.

Arabic. D. Chrysost. Vatabl. Menoch. Oecum.

96. Vers 40. *Nam, & periclitamur argui.* Scriba voluit sedare, & pacificare populum usque modo rationibus, nunc vero metu; quia Authores hujus tumultuariæ perturbationis poterunt accusari apud Proconsulem, vel Imperatorem, & multas pœnas dabunt. *Cum nullus obnoxius sit.* Arabic. *In qua nemo causam reperiet* ad excusandum tantum tumultum, ac perturbationem. *Dimisit Ecclesiam* illam nempe Congregationem in pace.

Arabic.

97. Oecum. D. Ansel. *Homo ambitione & ira bestia est.* Ad calcem hujus capitis nota, quod Oecum. D. Anselmus Theophil. & aliqui ex Recentioribus ipsos sequentes exponunt pugnam cum bestiis, quam Paulus se Ephesi habuisse scribit 1. Corinth. 15. n. 32. de hac pugna quam Paulus cum hoc Demetrio argentario habuit; nam homo fervidus ambitione, ac ira indomita bestia est.

98. D. Aug. D Chrysost. D. Tho. Tamen verior, & communior sententia est D. Augustt. D. Chrysost. D. Thom. & aliorum D. Paulum Ephesi in publico spectaculo cum bestiis pugnasse, & Dei auxilio victorem evasisse, & D. Lucas non omnia scribit, ut illud *à Iudæis quinquies quadragenas una minus acceperit*, & etiam illud: *Ter virgis cæsus sum, ter naufragium passus sum* 2. Corinth. 11. & alia similia.

2. Cor. 11.

CAPVT XX.

1. *Postquam autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est ut iret in Macedoniam.*
2. *Cum autem perambulasset partes illas, exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam.*
3. *Ubi cum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Iudæis navigaturo in Syriam, habuitque Concilium, ut reverteretur per Macedoniam.*
4. *Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Beræensis, Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Caius Derbeus, & Timotheus: Asiani vero Tychicus, & Trophimus.*
5. *Hi cum præcessissent sustinuerunt nos Troade.*
6. *Nos vero navigavimus post dies Azimorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem.*
7. *Vna autem Sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in Crastinum, protraxitque sermonem usque in mediam noctem.*
8. *Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, ubi eramus congregati.*
9. *Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.*
10. *Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum: & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est.*
11. *Ascendens autem, frangensque panem, & gustans, satisque alloquutus usque in lucem, sic profectus est.*
12. *Adduxerunt autem puerum viventem, & consolati sunt non minime.*
13. *Nos autem ascendentes navem, navigavimus in Asson, inde suscepturi Paulum: sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus.*
14. *Cum autem convenisset nos in Nasson, assumpto eo venimus Mitylenen.*
15. *Et inde navigantes sequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum, & sequenti die venimus Miletum.*
16. *Proposuerat enim Paulus transmigrare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asias Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Ierosolimis.*
17. *A Mileto autem mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesiæ.*
18. *Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis, à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim.*
19. *Serviens Domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus: quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum.*
20. *Quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minùs annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos.*
21. *Testificans Iudeis, atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.*
22. *Et nunc ecce alligatus ego spiritu vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans.*
23. *Nisi quod Spiritus Sanctus per omnes Civitates mihi protestatur, dicens, quòniam vincula, & tribulationes Ierosolimis me manent.*
24. *Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, quam me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu testificari Evangelium gratiæ Dei.*
25. *Et nunc ecce ego scio; quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei.*
26. *Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium.*
27. *Non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.*
28. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.*
29. *Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.*
30. *Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.*
31. *Propter quod vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non cessavi, cum*

cum lachrimis monens unumquemque vestrum.

32. *Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus.*

33. *Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupivi.*

34. *Sicut ipsi scitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.*

35. *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere.*

36. *Et cum hæc dixisset positis genibus suis oravit cum omnibus illis.*

37. *Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum.*

38. *Dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri, & deducebant eum ad navem.*

ARGVMENTVM.

PAVLVS ab Epheso discedens, per varias Asiæ, & Græciæ Civitates tendit in Macedoniam deinde venit Troadem, ubi Eutycum à morte excitat, deinde Miletum, & Seniores Ephesi advocat, commendata Ecclesia, eis dat ultimum vale.

Actor 20. *num.* 1. Postquam autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis & exhortatus eos, vale dixit, & profectus est, ut iret in Macedoniam.

Asiæ.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE I.
Vsque ad Vers. 5.

1. Æthiop. syriac. Arabic. D. Chrysost.

Vers. 1. CEssavit *tumultus.* Æthiopic, *Cessavit.* *Comotio* illius tempestatis Demetrij. *Vocatis Paulus discipulis.* Scilicet Catholicis. *Exhortatus est eos.* Syriac. *Consolatus est eos, ac deosculatus.* Arabic *Salutavit eos.* D Chrysost. *Complexus est eos,* ad hoc eos vocavit, ut eos exhortaretur ut permanerent in fide, ut eis daret consolationem de præterito tumultu, ac seditione.

2. *Vrbanitatem servat Paulus.* 1. Tess. 5.

Et valedixit, ut patet ex proximè citatis lectionibus salutavit: *Osculatus est eos, amplexatus est eos,* solebant enim antiqui ultimum vale dare amplexu, & osculo, & magnus Paulus in his, quæ erant urbanitatis non deest, sed illa adimplet. Sic ait ipse 1. ad Thessal 5. n 26. *Osculo sancto salutate,* ait textus, *ut iret in Macedoniam,* ut ipse dispposuerat, indeque transiret in Ierusalem, ut patet ex supradicto cap. 19. n. 20.

3. syriac. *Sermo spiritualis consolatio est,*

Vers. 2 *Exhortatus eos fuisset multo sermone.* Syriacus: *Consolatus esset multis sermonibus,* ut permanerent in fide. Hanc exhortationem vocat Syriac. *Consolationem;* quia sermo divinus magna consolatio est animæ. *Venit ad Græciam;* quia ut ait Lyranus, Macedonia est in Græcia large sumpta.

4. Glossa Interlin. Lyranus Carthus.

Vers. 3. *Vbi cum fuisset menses tres.* Syriac. *Exactis tribus mensibus,* ait Textus: *Factæ sunt illi insidiæ à Iudæis.* Glossa Interlin. intendentes impedire viam insidiæ autem ad hoc tendebant, ait Lyran. ut eum interficerent, Carthus. ut surriperent pecunias, quas ad pauperes deferebant Ierusalem, à quo insidiæ fuerint manifestæ, non exprimitur, forte ab aliquo viro Catholico, vel per revelationem à Deo, qui semper adest suis in omni præssura. Vide verbo *labor.*

5.

Vers 4 *Comitatus est,* ob eximium amorem; erga Paulum, viri illustrissimi, & magni de quibus dicam q. 1.

6. Arabic. Syriac.

Vers. 5. *Sustinuerunt Troade,* Arabic. *Pervenerunt Troadem nos expectaturi.* Arias: *Manserunt Troade.* Syriacus: *Et nos præstolati sumus,* prædicti viri prius pervenerunt Troadem, expectaverunt Paulum, qui cum D. Luca iter agebat, declinare insidias. De Civitate Troade vide supra cap. 16 vers. 8.

QVÆSTIO I.

Quare tot, & tanti viri comitati sunt Paulum, & quinam illi?

7. Rom. 16. Origen. D. Chrysost. Martir.

MAgno, & ferventi amore Paulum comitabantur. Syriac. *Progressi sunt cum eo usque ad Asiam.* Primus *Sopater.* Aliqui legunt: *Sosipater,* ac si per crasim dicatur *Sopater,* dicitur Pyrrhi, id est; filius Pyrrhi. *Beræensis,* utpote Patria illius, hic cognatus erat ut Pauli, ipse testatur Rom. 16. n. 21. & observant Origenes, D Chrysost. D. Thom. Inter sanctos adscribitur in Martirologio Romano die 25. Iunij Origenes in Epist. ad Roman eum facit Episcopum Thessalonissæ D. Dorotheus in Synopsi, & D. Hypolit. lib. 72. dicunt Episcopum Iconij.

8.

Aristarcus, de quo vide, quæ dixi superiori cap. 19. n. 29. Secundus de hoc nihil potui reperire.

9.

Caius Derbæus, de quo facit mentionem superiori cap. 19. num. 29 Dicitur Derbæus ab Vrbe Patria.

10. Ephes. 6. Coloss. 4. Martyr.

Tychius Hic extitit administer D. Pauli in præferendis literis, & mandatis ad absentes, ex quo D. Paulus eum appellat charissimum fratrem, & fidelē ministrum, & conservum in Domino Ephes. 6. n. 21. Coloss. 4. num 7. Inter sanctos adscribitur. in Martyrolog Rom die 29. Aprilis ibi Baronius in notis cum D. Dorotheo eum facit Episcopum Chalcedonem.

11. Martir. Lorinus.

Trophymus ex Patre gentili Ephesio natus, ex quo causa orta est, ob quā Paulus à Iudæis captus est suspicantibus illis, quod hominem gentilem, & idololatram induxisset in Templum eorum, ut refertur infra cap. 21. n. 29. De eo ita habet Martyrolog. Roman. 29. Decembris: *Arelate natalis S. Trophimi, cujus meminit Paulus ad Timotheum scribens, qui ab eodem Apostolo Episcopus ordinatus, præfatæ ad Vrbis primus Evangelium prædicandum directus est, ex cujus prædicationis fonte, ut Sanctus Zozimus Papa scribit, tota Gallia fidei rivulos accepit,* ob quam causam Episcopus Arelatensis de primatu Galliæ maximè contendit, de quo late agit Lorinus in præsenti.

Actor. 20.*n.* 6. Nos vero navigavimus poſt dies Azimorum à Philippis, & venimus ad eos Troadē diebus quinque, ubi demorati ſumus diebus ſeptem.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II. uſque ad verſ. 8.

12. Verſ. 6. *POſt dies Azimorum*, id eſt altera die, poſt dies Azimorum, nam quamvis omnia legalia eſſent mortua Chriſti morte, tamen in exteriori aliquid ſervabant Chriſtiani, ut Iudæorum vitaretur ſcandalū, & inde ſæpe ab eorum feſtivitatibus faciebant computationem, vel quia in illo primitivo tempore Chriſtiani celebrabant Paſcha cum Iudæis, & poſtea mutatum eſt, non tamen celebrabant dies Azymorum.

Aliqua legalia exterius.

13. *Navigavimus*, hic D. Lucas mutat tertiam perſonam; quia modo ſecundò adjunctus eſt Paulo; nam primo adjunctus eſt Paulo cap. 16 n. 10. Cur autem hic ſecūdo Lucas modeſtiæ cauſa tacet D. Paulus 2. Cor. 8. n. 19. explicat ejus laudes per omnes Eccleſias, & quia apud Græcos erat in magna æſtimatione ob ſuam probitatem, ſcriptum Evangelium, & Medecinæ artem.

or. 8.

Verſ. 7. *Vna autem Sabbati.* Syriac. *Primo autem die Hebdomadis* puta die Dominica, de cujus excellentia multa dixi ad cap 1. Apocalyp. verſ. 10. *Ad frangendum panem.* Syriac. *Ad frangendum Euchariſtiam.* Die Dominica conveniebant Fideles ad audiendam Miſſam. *Protraxit ſermonē uſque ad mediam noctem* exhortans ad hunc divinum panem, & nihil de corporali, quia ubi eſt ſermo de hoc Cœleſti pane omnia terrena habentur in oblivione.

ſ.
iac.

Verſ. 8. *Erant ibi lampades copioſæ.* Arias. *Multæ*, Syriac. *Lucernæ ignis*, tū quia ibi aderat Sacra Euchariſtia, tum quia ſermo perduravit uſque ad mediam noctem.

QVÆSTIO II.

Quare tāta lampadum copia hic cōmoratur, cum de eis nulla fiat mētio, quādo Petrus nocte venit in domum Mariæ Marci?

16. CVm Paulus hic noctu prædicat, ut exprimitur in textu verſ. 8. *Erant autem lāpades copioſæ in Cœnaculo.* At verò cum Petrus fugeret à carcere, & profūda, altaque nocte veniret in domum Mariæ Marci Actor. 12. n. 12 nulla ibi fit mentio de lucernis, ac lāpadibus; ut modo cum Paulus prædicat, ut fortè denoretur magna luce, & doctrinæ ſplēdore, quo verba Pauli mūdū illuminabāt, ac illuſtrabant.

Act. 12. *Doctrina Pauli illuminat mundum*

17. D. Aug. *Euchariſtia multis luminibus veneranda.*

Secundo, & maxime meo videri ad literam, aderat ibi diviniſſimum, & admirabile Euchariſtiæ Sacramentum, ut patet ex verſ. 7. *ad frangendum panē* Syrus *Euchariſtiam*, & D. Auguſt epiſt. 86 & etiam fatetur Calvinus ad hunc locū, hoc altiſſimum Sacramentum multo luminū apparatu venerandum.

18. 2. Mac. 2. Serarius

Cum Ieremias inveniſſet illa præclara, & antiqua legalia: *Tabernaculū, & arcam uſſit Propheta divino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum* 2. Mach 2. n 4. Tamen non exprimitur in Textu à quibus, & quomodo arca & tabernaculum deferebatur. Serarius citato loco 1. Mach q 18 tenet, quod deferebantur ab ſplendidiſſimis Angelis fulgentibus multa luce, & cur à talibus, & tāto fulgore deferūtur? Arca, & tabernaculum in typo repræſentabant Sacram Euchariſtiam, & ideo tam magnifica, Angelica, ac luminoſa pompa deferebantur, ut inde deprehendas, quod illi, qui hoc altiſſimum Myſteriū aſportant, illudque ceris accēſis comitātur tamquam Angeli apparēt in terris, Angelorūque vices agūt,

Qui pōtant Euchariſtiā Angeli apparēt.

Moyſi apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur. Exod 3. n 2 Non cōburitur, ſed reſplendet Rubus; imo ut Author eſt Philo lib. de Moyſe *Luciditſſimos mittebat radios.* Et cur tanto ſplendore, ac lumine, radiiſque ſe hic Deus oſtentat, quod non legimus factum cum in aliis locis apparuit Abrahamo Geneſ. 12. n. 1. & 14 Salomoni 3. Reg. 3. n. 5. Iſaiæ 6. n. 1. Cum ſe Deus ibi oſtentaret in throno ſublimi, & alto, cur ergo in rubo cum tanto ſplendore, ac radiis? Apparebat Deus in Rubo tāquam in figura in Sacra Euchariſtia, ut tenēt Thomas Anglicus, Lahay ad cap. 3. Exod. n. 98 & alij, *Deus noſter, ignis eſt non urgēs, ſed illuminās, non conſumens, ſed pulchriorem, ac viridiorem faciens animam.* Scilicet in qua recipitur, & cum ibi repræſentaretur Chriſtus Dominus in altiſſimo Euchariſtiæ myſterio conſequens fuit, ut ibi fulgerent multa lumina, ſplēdores, ac radij ad judicādam, ac manifeſtādā ſupremam majeſtatem diviniſſimi Sacramenti, & in typum hujus rei, mandavit Deus fieri candelabrum aureum, quod perpetuo luceret ante tabernaculum, & arcam. Exod. 25. n. 31.

19. Exod. 3. Philo.

D. Aug.

Vbi Euchariſtia multus ſplendor.

Exod. 25.

QVÆSTIO III.

Quare tanta lampadum copia erat modo in Cœnaculo?

20. AD frangendū panem, Euchariſtiam ait Textus juxta Syriacum, cum eſſet dies Dominica convenieba t fideles ad audiendam Miſſam & poſtea communicabāt. Ita Bellarm. lib 1. de Miſſa cap. 14 & lib 3. de cultu ſanct. cap. 11. Valent. lib. de legitim uſu Euchariſt. cap. 8. Thomas Bozius lib 13. de ſignis Eccleſiæ cap 3. Barō. tom. 1. Annal Cather. 3. Cōc. Cajet ſub fin. Lorin & Cornel. hic, antiquitus ſolebant fideles audire Miſſam maximè in die Dominica, quod poſtea ſub univerſali præcepto Sanxit Anacletus Papa IV. à S. Petro. ut habetur in Decretis 2 q 7. cap Laïci.

Bellarm. Valent. Bozius. Baron. Cather. Lorin.

Anaclet.

21. Omnia Sacra Oecumenica, & generalia Concilia, omnes S. Patres, Doctores, & Authores Eccleſiaſtici largè, ac diffuſè exhortantur omnes fideles ad audiendum, & frequentandum ſacrificiū hoc divinū multa, & magna miracula, dona, auxilia, quæ illius intuitu Deus cōceſſit ejus auditoribus ampliſſimè multas hiſtorias, & varios caſus refert Theatrū vitæ humanæ tom. 7. Lit. S. à folio 25. & deinceps, unum tantū locū Pauli referam, quem de auditoribus Sacrificij Miſſæ exponūt graves Doctores, & Hortus Paſtorum tract. 4. fol 462 § Quoties enim, Apoſtol. ait ad Hæbræos 12. quod non aſcendunt ad montem terribilem, & caliginoſum, ut erat olim in lege ſubdit n. 22. *Sed accerſiſtis ad montem, & Civitatem Dei viventis, Ieruſalem Cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiā, & Eccleſiam primitivorum; qui ſcripti ſunt in Cœlis, & judicem omnium Deum, & ſpiritus juſtorum perfectorum, & teſtamenti novi mediatorem Ieſum*, quod altiùs expendendum eſt.

Maximè exhortatur ad frequentandum ſacrificium Miſſæ. Multa miracula theatri vitæ humanæ. Hortus Paſtorū. Hebr. 12.

22. Singula verba conſidera ad noſtrum intentum, qui accedunt ad hoc divinum ſacrificiū, *aſcendunt ad montem*, qui eſt Chriſtus, de quo dicitur, in Pſal. 67 n. 18. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus,*

Chriſtus in hoc ſacrificio mons diſ-

fundens omnia dona Coloss. 2

ad nos superabundanter implendos; *Mons in quo beneplacitum est inhabitare?* nam ait noster Apostol. ad Colossens. 2. n. 9. *In Christo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.*

Psal 67. 23.

Dona Spiritus Sancti.

Sion Mons, in quo venit Divinus Spiritus super Apostolos eos suis cœlestibus donis adimplés, assistens huic sacrificio elevatur tamquam ad montem Sion, ut omni Cœlestium affluentia impinguetur, vel *Sion* idem est, ac *speculans*; quia sic debemus accedere ad illud admirabile sacrificium tamquam ad speculans ad contemplandum illa altissima misteria, quæ ibi repræsentatur.

24. *Constituimur cives Dei.* D. Bern.

Civitatem Dei. Ita ex hoc mysterio sublevamur, ac extollimur ut nos simus Cives terreni, sed Civitatis Dei, quæ est in Cœlis, ut ait D Bernardus serm. de triplici genere operum. *Iam hinc transeundum ad* sanctorum animas, quæ de hujus mortalitatis carcere ad sanctorum gaudia volarunt.

25. *In visione pacis per merita*

Ierusalem Cœlestem. Ierusalem, id est *Visio pacis*, Beati in Cœlo gaudent Dei visione, qui est pax nostra, fruitione; nos vero in hoc mysterio, visione, seu potius dicam cognitione, per fidem, ac spem meritis. *Quæ nos faciunt*, ut ait D. August. epist. 81. *evolare in Cœlum.*

26. *Constituimur consortes Angelorum.*

Et multorum millium Angelorum frequentiam. Græcus pro *frequentia* legit *Solemnitatem*; quia ad solemnitatem venerandam tam altissimi mysterij omnes Augelorum Chori volant, in quorum numero, nos qui assistimus consortes invenimur. Hinc David pro magno, & ingenti beneficio gratias Deo referens, ait: *In conspectu Angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum:* Psal. 137. n. 1.

Psal. 137.

27. Græcus. *Sumus tamquam primogeniti.*

Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in Cœlis. Pro *primitivorum* legit Græcus: *Primogenitorum.* Christianus per illius communionem, ac unionem videtur consertus cum primogenitis Filiis Dei, Apostolis, Martyribus, & Confessoribus, qui conscripti sunt in Cœlis, & ideo nomine totius plebis in Canone ait Sacerdos: *Communicantes, & memoriam venerantes imprimis gloriosæ semper Virginis Mariæ, & Beatorum, ac Martyrum tuorum Petri, &c.* Ac si dicatur, quod quamvis nos simus in via ambulantes per fidem; per hoc divinum mysterium unione, ac charitate habemus cõmunionem cum ipsis regnantibus in Cœlo.

Canon.

28. *Iudex ad præmia.*

Ad judicem omnium Deum, & mediatorem testamenti novi Iesum ad aspersionem sanguinis, melius loquentem quam Abel. Multa gratia, & confidentia, in quo vere, & realiter est *Deus absconditus, Deus salvator Israël.* Isaï. 45. n. 15. Qui constitutus est à Deo Patre judex vivorum, ac mortuorum, ut multa præmia, dona, ac gratiam largiatur per suum pretiosissimũ sãguinem, qui in hoc sacrificio vere, & realiter offertur, impetrans; & postulans misericordiam, ac pietatem melius, quam sanguis Abel *Quod si sanguis taurorum, & hircorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo.* Hebr 9. n 13.

Hebr. 9.

Actor. 20. *n.* 9. Sedens autem quidem adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante est diu Paulus, ductus somno cecidit de tertio Cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE III.

usque ad vers. 16.

Vers 9. *Adolescens nomine Eutychus* Græcè significat *fortunatus*, casus felicitatẽ nominis denotat: *Cum mergeretur sõno gravi.* Græcus *Victus somno.* Arabic. *Occupatus somno profũdo:* Erat media nocte: *cecidit de tertio Cœnaculo,* Syriac. *De tertia consignatione.* Æthiopic. *E tabulato tertio,* id est ex suprema parte domus. 29. Græcus. Arabic. Syriac. Æthiop.

D Chrysost ait: quod Diabolus adolescentem præcipitavit, ut finem predicationis Pauli impediret, & audientes interturbaret, sed Deus novo, magnoque miraculo illam comprobavit, & Paulũ maxime glorioſum exaltavit, atque auditores gaudio replevit. 30. D Chrysost.

Vers. 10. *Incubuit super eum* Syriac. *Ruit super eum* instar Eliæ 3. Reg. 17. n. 21 & Elisæi. 4 Reg 4 n. 34. & Beda *Complexus est, hoc est, quod Paulus dixit: filioli quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis,* ut ita Apostolus suo calore, habitu, ac spiritu ipsum parturiret, & reformaret in Christo, ut novus homo renatus resurgeret. 31. Syriac. 3. Reg. 17 4. Reg. 4. Beda.

Nolite turbari; anima enim ipsius in ipso est. D. Chrysost. ait: *Non dixit resurget, excitabo illum, sed quid? ne turbemini, prompte consolatur,* Per charitatẽ dat consolationis levamen, & per humilitatem intendit abscondere miraculum à se faciendum. 32. D. Chrysost. *Humilitas Pauli.*

Vers. 11. *Frangens panem.* Et valde parvum fuisse indicat vebum *gustavit*, ex quo considera summã Charitatem Pauli, quod usque ad mediam noctem prædicavit, & tunc gustato parvo fragmento panis iterum ad prædicationem rediit: *Satis loquutus est usque lucem.* Syriac. *Usque dum ascenderet aurora.* Et *profectus est.* Syriac. *Tunc demum exiit.* 33. D. Chrysost. Syriac.

Vers. 12. *Adduxerunt puerum viventem* Paulus corã omnibus præsẽtibus, & eum suscitavit, & eum adduxerũt vivum corã ipsis præsẽtibus, & absentibus. Auctor operis de mirabilibus Sacræ Scripturæ lib. 3. c. 11. apud D. Aug. tom. 3. dubitat, an puer iste fuerit mortuus; sed sine dubio è vita excesserat, ut aperte dicitur in textu vers. 9. tamẽ ut notat D Chrysost. *In fenestra sedebat, & intẽpesta nocte, hoc est media nocte, tantũ erat audiendi desiderium.* In quo tam vehemẽs erat affectus audiendi Verbũ Dei nõ poterat eum mors apprehendere per multum tempus, sed tamquam per transitum, ac umbram; In auditoribus Verbi Dei multa bona confluunt. 34. Auct. Mil. Beda. *Bona in auditores Verbi Dei.*

Vers. 12. *Navigavimus in Asson.* Vrbs est in Æolide juxta Troadem, alio nomine dicta *Apollonia* inquit D. Hieron. de locis Hebraïcis, ut Paulus dispoſuerat, ad quam ipse venit per terram iter faciens. 35. *Assan.* D. Hier.

Vers. 14. *Assumpto eo.* Syriac. *Navi eo sublato* recepto Paulo in nostra navi *venimus Mytylenen* nomen est unius Insulæ notãdum, quod hic D. Lucas semper loquitur in prima persona, quia omnibus his ipse interfuit. 36. *Mesyl.* D Lucas.

Vers 15. *Venimus contra Chium*: Insula est valde celebris inter Samum, & Lesbum, fertilis optimi vini, quod vulgo Malvasinum appellatur, de quo facit mentionem Plinius lib. 14. cap. 7. 37. *Chium.* Plinius

Samus insula est in mari Ionio Patria Pithagoræ, & Sybillæ Samiæ; Vnde vasa Samia fictilia, quibus Agathocles ex figulo Rex factus utebatur, ut pepetuo in mensa sua antiquæ recordaretur cõditionis. 38. *Samus*

Venimus Miletum Civitas est valde illustris optimarum lanarum fertilis Patria Ioniæ Paulus instar fulguris totum mundum circuit, instar 39. *Milet.*

Angeli

Angeli volavit ad omnia loca etiam remota terræ, & tamquam Sol omnia illuſtrat, ac illuminat, ut latè, ac eleganter diſſerit D. Chryſoſt homil. 2. de laudibus Pauli.

D. Chryſoſt.

40. Verſ. 16. *Vt diem Pentecoſtes faceret Ieroſolymis*, non more Iudaico, ſed ritu, ac celebritate Chriſtiana, ut tenent D. Epiphan hæreſ. 75. Lyra, Hugo, Cajet. & noluit hanc feſtivitatem ſolemniſare alio in loco, ſed Ieroſolymis; quia ut tradunt graves Perſonæ illa ſacra loca, domus, parietes, ac plateæ ingerunt ſingularem affectum, pietatem, ac devotionem in meditatione myſteriorum fidei.

D. Epiphan. Lyra. Hugo. Cajetan.

Actor. 20. n. 17. A Mileto autem mittens Epheſum, vocavit majores natu Eccleſiæ.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV. uſque adverſ. 20.

41. Milet. Verſ. 17. A *Mileto* Vrbs eſt non multum diſtans ab Epheſo. *Vocavit majores natu.* Syriac. *Presbyteros Eccleſiæ*, nempe Sacerdotes Seniores ac Principes Eccleſiæ. Eſtius ex tota Aſia intelligit. Lyran. Carthuſian. Hugo vero ex tota Diœceſi Epheſina.

Lyran. Hugo. Carthuſ.

42. Verſ. 18. *Qui cum veniſſent* oſtendit, ac exponit eis ſuam probitatem, integritatem, ac rectitudinem in modo agēdi abſque ullo intuitu lucri, quæ eſt ſūma excellentia, ac perfectio in Rectore, ac Prælato.

43. Arabic. Verſ. 19. *Serviens Domino* Arabic. *Servierim vobiſcum*, non ſolum ſe. ſed etiam alios in Domini obſequio agnoſcit. *Cum omni humilitate.* Arabic. *Cum animi ſubmiſſione*, Oecumen. *Cum animi modeſtia* erga etiam inferiores, & hæc humilitas, nō ſolum erat exterius, ſed etiam ex interiori animo, & hæc maxime laudabilis eſt in ſuperiori. Vide ſupra cap. 10. q. 22. n. 175. 176. & 177. & q. 23. n. 179. 180.

Æthiop. Oecum.

44. Arabic. *Et lachrymis* Arabic. *Abundantibus cum lachrymis*, quibus exorabam Deum pro omnium ſalute, de quo infra q. 5. & *tentationibus, quam plurimis tentationibus.* Textus: *Quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum.* Syriac. *Quæ contra me conceptæ fuerunt.* Arabic. *Ex fraudibus Iudæorum.*

Syriac.

45. Syriac. Verſ. 20 *Quomodo nihil ſubtraxerim utilium.* Syriac. *Vt nihil ſpreverim, quod prodeſſe vobis poſſet animabus veſtris.* Arabic. *Ceſſaverim ab ulla re ex his, quæ utilitati veſtræ cedebant.* D. Chryſoſt. Vatabl. Pagnin. Arias: *Nihil ſubtraxerim eorum, quæ erant in rem veſtram.* Vnde exiſtimo non ſolum hoc referendum eſſe ad doctrinam, ſed etiam utilia animę ad frequentiam Sacramentorum, ad orationem, pietatem, & ſimilia. In quo Apoſtolus Deum imitabatur, qui per Iſaiam ait 48. n. 17. *Ego Dominus Deus tuus docens te utilia.* Diſcant prædicatores docere utilia, & non plauſibilia.

Arabic. D. Chryſoſt. Vatabl. Pagnin. Arias.

Iſai. 48.

QVÆSTIO IV.

Quare Apoſtolus vocat ad ſe majores natu, & non alios?

46. Senex ponitur pro magnatibus. Ruth. 4. Pſal. 104. Apoc. 4. PEr majores natu non ſolum intelliguntur Senes vel Sacerdotes, ut aliqui volunt, ſed etiam Principes, & optimates Ruth. 4. n. 2. *Tollens Booz decem viros de ſenioribus Civitatis.* Pſal. 104. n. 22. conſtituitur Ioſeph à Phataone, *ut ſenes eius prudentiam doceret*, hoc eſt Optimates & Principes, & in hoc ſenſu in Apocalypſi cap. 4. num. 4. deſcribuntur viginti quatuor Seniores adorantes Agnum.

Quæſtio tamen inquirit cur ſolum Paulus hos vocat, & nullum de populo vulgari? Quia Senes, & Principes facile populū in ſuam ſententiā adducūt quorum placitum populus ſequitur, eique adhæret; unde ſolebat dicere Xenoph. *quod populus eſt veluti aqua, quę per eos tramites decurrit, per quos fertur.* 47. *Populus maiorum placitum ſequitur.*

Cum David quoſdam latrunculos eſſet perſequutus, eoſque cōprehendiſſet, ac occidiſſet, magnam, & copioſam ſupellectilem, & prædam accepiſſe dicitur 1. Reg. 3. n. 26. *Miſit dona de præda ſenioribus Iuda* & cur non aliis, vel alicui de populo: Abulenſ. ibi ait: *Quia volebat eorum amicitiam acquirere, quorum ope indigebat.* Solum de Senioribus, ac Principibus curat David, ſolumque eorum amicitiam ſibi comparare intendit; nam cum hos ſecum habuerit confœderatos, alij facile cum eis connecterentur in eodem fœdere. 48. 1. Reg. 3. Abulenſ. *David acquirēdo ſeniores alios acquirebat.*

Loquimur de veris ſenibus, qui ſunt fultimenta Reipublicæ, quorum placitis munitur, & fulcitur, non vero de illis; qui ſunt figmenta Senum, qui colore, vel tinctura capillos depingūt, cū juveniles mores habeant, tales ſunt peſtilentiale venenum totius populi, ac Regni. Ait Regius Vates Pſal. 72. n. 20. *Domine in Civitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges.* Clarius, & expreſſius ſi diceret peccatores deſtrui, ſed non ait peccatores, *ſed imagines eorū* exiſtimo quod loquitur de his, qui colore, ac pictura ſe fingūt imagines eorū; pingūt ſe ſenes ut tales capillatura videantur, ac æſtimentur; & tamē ætate moribus, & vita juvenculi ſunt, hos inter omnes poſtulat David ut Deus à ſua Civitate exulare faciat, & deſtruat in nihilum, ut nullum eorum veſtigium permaneat. Clemens Alexandr. lib 3 Pædag. cap. 3 ait: *Putant ſe ſicut ſerpens, poſſe ſenium capitis exuere, dum ſe ipſos pingentes transformant..... fieri autem non poteſt, ut veram oſtentent animam, qui caput habent adulterinum.* Facies externa ſignum eſt interioris animi, & qui ita mentiuntur in capillatura, & barba, ſignum eſt, quod interius animam poſſident commentitiam, & falſam in omni virtute, ac probitate: *fieri autem non poteſt, ut veram oſtentent animam, qui caput habent adulterinum.* 49. Pſal. 72. *Senex deſtructus valde peſtiferus.* Clem. Alexan.

QVÆSTIO V.

Quare Paulus ait, quod eis ſerviebat etiam cum lacrymis?

AIt Apoſtolus: *Serviens cum humilitate, & lachrymis* Lachrymæ ſunt ſignum interioris doloris animæ, ut dixi cap. 8. q. 4. n. 33. Lachrimabatur in oratione ſua cum oraret pro omnium ſalute, ſciebat valde efficacem eſſe orationem cum lachrymis, & quia *Anna cum eſſet amaro animo oravit ad Dominum flens largiter.* 1. Reg. 1. n. 10. Ideo ejus oratio eſt à Domino audita cum ampliſſima remuneratione filiorum, quia ut ait D. Antioch. homil. 107. de compunctione. *Lachrymæ præſentem exhibent Deo orationem, eamque gratioſam reddunt, & acceptabilem.* In tantum lachrymæ exornant orationem, ut eam faciant valde gratam, & acceptabilem Deo. Vide ſupra cap. 8. q. 15. n. 125. 50. *Oratio cum lachrymis valde efficax.* 1. Reg. 1. D. Ant.

Secundo lachrymabatur cōpunctionis, & cōpaſſionis affectu, tū ob Chriſtianorū infirmitates, ac miſerias, tum etiā ob Iudæorū, ac Gentilium duritiem, ac obduratam cæcitatem miſeratus, eo quod ad meliorem mentem, & ad veram fidem traducere non videbantur docibiles. Oecumen. ait: *Hoc loco* 51. *Ex compaſſione lachrymatur Apoſtolus* Oecum.

signum doctrinæ demonstrat, nempe invidia, fastuque carere, ac condolescere. Patiebatur namque & pro pereuntibus, & pro his, qui perdebant. Ecce Paulus suis lachrymis magnum doctrinæ documentum nobis præbet suæ eximiæ charitatis erga omnes, qui pro eorum lethalibus peccatis, ac perditionibus tanto afficiebatur dolore, ut in lachrymas prorumperet, Hoc spiritu plena S. Theresia, & S. Maria Magdalena de Pazzis perpetuis lachrymis deflebant hæreticorum errores, & peccata populorum.

52. Cum Israel staret in Campestribus Sestim, & Israel esset fornicatus cum filiabus Moab: *Vnus de filiis Israël intravit coram fratribus suis ad scortum madianitidem vidente Moyse, & omni turba filiorum Israël, qui flebant ante fores tabernaculi.* Numer. 25. n. 6. Ingreditur ille ad turpe, & execrabile factum vidente turba filiorum Israel, tamen non dicitur, quod turba fleverit, sed illi, *qui erant ante fores tabernaculi*: tamquam viri pij, ac zelatores divini honoris; quia deflere peccata aliorum non omnium est, qui sunt de turba, sed piorum, ac justorum, qui utpote charitate ferventes maxime condolent super aliorum peccata, & viam perditionis illorum. Oleaster ad citatum locum ait. *Qui flebant ante fores tabernaculi..... hoc enim debet esse munus piorum cum peccata vident, flere scilicet pro peccatoribus.*

Num. 25 *Vir pius maximè compatitur de infirmitatibus aliorum.*

53. Cant. 1. Pulchritudinem animæ sanctæ describens Divinus Sponsus ait Cantic. 1. num. 9. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turris: collum tuum sicut monilia.* Multa expansione dignum est cum de eleganti sponsæ pulchritudine fiat sermo, laudata facie, statim transit ad collum cum monili, cur omittitur venustas capillorum, oculorum, labiorum, cur his omissis solum collum commemorat ob suam flexibilitatem, qua compatiebatur de proximiorum infirmitatibus, quos tamquam monili, ac velut catena secum volebat colligere, ut de illis doleret tamquam ex suis propriis, quæ per charitatem non ut aliena, sed ut propria reputabat, ut notant tres Patres apud Theodoretum inquiunt: *Collum item pulchrum effectum est sicut monile; non enim tibi ferreum est collum, ut flecti nequeat, sed facile verti possit, ut monilia ex auro elaborata in circulum accommodatè ad usum circumflectitur, sic homo virtute perfectus cæteris compatiendo flectitur, atque dimittitur.* Pij animi est maxime dolere in aliorum oppressionibus, ac laboribus.

Laudatur in sponsa compassio.

Tres Patres.

Actor. 20. *n.* 20. Quomodo nihil subtraxerim utilium quominus annuntiaverim vobis, & docerem vos publicè per domos.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE V.

Vsque ad Vers. 24.

54. Syriac. Arabic. D. Chrysost. Vers. 20. *Quomodo nihil subtraxerim.* Syriacus: *Nihil spreverim.* Arabic. *Non cessaverim.* D. Chrysost. *Non suffugerim*, vel nihil prætermisi *utilium.* Syriac. *Quod prodesse vobis posset animabus vestris*, ait Textus: *annuntiarem* prædicarem, ac *declarare* publicè, & privatim per domos vestras

55. Vers. 21. *Testificans Iudæis, atque gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidē.* Prius nominat pœnitētiā, quā intēdit erga Iudæos cōversos de aliquibus defectib⁹, quos prius nominavit. Deinde fidē, per quā respicit gētiles, quos secūdo loco posuit.

56. Syriac. Vers. 22. *Alligatus ego spiritu.* Syriac, *Vinctus in spiritu*, utipso monente, & impellente ejus ductum sequar; sic enim ei sū astrictus, & alligatus, ut quocūque res evenerit, & cōtingat ego pergā: *Quicūque Spiritu Dei agūtur, hi sunt Filij Dei* Rō. 8. n. 14. Rom. 8.

57. Syriac. Vers. 23. *Per omnes civitates mihi protestatur.* Syriac. *Testificatur mihi.* Spiritus ei manifestabat, vel per ora aliorum Apostolorum Petri, & Iacobi, eum quibus fuit Ierosolymis, vel per ora aliorum fidelium; in primitiva Ecclesia multi fideles prophetizabant, ut vidimus cap. 2. n. 17 & cap. 13. n. 1.

58. Syriac. *Vincula, & tribulationes. Ierosolymis me manent* Syriac. *Oppressiones paratæ sūt.* Et peculiariter facit de his, quæ passurus erat Ierosolymis, quam Romæ, vel alijs locis, quia Ierosolymis Christus passus est, ibi Stephanus mortuus, ibi prima persecutio, & cum eis pati valde glorioſum, & magnum solamen erat, ait Beda.

Beda.

59. Arabic. Vers. 24. *At ego nihil eorum vereor.* Arabic. *At ego nihil horum pro excusatione pono.* Et ad omnia illa sustinenda sum paratus. *Nec facio animam meam pretiosiorem, quam me*, nec in majori æstimatione habeo vitam meam, quam me ipsum; nam me ipsū totum Deo consecravi, atque dicavi, ac proinde in hac mea obligatione non deficiam pro conservanda vita mea, de hoc latius q. 7.

QVÆSTIO VI.

Quare Apostolus antequam vinculis tyrannorum esset alligatus, jam ipse se obligatum spiritu agnoscebat?

60. Text. AIt noster Apostolus: *Ecce alligatus ego spiritu vado in Ierusalem, quæ in ea venturæ sint mihi ignorans: Nisi quod Spiritus Sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: Quoniam vincula, & tribulationes Ierosolymis me manent.* Prævidebat Magnus Paulus, quod in Ierusalem, ad quam ibat sibi imminebant vincula, quibus alligandus erat à Tyrannis ad mortē. Et qualiter ibat Paulus? *Alligatus spiritu*, jam prius ipse se alligaverat spiritu, jā prius spiritu sibi catenas, mortemque injecerat, & ideo illa omnia contemnebant; qui enim spititu, & imaginatione morti se communicat, venientem mortem, atque labores parvi pendet.

61. Ioan. 11. Ad vocem Christi suscitatur Lazarus, *& statim, prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institit; & facies illius sudario erat ligata.* Ioā. 11. n 44. Revocatur Lazarus in vitam, funeralibus tamen ligamentis, ut ita vivat, ut semper imaginem mortis secum deferat, sive dū pedes ambulāt, manus operantur, & facies se vertit huc, & illuc, & ita Lazarus vivat tāquā imaginatione mortuus, indeque ipse bis mortuus dicatur, semel finali morte, & prius in vita, imaginatione nempe dū se mortuū cogitat, mortemque semper secum associatā habet. D. Aug. homil. 2. sic ait: *Lazarum ideo Christus vitæ nostræ restituit, ut unus homo semel nasci, & bis mori disceret.* O felix ille, qui vivit mortuus mundo, ut cum Christo sepeliatur, & cum ipso resurgat in æternū.

Si vis mortem vincere, vive ut mortuus. D. Aug.

62. Cant. 2. Philo. Ad suas Sodales dicebat Divina Spōsa: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem: Fulcite me floribus stipate me malis; quia amore langueo.* Cant. 2. n. Extrema verba valde singulariter legit Philo Carpat dicens: *Sepelite me in numero justorum; quoniā vulnerata sum.* Si petit fulciri floribus, quomodo explicatur, quod petat sepeliri? quid habēt flores cū sepulchro, flores jucūdi, & odoriferi, sepulchralia putrida, & fœtida; nota quod nō postulat quocūque modo sepeliri, sed cū justis: *In numero justorū*; qui ita vivebāt in mūdo, ut mortui mūdo, qui pro Christo nō solū omnia mūdialia, sed etiā propriā vitā cōtēnerent, ut fecerunt S. Matt. Philo ibi: *Sepelite me in numero justorū; quoniā vulnerata*

Qui ſe cogitat ſepultum regnat cum Chriſto.

vulnerata ſum charitate propter ſãctos Martyres, per quos dilexit Chriſtum vulnerata, ob id ipſum quoque mortem ſe libenter ſuſtinuiſſe fatetur: & conſentit illi, qui dicit moriatur anima mea morte juſtorum.

63. Pſalm. 38. habet pro titulo: *In finem*, & ſtatim incipit: *Dixit cuſtodiam vias meas:* merito cum fine adjungit cuſtodiã viarum Dei; qui enim ſemper habet in mente finem vitæ ſuæ, planè adimplet obſervando vias Dei. D. Chryſoſt. *Inſcriptus eſt Pſalmus: In finem ad noſtram utilitatem, ut cum diſcamus vitæ brevitatem, moderatè nos geramus.*

Bal. 38.

D. Chryſoſt.

QVÆSTIO VII.

Quare D. Paulus ait: Non facio animam meam pretioſiorem quam me?

64. INquit Apoſtolus in præſenti: *Nec facio animam meam pretioſiorem, quam me, dummodo conſummem curſum meum.* Syriacus: ſic legit: *Mihi vero pro nihilo habetur anima mea.* Arabic. *Nec anima mea chara eſt apud me.* Græcus: *Non duco animam meam pretioſam, ſeu charam*, Arias: *Nullius rationem facio.* In quibus verbis Apoſtolus diſtinguit animam ſuam à ſe ipſo, & hoc multa indiget expoſitione.

Syriac. Arabic. Græcus. Arias.

65. Primo Lyranus. *Nec facio animam meam*, id eſt vitam meam ſenſibilem, *pretioſiorem*, id eſt, quam animam meam intellectivam, quæ dicitur ipſe homo, eo modo loquendi, quo totum nominatur à parte nobiliori.

Lyran.

66. Secũdo D. Bernard apud Euſebium homil. 7. §. 3. poſtquam proponit, quod Paulus diſtinguit animã ſuam à ſe ipſo, ait: *cum me dico exce.lentius, quod in me eſt, in quo & ſto per gratiam, mentem, rationemque intellige: cum loquor animam meam hoc inferius accipe, quod carni animandæ vides accommodatum.* Per animam intelligit D. Bernardus vitam temporalem, per ſe ipſum intelligit mentem, & intelligẽtiam, quæ eſt quid excellentius, ac proinde ait Paulus, quod ſua vita temporalis vileſcebat in eo, per reſpectum ad id, quod ratio & mens dictabant, ut in omnibus adimpleret curſum, ut Chriſtus ei inſpirabat; Vnde ait ipſe Apoſtolus ad Galat. 2. n. 20. *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus* quod non vivebat ſecundum vitam ſuam propriã, ſed ſecundum Chriſti inſpirationem: Vnde ſic ait D. Bernard. citatus: *Vivo ego jam non ego, ſecundum carnem non ego: ſecundum mentem ego.*

D. Bern.

Mens & ratio vita excellentior.

Galat. 2.

67. Tertia, & communis expoſitio, in qua etiam eſt D. Bernardus frequẽter in ſcriptura anima ſumitur pro vita; *Defuncti, qui quærebant animam pueri.* Senſus ergo eſt, vitam meam non plus æſtimo, quam me, & me ipſum plus æſtimo, quam vitam meam, me ipſum totũ Deo dedicavi, ac prædicationi ejus Evangelij: *Dummodo conſummem curſum meum, & Evangelium gratiæ Dei.* Contemnebat propriam vitam pro munere ſibi commiſſo adimplendo, munus ſibi commiſſum omnibus anteponebat.

68. Cum Eliſæus vidiſſet Parentem Eliam magno triumpho euntem in Cœlum clamat 4. Reg 2. n. 13. *Currus Iſrael, & auriga ejus.* Drogo de Sacramento Dominic Paſſion *Qui portas, ac regis: ſuſtines, & gubernas.* Notanter prius dixit: Currus addictus ad ferenda onera, quã *auriga*, ſeu gubernator, ac ſi prius illi eſſet in mente onus ſui muneris ad ſuſtinenda onera, ac illi ſatisfaciendum, quam auriga, & gubernator, quã fulgor, ac excellẽtia ipſius dignitatis

4. Reg. 2.

Drogo.

Prius onus officij, quàm dignitas.

69. Ait D. Paulus ad Hebr. 2. n. 17. de Chriſto D. *Vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari, ut miſericors fieret, & fidelis Pontifex apud Deum.* Maximè notandum illud verbum *debuit* non voluit, ſeu decrevit, ſed *debuit*, ac ſi eſſet aſtrictus, & obligatus, & unde illi iſta obligatio cum ſit ſupremus omniũ Dominus; *Vt fieret fidelis Põtifex apud Deum*, ex eo quod conſtitutus fuit fidelis Pontifex apud Deum, ut tãto muneri ſatisfaceret, ac correſpõderet, debuit, ac veluti aſtrictus extitit, ut aliorum infirmitates in ſe ſuſciperet, ut omnium cõpatiens fieret D. Ambroſ. ibi ſait: *Cur ſimilis fratribus effici debuerit, niſi ut miſericors, & fidelis Pontifex noſtra cauſa fieret,*

Hebr. 2.

Fidelis Pontifex in aliorũ miſeriis. D. Ambr.

De ſe ait David Paralypom. 28. n. 4 *Elegit Dominus Deus Iſrael me de univerſa domo Patris mei, ut eſſem Rex ſuper Iſrael.* Alterã electionẽ ipſe de ſe fatetur Pſal. 83 n. 11. *Elegit abjectus eſſe in domo Dei mei* Duas electiones quaſi ex diametro ſibi invicẽ adverſãtes in ſe recognoſcit, principem magnanimum regia dignitate fulgentem fatetur, & ſimul omnium inferiorem, ac abjectiſſimum ſe in publicum producit, ut notavit Philippus Abbas lib. de dignit. Cleric. cap. 16 ubi ait: *Vtraſque has* (ſcilicet dignitatem, & humilitatem) *David cognoſcitur habuiſſe, qui Rex eligitur extitiſſe, & tamẽ humilis permanſiſſe.* Hæ duæ electiones non ſibi adverſantur, ſed maxime ſibi ſunt cohærentes in viro prudenti, & ſancto; quia ex eo, quod electus fuit Rex, eſt etiam omnium abjectiſſimus, ut omnibus inſerviat, omnium infirmitates ſuſtineat, omnibuſque ſubveniat: Vnde dicebat Magnus Conſtantinus: Dignitas noſtra eſt ſplendida ſervitus.

70. Pſal. 83. Philipp. Abbas.

Bonus Rex eſt ut ſerviat.

Actor. 20. num. 25. Et ecce nunc ſcio, quia amplius non videbitis faciem meam, vos omnes, per quos tranſivi prædicans regnum Dei.

Verſiones.

CVM EXPOSITIONE VI. uſque ad verſ. 29.

Verſ. 25. NVnc ſcio, ſcilicet per inſpirationem, vel revelationem Divinam. *Vos omnes, per quos tranſivi.* Syriacus: *Ex vobis omnibus, quos peragravi*, Arabic. In locis, quæ perluſtravi.

71. Syriac. Arabic.

Verſ. 26. *Conteſtor, quia mundus ſum à ſanguine omnium.* Syriacus: *Teſtor.* Arabicus: *Me eſſe innocentem.* Æthiopicus: *Purus ſum à ſanguine omniũ*, id eſt nullius veſtrum perditionis ego cauſa ſum, ſi quis pereat, ipſe ſuæ perditionis eſt cauſa: nam ego quantum in me fuit pro omnium ſalute laboravi, & recte fũctus ſum officio meo, docens omnes, & oſtendens eis viam ſalutis, quam ipſi malitia ſua neglexerunt, hic poteſt dici illud Iſaï. 5. num. 4. *Quid eſt quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei.*

72. Syriac. Arabic. Iſai. 5.

Et rectè ſub nomine ſanguinis intelligit peccatum; nam ſicut malus ſanguis interficit corpus, ſic mala peccati actio interficit animam, eamque corrumpit.

73. *Cur ſanguis peccatum.*

Verſ. 27. *Non enim ſubterfugi.* Syriac. *Non me excuſavi.* Arabicus: *Non abſtinui me.* Textus: *Quominus annuntiarem omne conſiliũ Dei vobis.* Syriac. *Quominus patefacerem vobis omnem voluntatẽ Dei*, at hoc videtur repugnare cum illo Sapient. 9. n. 13. *Quis hominũ poterit ſcire conſilium Dei* Sapiens loquitur de his, quæ reſpiciunt prædeſtinationem, ac Providentiam Divinam, ſic & Roman. 11. at modo hic Apoſtolus loquitur de his, quæ pertinent ad ſalutem generis humani, & ad hoc negotium revelabit omnia neceſſaria nobis Deus.

74. Syriac. Arabic. Sapient. 9 Rom. 11.

75. Syriac. Verſ.28. *Attendite vobis, & univerſo gregi.* Syriacus: *Cavete ergo vobiſmetipſis.* Ait Apoſtolus: *Attendite vobis*, ſicut & Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis dixerat: *Attendite à falſis Prophetis.* Matth.7.num.15. multa cura, ſollicitudine vobis, & gregi. Prælatus duplicem agit perſonam privatam, & publicam, ut privatam de propria perſona agit, ut publicam de grege, & dum de propria pertractat magnum præbet ſubditis documentum. De his omnibus multa dixi cap.5.q.92 &93. & cap.8. q.7 n.68.69.& cap.16.q.1 n.10.11.& 12.

Matth 7. *Prælatus duplex perſona.*

76. Syriac. *In quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei* Syriac. *In quem vos conſtituit Spiritus Sanctitatis.* Ex hoc loco oritur illa magna quæſtio: An Epiſcopi habeant juriſdictionem à jure divino, vel humano, quam ſatis ample tractavi in Opuſculis, Opuſc.2.Reſol.35.q.2.& magis inclinavi in ſententiam de jure humano. *Poſuit Epiſcopos.* Sub hoc nomine *Epiſcoporum* intelligit præſbyteros,& cæteros miniſtros, qui debent vigilare ſuper munus ſibi commiſſum, ut Epiſcopi nomen importat, quod à vigilia deducitur, de quo infra quæſt.11.

77. Syriac. Æthiop. *Regere Eccleſiam Dei.* Syriac. *Ut paſcentis: Eccleſiam illam* Æthiopic. *Ut paſcatis domum Chriſtianam.* Cogitent Prælati quod non tractant rem ſuam ſed alienam, Moyſi dicitur, *peccavit populus tuus.* Exod.32. n.7. At Prælatis Chriſti non dicitur *Eccleſiam tuam*, ſed *regere Eccleſiam Dei.* Sic dicitur Petro Matth 17. *Super te ædificabo Eccleſiam meam.* Ioan.21. *Paſce oves meas:* Cur autem Spiritui Sancto tribuatur regere Eccleſiam? Explicavi ſupra cap.5.q.5.n.31.& 32.

Exod.32. Matth.17 Ioan.21.

78. Syriac. Arabic. Æthiop. Verſ.29 *Lupi rapaces in vos.* Syriac. *Ingreſſuros lupos feros.* Arabic. *Lupi graves haudquaquam miſerentes gregi* Æthiopic. *Venient in vos lupi prædæ* Intellige hæreticos, qui venient ad faciendam prædam devaſtantes Eccleſiam Dei abſque ulla miſeratione.

QVÆSTIO VIII.

Quare dicitur, quod Dominus acquiſivit Eccleſiam ſanguine ſuo, cum illam ſemper habuiſſet ſub ſuo dominio?

79. Arabic. AIt D.Paulus: *Regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Arabicus: *Quam fabricavit ſanguine ſuo*, quæ verba non ſolum de Chriſto Domino eſſe dicta ab Apoſtolo, ſed etiam, Montan. ut vult Montanus, de æterno Patente hoc modo: *Chriſtus Dei filius proprio ſanguine; at Deus Pater pretio illo inæſtimati ſanguinis filij ſui.* Ex quo gravis exoritur difficultas ex illo verbo acquirendo, quod ex ſuo genuino ſignificato dicit aliquid comparare, adipiſci, quod antea non habuerit, ut docent Iuriſconſulti de regulis juris §. *Si rem legatariæ*, Inſtit. de legatis.

Difficultas quæſtionis.

80. *Chriſtus acquiſivit Eccleſiam meritis.* Quamvis Chriſtus haberet omnia ſibi ſubjecta, titulo Divinitatis, ac proinde creationis, & ſupremi dominij, voluit tamen comparare ex ſanguine, ac meritis, ut ſi bi maxime rem glorioſam, & ut inde conſiderent Præſules Eccleſiæ quantum debeant pro Eccleſia agere, cum Chriſtus ſupremus Dominus tantum pro ea impenderit.

81. Apoc.1. Apparet Chriſtus Dominus in Apocalypſi 1.n.13. *in medio Candelabrorum aureorum, veſtitum podere* (quod erat præclariſſima veſtis) *præcinctum ad mamillas zona aurea, & ex ore ejus exibat gladius ex utraque parte acutus, & ſeptem ſtellæ in dextera ejus.* Quæ omnia indicabant ſupremam ejus majeſtatem, tamen ex nulla parte aliquis titulus apparet, ut poſtea Apocalypſ.19.n.13. *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine*, & ſtatim legitur: *In fœmore ſcriptum Rex Regum, & Dominus Dominantium* num.16. Tam illuſtriſſimus titulus non refulget majeſtate oſtenſa, ſed in ſanguine rubricante, & prius ſanguis oſtenditur effuſus, & tunc titulus ſubſequitur, ac ſi abſque ſanguine non eum titulum ſibi adſcribat. Apoc.19. *Chriſtus publicatur Rex non à majeſtate, ſed à ſanguine*

Et pro hoc vehementi Chriſti affectu altè ponderat. Scribit D.Marc.10.n.31.quod Chriſtus cum ſuis Apoſtolis: *Erant in via, aſcendentes Ieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant.* Stupebant, ſcilicet Apoſtoli de tanta celeritate, ac diligentia, qua Chriſtus eos præcedebat agens de poteſtate data ſuis diſcipulis ait: *Qui credidit in me, opera, quæ ego facio, ipſe faciet, & majora horum faciet.* Ioan.14. n.17. Quid eſt quod in ſignis cedit Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis, ut & ipſi, *majora eorum faciant:* at verò cum ipſe tendit in Ieruſalem, omnes antecedit: Ibat Chriſtus in illam Civitatem, ut explicat Evangeliſta: *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & flagellebunt eum, & interficient.* In magnis, ac mirabilibus concedit Chriſtus, ut diſcipuli præcedant, at in pœnis, & cruciatibus pro noſtra ſalute nemini cedit, ſed omnes præcedit, & largo intervallo ſuperat; quod pulchre dixit D.Chryſoſt. ad citatum locum: *Actum eſt, ut Auctor ſæculi ſæculo teſte moraretur, & à mundo mundi Dominus ante per pœnam, quam per gloriam agnoſceretur.* Perpende ultima præclariſſima verba. 82. *Chriſtus cedit ſuis diſcipulis in magnatibus, non in pœnis.* Ioan.14. D. Chryſoſt.

Ex ergo tanto affectu, ac ſanguine, quo Chriſtus acquiſivit, ac comparavit ſuam Eccleſiam, conſequens eſt, quod eam habeat in magna, & ſumma æſtimatione: Cum meus Ieſus penderet in Cruce, jamque exhalaret animam clamat: *In manus tuas commendo ſpiritum meum.* Luc.23.n.43. Sunt multi Patres, ut D.Athanaſ. qui per Spiritum Chriſti intelligant ejus Eccleſiam, D. Laurent. Iuſtinian. lib. de Triumphali Chriſti agone cap.20 ſic ait: *Spiritum utique meum in manus tuas commendo, non tantum quem gero, ut homo, ſed quem, ut mediator, & Redemptor acquiſivi mihi: meum plane dixerim ſpiritum, membra mea, Eccleſiam meam, ſponſam meam, quam, patiendo pro illa, meam facio,* quam, in tantum dilexi, ut eam dicam animam meam ſpiritum meum, & pro eius amore mortem, & tot tormenta ſuſtinui, & paſſus ſum. 83. Luc.23. D.Laur. Juſtin. *Chriſtus Eccleſiam diligebat, ut animã ſuam.*

QVÆSTIO IX.

Quare D.Paulus ad comprimendos Prælatos Epheſinos in ſuo debito munere, non eis proponit, quæ Deus dedit, ſed quæ paſſus eſt?

AIt Apoſtolus; *Quos Epiſcopos poſuit Spiritus Sanctus regere Eccleſiam, quam acquiſivit ſanguine ſuo, ſcio quod poſt diſceſſionem meam, intrabunt lupi rapaces in vos.* Vt eos contineat in ſuo debito munere, ne hæreticorum veneno inficiãtur, & ab eis tamquam lupis devorentur, non proponit eis tot, & tanta beneficia, quæ à Deo acceperunt creatione, conſervatione, ac electione in Epiſcopos, ut fecerunt Moyſes, Ioſue, & David, qui ut populum continerent à peccatis, ei objiciebant beneficia accepta, quod Deus eduxerit de Ægypto, paverit in deſerto, dederit ei terram inimicorum 84. *Difficultas quæſtionis.*

ſiorum

Exod. 32 Ioſue 24 Pſal. 65. ſuorum Exod. 32 num. 1. & c. Ioſue 24 n. 6. Pſal 65. n. 12. & 80 n. 1.

85. At Apoſtolus non proponit beneficia alia à Deo data, ſed tantum ejus ſanguinem effuſum, quo ſibi acquiſivit Eccleſiam, voluit Paulus omnium animos ad ſe allicere, ac inclinare, inde nihil aliud eis proponit, niſi Sanguinem Chriſti, qui menti objectus vehementiſſime, ac fortiſſime omnes humanos affectus ad ſe rapit, attrahitque. Sic Magnus Paulus in magna controverſia Schyſmatica, 1.Cor. 1. volens à Corinthiis revocare eos ſic ait 1.Corinth. 1. n 12. *Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli: Ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti, diviſus eſt Chriſtus? nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt.* Ecce magna diſſenſio, ac controverſia, dum unus ſe jactabat eſſe Pauli diſcipulum, alius Cephæ, id eſt Petri, alius Chriſti, ut hanc Apoſtolus removeret, ac pacificaret diſſenſionem, ad præſtantiſſimum medium confugit, ad paſſionem ſcilicet Chriſti, quæ inter omnia divinæ largitatis beneficia maxime efficax eſt, & ad omnes noſtros affectus alliciendos, ut ad bonam frugem revocemur, ut depoſita noſtra malitia Dei placita ſequamur D. Chryſoſt. ibi ait: *Animadverte Pauli prudentiam, non enim dicit: Nunquid mundum Paulus condidit? Nunquid Paulus, vos de nihilo, ut eſſetis effecit? Sed ea tantum, quæ erant eximia fidelium, & multæ benevolentiæ opera meminit, crucem, ſcilicet: & baptiſmata: & quæ ex eis provenerunt bona mundi namque opificium, ſed maxime Dei in Crucem conſcenſus ejus oſtendunt benignitatem.* Conſidera ultima verba.

Chriſti paſſio maxime allicit. noſtros. affectus.

86. Scribit D Matthæus 27. n. 28. *Quod milites Præſidis ſuſcipientes meum Ieſum clamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput ejus, & arundinem in dexteram ejus..... & poſtquam illuſerunt ei exuerunt eum clamyde, &c.* Per ludibrium duo impoſita fuerunt Ieſu, Chlamis, & corona ſpinea, Chlamis ablata dicitur, non vero corona ſpinea, quod egregie notavit Origenes homil. 35. in Matth. & ait: *De Chlamyde ſcriptum eſt, quod denuo ſpoliaverunt eum à chlamyde coccinea, de corona ſpinea nil tale Evangeliſtæ ſcripſerunt, propterea, quod nos quærere voluerunt exitum rei de corona ſpinea ſemel impoſita, & nunquam detracta, ego igitur arbitror, quod illa ſpinea corona conſumpta eſt à capite Ieſu, ut jam non ſint ſpinæ noſtræ antiquæ, poſtquam ſemel eas à nobis abſtulit Ieſus, ſuper venerabile caput ſuum.* Valde notum eſt, quod ſpinæ in ſcriptura ſignificant peccata Iſai 5 n. 6 Luc. 8. n. 14. Spinæ Coronæ Chriſti ſignificabant noſtra peccata, noſtraſque paſſiones, quæ omnia à Chriſti Paſſione, ejuſque conſideratione perierunt, & conſumptæ ſunt, ut jam amplius non apparerent in animo juſto, & fideli: *Ego igitur arbitror, quod illa ſpinea corona conſumpta eſt à capite Ieſu, ut jam non ſunt ſpinæ noſtræ antiquæ.* Vide ſupra cap 15. expoſit. 9. n. 149.

Math. 27 Origen. *Conſiderat à Chriſti paſſione omnes noſtra iniquitates expelluntur.*

Actor. 20. n. 30. Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VII.

Vſque ad Verſ. 34.

87. Verſ. 30. EX *vobis ipſis* valde lamentabile, ut à quibus ſperabatur ſubſidium, prodeat devaſtatio. *Exurgent viri loquentes perverſa,* Æthiopicus: *Qui docebunt perverſa verba.* Spiritu prophetico vaticinavit Paulus, quod poſtea contra ipſum ſurrexerunt Hymenæus, Alexander, Phygellus, & Hermogenes, ut ipſe teſtatur 1. Timoth. 1. n. 20. & epiſt. 2. cap 1. n. 15. & hæc dicit Paulus, quia jacula prævisa minus feriunt. Æthiop. 1.Tim. 1.

Verſ. 31. *Propter quod vigilate,* quod eſt proprium Paſtorum, quia ut D. Antioch. homil 111. *Oportet, ut Paſtor totus ſit mens, & oculus,* & maxime quando inſtant adverſarij *Memoria retinentes* quod ſollicite vos docui mea doctrina data, & etiã de malis magiſtris advenientibus, ſic & Chriſtus Dominus cum prædixiſſet ſuis Apoſtolis eorum perſecutiones, ait: *Cum venerit hora eorum reminiſcamini; quia ego dixi vobis* Ioan. 16 n 4 Nam mala præſentia ante ſpiritu prophetico cognita facilius tolerantur, ac contemnuntur; *per triennium* incœptum, ut jam dixi ſuperiori cap. 19 q. 4. 88. Ioan. 16.

Verſ. 32. *Commendo vos Deo,* maxime ad prælatum ſpectat orate pro ſubditis. Vide ſupra cap. 10. q. 10. n. 70. 71. & 72. & *verbo gratiæ ipſius:* Hebraiſmus eſt, ſolent enim Hebræi verbum ponere pro re: *Quod eſt verbum, quod factum eſt* 2 Reg. 1. n. 4. 89. 2.Reg. 1.

Potens eſt Deus ædificare Eccleſiam, in vobis Eccleſia eſt quoddam ædificium ſpirituale: *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum* ad Epheſ. 2. & hoc ædificium explicat D Auguſt. tract. in Pſal. 122. & non ait Paulus potens eſt perficere, quod ego incœpi, ſed abſolutè ait *ædificare,* ac ſi ipſe per humilitatem nihil exiſtimet ſe feciſſe, ac ſi denuò ſit ædificandum, & nil antea factum fuiſſet. 90. Epheſ. 2. D. Aug.

Et dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus, Syriac. *Cum Sanctis omnibus.* Æthiopic. *Dare nobis poſſeſſionem omnium factorum,* ita ut vos filij mei habeatis in Cœlo hæreditatem paratam omnibus ſanctis. 91. Syriac. Æthiop.

Verſ. 33. *Argentum: & aurum.* Syriac *Nil auri, & argenti,* expreſſius Æthiopic. *Et veſtem non recepi apud aliquem.* In hoc oſtēdit Paulus ſuam eximiam puritatem, ac integritatem alienam ab omni lucro, ut fecerunt Moyſes, & Samuel, ſed Paulus multo excellentiori modo, ut dicam q. 11. 92.

Verſ. 34. *Ad ea, quæ mihi opus erant.* Arabic. *Neceſſitatibus meis, & neceſſitatibus eorum omnium, qui mecum ſunt.* Præclara Pauli excellentia, quod cum tantis eſſet occupatus prædicatione, & miniſterio ſpirituali fidelium ad huc pro comparando victu ac alimonia, pro ſe, ac ſuis propriis manibus laborabat, ut vidimus ſupra cap. 18. verſ. 13. 93. Arabic.

QVÆSTIO X.

Quare D. Paulus commonẽs ſuos diſcipulos cõtra hæreticos advenientes nõ cõmendat eis, ut fortiter pugnent, ſed tantum, ut vigilent?

AIt Apoſtolus in præſentiarum 30. *Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe non parcentes gregi, propter quod vigilate.* Conſequentius videbatur dicendum fortiter pugnate eum eis, rationibus, & argumentis eos confundite, & diſſipate eorum Sophiſmata, ſed tantum ait *vigilate,* quia in optima, & ſedula vigilia eſt certa, & ſecura victoria. Proverb. 2. n. 11. dicitur: *Conſilium cuſtodiet te* Græcus legit, *Vigilia cuſtodiet te, ut eruaris à via mala, & ab homine, qui loquitur perverſa.* Ibi Cajetanus: *Tamquam cuſtos vigilans erit.* Vbi eſt vigilia ibi firma, & ſecura cuſtodia. 94. *Vigilãtia cuſtodiãtur omnia.* Prov. 2. Græcus. Caietan

95. Prov.8. Proverb.8 n.34. dicitur: *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie*, potius videbatur dicendum, *Beatus homo*, qui fortiter pugnat, & decertat cum inimico; nam Beatitudinis corona non datur, nisi exacta victoria certaminis, teste Apostolo: *Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.* Cur ergo non ait: *Beatus homo*, qui certamine vincit, & triumphat, sed tantum, qui vigilat; quia in ipsa sedula vigilia consistit victoria, & triumphus, quæ tam sublimis est, ut nos existentes in terra, per ipsam assimilamur Angelis in Cœlo, qui dicuntur vigiles Daniel.4 n.14. *In sententia vigilium decretum est.* Clemens Alexandrinus lib.2 Pædag cap.9 ait: *Beati, qui in ipsum invigilant, se ipsos assimilantes Angelis, quos nos Angelos, hoc est vigilantes vocamus.*

Qui vigilant & si homines pares Angelis.

Clem. Alexan.

96. Zachar.3 Ait Zach. 3. n. 9. *Ecce lapis, quem dedi coram Iesu*, scilicet summo Sacerdote, *super lapidem unum septem oculi sunt.* De viro justo est sermo, ubi Hugo: *Per constantiam lapis, oculatus per circunspectionem.* Et unde illi tanta constantia, ac fortitudo, ut dicatur lapis? *Septem oculi per circunspectionem*, & ubi erat tanta vigilia, ac circunspectio oculorum, consequens inde erat, ut inveniretur, ac fieret lapidea soliditas, ac constantia, & ideo animalia firmiter stantia coram Deo dicuntur: *Plena oculis ante, & retro*, Apoc.4. n. 6. Rupertus Abbas lib. 3. in Apocal. ait: *Cunctis imitatoribus Christi magno semper studio cautum est, ut modulo suo animalia sint plena oculis ante, & retro.*

Per vigiliam firmatur homo cõtra adversarios.

Apoc.4. Rupert.

97. Num.17. *Vigilia constituitur optimus Præsul.* D.Cyril. Alex. Hinc forma magni, & optimi Præsulis per vigilantiam designatur, ut cessarent quærimoniæ inter filios Israel ait Deus Moysi, ut ex singulis tribubus sumat singulas virgas positas in tabernaculo, & quæ flores protulerit, illius est Sacerdotium: *Sequenti die invenit germinasse virgam Aaron, turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdelas deformati sunt.* Numer. 17. n.8 Et cur amygdalina assumitur ad demonstrandum summum Sacerdotem? D.Cyrill. Alexand. in Catena græca ait: *Gerit talis arbor Symbolum vigilantiæ*, quia prior ante omnes alias arbores parturit in flores, ideoque vigiliam denotat, in qua tota Prælati forma consistit.

QVÆSTIO XI.

Quare Moyses, & Samuel ostendunt suam puritatem in eo, quod nihil de animalibus acceperint, Paulus verò, quod nullius aurum, & argentum concupierit?

98. Num.16 1.Reg.12 *Paulus cæteris perfectior.* MOyses ostendit suam puritatem, ac integritatem in contemnendis muneribus loquens cum Deo ait: *Tu scis, quod neque asellum unquam ab eis acceperim* Numer.16.n 15. & Samuel coram omni populi multitudine ait: *Loquimini ad me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum*, & c 1.Reg 12 n. 3. Aliter vero noster Apostolus: *Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupivi.* Illi non receperunt de animalibus, at noster Apostolus, ut excellentior, & perfectior, nec concupivit, sed ut gratis accepit dona Ecclesiastica prædicandi, docendi, administrandi, gratis dabat, quod magnum est documentum omnibus Ecclesiasticis, ac prædicatoribus.

99. Ad quæstionem, Moyses, & Samuel ostendunt suam innocentiam, quod nihil de animalibus, bobus, atque asinis tulerit; at Paulus hæc præterit, & solum de contemptu auri, & argenti loquitur; Valde vehemens, & efficacissimus est pecuniarum affectus, quas homo in sinu suo secum asportat, qui autem ab illis se liber ostentat in magnis suam probat innocentiam, & cum Paulus esset multo perfectior Moyse, & Samuele celsitudinem sui animi ostendit in contemptu illius, quod magis homines attrahit. *Paulus contemnit aurũ.*

100. Math.10. *Homines appetunt aurum. & Paulus contemnit.* Mandat suis Apostolis Christus Dominus Matth. 10.n.9. *Nolite possidere aurum, & argentum, neque pecunias.* Cur hæc solum prohibentur, cur non etiam greges, & armenta boum, & ovium? Christus Dominus informabat suos discipulos in omni perfectione, & virtute, & hæc tota consistit, in auri, & argenti contemptu; Nam boves, & armenta degunt separata ab homine per campos, & deficiunt, & pereunt; at aurum, & argentum semper homo asportat secum, sive domiens, sive vigilans, & ideo magno affectu in anima invisceratur. Cardinalis Hugo: *Nolite possidere aurum, & argentum*, heu hodie nihil aliud homines quærunt.

101. Iob 1. De Sancto Iob 1.n.3. dicitur: *Erat vir ille magnus inter omnes Orientales*, ut exprimitur in textu, in possessione ovium, boum, Camelorum, sed quomodo inter tot divitias firma ejus virtus stabat. Cum Christus Dominus dicat Matth.19.n. 24. *Facilius est Camelum per foramen acûs intrare, quam divitem introire in Regnum Cœlorum.* Iob habebat oves, & boves, quæ sunt necessaria ad humanam vitam sustentandam, at non habebat aurum, & argentum ad reponendum in thesauris: quod est venenum virtutis, fomentum ambitionis, stimulus cupiditatis magis acquirendi, ac amplius multiplicandi. Pulchre D. Chrysost. in Catena græca ait: *Vide hominem agrestibus divitiis affluentem, oves, & boves, & quæ ex anni temporibus, & agricultura percipiuntur, recensuit scriptura..... Non auri, neque argenti thesauros meminit, neque lapidum pretiosorum, quibus hominum divitiis inhiantium moribus inflammantur, sed illa numerat quæ ad vitæ necessitatem sunt accomodata.* Scriptura solum numerat, quæ erant convenientia ad vitam, non vero ea, quæ inflammabant cupiditatem, ut aurum, & argentum.

Math.19. *Iob non habebat aurum quod inflammas appetitum.* D.Chrysost.

QVÆSTIO XII.

Quare dum Samuel suam testificatur innocentiam Cœlum dat signum, non vero cum Paulus eandem demonstrat?

102. CVm Samuel ostenderet suam innocentiam, & quod semper fuerit alienus ab omni munere accepto, quod nec bovem, nec asinum alicui tulerit, in confirmationem illius veritatis dat Deus signum de Cœlo Facta sunt tonitrua, & pluviæ cum esset æstivo tempore: *Dedit Dominus voces, & pluvias illa die* 1. Reg.12.n.18. at vero modo cum Paulus ostendit suam eximiam puritatem vers. 33. *quod nec aurum, nec argentum nec alicujus vestem concupiverit*, & tunc Cœlum nullum dat signum, hujus diversitatis causam iniquirit quæstio. 1.Reg.12. *Difficultas quæstionis.*

103. *Samuel postulavit signum, non verò Paulus.* Respondeo primo: Samuel in confirmationem suorum verborum talia promisit signa, & postulavit à Domino, & dixit ad populum: *Nunc state, & videterem grandem, quam facturus est Dominus, & clamavit ad Dominum* citato cap.12.n.16. & 18. Apostolus certus de sua veritate, atque authoritate erga Populum nil tale promisit, nec postulavit.

Secundo

104. Secundo D.Paulus licet valde magnus nullorum bonorum Reipublicæ habuit adminiſtrationem, at Samuel totius regni extitit ſupremus judex,& gubernator', omnia communia bona ſub illius poteſtate ſubjacebant, illa expendebat, atque adminiſtrabat; at quod homo communium bonorum miniſter, & diſpenſator, & nihil ſibi uſurpaverit, ut credatur, neceſſe eſt, ut fiant miracula, cœlumque ſigna oſtentet. Inſurgunt contra Moyſen, & Aaron Dathan,& Abiron,eos arguentes tamquam totius populi regimen uſurpantes,clamat Moyſes: *Tu ſcis Domine, quod nec aſellum quidem unquam acceperim ab eis.* Numer.16.num.15.in cujus confirmationem fecit Deus rem valde mirabilem nunquam viſam, ut detrectatores de puritate Moyſis terra aperiret os ſuum,& vivos deglutiret in infernum.Ibidem n. 32.ut ita fieret certum,& evidens, quod Moyſes totius populi gubernator: *Nec aſellum unquam recepit*,quod ut perſuaſum eſſet re mirabili teſtificatum eſt.

Neceſſum eſt miraculum ut homo habens aliena, non ſurripiat.

Num.16.

105. D.Chryſoſt. Tertio dicam cum D Chryſoſt.homil.2. de laudibus Pauli, ubi appellat *Paulum magnum orbis miraculum*,ipſe per ſe tamquam magnum miraculum ſua dicta verbo ſuaque authoritate confirmabat, omneſque ſuos adverſarios ſuffocabat. Videntes Phariſæi Chriſti opera, ac magnalia: *Phariſæi dixerunt ad ſemetipſos : videte, quia nihil proficimus: ecce totus mundus poſt eum abiit.* Ioan.12.n.19. Tam notoria, & evidens erat excellentia operum Chriſti, ut ipſemet adverſarij inter ſe mutuo faterentur, quod contra illa nihil poterant efficere, cum à toto mundo recognoſceretur,ut ipſum adorarent, ac venerarentur. Euthymius ait: *Maximè ſuffocabant Iudæos perſuaſam eſſe turbam, quod Ieſus à Deo veniret.* Tanta eſt vis, & efficacia veritatis.

Ioan.12. *Evidentia negari non poſſunt.*

Actor. 20. *num.* 35. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborãtes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe Verbi Domini Ieſu;quoniam ipſe dixit:Beatius eſt magis dare, quam accipere.

Verſiones.

CVM EXPOSITIONE VIII. uſque ad Verſ. 38.

106. Verſ.35. *Omnia oſtendi vobis*, verbis nempe, & exemplis, *Sic laborantes oportet ſuſcipere infirmos.* Syriac.*Curam habere de infirmis.* Æthiopic.*Quia ſic opportet nos in labore noſtro, in opere noſtro ſuſcipiamus infirmos.* Oportet nos, & decet, ut nos laborantes, ſicut & ego manibus meis laboravi, ſuſcipere, & adjuvare infirmos, nempe novellos in fide, ut ipſi videant, & agnoſcant, quod non ideo eos adduximus ad fidem,ut ex eorum rebus vivamus, ſed potius ex noſtro labore eis adjuvamen,& neceſſaria præſtare,& quod non ſua,ſed eorum ſalutem quærimus.

Syriac. Æthiop.

Novelli in fide adjuvandi ſunt.

107. Ioan.21. *Quoniam ipſe dixit.* Hoc non habetur ſcriptum in Evangelio, ſed ſicut ait Ioan.21. n. 22. *Multa alia, quæ fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*, ſicut omnia opera Chriſti non ſunt ſcripta,ſic etiam omnia ejus verba ſcripta non habentur;hoc autem dictum fuiſſe à Chriſto Domino agnovit Paulus per revelationem ad Galat.1 n.12.

Galat.1.

108. Æthiop. Verſ. 36.*Poſitis genibus ſuis oravit.* Æthiopicus: *Adoravit, & oravit*, flexis genibus orare habebat pro conſuetudine, & ſic fecit cap.ſequenti n.5. & ſic oravit Stephanus, & indicat magnum affectum orantis ; oravit autem pro converſione fidelium,ac eorum perſeverantia, & conſtantia.

Verſ.37.*Magnus autem fletus factus eſt*,Syriacus *Obortus eſt.* Æthiopic. *Multum fleverunt omnes ex amore*, quo intime illum proſequebantur procumbentes ſuper collũ Pauli in ſignum eximij amoris, ac benevolentiæ,ut fecit Eliſæus erga noſtrum Parentem 3. Reg 19 n.20.ſic parentes Saræ cum eam dimiſiſſẽt cum viro ſuo Tobia Iuniore cap.10.n.12. de quo multa congerit Lypſius lib.2. in elect.cap. 6.de verſ. 38 dicam q. 14.

109. Syriac. Æthiop. 3.Reg.19 Tob.10. Lypſius.

QVÆSTIO XIII.

Quare dicitur,quod melius eſt dare, quam accipere?

SEu, ut habet Syriac *Melior eſt, qui dat, quam qui accipit.*Primo quia,qui dat oſtendit ſe multis abundare, in multiſque eſſe potentem, qui accipit illorum ſe oſtendit indigum. Secundo qui dat oſtendit ſe liberalem,& divina charitate plenum.*Qui non clauſit viſcera ſua fratribus* 1.Ioan.3. n.17. Qui verò accipit neceſſitatem oſtendit. Tertio, qui dat,& beneficus eſt,obligat, qui verò accipit manet obligatus,& adſtrictus ſuo benefactori. D.Hieronym ad Nepot. *Beneficium qui accipit, libertatem vendit.* Quarto, qui dat quid temporale exhibet, & magnum meritum, ac donum ſpirituale comparat coram Deo. Vide verbo Beneficiũ, at vero accipiens accipit tantum quid temporale. Quinto dare, eſt quid magnificum, & regale, accipere vile, & humile. Sexto per beneficentiam dum homo dat, & largitur, imitatur homo ipſum Deum: *Qui dat omnibus affluenter, & non improperat.*

110. Syriac. 1.Ioan 3 D.Hier. *Sex rationes quia melius eſt dare.*

Nec ex hoc fiat aliquod argumentum contra Religioſos mendicantes,qui mendicando,& petendo eleemoſynam vivunt; hoc enim provenit ex heroïca, & alta virtute charitatis, qua ob amorem Dei omnia temporalia propria voluntate contemnunt, & more Apoſtolorum : *Reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.* Matth. 19. ut in omnibus Chriſtum Dominum imitentur,& ad illius normam vitam ſuam componant ; De Chriſto Domino ait Paulus 2. Corinh. 8. n. 9. *Propter nos egenus factus eſt cum eſſet dives*, ſive enim ille cum eſſet dives in omnibus propter nos egenus factus eſt, nos ſequentes ejus veſtigia ſecundum noſtrã tenuitatẽ, ut conſiderant D. Chryſ Beda,&alij omnia noſtra abjecimus, & egeni facti ſumus, non neceſſitate, ſed volũtaria charitate,& ſolum Deum quærentes.

111. *Religioſi mendicantes à paupertate nobilitantur.* 2. Cor. 8. D.Chryſoſt. Beda.

Ait Chriſtus Dominus Matth. 6. n.3. *Beati pauperes ſpiritu*, & quos pauperes dixit Beatos, illos nempe, qui ſpretis omnibus mundialibus ſolum Deum quærunt,in quo ſunt omnia.Guerricus Abbas ſerm 1 in feſtivitate omnium ſanctorum ait, *Plane Beati,qui projectis vilibus, ſed gravibus ſarcinulis huius mundi, nolunt divites fieri, niſi de ſolo Creatore mundi.*

Matt. 6. Guerric. *Pauper ſpiritu ſolo creatore dives.*

Iob in ſumma omnia rerum deveſtatatione poſitus cap.1.n.21.*Scidit veſtimenta ſua,& tonſo capite corruens in terram adoravit*, & cur magnus vir non ſervat veſtimenta ſua,cum ex eis potuiſſet emere aliquid pro redimẽda ſua neceſſitate? quia veſtimenta viri tam potẽtis non debebant eſſe vilia ; Cur ergo vult ea perdere ? Bene ſciebat vir ſanctus,quod Deus omnia illius dederat in poteſtatem Diaboli : *Dixit Dominus ad Sathan ; ecce univerſa,*

112. Iob. 1. *Iob ſolum Deum vul. ſicũ retinere.*

universa, quæ habet in manu tua sunt. Quod agnoscens Iacob vestes statim à se projicit,& à malo nihil voluit habere,sed solum data à creatore vult retinere, & secum possidere. Origines lib. 1. in Iob sic ait: Adhuc vestimenta sua conscidit ob hoc, quia ex his, quæ Diabolo data sunt, apud se nil retinere voluit.

Origen.

QVÆSTIO XIV.

Quare in discessu Pauli tantus erat omnium fletus?

114. CVm Paulus discederet,magnus omnium fletus factus est,flebant sanè:quia agnoscebant, quantum bonum percipiebant ex ejus præsentiâ, qua tanquam radiis solaribus illuminabantur, & tanquam compedibus à malis reprimebantur. *Erat Daniel sedens in medio Leonum.* Daniel. 14. n. 39. Vnde illi tanta securitas,ac animus placatus inter ferocissimos, ac voraces Leones? Theodoret.serm. 8. de provident. *Daniel,* ait, *Leones pietatis radiis terruit, ac divinæ imaginis lineamentis, seu frænis quibusdam rabida illorum ora constrinxit.* Daniel sua pietatate, ac probitate tamquâ quibusdam radiis, ac delineamentis Divinitatis leones mitescebat,& quibusdam frænis comprimebat, quod potiori jure dicam ego de Magno Paulo,qui sua præsetia tamquam radiis illuminabat,ut omnes deposita Leonina ferocitate fierent oves,& veluti quibusdam frænis præsentia sua à vitiis, ac peccatis reprimebantur.

Daniel. Theod.

Præsentia prælati omnia proficiunt

115. At contra ex absentia Domini, & magistri multam ansam arripiunt servi, & discipuli ad licentiosè vivendum,multaque mala perpetranda. *Servo illi nequam dixit in corde suo: moram faciet Dominus venire; & cœperit percutere servos, & ancillas, edere, & bibere, inebriari.* Matth 24. n 49. Luc. 12. n. 45. Vnde huic servo occasio in tantam insolentiâ se præcipitando, ut alios servos, & ancillas flagellis verberet,& sibi laudatâ,& splendidam mensam multa ciborum varietate, optimo viro conditam sibi præparet, atque apponat; *Viderat quod Dominus profectus erat in Regionem longinquam* D Hieronym. ait in Matth. *De absentia Domini securior factus, vacat epulis*, ablata Domini præsentia ostium apertum ad omne malum.

Math. 24 Luc. 12. *Absentia Domini licentiosa servis.*

D. Hier.

116. Scribit D. Lucas 10. n 1. *Designavit Dominus alios septuaginta duos & misit eos ante faciem suam in omnem Civitatem, & locum, quo erat ipse venturus.* Non enim misit absolutè eos in omnem Civitatem, & locum sed determinate in illum, quo erat ipse venturus. Caiet. ait: *Ad rectè exequendum injunctum officium; scientes enim discipuli, quod subsequeretur Magister, cogebantur omni cura injuncta exequi.* Non torpet animus,nec languet manus hominum in obsequium, si adest spes Dominum citò adfuturum, ut cuncta videat,examinet,& unicuique pro ratione suorum operum retribuat.

CAPVT XXI.

1. *CVm autem factum esset,ut navigaremus abstracti ac eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum,& inde Pataram.*
2. *Et cum invenissemus navem transfretantem in Phœnicem ascendentes navigavimus.*
3. *Cum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram, navigavimus in Syriam, & venimus Tyrum; ibi enim navis expositura erat onus.*
4. *Inventis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per spiritum ne ascenderet Ierosolymam.*
5. *Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos hominibus cum uxoribus,& filiis usque foras Civitatem; & positis genibus in littore oravimus.*
6. *Et cum valefecissemus invicem,ascendimus navem, illi autem redierunt in sua.*
7. *Nos vero navigatione expleta à Tyro descendimus Ptolemaidem:& salutatis fratribus mansimus die una apud illos.*
8. *Alia autem die profecti venimus Cæsaream, & intrantes domum Philippi Evangelistæ, qui erat unus de septem, mansimus apud eum.*
9. *Huic autem erant quator filiæ Virgines prophetantes.*
10. *Et cum moraremur per dies aliquot,supervenit quidam à Iudæa propheta,nomine Agabus.*
11. *Is cum venisset ad nos tulit zonam Pauli: & alligans sibi pedes, & manus dixit: Hæc dicit Spiritus Sanctus: Virum, cujus est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, & tradent in manus gentium.*
12. *Quod cum audissemus rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet Ierosolymam.*
13. *Tunc respondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes,& affligentes cor meum? ego enim non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen Domini Iesu.*
14. *Et cum ei suadere non possumus, quievimus, dicentes: Domini voluntas fiat.*
15. *Post dies autem istos præparati,ascendebamus in Ierusalem.*
16. *Venerunt autem, & ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur Mnasonem quendam Cyprium antiquum discipulum.*
17. *Et cum venissemus Ierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.*
18. *Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum omnesque collecti sunt seniores.*
19. *Quos cum salutasset narrabat per singula, quæ Deus fecisset in gentibus per ministerium ipsius.*
20. *At illi cum audissent magnificabant Deum, dixeruntque ei: Vides frater, quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis.*
21. *Audierunt autem de te, quia discessionem doceas à Moyse eorum, qui per gentes sunt, Iudæorum: dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi.*
22. *Quid ergo est? utique oportet convenire multitudinem; audient enim te supervenisse.*
23. *Hoc ergo fac,quod tibi dicimus; sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se.*
24. *His assumptis sanctifica te cum illis: & impende in illis,ut radant capita: & scient omnes, quia qui de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas, & ipse custodiens legem.*
25. *De his autem, qui crediderunt ex Gentibus, nos scripsimus, judicantes, ut abstineant se ab idolis, immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.*
26. *Tunc Paulus assumptis viris,postera die purificatus cum illis intravit in templum, annuntians*

tians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.

27. *Dum autem septem dies consummarentur, hi, qui de Asia erant Judæi cum vidissent eum in templo concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus, clamantes.*

28. *Viri Israëlitæ, adjuvate: hic est homo, qui adversus populum, & legem, & locum hunc omnes ubique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & violavit sanctum locum istum.*

29. *Viderant enim Trophymum Ephesium in Civitate cum ipso, quem æstimaverunt quoniam in templum introduxisset Paulus.*

30. *Commotaque est Civitas tota, & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum; & statim clausæ sunt januæ.*

31. *Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis: Quia tota confunditur Jerusalem.*

32. *Qui statim assumptis militibus, & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidissent tribunum, & milites cessaverunt percutere Paulum.*

33. *Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & jussit eum alligari catenis duabus, & interrogabat quis esset, & quid fecisset.*

34. *Alij autem aliud clamant in turba, & cum non posset certum cognoscere præ tumultu jussit duci eum in Castra.*

35. *Et cum venisset ad gradus contigit ut portaretur à militibus propter vim populi.*

36. *Sequebatur enim multitudo populi clamans: Tolle eum.*

37. *Et cum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: græcè nosti?*

38. *Et dixit ad eum Paulus: Ego homo sum quidem Judæus à Tarso Cilicia, non ignotæ Civitatis municeps.*

39. *Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.*

40. *Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem & magno silentio facto, alloquutus est lingua Hebræa, dicens.*

ARGVMENTVM.

PAULUS navigio venit Coum, & peragratis multis locis venit Cæsaream, ubi Agabus ei prædicit vincula Ierosolymis, quo non obstante, generosè in illam tendit, persuadente Iacobo purificatur in templo, à Iudæis capitur, & penè occiditur à Tribuno eripitur, qui multa verba fecit.

Actor. 21. num. 1. Cum autem factum esset, ut navigaremus, abstracti ab eis recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum & inde Pataram.

Versiones;

CVM EXPOSITIONE I.
à Vers. 1. usque ad 9.

1. Oecum. D. Chrysost. Arias. Æthiop.

Vers. 1. *Cum factum esset* Oecumen. *Cum contigisset*, quod scilicet nos, *abstracti ab eis.* D. Chrysost. Arias: *Avulsi ab eis*, scilicet Ephesinis, *Avulsi* significat multa vi, ac violentia separati tamquam à filiis charissimis: *Venimus Coum.* Æthiopic. *Cursu venimus* significatur magna velocitate, ac diligentia, qua se Paulus habebat in negotio animarum. Coum, Rhodus, Patara quæ loca sint, explicabo quæstione sequenti, sicut & Phœnicis, de qua agitur vers. 2.

Vers. 11

2. Varab. Æthiop.

Vers. 3. *Cum apparuissemus autem Cypro.* Varablus: *Cum cœpisset nobis apparere Cyprus.* Æthiopic. *Cum aspeximus Cyprum*, & inde declinavimus ad partem Syriæ, & venimus in Tyrum Civitatem.

3. Nulla contradictio.

Vers. 4 *Inventis autem discipulis*, scilicet Christianis, ac discipulis doctrinæ Pauli; mansimus ibi diebus septem rogantibus discipulis permisit ad eorum consolationem, qui *Paulo dicebant per spiritum ne ascenderet Ierosolymam.* Dicebant spiritu prophetico, quo agnoverant Paulum Ierosolymis magnam persecutionem esse passurum; Tunc ipsi proprio spiritu, affectu, ac amore suadebant, ac deprecabantur eum ne ascenderet, & sic nulla est contradictio, ex spiritu divino cognoscebant persequutionem, & ex proprio spiritu conabantur eum avertere.

4. Solito de more.

Vers. 5. *Expleti diebus septem, profecti sumus, & Discipuli cum uxoribus, & filiis comitati sunt foras extra Civitatem, & positis genibus in littore oravimus*, ut jam superiori cap. vers. 36. explicavi.

5. Syriac.

Vers. 6. *Et cum vale fecissemus.* Syriac. *Et osculati sumus alij alios*, quod fiebat in signum amoris, & benevolentiæ in ultimo discessu, ut dixi superiori cap. vers. 37. *Illi autem redierunt in sua*, scilicet domos suas.

6. Lyran. Syriac. Iudic. 1.

Vers. 7. *Nos vero navigatione expleta* à Tyro, ut explicat Lyran. depositi, & præparata discedimus *Ptolemaidam.* Syriacus: *Venimus ad Acon* sic olim dicta Iudic. 1. n. 31 postea amplificata à Ptolomeo Rege Ægypti dicta est Ptolemaïda, est in finibus Tribus Azer, distat à Tyro triginta duobus milliaribus.

7. Syriac. Ob gratiam Cæsaris.

Vers. 8. *Altera die.* Syriac. *Postridie:* Venimus Cæsaream Palestinæ Civitatem, quæ ut jam dixi antiquitus appellabatur Turris Stratonis, postea eam Herodes appellavit Cæsaream in gratiam Cæsaris.

8. Æthiop. Act. 6.

Intrantes domum Philippi Evangelistæ. Æthiopic. *Egressi sumus omnes*, qui eramus cum Paulo. Iste Philippus erat unus ex septem Diaconis supra cap. 6. n. 5. in domum, quam, ut existimo, non tamquam propriam habebat, iste enim Philippus unus erat ex magnis fidelibus in illa primitiva Ecclesia, & ideo ab Apostolis electus est inter septem Diaconos, proindeque cum aliis fidelibus omnia renuntiavit, & tradidit ad pedes Apostolorum; tamen quamvis illi primitivi Christiani, venderent prædia, & omnia, tamen cum tunc non essent adhuc cœnobia, aliquas domos retinebant ad frequentationem Sacramentorum, ac ad spiritualium exercitium.

Retinebant domos ad spiritualia.

9.

Evangelistæ, non quia ipse fuisset Scriptor Evangelij, sed quia erat illius illustrissimus minister, ac prædicator, & ideo inter cæteros electus est ab Spiritu Sancto ad prædicandum, ac illuminandū Eunuchum,

Act.8. nuchum Reginæ Candacis supra Actor.8.num.29.

10. Vers. 9. *Huic erant quatuor filiæ prophetantes*, hoc est divinas laudes canentes, ac celebrantes, exponit Ioannes Alba lib.elector. cap 18. Tamen Alba. Syriacus, Oecumen. Epiphanius eas propriè Syriac. Oecum. Prophetas, ac vaticinantes vocant; nam sapientia præmium est virginitatis, ut patet in Sybillis, quæ ob virginitatem tantum donum sunt assecutæ; sic & istæ quatuor, ut in præsenti ait Oecumenius, dicens: *Animadverte, quod Prophetissides ejus filiæ Virgines erant, & quod propter pudorem magis hoc assequebantur, ut & prophetiæ dignæ haberentur.* Hæ autem quatuor in virginitate senuerunt, ut ex antiquissimo Polycrate tradit Eusebius lib. 3. Histor. Euseb. cap. 3 una earum dicta Hermione legimus in Menologio die 4. Septembris sub Trajano gravissima tormenta passam fuisse, & etiam reliquæ in numero Sanctarum Virginum adscribuntur.

Sapientia virginitas is præmiũ

QVÆSTIO I.

Explicatur quales essent illæ Civitates, Coum Rhodus, Patara, Phœnix.

11. COum, seu Cos, Coua, seu Coua insula est Cycladibus in mari Ægæo, diversa à Chio; nam Cous. inter Chium, & Coum media est Samus, Coa valde nobilitata est, extitit Patria Hyppocratis medicorum Principis, & etiam Appellis, qui etiam Pictorum Princeps est, videtur etiam, quod ex Coa 3.Reg.11 habuisset Salomõ generosos equos 3.Reg.11.n.28. §. n. 12. Rhodus Insula præclarissima, nullus est 12. dies, in quo Sol in ea non fulgeat, & appareat; Horat. & idem ab Horatio Ode 7. appellatur clara; Valde illustris extitit legum præstantia, eloquentia, atque Mathematicis, ac rei navalis peritia: in ea erectus est Colossus, seu Solis statua ex ære fabricata, altitudine pedum centum, & quinque, ita ut ejus pollicẽ multi nõ possent amplecti, unde teste Plinius. Plinio lib 34 cap.7. Vnum extitit ex septem Orbis miraculis, & ab hoc Colosso aliqui putant Rhodios dici Colossenses, ad quos Paulus scripsit epi- Coloss. stolas, sed est falsum; sunt enim alij valde diversi habitatores Civitatis Colossis in Phrygia, ut tenent D.Chrysost. & exposito eo ad citatam epistolam Rhodus recepta est ab Hospitalibus equitibus Christianis anno 138.vel 9 eam Soldanus Imperator Turcarum occupavit anno 1522.

13. Patara Lucæ Metropolis amplissimo portu, mul- Patara. tis, ac magnis templis, atque ædificiis valde illustris, & à templo Apollinis Patari nomen accepit, Carthus. Cartusianus monet, quod in Codice aliquorum appellatur Mirea, & inde illustrissima facta est, quia Magnus D Nicolaus Pontificatum gessit. De Phœnice jam dixi supra cap.11.vers.19.& cap.15. vers.3.

Actor.21. num. 10. Et cum moraremur per dies aliquot, supervenit quidam à Iudæa Propheta nomine Agabus.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE II.

usque ad Vers.15.

14. Arabic. Vers.10. *PEr dies aliquot.* Arabicus: *Per dies complures.* Agabus, hic est ille Propheta, qui famem sub Claudio Imperatore prædixit supra cap.11.num.28.

Act. 11. 15. Vers.11. *Tulit Zonam Pauli, & alligans sibi pedes, & manus.* Syriac. *Cinxit cingulum lumborum* Syriac. *Pauli*, Antiquorum Prophetarum morem sequutus Agabus. est Agabus, ut fecerunt, Isai.20.Ierem. 12. & 27. Isai.20. Ezech. 4. & 17. qui Catenis super se impositis si- Ierem.12. gnificabant captivitatẽ Pauli, ita hoc modo Aga- Ezech. 4. bus significavit comprehensionem Pauli, *sibi* in Græco est *ipsi*, scilicet Paulo, quem Agabus ligavit, nostra Vulgata habet *sibi* Agabus sibi imposuit, ut significaret comprehensionem Pauli, quem ut semetipsum diligebat.

16. *Tradent in manus gentium*; sicut Iudæi tradiderunt Christum Dominum Pilato, ac Romanis ad crucifigendum, sic & tradent Paulum Tribuno, ac Romanorum Præsidi, ac tandem crudelissimo Neroni ad mortem: magna cõsolatio Pauli, quod Domino suo IESU conformaretur.

17. Vers. 12. *Rogabamus nos, & qui illius loci erant.* Syriac. *Filij incolæ Religionis*, scilicet Christianæ, qui erant in Cæsarea, *ne ascenderet in Ierusalem.* D.Chrysost. Multi rogabant ne abiret.

18. Syriac. Arabic. Vers. 13. *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum?* Syriac. *Contunditis cor meum.* Arabic. *Comminuentes cor meum* Eorum lachrymæ, & fletus non poterant avertere Paulum ne iret in Ierusalem, sed solum inserviebant ad ejus molestiam, & afflictionem, qua maximè super suorum dolorem, ac afflictionem urgebatur de quo q.4.

19. Syriac. Vers.14. *Et cum ei suadere non posumus quievimus.* Syriac. *Cum assensum non præbuisset nobis desistimus.* Arabic. *Tanquam boni discipuli subjicientes se Magistro.*

20. D.Chrysost. Verabl. Oecum. Vers.15. *Post dies autem istos*, in quibus hæc facta sunt præparati *ascendebamus Ierusalẽ.* D. Chrysost. Vatablus: *Sublatis sarcinis & præparati.* Oecumen. *Viatico, & rebus necessarijs instructi.* Voluimus ire cum Paulo in Ierusalem expositi cum illo ad omne periculum. *Ascendimus Ierusalem*, quæ est in altiori situ, quàm Ierusalem.

QVÆSTIO II.

Quare Agabus zona Pauli ligat sibi manus, & pedes?

21. MAjorum mores semper sequendi, & imitandi sunt, & quia antiqui Prophetæ, ut dixi in Expositione, Catenæ in suo collo injectæ solebant prædicere, ac significare captivitatem, & laborem populi; quia non solum verbis, sed etiam factis vaticinabantur, ac docebant; quia plus movent visa, quam audita, ut vulgo dicitur: *Cor non videns, non dolet.* Ex quo D. Chrysost. Oecumen. D. Gregor. homil. 37. Carthusian. Hugo, & alij Agabum ligasse manus, ac pedes Pauli, ut ita ei prædiceret, ac repræsentaret eum esse ligandum in Ierusalem.

Visa magis movent. quam audita.

22. Solet Deus suis servis antequam res eveniant, illis indicare quæ facturus est, ut fortiori, & majori animo suscipiant, sic nunc ostẽdit Paulo re, & verbo, quanta passurus erat in Ierusalem; sic Christus D. prædicens suis Apostolis quanta passuri erant pro nomine ejus, ait: *Cum venerit hora eorum reminiscamini quæ ego dixi vobis*, Iob.16.n.4.D.Chry- *Mala præcisa minus perturbant.* sost. homil.76 in Ioan. *Propter hoc prædixit, ne in non expectata incidentes perturbarentur.* Vt ait Seneca lib de tranquillitate animi cap.11. *Res adversas infringit qui sæpe prior vidit.*

23. Cum ventum fuit ad septimam plagam Ægypti ait

Exod. 9. ait Textus Exod. 9. *Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & diſcurrentia fulgura ſuper terram.* Prius nominantur tonitrua, deinde fulgura, prius tonitrua, & poſterius fulgura, tamen conſiderata rerum natura, ut paſſim experimur, prius fulgura videntur, & poſtea tonitrua audiuntur: Ecce Divina bonitas prius per voces admonet, quam laborum, ac perſecutionum fulgura omnia concremantia emittantur. D. Auguſt. ſerm. 87. de Temp. ait: *Veniunt de ſupernis voces, & tonitrua, & grando, & ignis diſcurrens in grandine. Videte temperamentum divinæ correctionis non cum ſilentio verberat, ſed dat voces, & doctrinam cœlitus mittit, per quam poſſit culpam ſuam mundus agnoſcere, dat grandinem, dat & ignem* Vide tom. 1 in Evang. lib. 3. cap. 3. q. 22. n. 109. & 110. & tom. 3. cap. 1. q. 14. n. 95. 96. 97. tom. 5. lib. 7. cap. 17. quæſt. 10. n. 58. 59. 60.

Qua prævidentur vel erabilius ſuſtinentur.

D. Aug.

QVÆSTIO III.

Quare D. Paulus ad Cœlum rapitur, ad vincula & carceres feſtinus tendit.

24. 2. Cor. 2. DE ſe teſtatur noſter Apoſtolus 2. Corinth. 2. n. 14. *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio) raptum uſque ad tertium Cœlum.* Ad Cœlum, ac cœleſtia gaudia ſe raptum dicit, at vero modo Agabus ligat zona pedes Pauli dicens: *Sic te alligabunt Iudæi in Ieruſalem, & tradent in manus gentium* n. 11. Ex quo omnes rogabant eum ne diſcederet, quibus ait Paulus: *Ego non ſolum alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum.* Et cum non poſſent eum diſſuadere, ac avertere à propoſita intentione omnes cum Paulo expediti ab omnibus ſe præparant ad viam.

Difficultas quæſtionis.

25. Vnde tanta diverſitas: *Ad cœlum rapitur* quod ex ſuo genuino ſignificato innuit vim, ac violentiam, & ad vincula, & carceres in Ieruſalem tam forti, ac conſtanti animo ſe exhibet, ut nullo modo poſſit dimoveri, & promptè, & expeditè ſe accingit ad viam, iterque arripit? D. Gregor. Magnus lib. 33. Moral. cap. 13. ait: *Paulus adverſa ex ſuo voto etiam ducitur; quia malorum eminentium cognitionem percipit, ſed devotione ſpiritus etiam ad acriora ferveſcat.* In utroque eventu mira Pauli virtus effulget ad cœleſtia, & ſuperna gaudia quodammodo vi trahitur ad diſcrimina, flagella, & mortem concitato pede currit, ut à nullo impediri valeat. *Devotione Spiritus etiam ad acriora ferveſcit.*

D. Greg.

Paulus ad labores currit, ad oblectamenta moroſus.

26. Anima Sancta à ſuo dilecto Sponſo exorat: *Trahe me poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Cantic. 1. num. 3. Aliter vero ipſa cum eſſet in ſuo lectulo amore Chriſti vulnerata dicebat: *Surgam, & circuibo Civitatem.* Cantic. 3. num. 2. Alij legunt: *Circumgiro Civitatem* Alij *curram Civitatem.* Vnde nunc tanta diligentia, ut circumgiret, & currat totam Civitatem, in qua bene poterat timere, quod incideret in manus vigilantium Civitatis, qui eam ſpoliarent à pallio ſuo, multiſque vulneribus, & perſecutionibus eam afficerent, unde tam ſedula diligentia, cum ad unguenta pretioſa Cœleſtium donorum, ut eſt communis vox Patrum neceſſe ſit trahi, quod ex ſuo ſignificato indicat vim, & violentiam. In omnibus ſuam probitatem declarat anima ſancta, ad ſuavia, & blandimenta vi impellitur. *Trahe me poſt te*, ad certamina vero, vulnera, ac perſecutiones omni contempto diſcrimine girat, & curtit civitatem D. Ambroſ. lib. de Iſaac ait: *Exurgam, ut quæram impigrè, quæram ſollicite*, ſcilicet contra pro omni periculo, ut illum habeam, & teneam.

Cant. 1.

Cant. 3.

Sponſa ad pericula currit, ad ſuavia trahitur.

D. Ambr.

QVÆSTIO IV.

Quare Paulus videns ſuorum lachrymas tam vehementer affligebatur.

VIdentes diſcipuli ejus animum reſolutum, & determinatum eundi in Ieruſalem ad carceres, & vincula in multas lachrymas, & fletus prorumpunt, qui ait illis: *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum?* Conterentes cor meum, ut alij legunt. Ecce Paulus robuſtus, ac fortiſſimus adamas, quem laborum tempeſtas conglomerata tyrannorum ferocitas omnis aquarum maris moles intumeſcens non potuerunt conturbari, ſuorum lachrymis emolleſcit, ac veluti conteritur, ut recte ponderat D. Chryſoſt. homil. 14. in Epiſtol. ad Coloſſ. & ait: *Cumque viderit Paulus quorumdam lachrymas ita perfringebatur, & conterebatur Adamas ille, ut animæ afflictionem non abſconderet, ſed mox diceret; quid facitis flentes conterentes cor meum? quid dicis, dic quæſo? adamantinum animum lachryma conterere poteſt, etiam inquit, nam omnibus reſiſto, una dempta dilectione, illa me vincit, ac ſuperat: hoc Deo ita probatur. Abyſſus aquarum illum non contriviſſet, & modica lachryma contrivit.* 27.

Paulus ex ſuorum lachrymis multum commovetur.

D. Chryſoſt.

Scribit D. Ioan. 19. n. 25. *Stabat juxta Crucem Ieſus Mater ejus, & ſoror Matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ.* Ecce aſtabant concomitantes Chriſtum, & dolentes de ejus paſſione, quomodo ipſe ait: *Conſolantẽ me quæſivi, & non inveni*, Thren. 1 n. 9. *Non habens conſolatorẽ*, & iterum n. 16. *Longe factus eſt à me cõſolator*, ex præſentia matris lachymantis, & ex diſcipulorum fletu magis augebatur patientis dolor, & afflictio, non inſerviebant ad cõſolationis levamen, ſed ad majorẽ mœſtitiæ, & anguſtiæ cumulũ. D. Cyrill. Alex. ibi ſic ait: *Non inutiliter iuxta crucem Matrẽ, & cæteros dicit largis ſcilicet lachymis flentes. Cur autem hæc memorat, & mentionem mulierum facit? Docere, ut ego arbitror, voluit tantam paſſionis Chriſti fuiſſe magnitudinem, ut matrem etiam eius mors Crucis, & Iudæorum illuſiones cõmoverint.* Amans in dilecti dolore, ac afflictione maximè dolet, & affligitur, indeque graviter agitur. 28. Ioan. 19. Thren. 1.

Ex ſuorum lachrymis Chriſtus multum angebatur.

D. Cyril. Alexan.

Ieremias videns deſolationem, ac devaſtationem populi ſui lamentatur Thren. 2. n. 11. *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea, effuſum eſt in terra jecur meum, ſuper contritione filiæ populi mei.* Non ait conturbatum eſt jecur meum, ut dicebat David *conturbatum eſt in me cor meum.* Pſal. 37. num. 11. In proprio dolore *conturbatum eſt in me*, ac in dilecti contritione extra me *in terra*, ac ſi vehementius torqueret, quam propria, & ait jecur, licet aliqui legant *Cor*, noſtra vulgata habet *jecur*, & potius illud exprimit, quam aliam humani corporis partem, tum quia eſt maxime inviſceratum, tum quia juxta multorum medicorum ſententiam, in compoſitione humani corporis eſt prima pars tamquam principium, ac fundamentũ totius vitæ humanæ & non ait diffuſum eſt uſque ad talos, & pedes, ſed *ſuper terrã* ac ſi præ dolore, ac mœſtitia erũpit, ac exilit extra humanũ corpus ſuper terram, & quæ nam cauſa tantæ anguſtiæ, ac mœroris, exprimit: *Super contritione filiæ populi mei.* Arabicus: *Super dolore*, ex devaſtatione, deſolatione, anxietate, ac afflictione aliorum, ſic commotum eſt præ amaritudine jecur meum, ut non ſolum à ſuo loco eſſet avulſum, ſed 29. Thren. 2. Pſal. 37. *Quod mundus facit ad pœnam, Deus vertit in obſequiũ.* Arabic.

etiam ut ab ipſo corpore proſiliret, totumque ſuper terram diffunderetur.

30. Poſtquam Acham deprehenſus eſt in furto Iericho ait Textus: *Tollens itaque Ioſue Acham filium Zare, argentumque & pallium, auream regulam, filios quoque, & filias ejus adduxerunt eos ad vallem Achor, lapidavitque eum omnis populus.* Ioſue 7.n.24. Ducitur Acham, ut puniatur, ad quid etiam filij, & filiæ pertrahentur, cum ſolus Acham eſſet plectendus, ut merito dubitat Magnus Dydacus de Baeça tom.3.de Chriſto figurato lib.7. cap.9.§.24 nam lege divina vetitum erat, ut parentibus peccantibus filij punirentur Deuter.24 Ierem.30. Ezechiel. 18. ad quid ergo cum plectendus ſit Acham proponuntur ad conſpectum ejus filij, & filiæ? Vt ipſis lachrymantibus, ac gementibus, parentis eſſet vehementior dolor, pœna acerbior, & animi anguſtia acutior penetrans viſcera.

Ioſue 7. Baeça. Deut. 27. Ezech. 18 Ier. 30. *Dolore dilecti maxime anguſtiatur animus.*

Actor. 21 *n.* 16. Venerunt autem, & ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum, adducentes ſecum, apud quem hoſpitaremur Mnaſonem quemdam Cyprum antiquum diſcipulum.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III. uſque ad Verſ. 21.

31. Verſ.16. *VEnerunt autem ex diſcipulis* amore Pauli compulſi, *apud quem hoſpitaremur.* Syrus: *Vt exciperet nos domi ſuæ* Arabic: *Qui hoſpitio recepit nos apud ſe.* Lyranus vult quod iſte haberet domicilium in itinere inter Cæſaream, & Ieruſalem, videtur tamen aptius dicendum, quod ejus domicilium erat in Ieruſalem; nec enim pro hoſpitio unius noctis in itinere eum adducerent ſecum.

Syriac. Arabic. Lyran.

32. Adde; quia habebat domum in Ieruſalem, ut ibi hoſpitarentur, aderat feſtum Pentecoſtes, in quo Iudæi tenebantur adeſſe Ieruſalem ex lege 23.n.17. in quo multa futura erat penuria, & difficultas hoſpitalitatis, & Catholici à Iudæis erant expoliati ab omnibus ſuis, ac proinde Paulus eleemoſynas collectas eis deferebat. *Mnaſonem*, aliqui Codices legunt *Jaſonem*, de quo agitur cap.17.n.5. Dicitur amicus antiquus, de quo quęſtione ſequēti, de munere hoſpitalitatis dixi ſupra c.18 q.3 n.18.& 19.

Levit.23.

33. Verſ.17. *Et cum veniſſemus Ieroſolymam Libenter exceperunt nos fratres.* Syriac. *Hilariter.* Arabic. *Cum jucunditate.* Æthiopic *Abunde:* Cum multo gaudio Chriſtiani excipiūt, & abunde ſecundū ſuam paupertatem, quia ubi eſt ingens voluntas omnia ſuppetūt; agebatur tunc annus Chriſti 58. in quo incidit mors Beatiſſimæ Virginis Mariæ, in qua Paulus extitit præſens, ut dixi ſupra cap.18.q.11.n.32.

Syriac. Arabic. Æthiop. *Mors Virginis.*

34. Verſ.18. *Sequenti autem die*, nam prima quieverunt utpote fatigati ex itinere: *Introibat Paulus ad Iacobum*, qui ſolus tunc aderat in Ieruſalem, utpote illius Sanctæ Civitatis Epiſcopus, quā ſanctiſſime per viginti & novem annos, ac penè tres menſes gubernavit, & tandem à Iudæis de ſupremo templi faſtigio præcipitatus fullonis fuſte occiſus eſt.

S. Iacob.

35. *Omnes collecti ſunt ſeniores.* Æthiopicus: *Omnes presbyteri*, omneſque majores natu, ac graviores ex Catholicis Beda, & Comeſtor hoc dicunt fuiſſe quartum Concilium; nam primum factum eſt in electione Divi Matthiæ Actor.1.n.15 Secundum in Ordinatione ſeptem Diaconorum cap.6.n.2. Tertium de legalibus Actor.15.n.6. Quartum hoc dicitur, ſed ut bene notant Lorinus, Cornelius à Lapide hoc non fuit Concilium; quia in eo nihil decretum eſt, ſed quædam congregatio ut cum majori pompa, atque urbanitate Paulus excipieretur.

Æthiop. Beda. Actor.1. Actor.6. Lorinus. Cornel.

Verſ.19. *Quos cum ſalutaſſet.* Syriacus: *Dedimus ei pacem*, ſcilicet Iacobo. Arabic *Quibus cum oſculo ſalutatis.* Paulus narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in gentibus. Arabic. *Narravit res graviſſimas* quas Deus per manus ejus feciſſet in converſione gentium. 36. Syriac. Arabic.

Verſ. 20. *Magnificabant Deum.* Syriac. *Gloriam tribuebant Deo multa millia ex Iudæis.* Græcus, Arabicus: *Quot ſunt myriades Iudæorum:* Myrias continet decem millia, hoc ponitur confusè, & ſignificat multa millia: multi ex Iudæis ſunt cōverſi ad fidem, nam in prima concione Petri ultra tria millia Actor.2.n.41 & paulo poſt cap 4.n.4 quinque, & deinceps, multi alij; non ita Deus Iudæos à ſe rejecit, quin ex eis multos elegerit ad ſalutem. 37. Syriac. Græcus. Arabic. Actor.2. Actor.4.

Æmulatores ſunt legis. Græcus, Pagninus, Tigurina ſtudioſi ſectatores, & legis ſcilicet Moyſaicæ, quaſi vellent cum Chriſtianiſmo eam obſervare, ſed jam ab Apoſtolis reſolutum erat jugulum legis non eſſe imponendum gentibus Actor.15.n.6 tamen pro illo primo tempore ut paulatim animi diſponerentur aliqua fuerunt præmittenda, ſic Paulus circuncidit Timotheum Actor.16.n.3 38. Græcus. Pagnin. Tigurin. Actor.16.

Verſ.21. *Audierunt, quia diſceſſionem doceas à Moyſe.* Tigurina: *Doceas defectionem à Moyſe*, docendo, Iudæis, qui inter Gentes ſunt, non licere circuncidere ſuos filios, neque ſecundum receptos Patriæ mores, & maiorum antiquas conſuetudines vivere. 39. Tigurin.

QVÆSTIO V.

Quare Mnaſon, ſeu Iaſon adducitur Paulo à ſociis in Ieruſalem?

40. IStе Mnaſon, ſeu Iaſon, ut habēt alii Codices dicitur *amicus antiquus* Pauli verſ.16, ſive quia erat unus ex Septuaginta duobus Domini diſcipulis, ſive quia inter alios amicos Pauli, qui aderant, erat antiquior, Is, cum tam verus, & antiquus Pauli amicus extitiſſet.

41. Exiſtimo, quod cum ipſe videret quod Paulus iret in Ieruſalem ad tot, & tantos labores, ipſe Pauli amore ſe ei ſocium obtulit, ac comitem: nam inter ærumnas, & afflictiones amicus verus multum eſt adiuvamen, atque levamen: ait Eccleſ.6.n.16. *Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis,* Græcus. Græcus habet *pharmacum*, ſicut qui degunt inter peſtilentes, ac morbos contagioſos, ac periculoſos ſolent ſibi præparari medicamenta, ut eorum virtute immunes à periculis evadant ad maiorem ſuæ vitæ conſervationem, ſic & Deus ſuis electis inter contrarietates, ac adverſitates præparat fideles amicos ad ſolamen, & tutamen tantorum inſurgentium laborum D. Chryſoſtomus homil.1. in 1. Epiſtol. ad Theſſalonicenſes: Re vera, ait, vitæ pharmacum eſt, fidus amicus, re vera protectio fortis eſt fidus amicus. Quid enim non efficiet germanus amicus? Si mille theſauros dixeris, nihil tamen germano correſpondebunt amico

Eccleſ 6. Græcus. *Magnum præſidium bonus amicus.* D. Chryſoſt.

42. Secundo Mnaſon ſe offert ſocium Paulo in Ieruſalem, ut apud ipſū Paulus cum ſociis hoſpitaretur verſ.16. Vt erat fervidus charitate, ex hoſpitio exhibito, & miniſtrato voluit ſibi ex tāto obſequio multūm meriti comparare. Recipit Abrahamus tres Angelos hoſpitio, & ſtatim *Feſtinavit in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: accipe tria ſata ſimilæ commiſ-*

ce,

Gen. 18. *ce,& fac ſubcinericios panes.* Geneſ. 18. n. 6. Domus Abrahæ valde prepotens erat,abundans multis ſervis,& ancillis;quando enim occaſio exigit ex vernaculis ſuis 318.armavit, facere ſubcinericios panes,magis negotium erat ancillarum, quam dominæ,magis hoc pertinebat ad Agar,acalias ancillas, quam ad Saram,cur ergo ancillis prætermiſſis dilectiſſimæ uxori totum commiſit?Quia ipſam multum diligebat,& videbat,quod res erat virtutis,ac hoſpitalitatis, & optimus vir, ut ſua chariſſima uxor tantorum meritorum particeps fieret, voluit eam in tanto negotio ſuam opem impendere D. Chryſoſt. ibi: *Quoniam* (ait) *ſciebat boni operis magnitudinem: volebat vitæ ſuæ ſociam eſſe, retribuendarum mercedum eſſe participem.*

Bonus vir in merito volebat ſocios.

D. Chryſoſt.

43. O utinam omnes tali ſpiritu impleãtur,ut in negotio meritorũ alios velint ſecum habere ſocios, ut omnes magnam mercedem à Domino recipiant. De Corpore Chriſti non invento in Sepulchro valde diverſimodè loquitur Magdalena cũ Apoſtolis, ac Angelis;nam cum Petrus,& Ioannes,currerent ad monumentum,ait illis Magdalena: *Tulerunt Dominum de monumẽto* Ioan.20.n.2. & poſt pauca lachrymans loquitur cum Angelis n.3. *Tulerunt Dominum meum;& neſcio ubi poſuerunt eum.* Maximè notandum ſane eſt,quod cum verba facit cum Angelis dicit, *Dominum meum,* & cum ſermo eſt cum Apoſtolis prætermittit illud *meum,*& ſolum abſolute,& ſimpliciter dicit: *Dominum Tulerunt Dominum,*& non appoſuit meum, innuens ipſum eſſe communem Dominum ipſius,ac Apoſtolorum prout erant in via ; ac proinde quod communis eſſet labor,& induſtria ipſum Dominũ cõquirendi,eoſque voluit ſecum habere ſocios,ut in negotio tanti meriti noluerit eſſe ſola, ſed alios multos habere participes inquirendi.Galfridus in allegoriis Titelmani ad citatum locum ait: *Ad Apoſtolos dixerat, Tulerunt Dominum,cum quibus optabat habere communem,nõ modo ejus dominationem,ſed laborem quærendi,& de ipſo inveniendi ejus difficultate,mœrorem* Rem tantæ virtutis non ſolum ſibi appropriat,ſed intentat cum aliis communem facere,& de tam illuſtri facto omnes meritis condecorentur; habere communem laborem quærendi , at mœrorem ex difficultate non inveniendi.

Ioan.20. *Ad bona opera alij eraheadi nobiſcum.*

Galfrid.

QVÆSTIO VI.

Quare D. Paulus intrans Ieruſalem, ſtatim viſitat, ac ſalutat cum ſociis Iacobum?

44. VErſ.18. ait Textus: *Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Jacobum.* Erat enim Præſul, ac Epiſcopus illius Sanctæ Civitatis, & ideo, ut ait D. Chryſoſt. in præſenti: *Paulus detulit dignitati Epiſcopali, quam Iacobus frater Domini Ieroſolymis gerebat,& eximiæ ſanctitati,& authoritati,qua pollebat.* Et Iacobus quam magnæ, & eminentis authoritatis eſſet apud omnes patet ex quæſtione legalium Actor.15.n.13.& ex Paulo Galat.1.n.18.

D. Chryſoſt.

Iacobus magnæ authoritatis.

45. Multa reverentia exhibenda eſt Dei miniſtris, Diviniſque rebus:Cum aſportaretur arca Domini, extendit Oza manum ad arcam Dei,& tenuit eam: *Quoniam calcitrabant boves,& declinaverunt eam. Indignatus eſt indignatione Dominus contra Ozam,* 2.Reg.6. *& percuſſit eum ſuper temeritate.* 2.Reg.6.n.6.magna quæſtio eſt, in quonam extiterit Ozæ peccatum, ob quod in tantam incidit pœnam? Graviſſimorũ Doctorum eſt ſententia,quod in hoc Oza magnam injuriã irrogavit Sacerdotibus; quia ad ipſos pertinebat aſportare arcam; & circunſpicere, ne aliquam injuriam pateretur.Num 4.n.15. & cap. 18. n.3.Ipſe autem non erat Sacerdos,ſed Levita,ut tenet Ioſeph.lib.7. Antiquit. cap.8.& ob irreverentiam Sacerdotibus illatam percutitur.

Percutitur irreverentia.

facta Sacerdotibus.

Miniſtris Eccleſiaſticis,cum Chriſti perſonam repræſentent,multa reverentia eſt exhibenda. Cum piſcarentur diſcipuli Dominuſq, veniret,de cujus præſentia certior factus Petrus fluctibus indubitãter,& generosè ſe committit,ait Ioan.21 n.7. *Simon Petrus cum audiſſet,quia Dominus eſt,tunica ſuccinxit ſe(erat enim nudus),& miſit ſe in mare* Multa, & mira hic ſunt notanda; Petrus valde feſtinanter properabat venire ad Ieſum,cur moras trahit in tunica ſibi adaptanda. Deinde; qui ſe dant fluctib. maris ſolẽt veſtimẽta ſua deponere,ut marinos fluctus valeant facilius ſuperare:Vnde ergo venit Petro in mentẽ,ut dum inter aquarũ moles demergitur,veſtimentũ ſibi aſſumat,& quãvis Petrus ut celeriter ad Dominũ veniret de omni periculo obliviſcitur,recordatur tamen, ut ante conſpectũ Domini non appareat niſi cum debita reverentia,quæ quidem poſtulabat,ut non nudus,ſed indutus coram tanto Domino adſtaret D. Ambr. in epiſt. ad Roman. c.18.lib.15.ſic ait : *Impatiens deſiderij negligens captionis,immemor periculi,non tamen immemor reverentiæ, ubi Dominum vidit in littore veſte ſe cinxit* : Vt veſte compoſitus, ut debita reverentia exigebat,coram Domino adſtaret.

46.

Multa reverentia cum Deo agẽdum.

D. Ambr.

Centurio veheméter exoptabat ſalutem filij ſui, & cũ à Domino accepiſſet: *Ego vadam, & ſanabo eum,*& cùm jam Dominus juxta verbum ſuum iter atriperet,exiit obviam centurio,tamquam viam impediens. *Domine non ſum dignus,ut intres ſub tectum meum,ſed tantum dic verbo,& ſanabitur puer meus.* Math.8.n 8.Quid agis bone dux; vehementer pro pueri ſalute effervel cebas, Dominus dixerat : *Ego vadã,& ſanabo eũ,*cur non inſtanter petis,ut cõcitato gradu peragret, ut ita deſiderata pueri ſalus obtineatur,ſed intendis eum divertere ab incæpto itinere: *Domine non ſum dignus,ut intres ſub tectum meum.* O prudentiſſimè magnæ militiæ Princeps, voluit potius periculo pueri ſaluté exponere, quã in diſcrimen dare,quod in domo ſua aliquid minus,apte, ac decenter fieret ad præſentiam tanti Domini,magis voluit conſulere reverentiæ ſupremi Magiſtri,quàm exoptatæ pueri ſanitati D.Chryſoſt homil.27 in Matth ait : *Sic nec doloris magnitudo adeo ejus animũ confudit, ut tanta calamitate preſſus non philoſopharetur; non enim ſalutem filij ſolum reſpiciebat,ſed ne quid minus decenter diceret, aut faceret animadvertebat.*

47.

Matth.8.

Divinis rebus multa reverentia.

D. Chryſoſt.

Actor.21.n.22. Qui ergo eſt? Vtique oportet convenire multitudinem : audient enim te ſuperveniſſe.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE IV.

uſque ad Verſ. 27.

Verſ.22. *Quid ergo?* id eſt quid conſilij, ac determinationis faciendum in hac re? *Oportet convenire multitudinem.* Arabic. *Abſque dubio oportet ut turba ad te confluat,* ſcilicet Iudæorũ zelantium legem, & coram eis oſtendere male de te eſſe informatos;quia ut nihil dixiſti, nec feciſti contra legem,& hoc oportet fieri;quia ipſi ſciunt te veniſſe,hoc dicebat Iacobus ut magnus Præſul pro pace concilianda.

48.

Arabic. *Iacobus agit pro pace.*

Verſ.23. *Hoc ergo fac* , hoc dicunt,ut notant D.Chryſoſt. Oecumen non tamquam imperantes, ſed

49. D. Chryſ.

Oecum. Syriac. sed ut consilium dantes: *Sunt nobis quatuor viri votum habentes super se.* Syriac. *Voto obnoxij* Nazariatus, quod tunc etiam Paulus habebat, terminus autem Nazariatus, illiusque consummatio erat tonsio comæ cum illustratione, ac sacrificio oblato Num. 6. n. 18.

Num. 6. 50. Vers. 24. *His assumptis*, nempe quatuor illis viris, qui habent tecum Nazariatus votum. *Sanctifica te cum ipsis.* Græcus: *Purifica.* Æthiopic. *Purga te cum ipsis*, deponendo Nazariatum, cujus terminus instat, nempe tonsione capitis illustratione, ac sacrificio facto

Græcus. Æthiop.

51. Syriac. Græcus. Arias. *Impende illis.* Syriacus: *Expende pro eis expensas.* Græcus: *Fac sumptus, seu exolve expensas.* Arias, *Impende rituales sumptus, in lotione, & tonsura capillorum*; quia forte illi quatuor viri erant pauperes, & ad deponendum Nazariatum non habebant ad expensas, ideo consulit Paulo, ut ex eleemosynis eas faceret, & ita fiet manifestum, quod quæ dicta sunt de te, esse falsa, & mendacia; nã licet lex vetus esset omnino mortua, abolita, & extincta, tamen adhuc pro illo tempore non erat mortifera, ut cum D. Augustt. D. Thom. 1. 2 q. 103. art. 3. ibi Theologi, & hoc loco Expositores.

D. Aug. D. Tho.

52. Præoccupatur obiectio. Vers. 25. *De his autem, qui ex Gentibus crediderunt ne sollicitus sis*; præoccupat Iacobus objectionem, quasi tu futurus sis scandalo ipsis gentibus, indeque sibi occasionem assumant, qua tuo exẽplo sibi persuadeant eos teneri servare legalia, quia quoad eos jam resolutũ est in nostro Concilio Apostolorũ, se eos deberi abstinere ab Idololatris, à sanguine suffocato, & à Cibo idolis oblato supra c. 15. n. 20.

53. Æthiop. Vers. 26. *Tunc Paulus assumptis viris postera die purificatus est* Æthiopic. *Sanctificati sunt, & mensurarunt statutum tempus purificationis eorum.* Paulus obediens monitis assumptis illis quatuor viris purificati sunt communi ritu ab aliqua immunditia legis, v.g. contactu mortui vel ab aliqua consuetudine antiqua. *Annuntians*, seu ut vult Syriac. *Patefaciens*, nempe Sacerdotibus, ad quos spectabat, quod erant in templo, orando, ac jejunando, tamquam quid præparatorium ad oblationem, in qua consummabatur purificatio.

Syriac.

54. Græcus. Vers. 27. *Dum septem dies consummarentur.* Græcus: *Cum futurum esset, complerentur*, id est cum consumari inciperent Iudæi, qui ex Asia Minori venerant in Ierusalem ad diem Pentecostes celebrãdum, & semper contra Paulum insidias, ac rumores excitabant, ut patet ex superiori cap. 20. n. 3. & 19. contra Paulum excitant Populum.

Act. 20.

QVÆSTIO VII.

Quare D. Paulus astat in Tẽplo orans, ac jejunãs veste humili, ac tãquã habitu pœnitẽtiæ.

55. DIcitur in Textu vers. 24. *His quatuor viris assumptis sanctifica te ipsum*, sanctificatio in Nazaræis fiebat, ut dixi citato loco cum jejunio, ac oratione per septennium, ac etiam ut communiter hic docent Expositores cum habitu humili, ut colligitur ex D. Hieron. epistol 89. ad D. August. & ait: *O Paule, & in hoc te rursus interrogo, cur caput raseris? cur nudipedalia de cæremoniis Iudæorum* quæ ex sacro instrato constabat, cur ergo dum Paulus orat, ac jejunat pro salute gentium sibi assumit vestem Cilicinam? Quia oratio adjuncta Cilicio, & jejunio multum volat in sublime.

56. Daniel 9. Veniam peccatorum postulabat Daniel, & ut eius oratio esset valde efficax coram Deo, ait ipse cap. 9. n. 3. *Posui faciem meam ad Dominum Deum meũ rogare, & deprecari in jejunio sacco, & cinere.* Adjuvat, & unit Propheta suam orationem jejunio, & cinere. Theodoret. orat. 9. in Daniel. ait: *Jejunio enim, sacco, & cinere quasi aliis instructas preces Deo offerebat*, ac si oratio illis associata, & adjuta multam vim habeat ad impetrandum.

Saccum, & jejuniũ dant alas orationi. Theod.

¶ Cum maxime Divinus furor exarderet contra Populum, Deus ex sua infinita misericordia cum excitavit ad fletum, & saccum, sic ait Isaïas 22. n. 12. *Vocavit Dominus Deus exercituũ in die illa ad fletũ, & planctum, ad Calvitium, & ad cingulum sacci: ecce gaudium, & lætitia.* Veluti ex misericordia Dei obtenta, maximè quod dum Prophetæ communiter orant clamant ad Deum, vel Dominum Psalm. 60. num. 2. *Exaudi Deus deprecationem meam* Psal 68. num. 17. *Exaudi me Domine*, ait hic in præsenti Isaïas, non solum eum vocat Dominum Deum, sed addit *exercituum.* Cur cum innumeris aliis locis Deus exoratur nõ dicitur *Dominus Deus exercituũ* sed hic modo apud Isaïam, Ibat oratio communita fletu, & sacco, *Ad fletum, planctum, & ad cingulũ sacci.* Oratio cum fletu, & sacco est tãquam fortissimorum militũ armatus exercitus ad destruendos hostes, & ad omnia obtinenda, & ad obsistendum divino furori, ut omnium scelerum venia impetretur. Abulens. ad 4 Reg. c. 19. q. 2. sic ait. *Iste erat modus, quo Hebræus se habebat ad Deum quando volebat aliquid obtinere.*

57. Isai. 22. Psal. 60. Psal. 68. Vestis cilicina armaturæ erga Deum. Abulens.

Cum Rex Ezechias oppressus bello audisset impias blasphæmias, quas execrabilis Rabices jacuerat cõtra Dominum: ipse scissis suis vestimẽtis obvolutus sacco est, in signum magnæ pœnitentiæ 4. Reg. 19. n. 1. Isaï. 37. n. 2. Deinde *misit senes de Sacerdotibus opertos saccis.* Elegantes vestes nobiles à se abjiciunt, & saccum induunt Viri magni, ut Deo theatrum pœnitentiæ faciant, & grande spectaculũ. Oleaster in Isaïam ait: *Probe noscens, quam latis oculis videat Deus saccos:* Talis enim habito omnẽ difficultatẽ superat, & omnẽ sceleris notam delet.

58. Saccos humiles intuetur Deus.

Scribit Propheta Zacharias, quod Iesus Sacerdos magnus: *Erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciẽ Angeli* Zachar. 3. n. 3. Stabat Sacerdos corã Angelo, ut pro populo deprecaretur, ut Auctor est Theodoret atqui Pontifex, quando, deprecabatur pro populo juxta legem Pontificiis vestibus induebatur, cur his abjectis, sordidis, id est cilicinis juxta communem sententiam induitur, pro certo habens, quod plus movent & alliciunt sordida cilicia, quam vestis Pontificia, ideoque illa ut maxime apta ad impetrandum sibi assumit.

59. Zachar. 3 Exorat non Pontificio habitu, sed cilicino.

Actor. 21. n. 28. Viri Israëlitæ adjuvate, hic est homo, qui adversus populum, & legem, & locum hunc omnes ubique docens, insuper & gentiles induxit in tẽplum, & violavit sanctum locum istum.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE V. usque ad Vers. 31.

60. Vers. 28. *Viri Israëlitæ* Iudæi, qui venerãt ex Asia, convocant omnes cõtra Paulũ, eo quod prædicabat contra legalia, & insuper gẽtiles introduxit in tẽplum *Et violavit.* Syriac *prophanavit* Arab. *Fœdavit* Æthiop. *Polluit sanctũ locũ istum*, nẽpe atrium Iudæorũ, ad quod sub capitali pœna tenebatur teste Iosepho lib. 5 antiq. c. 14. solũ erat Iudæis intrare; nã pro gẽtibus aliud erat destinatũ.

Syriac. Arabic. Æthiop. Ioseph.

61. Vers. 29. *Viderant Trophymum Ephesinum* Iudæi hunc habebant tamquam gentilem, licet esset jam Christianus

Chriſtianus converſus ex gentilitate, quia licet ipſe non introiret in Templum; quia tamen erat individuus|Comes Pauli, ex Paulo introeunte ſuſpicabantur eum etiam introiſſe.

62. Verſ.30. *Commota eſt tota Civitas, & facta eſt commotio populi.* D.Chryſoſt. *Factus eſt concurſus populi. Paulum extrahebat citra Templum*, inquit Chryſoſt. *Ne ejus ſanguine pollueretur. Statim clauſæ ſunt januæ.* Syriac. *Eo momento.* Arias exiſtimat clauſas fuiſſe januas ut Paulus ibi cuſtoditus ſervaretur. Cornel. Menoch. Tyrinus fuiſſe clauſas aſſerunt, ne fieret aliqua irruptio in Templū pro ſervando Paulo, ſed revera Paulus extractus fuit à Templo, ut patet ex ſequentibus. Dico cum Eſtio quod fuerunt clauſæ à Levitis, quia reputabant Templum pollutum per ingreſſum hominis gentilis, & ideo erat expiandum, Levit.16.n.15.

D.Chryſoſt. Syriacus Arias. Cornel. Menoch. Tyrin. Eſtius. Levit.16

63. Verſ.31. *Quærentibus eum occidere*, cum hoc cognoviſſet Tribunus, cui data fuerat cuſtodia Civitatis, venit cum militibus. *Quod cum vidiſſent ceſſaverunt.* Arabic. Deſtiterunt.

Arabic.

QVÆSTIO VIII.

Quare Iudæi trahebant Paulum extra Templum?

64. DIcitur in Textu verſ.30. Quod cùm Iudæi vidiſſent Paulum in Templo *Apprehendentes eum trahebant eum extra Templum.* Vt eum occiderent, nam licet modo in lege gratiæ templa gaudeant immunitate ſecundum Civile, & Canonicum jus cap. *Immunitatem extra immunitatem*; hoc tamen non erat in Lege veteri, ut probat Abulenſ. ad cap.21.Exod.q.16.

In lege gratiæ immunitates Templorum. Abulenſ.

65. Quamvis ipſi furore, & ira contra Paulum efferverent, tamen, ut expleant ſuam voluntatem, trahunt illum extra templum, ut notat D.Chryſoſt. homil.46.in Acta, dicens: *Propterea extrahebant illum, ut hæc facerent majori cum audacia*, quamvis iniqui, & perverſi veluti à ſua conſcientia reprimebantur, ne aliquid contra Templi reverentiam agerent.

D.Chryſoſt.

66. Ait Deus per Iſaiam 26.n.10. *Miſereamur impio, & non diſcet juſtitiam in terra Sanctorum, iniqua geſſit, & non videbit gloriam Dei.* Introducitur peccator in extremo omnium laborum cumulo, & Deus illi impendens ſuam miſericordiam; ipſe tamen peccator ita eſt obſtinatus in ſua malitia, ut vias Domini, ac ſuæ ſalutis non diſcat, nec ad pœnitentiam, indeque privatus erit à gloria Dei, quam non videbit, ut demergatur in Infernum, & unde illi tanta malorum congeries? *Iniqua geſſit in terra Sanctorum.* Hoc eſt in Eccleſia; qui autem in Eccleſia, & contra Eccleſiam delinquit, in omnium malorum barathrum incidit, & congregat ſuper caput ſuum abyſſum omnium iniquitatum.

Quid magis horrendum, quam in oculis miſericordiæ perire.

D.Bern. D.Bernard in declaratione, ait: *Adhuc inquirendum quis ſit iſte impius? In terrra, inquit, Sanctorum iniqua geſſit, in Eccleſiaſticis poſſeſſionibus, quæ Sanctorum fuerant uſibus aſſignatæ; in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei vivi.*

67. Pro hac re expendamus nunc locum Ezechielis; ait ipſe cap.9. quod vidit Dei Majeſtatem, *Quæ erat ad limen domus*, n.3. Scilicet ad introitum Templi, aderat, & notarius, ſeu ſcriba cum atramento & calamo; *Vir unus veſtitus lineis* n.2. *Et atramentum ſcriptoris ad renes eius*, ut advertit D. Hieron. *Quo omnium peccata deſcriberet.* Aderant lictores ad comprehendendum, ac puniendum, & *unuſquiſq; habet ſecurim in manu ſua*, n.1. juxta Septuaginta. Ad quid tantum judiciale tribunal adeſt integer judex, diligens notarius & hoc ad limen templi eſt conſtitutum Tribunal, ait D.Paſchaſ. lib. de Sacrament. Corporis. *Vt ingredientes plenius dignoſceret*, ac notaret, an aliquid ineptum fieri in templo, ut in memoriale æternum permaneret, & ut ſubito, ac indilata debita pœna eum apprehendat. Hoc judiciali apparatu oſtendit Deus quanta illi cura ſit de reverentia convenienti locis ſacris.

Ezech.9. D.Hier. Septuag. Tribunal in limine Templi. D.Paſch.

68. Magni Viri Arunæ area, jam à tempore Davidis dicata erat; ut in ea à Salomone erigeretur Dei Templum, ut patet 2 Paralip.3. n.1 & cum David ſuo tempore multa beneficia accepiſſet à Deo, ibi ad Divinæ Majeſtatis honorem ædificavit Altare. *Tamen non prevalut ire ad Altare ut ibi obſecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium Angeli Domini*, 1.Paralip.21.n.30. Ad quid ſtabat Angelus armatus, jam peſtilentiæ morbus deſæviens, erat extinctus, & Dei miſericordia impenſa, ad quid ergo Angelus cum gladio? Vrbanus Pontifex in Pſ.30. ait: *Hæc eſt ara Templi Sancti, juxta quam eſt Angelus ad cuſtodiam deputatus.* Ille locus deſignatus erat, ut in illo Dei Templū conſtrueretur, & ideo anticipate, ne quid indecens fieret in eo ſtricto gladio ſtabat Angelus ad cuſtodiēdum, quanto magis vigilabit Angelus ad patrocinandum, & defendendum ſolium, in quo non eſt fabricandum, ſed jam conſtructum eſt Dei Templum, non ad unius figuræ venerationem, ſed ad cultum, ac realem, & veram Dei præſentiam.

2.Paral.3 1.Par.21. Vrbanus Pontif. *Diſricto gladio ſtat Angelus pro loco ſacro.*

69. Oſtendunt diſcipuli admirabilem amplitudinē, ac ſumptuoſitatem Templi, cujus totalem devaſtationem prænuntians Chriſtus D ait: *Dico vobis non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Tunc diſcipuli tanto vaticinio commoti, quærunt: *Dic nobis quando hæc erunt? & quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi?* Matth 24.n.3. Parum cohærens videtur hæc interrogatio cum Chriſti verbis, ipſe loquebatur de Templi deſolatione: *Non relinquetur lapis ſuper lapidem*, ipſi autē convertunt ſermonem ad totius Orbis devaſtationem *ſignum conſummationis* Alto, & ſublimi ingenio ſacri Apoſtoli perpendunt; nam deſtructo, ac violato Templo, certiſſima totius Orbis ruina, ac deſolatio infertur; Nam religione loci ſacra profligata, minimè poteſt ſtare mundus, quin forti, ac vehementi impetu ruat, ac devaſtetur.

Matth.24 *Deſtructo, ac violato loco ſacro periit Orbis.*

*Actor.*21.*n.*33. Tunc accedens Tribunus apprehendit eum, & juſſit eum alligari duabus Catenis, & interrogabat, quis eſſet, & quid feciſſet?

Verſiones,
CVM EXPOSITIONE VI.
*Vſque ad Verſ.*40.

70. Verſ.33. IUſſit eum alligari *duabus Catenis*, una qua manus, altera qua pedes conſtringerentur, ut vaticinatum fuerat ab Agabo Propheta ſupra verſ.11. In mundo iniqui ligantur pedibus, vel manibus *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum manicis ferreis* Pſal. 149. At contra ſervos Dei omni crudeliori modo mundus armatur, ut manibus, ac pedibus liget.

Pſal.149.

71. Verſ.34. *Alij autem aliud clamabant* contra Paulum, & tunc ut clarius exprimit Syriacus *præ vociferatione eorum non potuerit cognoſcere quæ eſſet veritas.* Tunc Tribunus dat locum iræ, ac furori, ut quieſcat Æthiopicus: *Vt aſcendere eum facerent ad Concilium* & interim *juſſit eum duci in Caſtra*, id eſt in arcem Antoninam,

Syriac. Æthiop.

in qua erat Romanorum præsidium, & ad quam nisi per multos gradus ascendebatur.

72. Vers.35. *Et cum venisset ad gradus*, scilicet arcis *Ut portaretur à militibus* per eorum manus *propter vim populi*. Syriac. *Propter impulsum*. Arabic. *Violentiam*, qua omnes insurgebant in Paulum, ut eum possent percutere, ac conterere.

Syriac. Arabic.

73. Vers.36. *Et clamabant; tolle eum*. Syriac. *Vociferabãtur, quod dicit voces incompositas*. Arabic. *Extirpa eum*, tanto odio exacerbabantur in Paulum, ut interficiendo ejus viscera vellent extrahere, & datum est pro magna gloria, ut in Paulo repræsentaretur, quædam Christi patientis effigies, eodem enim verbo, quo Iudæi poscebant Christum ad mortem Ioan.19 n.15. eodem verbo clamant, & exposcunt Paulum ad mortem: *Tolle eum*.

Syriac. Arabic. *Paulus Christi effigies in passione.* Ioan.19.

74. Vers.37. *Si licet mihi loquar ad te* Syriac *Si permiseris mihi*, humiliter, ac cum reverentia Paulus postulat loquendi licentiam, cui ait Tribunus: Græcè *nosti*. Arabic *Nosti loqui linguam Græcam*, ac si dicat Tribunus: Vestram linguam Hebraicam, vel Syriacam ego non intelligo, & quamvis Romanus bene percipit linguam Græcam, quæ tunc erat valde communis, ut modo est Hispanica.

Syriac. Arabic.

75. Vers.38 *Nonne tu es Ægiptius*, qui te fingens magnum Prophetam *tumultum concitasti*. D.Chrysost. *Seditionem concitasti*. Hunc Ægyptiũ explicabo quæstione sequenti.

D.Chrysost.

76. Vers.39. Ait: *Paulus ego homo quidem Iudæus è Tharso*, ac proinde non sum ille Ægyptius seductor cum sim valde diversus genere, ac patria, de quo latius infra dicam q.10.

77. Vers.40. *Et cum illi permisisset*, scilicet: Cum Tribunus facultatem dedisset: *Paulus stans in gradibus*. Syriac: *Stans super gradus*, ut ita melius audiretur ab omnibus, quantum distat consilium Dei à consilio hominum, illi arcem constituunt super gradus, ut ibi detenti non possent loqui, nec habere sermonem cum aliis, & Deus ipsos gradus destinat, ut Paulus ex eis liberius loquatur, & ut melius audiatur, quod homines faciunt ad impedimentum, Deus ordinat ad obsequium.

Quod homines faciun ad perditionem, Deus vertit ad subsidiũ.

QVÆSTIO IX.

Qualis esset iste Ægyptius, de quo Tribunus hic agit?

78. QVando Tribunus hæc dicebat agebatur an. Christi 58. Neronis 2. antea per triennium, scilicet anno Christi 55. Claudij Imperatoris 13. insurrexit iste Impostor Ægyptius, de quo agit Eusebius lib.2. cap.21. ex Iosepho. lib.20. antiquitatum cap.10 ubi eum hoc modo ita describit: *Eodem tempore quidã ex Ægypto venit Ieroſolymam vatem se esse profitentem, & plebi suadens ut secuta se in montem Oliveti ascenderet, qui è regione urbis ad quintum abest stadium: illic enim visuros suo jussu cadere Ieroſolymorum mœnia; ita ut per eorum ruinas, aditus in urbem pateat; quo cognito Felix præses jubet milites arma sumere, stipatusque multis equitibus, ac peditibus erumpens, invadit turbam seductam ab Ægyptio: quarum quadringentis occisis ducentos viros capit: Ægyptius ipse pugna lapsus disparuit.* Et cum ipse Ægyptius ex prælio vivus evaserit, inde Tribuno venit in mentem, an D. Paulus esset ipse Ægyptius.

Euseb. Iosepb.

Quis ille fuerit describitur.

79. Dicitur Ægyptius, ut pote ex suo genere malus, & iniquarum artium impostor, unde proverbium est evulgatum: *Nec sunt stupendæ machinæ Ægyptij.* Ortum hoc ex quadam fabula, ut narrat Plautius in consultis: Quidam Ægytius habuit quinquaginta filios, totidem filiabus fratris suis maritos dedit, at hi omnes præter unum à suis sponsis jugulati sunt.

Ægyptius impostor

Et ait Tribunus in textu: *Quatuor millia*, tot enim eduxerat secum ex Ægypto, sed turba latronum affluente, ac multiplicata ad triginta millia devenit, ut scribunt Iosephus, & Eusebius & advertunt Glossa, Beda, Hugo Carthus.

80. Glossa Beda. Hugo. Carthus.

Sicariorum. Syriac. *Sceleratorum*. Lorinus ex Hebræo *facientium mala*. D.Chrysost. Oecumen. dicunt sic nominari à gladiis reconditis, quos gestabant. Beda, & aliqui referunt, quod pro illo tempore extabant latrones, qui sicas, id est breves gladios manu gestabant, & permixti populo occulte vulnerabant, mors manifestabatur, & percussor latebat. Oecumenius describit hos gladios incurvatos fuisse more Persarum.

81. Syriac. Lorin. D.Chrysost. Beda. Oecum.

Nota hic quod Paulus Christi patientis vestigia imitatur; nam Christus Dominus cum Barraba imponitur Ioan.18.n.40. & Paulus cum impio, & iniquo Impostore Ægyptio.

82.

QVÆSTIO X.

Quare Paulus se dicit natum in Tharso urbe celeberrima.

OStendit Paulus, quod non sit ille Impostor Ægyptius cum non sit natus in Ægypto sed in Tharso, *Ciliciæ*; nam datur alia Tharsus in Bithynia, & ait, quod patria sua Tharsus non sit *Civitas ignota* Syriac. *Sed urbs celeberrima*. Lyranus: Famosa, & inde sibi laudes colligit Paulus, quod ab urbe nobili, & grande Tharso sit natus, multum enim confert hominibus majestas patriæ, & Civitatis.

83. syriac. Lyran.

Loquens Isaïas de Viro magño, & forti, ait: *Cujus ignis est in Sion, & caminus ejus in Ierusalem*. cap.31.n.9. Quæ verba sic legunt Septuaginta: *Beatus, qui habet in Sion semen, & domesticos in Ierusalem*. Sion erat mons sanctus, & beatus, in quo erat Dei Templum, & qui in eo nati erant in tantum extollebantur, ut ab illo Beati dicerentur, & notandum quod pro igne in nostra vulgata, transferunt Septuaginta *Semen*; nam sicut ignis cuncta, ad quæ accedit, inflammat, & accendit, sic semen exortum ab illo sancto monte universa accendebat in amore, ac charitate, sic hunc ignem montis Sion interpretatur D Gregor. homil.21.in Ezechiel ait: *Ex amore Domini in Sion ignis, & in Ierusalem caminus, quia hic amoris ejus flammis aliquatenus ardemus*. In sua lectione dicunt Septuaginta: *Beatus, qui habet in Sion semen, & domesticos in Ierusalem*. Sic nobilitantur à patrio solio, ut non tantum dicantur Beati, qui habent semen, & originem à monte Sion, sed etiam dicuntur Beati, qui habent domesticos, & consaguineos in Ierusalem Civitate Sancta.

84. Isai 31. *A Patria sancta, & beata dicuntur homines Beati.* D.Greg.

Scribit Ioannes Evangelista cap.1.n.19. *Miserunt Iudæi à Ieroſolymis Sacerdotes, & Levitas ad Ioannem* Legati, & oratores dicuntur missi ad Præcursorem non ex quocumque loco, sed è Ieroſolymis à præstantissima Vrbe, ut inde maximè ipsi commendentur, ut Viri magni, magnique ponderis. Cajetanus ait: *Tanto insigniores, quanto à Ieroſolyma Civitate primaria mittuntur*.

85. *Majestas patriæ confert magnis Viris splendorem.*

Non nego tamen, quod ex vili, & humili loco Vir magnus prodeat ut ait Seneca Epist 69. *Potest ex*

86. seneca.

A vili oppidulo vir magnus. 1. Reg. 3.

ex casa vili magnus exire, magnus ille Samuel rerum, ac morum præclarus Magister, de quo dicitur 1. Reg. 3. n. 20. *Cognovit universus Israël, quod fidelis esset Propheta Domini*, & tamen erat ex Pattia Romatha ad montem sita humili, ac parvo, & saxeo oppidulo, à quo vir tam magnus ortus est, ad quem alludens D. Gregor. Nazianzen. orat. 25. *Parva*, inquit, *magni viri patria; quæ nec illi impedimento fuit, quominus Deo priusquam in lucem prodiret donaretur.* Alludit ad nomen Samuelis; qui à Deo datus interpretatur.

Nazian.

QVÆSTIO XI.

Quare Paulus alligatus catenis tam pedibus, quam manibus prædicat, & manu silentium indicat?

87. VT vidimus, alligatus erat Paulus duabus catenis tam manibus, quàm pedibus, & adhuc ad prædicandum, ac docendum non desistit, sed ut melius ab omnibus audiatur, ascendit ad superiorem gradum, etsi Paulus esset alligatus, Verbum Dei non ligatum erat. D. Chrysost. homil. 47. in Acta Apostol. ait: *Quid huic spectaculo par videri; Paulum diabus catenis alligatum concionantem? Quomodo non turbatus est? quomodo non confusus est tantum populum exasperatum videns, astante præside.* Vide hom. 2. in Evangelia cap. 4. quæstione 5. n. 26. 27. & 28.

D. Chrysost. *Prædicatur alligatus, sed non verbum.*

88. Tamen in hac re magna insurgit difficultas: Paulus erat manibus ligatus, & tamen vers. 30 dicitur: *Annuit manu ad plebem magno silentio facto.* Si manus erant ligatæ, quomodo manum movet ad indicandum silentium, nec potest dici, quod Tribunus jusserit catenas auferri, nec tam brevi spatio catenæ fuerunt impositæ, & statim ablatæ.

Difficultas quæstionis.

89. Proinde dico, quod divinâ virtute illæ catenæ fuerunt laxatæ, ut nullum obstaculum facerent ad debitas actiones in Paulo; nam cum ipse esset bonus odor Christi, ex ejus fragrantia, ac exhalatione omne impedimentum contrarium dissolutum, ac dissipatum est, ut Paulus debitum munus exequeretur, ac adimpleret.

Ab odore Christi solvuntur vinculæ.

90. Senex Abrahamus firmiter credidit factæ sibi promissioni de filio futuro; quia ut ait noster Apostolus Rom. 4. n. 19. *Non consideravit corpus suum mortuum, cum fere centum esset annorum.* Optimo jure Apostolus dicit corpus ejus mortuũ ad naturaliter generandum, ut ita indicit Isaac datum ei fuisse miraculosè; at vero post natum Isaac & mortuam Saram ait Textus ex Genes. 25. n. 1. *Abraham aiam duxit uxorem nomine Cethuram, quæ peperit e Zamtan.* Antequam Isaac nasceretur jam corpus Abrahæ erat mortuum, & ex Dei virtute datur ei Isaac, & Sara, unde ei venit quod ex alia uxore habeat filios? Rationem nobis inculcat Origenes homil. 11. in Genes. & ait. *Cethura, quam nunc senex Abraham sortitur in matrimonium, interpretatur bonus odor, & ipse dicebat, sicut Paulus dixit; quia Christi bonus odor sumus.* Ex bono Christi odore solvitur impedimentum naturæ in Abrahamo, & vinculum catenarum in Paulo.

Rom. 4.

Gen 25

Ex odore Christi rumpuntur omnia impedimenta.

Origen.

CAPVT XXII.

1. *VIri fratres, & Patres, audite, quam ad vos nunc reddo rationem.*

2. *Cum audissent autem, quia Hebræa lingua loqueretur ad illos magis præstiterunt silentium.*

3. *Et dicit: Ego sum Vir Iudæus, natus in Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista Civitate secus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut & vos omnes estis hodie.*

4. *Qui hanc viam persequutus sum usque ad mortem, alligans, & tradens in custodias viros, ac mulieres.*

5. *Sicut Princeps Sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes majores natus, à quibus, & epistolas accipiens, ad fratres Damascum pergebam, ut adducerem inde vinctos in Ierusalem, ut punirentur.*

6. *Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, subito de Cælo circumfulsit me lux copiosa.*

7. *Et decidens in terram, audivi vocem dicentem mihi: Saule, Saule quid me persequeris.*

8. *Ego autem respondi; quis es Domine? Dixitque ad me: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.*

9. *Et qui mecum erant lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt ejus, qui loquebatur mecum.*

10. *Et dixi; quid faciam Domine? Dominus autem dixit ad me: surgens vade Damascum, & ibi dicetur de omnibus, quæ te oporteat facere.*

11. *Et cum non viderem præ claritate luminis illius ad manum deductus à comitibus, veni Damascum.*

12. *Ananias autem quidam, vir secundum legem testimonium habens ab omnibus cohabitantibus Iudæis.*

13. *Veniens ad me & astans dixit mihi: Saule frater respice: Et ego eadem hora respexi in eum.*

14. *At ille dixit: Deus Patrum nostrorum præordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus, & videres justum, & audires vocem ex ore ejus.*

15. *Quia eris testis illius ad omnes homines eorum, quæ vidisti, & audisti.*

16. *Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua invocato nomine ipsius.*

17. *Factum est autem revertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore mentis,*

18. *Et videre illum dicentem mihi: Festina, & exi velociter ex Ierusalem; quoniam non recipient testimonium tuum de me.*

19. *Et ego dixi: Domine ipsi sciunt; quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per Synagogas eos, qui credebant in te.*

20. *Et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum.*

21. *Et dixit ad me; vade, quoniam ego in nationes longe mittam te.*

22. *Audiebant autem eum usque ad hoc verbum, & levaverunt vocem suam dicentes: Tolle de terra hujusmodi; non enim fas est eum vivere*

23. *Vociferantibus autem eis, & projicientibus vestimenta sua, & pulverem jactantibus in aërem.*

24. *Iussit Tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum, ut scirei propter quam causam acclamarent ei.*

25. *Et cum astrinxisset eum loris, dicit astanti sibi Centurioni Paulus: Si hominem Roma-*

num, & indemnatum licet vobis flagellare?

26. *Quo audito Centurio accessit ad Tribunum, & nuntiavit ei dicens: quid acturus es? hic enim homo civis Romanus est.*

27. *Accedens autem Tribunus, dixit illi: Dic mihi si tu Romanus es? at ille dixit: Etiam.*

28. *Et respondit Tribunus: Ego multa summa civilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: ego autem & natus sum.*

29. *Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum torturi erant: Tribunus quoque timuit postquam rescivit, quia Civis Romanus esset, & quia alligasset eum.*

30. *Postera autem die volens scire diligentius, qua ex causa accusaretur à Iudæis, solvit eum, & jussit Sacerdotes convenire, & omne Concilium, & producens Paulum, statuit inter illos.*

ARGVMENTVM.

PAulus perorat ad populum, explicat suam conversionem à Deo factam se esse destinandum ad convertendas gentes, populus clamans eum ad mortem poscit, à Tribuno flagellari præcipitur, cognitus Cives Romanus à flagellis custoditur, in publico Iudæorum Senatu se ab omni crimine purgat.

Actor. 22. num. 1. Viri Fratres, & Patres, audite quam ad vos nunc reddo rationē.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE I.
usque ad Vers. 5.

1. Actor. 7. Vers. 1. *Viri Fratres, & Patres*, sic & eodem modo D. Stephanus incœpit suam orationem cap. 7. vers. 2. majorem exemplum sequitur Paulus, & eos ex charitate compellat titulo germanitatis, deinde titulo honoris, dum Patres vocat, coram eis se humiliando; aderant tunc fortè multi Sacerdotes, & Principes, & ex utroque titulo se ostendit, ait Chrysost. *non esse alienum ab eis*, scilicet natura, & sanguine.

2. syrus. syrus. Parisiens. *Audite rationem.* Syrus: *prolationem spiritus*, vel *defensionem*, ut Syrus Parisiens. *Excusationem*, contra iniquam Asiaticorum accusationem.

3. syrus. Arabic. D. Chrysost. Vers. 2. *Cum audissent Hebræa lingua* loquentem magis *præstiterunt silentium*, Syriac. *magis cessarunt*, scilicet à tumultu. Arabic *Auscultarunt eum multa cum quiete.* D. Chrysost. *Attenti*; nam lingua propria melius auditur, magnumque reconciliat affectum.

4. Vers. 3. *Ego sum Vir Iudæus*, nempe religione, & natione. *Natus in Tharso Ciliciæ*, de quo egi superiori cap. 9. 10. *nutritus autem in ista Civitate*, ad quam missus fuerat à Patre suo studēdi sacrę Scripturæ causâ, quæ ibi docebatur. *Ad pedes Gamalielis*, qui erat magnus, & insignis doctor. *Eruditus juxta veritatem Paternæ legis.* Syrus: *Eruditus perfectè in lege Patrum.* Arabic. *Institutus in his, quæ pertinent ad rectitudinem legis*, ac ad illius exactam observationem *Æmulator legis.* Syriac. *Fuitque zelator Dei*; nam qui zelator est legis Dei, zelator est Dei.

5. syriac. Hugo. Vers. 4. *Qui hanc viam persecutus sum.* Syriac. *Qui hanc doctrinam persecutus*, scilicet Christianorum *Usque ad mortem*, ut Stephanū, & alios. Hugo aliter exponit, ac si dicat: Ita ego eram legis defēsor, ut pro illius custodia essem paratus mori, sed prima expositio est melior, & magis cohærens cum subsequenti. *Alligans, & tradens eos in carcerem.*

6. syriac. sanches. Vers. 5. *Sicut Princeps Sacerdotum mihi testimonium reddidit.* Syriac. *Sicut mihi testis est summus Sacerdos.* Probabiliter existimat Sanches litteras sibi olim datas à summo Sacerdote, quas Paulus usque modo servavit ad ostendendum suum antiquum legis zelum, & æmulationē legis Dei in eo.

QVÆSTIO I.

Quare Paulus in exordio Sermonis se dicit nutritum in hac civitate Ierusalem?

AIt: Ego nutritus in hac Civitate Ierusalem omnium universali Academia, ac proinde bene instructus in universali scientia, & hac ratione sibi laudem usurpabat Horatius. 7.

Roma nutriri mihi contigit, ac doceri.

Sic & Paulus maximè commendat suam sapientiam à nutricatu Ierosolymitano, utpote præclarissima Academia. Veniunt ad invisendum Iob tres amici Eliphas Themanites, Baldad Suhites, & Sophar Naamathites Iob 2. n. 11. tamen ex his tribus primus omnium loquitur Eliphas Themanites Iob 4. n. 1. erat enim ille ex Civitate Theman, quæ erat valde magnifica Academia totius humanæ, ac divinæ Sapientiæ: ut communiter notant Expositores Lyran Hugo, Carthus ad illa verba Ierem. 49. n. 7. *Nunquid non ultra est Sapientia in Theman*, & cum Eliphas esset ex tam grandi Academia cæteris præcedebat, & primus loquitur; ut omnium maximus sapientia, eruditione, honore, ac dignitate, & recte illa Academia dicitur *Theman*, quod Hebraicè *dextrum* sonat, ubi sapientia floret, ibi cuncta sunt dextera, felicia, & auspicata cum omni urbanitate, ac decenti modo facta. Iob. 2. Iob. 4. Ier. 49. Lyran. Hugo. Carthus. *Ab Academia homo probus, & doctus.*

8. Ad ostium animæ sanctæ pulsat Divinus Sponsus: *Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, surrexi ut aperirem dilecto meo.* Cantic. 5. n. 5. & quæsivi illum per vicos, & plateas, postea ut & vocem sponsi audiat, & sequatur, necesse est, ut tripliciter vocetur: *Veni de Libano, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de cubilibus Leonum, & Pardorum.* Cantic. 4. n. 8. Quæ tam sedula, ac diligens erat, ut aperiret ostium, modo vero tantas moras nectit, ut necesse sit semel, & iterum, atque iterum vocari. Vnde tanta diversitas? à solio in quo versabatur, in Civitate, in qua versabatur polytica, urbanitas florebat, ut ad unam vocem surgat, at dum in deserto Sylvestri deget cunctandi rusticitas prodit, ut necesse sit multipliciter compelli, ac advocari. Cant. 5. Cant. 4. *Homo rusticus à campo, urbanus à Civitate.*

9. Amos 7. Ex quo merito Rupertus magnum miraculum divinæ Omnipotentiæ reputat, quod Amos rusticanum inter Pastores degentem elegerit in vatem ad annuntiandum populo suo Vnde ipse Prophēta cum eligeretur à Deo ait: Ego de humili Casa,

ac

ac de vili hominum numero,& ait: *Ego armentarius ſum,villicans Sycomoros*,& tamen, dixit Dominus ad me,& vade *& propheta ad populum meũ Iſraël*,Amos 7 verſ.14. & 15. quæ verba explicans Rupertus ſic ait: *Magnum quippe præconium gratiæ,ac gloriæ Domini,in eo quod Paſtorem implendo Prophetam facere,& dignanter voluit, & efficaciter potuit.* Expende verba *Magnum quippe præconium gratiæ,& gloriæ Domini*, extitit quidem magnus oſtentata divinæ Omnipotẽtiæ diſpoſitione,quod hominem ruſticum,ac Sylveſtrem expoliret,ut vatis munus adimpleret in populo ſuo. Vide quæ ſupra dixi de Academia Solis cap.11.q.7.n 44.45.46.

Eminet Dei virtus in ruſtico excolendo. Rupert.

QVÆSTIO II.

Quare D. Paulus ſe dicit eruditum ad pedes Gamalielis?

10. DE Gamaliele jam dixi ſupra cap. 5. verſ. 35. Erat ille vir magnus,ac magnæ opinionis, & de ejus magiſterio gloriatur Paulus, & ait: *Secus pedes Gamalielis eruditus*,& quamquam Gloſſa Interlinealis & Hugo accipiant de ſervili obſequio, tamen melius,& verius D Chryſoſt. de ſtudio, ac doctrina ab eo accepta,& reverentia illi exhibita.

Gloſſa. Hugo. D.Chryſoſt.

11. Videtur enim metaphora deſumpta à Magiſtro, qui in Cathedra,ut in loco altiori ſedet, ad cujus pedes auditores videntur aſſidere,tamquam humiliantes ſe ad percipiendam doctrinam, ut dicitur Deuteron.33.n.3 *Et qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius*,ſic & Magdalena ſtabat ſecus pedes Domini, *& audiebat verbum illius*, Luc.10. n.39. ut ponderat D. Auguſt. ſerm.27. de Verbis Domini, & ait: *Quanto humilius ſedebat, tanto amplius cupiebat: Confluit enim ad humi itatem convallis, denotat de tumoribus collis.*

Vera doctrina cũ humilitate percipitur. D.Aug.

12. Cum ſcriptum ſit Pſal.17. n. 27. *Cum electo electus eris,& cum perverſo perverteris*,inde valde mirum quod cum Loth viveret inter depravatos, ac nequiſſimos Sodomitas,Geneſ.19.n 1.ſe purum,ac Sanctum cuſtodiret,ut ab eis non coinquinaretur: Vnde tantum bonum illi venit? Enutritus fuit domi Abrahæ,ac ſub ejus doctrina, ac diſciplina, indeque virtus tam altas radices in eo propagavit, ut à nulla vitiorum debacchantium tempeſtate potuerit commoveri D Chryſoſt homil. 43. ait: *Juſtum Loth in tantum virtutis apicem erexit Patriarchæ conſuetudo,quod effecit ut veſtigia illius ſequeretur.* Virtutem Loth à prima pueritia ebibitam ex conſuetudine Abrahæ annis vitiorum armata manus non potuit evellere.

Gen.19. *Educatio in virtute profecit ad totam vitam.* D.Chryſoſt.

13. Hinc David clamat Pſal 2. n.12. *Apprehendite diſciplinam.* Sermo eſt ad pueros, qui incumbunt ſub diſciplina addiſcenda,ac comparanda. Illa vox *diſciplinam.* In Hebræo *Bar* idem valet, ac *puritatem*:ac ſi David natam ab ſchola ſapientiam puritate morum velit eſſe.

Pſal 2. *Ab bona diſciplina puritas morum.*

14. Dicitur Exod. 33. n.11. *Miniſter ejus*, ſcilicet Moyſis *Joſue filius. Num puer non recedat de Tabernaculo*; quomodo dicitur Joſue puer cum jam extitiſſet dux belli,ut merito dubitat Caietan.& ait: *Appellatur Joſue puer à qualitate innocentiæ, qualis eſt in pueris; non enim ætate erat puer, qui fuerat dux belli in prælio contra Amalecitas*, dicam ego, quod ita diſcebat,ac adhærebat doctrinæ Moyſis, ac ſi eſſet unus puer, ex talique educatione habebat,ut non recederet à Tabernaculo Domini ſui, & ideo tam magnus evaſit,ut ſicco pede flumen tranſiret, Sol ad ejus vocem ſtetit ut hoſtes debellaret, ac populum promiſſum introduceret in terram Sanctam.

Exod.33. *Ex bona educatione in pueritia creſcit homo in magna.*

QVÆSTIO III.

Quare tantus eſt D. Paulus in explicanda educatione ſuæ pueritiæ?

15. NVtritus ſecus pedes *Gamalielis*; explicat Apoſtolus quale fuerit exordium educationis ſuæ puæritiæ,quæ fuit nutrita ſub doctrina magni Magiſtri,ac proinde quod ipſam diſciplinam retinuerit,ac conſervaverit per totam vitam. Illa verba, quæ Deus dixit ad Abraham, Geneſ. 15. n. 15. *Tu autem ibis ad Patres tuos in pace ſepultus in ſenectute bona*, Sic transfert,ac legit Philo lib *Quis rerum divinarum ſit hæres* ſic ait: *Tu ibis ad Patres tuos cum pace nutritus in ſenectute bona.* Quod habet Provecta,& antiqua ſenectus cum nutrita pueritia *in pace nutritus*? Illam animi pacem quietam, & tranquillitatem,quam ebibit in pueritia illã retinuit,ac conſervavit in bona ſenectute, qua ſepultus eſt,tam profunde, & altè manet radicata enutrita diſciplina in pueritia.

Gen.15. Philo. *A quod homo ebibit à prima pueritia ſemper habet.*

16. De ſua dilecta Sponſa Eccleſia ait Chriſtus D. *Una eſt Columba mea perfecta mea.* Cantic. 6. n.8. & cur Eccleſia ſub ſpecie Columbæ denotatur, ac ſignificatur,quænam combinatio inter unum, & alterum? Verte oculos,quod dum innuebatur Eccleſiæ regenerationis exortus in aquis Iordanis: *Deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut Columba in ipſum*,Luc.3.n.22. Dum Eccleſia regenerata prodit ex aquis, divinus Spiritus ſub ſpecie Columbæ fovens apparet,ex quo factum eſt,quod Eccleſia à ſuo exortu puritatem, ac ſimplicitatem Columbæ exhauſit, quam puritatem per totam vitam retinuit,ac conſervavit,ut ſemper ſit, ac ditatur puriſſima ac ſimpliciſſima Columba,D Gregor. Niſſen.homil ultima in Cantic ad finem ait: *In filio natura parentis omnino cognoſcitur, quare id, quod ex ſpiritu gignitur, ſit ſpiritus, & verò filia cum Columba ſit,omnino etiam mater hujus eſt Columba illa,quæ de Cœlo ad Iordanem volavit, quemadmodum Ioannes teſtatur.* Vt docet Sanctus Pater loco citato, filius ſemper refert ſimilitudinem ſui Parentis;cum ergo Eccleſia ſit regenerata ab Spiritu ſancto ſub ſpecie Columbæ, inde ipſa ut filia ejus dicitur Columba.

Cant.6. *Eccleſia à ſuo exortu retinet puritatẽ Spiritus ſancti.* Luc. 3. D. Niſſ.

17. Valde ſane mirum eſt,quod tam generosè, ac intrepide Ioannes arguat Herodem, & increpet: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, Matth. 14. n. 4 Ioannes ab utero matris habuit pro veritate ſtare,illamque omnibus modis publicare; non ergo mirum,quod tantum pro veritate tam forti animo clamet, & dicat D Baſil Seleuc orat. 18 in Herodiad ſic ait: *Poſitor legis in Regem legis prævaricatorem: O dicendi libertas, quæ Regiam injuriam non metuit: linguam evibrabat, ut olim in utero ſaltum edebat.* Ab utero habebat veritatem demonſtrare,& clamare,quod in tota vita integerrime ſervat, ac retinet.

Math.14 *Virtus à pueritia perſeverat.* D.Baſil. Seleuc.

Paulus à Verſ.6. uſque ad 16. narrat ſuam converſionem, quomodo ipſo eunte in Damaſcum, Chriſtus eum vocavit de Cœlo,& ab Anania ſalutatus, & baptizatus,quod manet explicatum ſupra c.9.

Actor.22.num.17. Factum eſt autem revertenti

tenti mihi in Ieruſalem, & oranti in Templo fieri me in ſtupore mentis.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE II.
Vſque ad Verſ. 21.

18. Act. 9. Galat. 1. Græcus. Arabic. Æthiop.

Verſ. 17. *Revertenti mihi*, tertio nempe anno à converſione mea, ut patet Act. 9. verſ. 26. Galat. 1. n. 18. & cum eſſem in Templo orans: *Fieri me in ſtupore mentis.* Græcus, Arabicus: *In extaſi, ut raperet extra me.* Æthiopic. *In domo ſancta obſtupui,* & in hac extaſi juſſus eſt Paulus prædicare ad gentes: Hæc autem extaſis integro ſexennio anterior fuit raptu Pauli in tertium Cœlum, qui Antiochiæ contigiſſe videtur?

19. Syriac. Lyran.

Verſ. 18. *Et videre illum.* Syriac. *Vidi in viſione,* explicat Lyran. intellectuali, vel imaginaria, videre illum, ſcilicet Chriſtum D. dicentem *Exi velociter ex Ieruſalem;* quia prævidebat Deus per ſuam infinitam ſcientiam, quod in te manus violentas injicient, & Deus tunc volebat Paulum reſervare ad multorum converſionem, & inſuper *Non recipient teſtimonium tuum de me.*

20. *Ingens deſiderium Pauli de aliorum ſalute.*

Verſ. 19. *Et ego dixi,* reſpondens ad Chriſtum D. *Ipſi ſciunt,* quam ferventer ego olim pugnavi de Iudaiſmo contra tuam legem, ita ut tui nominis ſequaces, concluderem in carceres, *cædens.* Syriac. *Verberans,* ac proinde cum me viderint tam ſubito mutatum pro nomine tuo pugnans contra Iudaïſmum, credent hoc non factum fuiſſe vi humana, ſed miraculosè, impulſu divino; ecce quanto artificio Paulus procurat ſalutem Iudæorum, ut ibi permaneat docens.

21.

Ver. 21. *Cum funderetur ſanguis Stephani teſtis tui,* Protomartyris tui, qui ex adultis primus fuit, qui pro te obtulit ſanguinem ego aſtabam Arabic. *Ego Aſſiſtebam lætus de nece illius,* ac ut illius dux, & promotor, & *cuſtodiebam veſtimenta eorum*, ut diligentius, ac fortius ipſum lapidarent ut jam explicavi ſupra cap. 8. verſ. 58.

QVÆSTIO IV.

Quare Chriſtus mandat tam velociter exire Paulum de Ieruſalem.

22. *Tempus inutiliter non eſt conſumẽdum.*

APparet Dominus in viſione Paulo, & ait illi verſ. 18. *Feſtina, & exi velociter de Ieruſalem,* Magnamque in hoc negotio diligentiam recommendat Dominus duplici verbo. *Feſtina velociter,* & rationem ſubdit: *Quoniam non recipient teſtimonium tuum de me.* Ac proinde fruſtra conſumes ibi tempus, quod in aliorum ſalutem utiliſſimum erit, proindeque inutiliter conſumes ibi tempus, quo nihil eſt pretioſius.

23. Epheſ. 5. *Qui bene operatur redimit tempus captivitatis.*

Vnde ait Apoſtol. ad Epheſ. 5. n. n. 16. *Ambulate ut ſapientes redimentes tempus; quoniam dies mali ſunt.* Preme verbum cum D. Hieronymo *Redimere*, qui enim in malis, ac inutilibus operibus tempus conſumit, tempus tamquam captivum habet, at vero, qui à malo avertit, & ad juſtum, ac ſanctum applicat, ipſum redimit ab omni prævaricatione, prout recta ratio, ac juſtitia poſtulat Ibi D. Hieronim. ait: *Quando tempus in bono conſumimus, illud proprium facimus, quod malitiâ humanâ venditum fuerat: ſic & dies malos in bonos vertimus & facimus illos non præſentis ſæculi, ſed futuri.* Et rationem ſubdit, quia dies mali ſunt, utpote breves multis miſeriis pleni.

D. Hier.

Cum Iethro ſocer Moyſes vidiſſet eum, quod ſolus cauſas, & negotia tam amplæ multitudinis, ac tot millium hominum judicabat, ac diſcernebat quod quidem onus unius hominis vires excedebat & multorum judicum Senatum exquirebat, ait ille Moyſi: *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris,* Exod. 18. n. 18. Stulto labore, ac diſpendio conſumit tempus, qui in nullo aliquid proficuum facit, ibi Abulenſis: Quando aliquis conſumitur laborando, ſi labor juſtus eſt, & quaſi neceſſarius rectè fieri videtur, quando autem quis conſumitur labore, & ille nihil proficit, labor ille eſt ſtultus talem judicabat Iethro eſſe laborem Moyſis. 24. Exod. 18. Abulenſ. *Qui non proficit in tempore, ſtulte perdit.*

Dicitur in Textu, quod videns Deus hominum multiplicatam nequitiam ſuper terram, dixit Deus Noe: *Non permanebit Spiritus meus in æternum in homine; quia caro eſt, eruntque dies illius centum viginti annorum,* Geneſ. 6 n. 3. Et quando Noë cœpit ædificare arcam habebat ætatis *quingentorum annorum,* Geneſ. 5. n. 31. Et quando aquæ diluvij incœperunt, ait Textus Geneſ. 7. n. 6. *Eratque Noë ſexcentorum annorum quando aquæ diluvij inundaverunt ſuper terram.* Ecce grandis difficultas, quæ graviſſimorum Doctorum torquet ingenia, Deus in ſpatium promiſerat centum, & viginti annos, quando ut patet ex computatione facta, viginti diminuti ſunt: Nunquid Deus poteſt in promiſſis deficere? Minimè: ſed ex ſua Miſericordia conceſſit illud tempus centum viginti annorum, ut homo reſipiſceret, & pœnitentiam ageret, quod ille contempſit, & qui tempore abutitur, ac inutiliter conſumit, tempore privatur, tempuſque illi adimitur. D. Chryſoſt homil. 25. in Geneſ. ſic ait: *Idcirco nunc tempus reſerat, cujus longitudine abutuntur.* 25. Geneſ. 9. Gen. 5. Gen. 7. *Qui tempore abutuntur eo privantur.* D. Chryſoſt.

Cum à Sichem Principe filio Henor fuiſſet commiſſum quoddam crimen fœdum contra Dianam ſororem Simeonis, & Levi, quod valde ægrè pertulerunt, & cum Sichimitæ vellent fieri unum populum cum ipſis, & ut inter eos fierent connubia filij cum filiabus, dixerunt Simeon, & Levi, quod fieri illud minimè poterat, niſi ipſi Sichimitæ circunciderentur, quod cum feciſſent ingreſſi ſunt Simeon, & Levi, cum paucis famulis, & omnes viros Civitatis interfecerunt in ore gladij, & quomodo à tam paucis Viris tota una populoſa Civitas deſtruitur, & ſolo æquatur? Nota tempus quo hoc perpetrarunt *Circunciſionis die tertio, quando graviſſimus vulnerum dolor eſt, ingreſſi ſunt Urbem confidenter interfectis omnibus maſculis,* Gen. 34 verſ. 15. explorarunt temporis opportunitatem, & illa oblata non permiſerunt in vanum prætertire. Richard. de S. Victore in lib. qui dicitur Beniamin, ſic ait *Quonam modo tam pauci tantam potuerunt ſtragem efficere, ſed nimium adjuvit eos electa opportunitas temporis, quando ipſos circunciſos, & ab ipſis occidendos, oppreſſerat acerbitas doloris.* 26. Gen. 34. *Temporis opportunitas multum prodeſt.* Richard. de S. Victor.

Act. 22. n. 21. Et dixit ad me: vade; quoniam ego in nationes longè mittam te.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE III.
uſque ad Verſ. 25.

Verſ. 21. *Et dixit ad me*, ſcilicet Dominus: *Vade* à loco iſto, *Quoniam ego in nationes longe.* Syriac. *Proficiſcere quoniam miſſurus* 27. Syriac. *ſum*

In multis reſplendet virtus Pauli.

ſum te procul. Tria hic maximè reſplendent in Paulo; 1. Charitas in ſuos, quia volebat in Ieruſalem ſibi immorari, ut eos doceret, ac illuminaret: 2. Ejus ſumma obedientia ad Dei imperium, ita ut perfectè obediens nihil reſpondit. 3. Ejus generoſitas, qua ſe oſtendit paratum, ad eundum ad nationes procul, ac longè diſtantes; multum laudatur Abraham; quia ad vocem Dei: *Exi de terra, & veni in terram, quam monſtravero tibi.* Gen. 12. n. 1. Egreſſus eſt neſciens unam terram determinatam; at Paulus plures neſciens, & diſtantes, ad quas mittebatur, neſciens egreditur.

Gen. 12.

28. Verſ. 22. *Audiebant autem eum,* tamquam auſcultantes vocem Pauli, quam tamquam inanem, & futilem reputabant, ac cum ventum eſt ad illud verbum *proficiſcere ad gentes* non potuerunt ſuſtinere, ſed valde furibundi facti ſunt; quia videbant ſe ipſos contemptos, & tamquam à Deo reprobatos, & gentes ſibi ipſis eſſe prælatas, & ideo clamant.

29. Arabic. Syriac. *Clamabant: Tolle de terra hujuſmodi hominem.* Arabic. *Extirpa hujuſmodi hominem.* Syriac. *Nec oportet eum vivere.* Paulus omnimodè affectabat eorum ſpiritualem vitam, Iudæi verò eum interficere, proh quantum diſtat mens juſtorum à conſilio peccatorum.

30. Æthiop. Lyran. *Cur non projiciût lapides.* Verſ. 23. *Vociferantibus autem eis* Æthiopic *Et cum indignarentur,* clamant, ait Lyran. ut per clamorem obtinerent, quod per rationem non poterant *projicientibus veſtimenta ſua;* quia lapides in manibus non habebant, tum ob reverentiam Tribuni, in cujus erant præſentia eum non lapidant, ſed tantis, & talibus ſignis oſtendunt deteſtationem, ac execrationem verborum Pauli.

31. Verſ. 24. *Juſſit Tribunus duci in caſtra,* ſcilicet arcem. Antomain, de qua ſupra dixi ſuperiori cap. verſ. 34 & Paulus erat in gradibus ipſius arcis loquens ad populum, ut patet ex eodem ſuperiori cap. verſ. 40. *Et flagellis cædi.* Syriac. *Ut flagellis inquireretur.* Græcus: *Ut flagellis interrogaretur.* Cur Populus ſic clamabat contra eũ, valde iniquè Tribunus agit contra Paulum, dum eum cum tortura interrogat de clamore populi, potius populus, vel aliquis de populo erat interrogandus, ob quam cauſam ita fortiter contra Paulum clamabant, & poſtulabant ad mortem.

Act. 22. Syriac. Græcus.

32. Syriac. Verſ. 25. *Et cum adſtrinxiſſent eum loris.* Syriac. *Et quum extendiſſent eum loris, ad lignum, ſeu pallium, ut verberaretur;* in hoc etiam Paulus paſſionis Chriſti ſequitur veſtigia, ſicut ille alligatus fuit ad columnam.

33. *Si hominem Romanum indemnatum licet vobis flagellare.* Duplex grande crimen commiſit Tribunus, primo quod abſque eo quod cauſa fuerit judicata, ventilata, ac determinata, juſſerit Paulum flagellari, quod erat grãdis injuria, graviſque pœna, 2. Violabat jus Romanum; quamvis enim Paulus eſſet natus Tharſi, quæ Romana Civitate donata erat; atqui Paulus Romano privilegio fruebatur, utpote in illo natus, quod erat valde magnum, cum Roma toto dominaretur Orbe de quo dixi ſupra c. 16. ad verſ. 37. & iterũ latius infra q. 6.

Paulus quomodo civis Romanus.

QVÆSTIO V.

Quare iſti Ieroſolymitani projiciebant veſtimenta ſua jactantes pulverem in aërem?

34. Interlin. HOc faciebant, inquit Gloſſa Interlinealis, in ſignum mœroris, & triſtitiæ, ſicut negotiantes videntes incendium Babiloniæ *Miſerunt pulverem ſuper capita ſua.* Apocalyp. 18. n. 19. Secundo Lyran In ſignum magnæ deteſtationis, ac execrationis. Tertio Caiet. ut judicarent Paulum eſſe perturbatorem, non ſolum terræ, ſed etiam aëris, ac Cœli. Quarto Carthuſian. in ſignum, quod Paulus ſua doctrina dabat principium ad magnam pugnam, ac diſſentionem; nam antiquitus ſpargere pulverem in Cœlum erat ſignum belli, ac diſſentionis; Quinto alij, ac ſi Paulus eſſet blaſphemus contra Deum, ac locum Sanctum.

Apoc. 18. Lyran. Caiet. Carthuſ.

Sexto, & verius D. Chryſoſt. ut ita extorquerent ſententiam damnationis à Tribuno contra Paulum, huic ſententiæ adhærent Sanchez, Cornelius, & alij ardentiſſimè iſti poſtulabant Paulum ad mortem vocibus clamabant, Tolle eum, etiam multis actionibus, ac operibus, abjectis nempe veſtimentis, & fortè etiam præciſis jacientibus pulverem in aërem, atque omni modo poſſibili rapiebant illum ad mortem.

35. D. Chryſoſt.

Vnde illis tantus ignitis ardor contra Paulum? quia ſibi perſuadebant, ut innuit Oecumen. quod Paulo extincto firmabatur eorum ſecta, legalium ritus, & tranquillitas pacis Civitatis, ſed inde ſibi maximè omnem ruinam, & excidium ſollicitabant, nam ex perſecutione facta Apoſtolis Ieroſolymitana devaſtatio accelerata eſt, & unde iniquus putat habere ſubſidium, inde ſibi parat laqueum, ut ait D. Auguſt. lib. 5. de Civitate Dei.

36. Oecum. *Per quod homo cogitat ſe firmare, ruit.*

Ait Oſeas 5. n. 13. *Vidit Ephraim languorem ſuum & Iuda vinculum ſuum, & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad Regem ultorem.* Vidit Ephraim quod ejus vires deficiebant, & *Iudas vinculum ſuum* ſeu ut ex Hebræo legitur: *Colligationem ſuam* ad captivitatem: tum in arcto poſitus abiit quærens, ac petens auxilium *ad Regem ultorem* ſive intelligas cum Theodoreto, Lyrano, ac aliis *Regem Chaldeum,* ſive cum Theophylacto, Leone à Caſtro *Romanos,* tamen ſi abiit Regem petens ab eo auxilium, & protectionem, quæ maximè ſunt ſigna amicitiæ, & confœderationis, cur non ait miſit ad Regem amicum, ſed ad Regem ultorem, ac vindicem; ſi ut amicus, ac defenſor reputabatur, cur non ait ad amicum Regem, ſed ait ad ultorem, quod importat totius malevolentiæ, ac iræ furorem; non Regem amicum; ſed ultorẽ dicit: prævidebat Propheta, quod ab ipſiſmet, quos ut amicos judicabãt, iram Dei eſſe ſævituram, ut vel à Chaldæis captivi ducerentur, vel à Romanis extremum paterentur excidium, & unde defenſionis ſcutum ſperabãt, ibi in lanceas, ac gladios interfectionis inciderunt, atque ultrices iræ Dei Miniſtros invenerunt. Rupert. Abbas ibi: *Signanter cum dixiſſet: Miſit ad Regem, addit ultorem: vehementer illius populi redarguens inſipientiam, qui cum irato Deo molitur ſibi acquirere hominem auxiliatorem, incurrit eundem Dei ultorem: Deus enim hoc agere conſuevit, ut ad quem confugit, ab eodem potiſſimum capiatur.*

37. Oſeæ. 5. *Vbi cogitatur defenſio, ibi ruina.* Rupert.

Cum Deus vellet, ut Rex Achab ob ſua peccata diſſiparetur, & periret in prælio, & Deus ſtaret, ac aſſiſteret coram omnibus ſuis Miniſtris à dextris, & à ſiniſtris, dixit Dominus quis exiet, & decipiet Achab, dixit Spiritus malignus, & nequam *Ego decipiam,* & in quo decipies ait Dominus: Tunc ille: *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore Prophetarum ejus,* 3 Reg. 22. n. 22. Negotium agebatur de decipiendo Achab, cur non ait ille malignus: Ego decipiam Achab, ego excitabo in eo imaginationem erroneam, ut inde pereat, ſed totas ipſas deceptiones, ac falſitates conjecit *In ore Prophetarum ejus,* alto Dei judicio omnia diſponebantur.

38. *Vnde impius ſperabat ſalutem, inde ruinam.* 3. Reg. 22

bantur. Illi Prophetæ erant deſignati ab Achab tamquam intimi amici,ac familiares ejus, ex quorum conſilio,ac dictamine omne bonum,ac felicitatem ſperabat Rex, inde ei naſcitur omnis devaſtatio, ac perditio ad majorem demonſtrationem divinæ juſtitiæ;quia tota ſpes ejus verſa eſt in ruinam illius.

Actor. 22. n. 26. Quo audito Centurio acceſſit ad Tribunum & nuntiavit ei dicens, quid acturus es? hic enim homo Civis Romanus eſt.

Verſiones,

CVM EXPOSITIONE VI. uſque ad Verſ. 40.

38. Verſ. 26. QVo audito Centurio anceps, & dubius hærens rem retulit ad Tribunum, ut videret quid acturus eſſet, ſeu ut legit
Arias. Arias: *Vide quid facturus es facere;* nam civem Romanum flagellare grandis erat pœna.

39. Verſ. 27 *Accedens autem Tribunus.* Non acquie-
Miniſtris. vit dictis Centurionis, ſed per ſemetipſum vult veritatem indagare. In rebus magnis,& magnæ cõſiderationis non miniſtris fidendum,ſed per ſe videat,& adimpleat Gubernator.

40. Verſ. 28. Reſpondet Tribunus: *Ego multa ſumma civilitatem hanc conſequutus ſum.* Syriac. *Multa*
Syriac. *pecunia acquiſivi jus municipij.* Æthiopic. *Multas*
Æthiop. *pecunias tradens acquiſivi.* Ius Civitatis Romanæ
Paulus à natura. ejus privilegia,tunc Paulus reſpondet: *Ego autem & natus ſum cives* nempe Romanus ex patre, ac patria juribus,ac privilegiis Romanis maximè nobilitatis. Vide quantum ſuper excelſa ſit dignitas Pauli ſuper Tribunum; nam Tribunus gaudebat Romano jure ex pecunia data, Paulus vero ex ſua origine à Patre,& patria ob merita.

41. Verſ. 29. *Protinus diſceſſerunt ab illo.* Syriac.
Syriac. *Qui fuerant ab eo flagellatione inquiſituri. Tribunus quoque timuit,* ne violatis privilegiis Romanis puniretur,cum Romani dominarentur in toto Orbe.

42. Verſ. 30. *Poſtera autem die volens ſcire.* Syriac.
Syriac. *Sequenti autem die voluit certiſſimè ſcire.* Arabic.
Arabic. | *Volens exactè ſcire,* ſervata jam forma judicij *ſol-*
Græcus. *vit eum,* ut exprimit Græcus *à vinculis,*& vocat ad conſilium Sacerdotes,& producta cauſa,ob quam à Iudæis accuſaretur,& Paulus ſtatuitur in medio, ut pro ſe dicat,& loquatur

43. Quandiù Paulus reputabatur homo communis, & vilis abſque ullo examine condemnabatur, & reputabatur talis,at ut cognitus fuit ut Vir Nobilis,& Romanus attente, & cum multa conſideratione,ac conſilio cum eo agitur,nam pauperes omnes contemnunt nobiles & magnos omnes reverentur.

D. Chryſoſt.

QVÆSTIO VI.

Quare Paulus cum natus eſſet Tharſo Ciliciæ dicitur Cives Romanus?

44. HAnc magnam dignitatem, quod eſſet Cives Romanus,illiuſque privilegiis gauderet,non habuit multa pecuniâ emptam, ut Tribunus de ſe fatetur verſ 28 *Ego multa ſumma,* (ſcilicet pecuniarum) *civilitatem hanc conſequutus ſum* At Paulus,ut
Difficultas quæſtionis. ipſe ait ibidem: *Ego autem natus ſum,* hoc eſt Civis ſum à mea nativitate: quomodo ergo hoc poſſit ſtare,cum eſſet natus Tharſo Ciliciæ.

Conveniunt omnes, quod Tharſus Civitas ob magna ſua merita erga Romanos hanc dignitatem obtinuit ab ipſis, ut eſſet Colonia Romana gaudens Romanorum privilegiis Carthuſ. Gloſſa in ſecundam epiſtol. ad Timoth. cap. verſ. 13. dicunt hoc privilegium conceſſum fuiſſe Tharſæ, quia Romanorum Legatos cum pace,Coronis,magnoque plauſu exceperunt. 45. Gloſſa. Carthuſ.

Communis,& vera ſententia eſt, quam tradunt Dio Caſſius lib. 47. & Baron. in Epitome Sponda-
Dio Caſſius. ni anno Chriſti 58 n. 59 quod Tharſenſes in bel-
Baron. lo Civili multum Iulio Cæſari adjuvarunt, unde Tharſus dicta eſt Civitas *Iuliopolis.* Deinde ſub
Veneratio. Octaviano Auguſto pro Romanis fortiſſimè pugnarunt,& hac de cauſa ſtudioſiſſimè multa mala paſſi ſunt, ac proinde ob tam præclara merita Tharſus nobilitata eſt à Romanis,ut eorum jure, ac privilegiis gauderet. 46.

De privilegiis Romanorum latè agit Briſonius lib. 1. antiqui Iuris Civilis cap. 13. Inter cætera, quod ad rem noſtram pertinet,illud erat Romanos Cives verberibus cædi,aut in Crucem agi fas non erat,& ideo Paulus non crucifixus patitur, ut D. Petrus,ſed gladio,utpote Civis Romanus. 47. *Privilegia Romana.*

QVÆSTIO VII.

Quare D. Paulus,qui ter virgis cæſus eſt,modo recuſat flagellari à Tribuno?

AIt noſter Apoſtolus 2 Corinth 11. n. 25. *Ter virgis cæſus ſum,* in præſenti verò fortiter recuſat verberari, dicens ſe eſſe Civem Romanum, dicens: *Sic hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare,* verſ. 25. quomodo antea tam alacriter, ac conſtanter toties flagella ſuſtinuit, modo vero tantis obſiſtens Romana privilegia producens. 48. 2. Cor. 11.

Quod Paulus flagelletur,quia erat Chriſti diſcipulus,& Ieſum Chriſtum prædicabat, hæc libenter ſuſtinebat,gaudebatque;at vero, quod ad verbera damnetur ob multa falſa teſtimonia, quod erat nempe homo ſeditioſus amotinator Civitatis, paciſque perturbator,atque Templi violator, ac divinarum legum, hon non patitur Paulus ſed à tot, tantiſque criminibus ſe liberum, ac alienum oſtendens reſtitit flagellis,ad quæ ob falſa crimina impoſita damnabatur. Valde acerbum, ac durum eſt Viro Nobili per conficta delicta infamari, ac puniri. Hinc David inſtanter poſtulabat à Deo, Pſal. 118. *Feci judicium,& juſtitiam, non tradas me calumniantibus me, ſuſcipe me in bonum, non calumnientur me ſuperbi.* 49. *Valde acerbum, ac durum eſt teſtimonium falſum.* Pſal. 118.

Ait Eccleſiaſt 26. n. 6. *Delaturam Civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem ſuper mortem omnia gravia* Singula expendamus: *Delatura Civitatis,* ſeu illius commotio,ac tumultus. *Collectio populi,* ſeu ut legit Tigurina *ſeditio,* ſeu conglomerata turba populi; *Calumnia mendax,* dum per falſos teſtes producitur,hæc majorem dolorem,atque angorem ſupermortem inferunt,ecce hæc omnia facta ſunt contra Paulum, *Civitas commota eſt,* populus clamabat: *Tolle eum, non fas eſt hujuſmodi vivere.* Tandem dum accuſatur violator legum,amotinator populi. 50. Eccl. 26. Tigurin. *Falſus teſtis durior morte.*

Ait Salomon Proverb 25. n. 18. *Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, & vir, qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.* Græcus ſic vertit 51.

vertit. *Malleus, & gladius, & ſagitta acuta.* Qui falſum teſtimonium profert contra proximum ſuum, non uno modo, ſed omni genere bellorum adverſus innocentem inſurgit, ut nunquam mortem ſubterfugiat, & quantum in ſe eſt, non unam mortem, ſed multiplicem in eum infligere intendit, Caiet. ibi ait: *Falſus teſtis aſſimilatur malleo, gladio, & ſagitæ acutæ, hoc eſt univerſo generi nocivorum ab homine; per hæc enim omnes modi ſignificantur, quibus homo homini nocet.*

Falſus teſtis omni mortis genere interficit. Caiet.

52. Eccleſ. 7 Ait Eccleſiaſt. 7. n. 8. ait: *Calumnia conturbat ſapientem & perdit robur cordis illius. Calumniatoris verba falſa, & mendacia componunt*, & ait talium loquela *conturbat ſapientem.* Tigurina legit: *Ad inſaniam adiget*, ac ſi præ dolore, & triſtitia ſtatim conturbet cor ſapientis, ut eum tamquam inſanire faciat, ac omnem valorem, ac robur mentis ejus perdere. D. Gregor. Thaumat. ibi ait: *Summum malum calumnia, quæ ſapientum maximè animabus inſidiatur, generoſam, ac denſam illam virtutum ſylvam extirpare molitur.*

Tigurin. *Falſus teſtis inſanire facit.* Thaum.

CAPVT XXIII.

1. INtendens autem in Concilium Paulus ait: *Viri fratres, ego omni conſcientia bona converſatus ſum ante Deum uſque in hodiernum diem.*
2. *Princeps autem Sacerdotum Ananias præcepit aſtantibus ſibi percutere os ejus.*
3. *Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu ſedens judicas me ſecundum legem, & contra legem jubes me percuti?*
4. *Et qui aſtabant dixerunt: Summum Sacerdotem Dei maledicis?*
5. *Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum. Scriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices.*
6. *Sciens autem Paulus, quia una pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamavit in Concilio: Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum, de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor.*
7. *Et cum dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo.*
8. *Sadducæi enim dicunt, non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque ſpiritum: Phariſæi autem utraque confitentur.*
9. *Factus eſt autem clamor magnus. Et ſurgentes quidam Phariſæorum pugnabant dicentes: Nihil mali invenimus in homine iſto: quid ſi Spiritus locutus eſt ei, aut Angelus?*
10. *Et cum magna diſſenſio facta eſſet, timens tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis juſſit milites deſcendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in caſtra.*
11. *Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus, ait: Conſtans eſto: ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te oportet, & Romæ teſtificari.*
12. *Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & devoverunt ſe dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.*
13. *Erant autem pluſquam quadraginta Viri, qui hanc conjurationem fecerant.*
14. *Qui acceſſerunt ad Principes Sacerdotum, & Seniores, & dixerunt: Devotione devovimus nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum.*
15. *Nunc ergo vos notum facite tribuno cum Concilio, ut producat illum ad vos, tamquam aliquid certius cognituri de eo. Nos vero priuſquam appropiet, parati ſumus interficere illum.*
16. *Quod cum audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit, & intravit in caſtra, nunciavitque Paulo.*
17. *Vocans autem Paulus ad ſe unum ex Centurionibus, ait: Adoleſcentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi.*
18. *Et ille quidem aſſumens eum duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus rogavit me hunc adoleſcentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.*
19. *Apprehendens autem tribunus manum illius ſeceſſit cum eo ſeorſum, & interrogavit illum: Quid eſt, quod habes indicare mihi?*
20. *Ille autem dixit: Iudæi convenit rogare te, ut craſtina die producas Paulum in Concilium, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo.*
21. *Tu vero nec credideris illis, inſidiantur enim ei ex eis Viri amplius, quam quadraginta, qui ſe devoverunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati ſunt, expectantes promiſſum tuum.*
22. *Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, præcipiens ne cui loqueretur quoniam hæc nota ſibi feciſſet.*
23. *Et vocatis duobus Centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, ut eant uſque Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis.*
24. *Et jumenta præparate, ut imponentes Paulum, ſalvum perducerent ad felicem præſidem.*
25. *Timuit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipſe poſtea calumniam ſuſtineret, tanquam acceptaturus pecuniam.*
26. *Scribens epiſtolam continentem hæc* Claudius Liſias optimo præſidi, felici, ſalutem.
27. *Virum hunc comprehenſum à Iudæis, & incipiẽtem interfici ab eis, ſuperveniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus eſt.*
28. *Volenſque ſcire cauſam, quam objiciebant illi, deduxi eum in Concilio eorum.*
29. *Quem inveni accuſari de quæſtionibus legis ipſorum, nihil verò dignum morte, aut vinculis habentem criminis.*
30. *Et cum mihi perlatum eſſet de inſidijs, quas paraverant illi, miſi eum ad te, denuncians: & accuſatoribus, ut dicant apud te, Vale.*
31. *Milites ergo ſecundum præceptum ſibi, aſſumentes Paulum duxerunt per noctem in Antipatridem.*
32. *Et poſtera die dimiſſis equitibus, ut cum eo irent, reverſi ſunt ad caſtra.*
33. *Qui cum veniſſent Cæſaream, & tradidiſſent epiſtolam præſidi, ſtatuerunt ante illum, & Paulum.*
34. *Cum legiſſet autem, & interrogaſſet, de qua Provincia eſſet: & cognoſcens, quia de Cilicia.*
35. *Audiam te (inquit) cum accuſatores tui venerint. Iuſſitque in prætorio Herodis cuſtodiri eum.*

ARGVMENTVM.

PAulus poſitus in Concilio incipiens dicere ſuam cauſam à Pontifice jubetur percuti, cui ait Paulus: Percutiet te Deus, paries dealbate; declarat Paulus ſe eſſe Phariſæum; & ne aliqua diſcordia oriatur inter Phariſæos, & Sadducæos, à Tribuno abducitur Paulus, ut forte interficiatur; apparet Deus Apoſtolo confortans eum.

Actor. 23. *n.* 1. Intendens autem in Concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conſcientiâ bonâ converſatus ſum ante Deum in hodiernum diem.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 5.

1. Syriac. Arabic. Verſ. 1. INtendens autem in Concilio Paulus. Syriac. *Cum autem intueretur in conceſſum eorum.* Arabic. *Cum contemplatus eſſet.* Cum ergo firmis ac fixis oculis aſtantes in eo Concilio intueretur, quod erat ſignum magni animi, roboris, generoſitatis, ac innocentiæ, quod in conſpectu judicum non turbaretur; & (ut exiſtimo) propoſita à Tribuno cauſa comprehenſionis Pauli; quia in omni judicio prius cauſa rei proponitur, quam ipſe jubeatur loqui pro ſe, & datâ facultate dicendi

2. Act. 2. *Cur non dicit Patres.* *Ait: Viri fratres:* & non adjicit Patres, ut c. 22. n. 1. quia hic converſus eſt ad Phariſæos, & cum ipſis tantum loquebatur; vel quia citato c. 22 narravit factum converſionis: at vero hic ſtabat coram judicibus, & ne videretur beneficio titulo eorum gratiam ſollicitare cum aliquâ juſtitiæ læſione, & ideo nomen Patres omiſit, & generali nomine fratres uſus eſt.

3. Syriac. Æthiop. *Ego omni conſcientiâ bonâ converſatus ſum ante Deum.* Arabic. *Ego omni mente bonâ me geſſi.* Æthiop. *Ego in omni bonâ doctrinâ adhæſi Deo.* Ego ſemper munere meo functus ſum Deo, ſive in Iudaïſmo, ſive in Chriſtianiſmo; in Iudaïſmo ex conſcientiâ erroneâ, quâ eram ſeductus multum pugnans pro lege; nunc verò in Chriſtianiſmo Dei gratiâ illuminatus fortius pro Evangelio.

4. Syriac. Verſ. 2. *Princeps autem Sacerdotum Ananias* (quiſnam eſſet, dicam q. 3.) *præcepit aſtantibus ſibi percutere os ejus* Syriac. *Ut caderent Paulum in os ejus.* Ille autem Princeps Sacerdotum cum eſſet Iudæus malevolentia, ira, ac furore, & odio erat ferventius in Paulum, & ideo non eſt paſſus ipſum audire, ac proinde, antequam Paulus loqueretur, mandat percuti os ejus, tanquam hominis impij, & blaſphemi,

Carthuſ. qui non erat dignus, ut audiretur. Carthuſ. exiſtimat Principem Sacerdotum fuiſſe indignatum, quia Paulus eum more patrio non ſalutaſſet

5. Syriac. Arabic. Verſ. 3. *Percutiet te Deus, paries dealbate* Syriac. *Futurum eſt, ut te percutiat Deus.* Arabic. *Certè Deus eſt te percuſſurus, paries albedine luſtrate.* Verba Pauli non ſunt animi iracundi, ſed ex zelo juſtitiæ, nec verba ſunt per modum deprecativum percutiat te Deus, ſed ſpiritu prophetico *percutiet* Syriac. Arab. futurum eſt, ut percutiat te ob tuam malitiam.

6. Paries dealbate, ſeu illuſtrate, ſignificat hominem hypocritam exterius habens apparentiam juſtitiæ, & non interius, de quo q. 3. cum debeas judicare juxta legem, agis contra legem Divinâ, & naturalē, cum percutias hominē nec damnatum, nec auditū.

7. Verſ. 4. *Summum Sacerdotem Dei maledicis.* Syriac. *Sacerdotem Dei convitio afficis.* D. Cypr. epiſt. 55. *Inſilis in Sacerdotem Dei maledicendo;* atque illud *percutiet te Deus,* fuit dictum ab Apoſtolo ſpiritu prophetico, ut modo dixi; quia verò aliqui codices habent *percutiat te Deus* per modum optativum, frequenter apud Hebræos futurum ponitur per optativum. Deinde ut docent D. Aug. in Pſ. 8. & D. Hier in Pſal. 11. Paulus Apoſtolus ea authoritate, & zelo juſtitiæ non ſolum intentati, ſed etiam imprecari juſtam Dei iram impio Pontifici, & ut tali agnito, ad correctionem ejus, ac emendationem aliorum, de quo q. 2. Addit D. Chryſoſtom. hunc ſummum Sacerdotem, Paulo reſponſo adeo percuſſum, & mortuo ſimile fuiſſe, nec verbum proferre potuiſſe, ſed alios pro eo reſponſum dediſſe. D. Aug. D. Hier. D. Chryſoſt.

Verſ. 5. *Neſciebam, quia Princeps eſt Sacerdotum;* 8. Quia Paulus multo tempore fuerat à Ieroſolyma, & non agnoverat, quis eſſet Summus Sacerdos, nam eum maledicere prohibitum erat, Exod. 22. n. 28. & Paulus adducens locum Exod 22. n. 28. de quo latius q. 4.

QVÆSTIO I.

Quare D. Paulus dum introducitur in Concilium eſt attendens in Aſſiſtente.

AIt Text. *Attendens in Concilium Paulus.* Arab. *Contemplatus eſſet.* In quo multa magna relucent. 1. Multa confidentia ad loquendum; ſolent enim auditores in exordio ſuæ orationis ex omni parte circumſpicere. 2. Ejus innocentia, qua judices non timebat. 3. Ejus libertas, & audacia ad dicendum. 4. Generoſitas animi, & fortitudo, quâ ſolus inter tot adverſarios ſtat. 5. Ardor, perſpicacia, & vivacitas oculorum oſtendebant animum vivacem ſapientia plenum ad confundendos, & vincendos ſuos adverſarios, & ideo, antequam Paulus loqueretur, ſummus Sacerdos ejus aſpectum timens, erant enim oculi Pauli indices animi illius, mandat *percutere os ejus.* 9. *Aſpectum oculorum Pauli timet Summus Sacerdos.*

Cum David exit in prælium, ait Text. de eo *erat autem adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu,* 1. Reg. 17. n. 4. quæ verba ſic legit Theod. *Erat rufus cum pulchritudine oculorum;* & cur, quando procedit ad bellum, notatur ejus pulchritudo oculorum: quid habent oculi pulchri cum bello? & unde illis tanta pulchritudo? explicat Theod. 1. Reg q. 40. & ait: *Vidit eum Goliath, & ei nihil fecit, quoniam eſſet puer, & ipſe rufus cum pulchritudine oculorum; imitabantur enim animi oculos oculi corporis, illi enim cernebant, & contemplabantur eum, qui non cadit ſub aſpectum.* Oculi externi David ſequebantur oculos internos animi, qui toti erant affixi in Deum & inde mira illorum pulchritudo ad vincendum, ac triumphandum, *contemplabantur eum, qui non cadit ſub aſpectum.* 10. 1. Reg. 17. Theod. *Ardor oculorum in Deum omnia vincit.*

Quandiu Moyſes præſens eſt populo, dicebat illa Exod. 29. n. 8. *Cuncta, quæ loquutus eſt Dominus faciemus;* & tunc non eſt prolapſus in idololatriam, at vero cum Moyſes aſcendit in Horeb, & ibi moras 11.

trahit,

Exod.32 trahit, *Videns populus, quod moram faceret*, Exod. 32. n. 1. *Fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverũt ſculptile*, Pſal. 105 n. 24 populus valde propenſus erat ad

Pſ. 105. Actor. 7. mala, ut dixit D. Stephan. Actor. 7. *Duræ cervices, & incircumciſis cordibus*: & tamen quandiu Moyſes eſt præſens non faciunt vitulum, nec adorant ſculptile? quia ipſa præſentia Moyſis ardor oculorum ejus ex recta intentione in Deum ipſam populi malitiam cohibebat, ac illam vincebat, & de illa triumphabat, ut tale nefas non auderent perpetrare, & ab illo refrenabantur. Rupert lib. 4. in Exod. cap. 24. ait: *Quoties ab eo ceſſavit pedagogi virga, ſtultus puer ad eadem, vel ſimilia ſe convertit idololatriæ flagitia*: quod D. Nyſſen lib. de Moyſe antea docuerat dicens: *Quaſi pueri, cum pedagogus non adeſt, ſic populus adverſus Aaronem concitatus eſt.*

Magiſtri abſentia populus rontra ſe alumnos.

Rupert.

Nyſſen.

12. Aliter (aimus) ob fratricidium, & reprobatus à Deo, à quo ei dictum eſt; *Iratus eſt vehementer, & concidit vultus tuus*, Gen. 4. n. 5. ab animi ſinu in faciem prodit furor, nec poterat in Deum aſpicere, qui in Deum flagrabat odio. Oleaſtrus ait: *Ideo dimiſit vultum, ne ad cœlum, ubi Deus erat, aſpiceret, à quo ſe læſum arbitrabatur*: gravamen ſui peccati, ac malæ conſcientiæ prodibat in vultum, ut non auderet illum elevare ad cœlum videndum. Rupertus lib. 4. in Geneſ cap. 3. ait: *Videlicet iræ in odium verſa..... pondere declinavit in terram vultum ejus.* Ex tanta iniquitate, quæ prodibat in vultum, etiam ab illa pullulabat quidam naturalis timor, uti diceret: *Omnis, qui invenerit me occidet me*, Gen. 4. n. 14. Tremulento vultu occiſorem contra ſe advocabat.

Gen. 4.

Oleaſtr. *Qui odit vitulum non potũ videre cœlum.*

13. Externa præſentia oculorum latentem animum indicat; vox eſt Chriſti Domini apud Matth. 6. n. 22. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.* Lucet in tenebris lucerna, & quod tenebris tegitur, lucerna detegit, & manifeſtat, lucerna corporis eſt oculus, & quod in abdito pectoris Secretario reconditur, oculus veluti clavis aperit, & patefacit. Clemens Alexand. lib. 3. Pedag. cap. 11. ait: *Oculus eſt per quem aperiuntur interna*: & ideo cum Chriſtus D. dixiſſet: *Unus ex vobis tradet me.* Proditione indicata. Subdit Evangeliſta Ioan. 13. n. 22. *Aſpiciebant ad invicem Diſcipuli hæſitantes de quo diceret*: an ex vultu poſſent conjecturare illum, qui talia erat facturus: quod de ſe timens Iudas conſcientiâ accuſatrice, ſtatim ſubditur n. 30. *Exivit continuo* ne ex facie deprehenderetur. Vide cap. 20. quæſt. 14. num. 114. 115. 116.

13. Matth. 6. *Oculorum inæx interni affectu.*

Clem. Alex.

Ioan. 13.

QVÆSTIO II.

Quare D. Paulus ſummum Sacerdotem appellat parietem dealbatum.

14. Luc. 6. QVamvis juxta doctrinam datam à Chriſto D. Luc. 6. n. 28. *Ne quis maleficientibus malefaciat, & maledicat maledicentibus, & imprecetur.*

Rom. 12. D. Greg. Et idem Apoſtolus etiam præcipit, Rom. 12. n. 14. tamen aliquando, ut docet D. Gregor lib 4. Moral. cap. 6. *Utrum licet zelo juſtitiæ, & judiciaria poteſtate, atque ſine vindictæ livore, & ſine odio.* Sic fecit idem Paulus 2. Timoth. 4. n. 14. Petrus Act. 8. & Elia 4 Reg. 1. n. 50. & Ierem. 11. & Sancti in Cœlo clamant: *Uſquequo Domine non judicas, non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra*, Apoſtol. 6. n. 10. quod provenit ex zelo juſtitiæ, & ad emendationem, & correptionem aliorum.

Act. 8. 4. Reg. 1. *Sancti poſtulant pœnam ex zelo juſtitiæ.*

15. Matth. 23. Appellat Paulus in præſenti *Parietem dealbatum*, ſicut Chriſtus Dominus appellavit Phariſæos, Matth. 23. n. 27. *Hypocritas ſepulchra dealbata*, quæ exterius apparent pulchra, & candida, interius vero ſunt plena oſſibus, vermibus, ac multâ ſpurcitiâ, quo notatur eorum hypocriſis, qua exterius exhibent ſpeciem puritatis, ac ſanctitatis, cum interius abundent omni iniquitate, ut ſatis ex multis Patribus dixi ad citatum locum Matth.

Hypocriſis damnatur.

Eleganter D. Auguſt. lib. 1. de Sermone Domini in monte cap. 12. *Paulum cum ait: Percutiet te Dominus, paries dealbate intelligentibus prophetia eſt, paries quippe dealbatus, ſimulatio eſt Sacerdotalem proferens dignitatem, & ſub hoc nomine, tanquam candido tegumento, interiorem quaſi Lunam turpitudinem occultans.* Paulus contra iniquum Sacerdotem minatur Divinam iram. *Percutiat te*; & ad hoc nullum aliud crimen contra eum opponit, niſi quod ſit paries dealbatus: cur non potius eum dicit ſacrilegum, ſceleſtum, injuſtum, ſed tantum ſit *paries dealbatus*: hoc maximè inter omnia ſollicitabat Divinam iram, quod in illa dignitate ſolum haberet exteriorem ſplendorem nominis, & honoris, & intus omni fructu illius careret, qui habet dignitatem ſine ſuis operibus, & de ſolo nomine gaudere vult, maximè eſt execrabile.

16. D. Aug.

Nomen ſine fructu provocat juſtitiam Dei.

Ait Deus per Sophon. 1. n. 4. *Diſperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum Sacerdotibus*: Septuaginta: *Et nomina Sacerdotum cum Sacerdotibus*: cum Divina ira inſurgit ad perdendum, & contra quid armata fulminat ſuum furorem; nempe contra nomina ædituorum, ac nomina Sacerdotum, nil enim magis intolerabile, quam nomen vacuum ſine operibus: habere nomen dignitatis ſplendidum, & illi non correſpondere, maximè ſollicitat Divinam iram. D. Hieron. 160. *Auferat* ait Dominus *nomina Sacerdotum cum Sacerdotibus, quia fruſtra ſibi applaudent in Epiſcopali nomine, & in Preſbyteri dignitate, & non in opere; Unde ſignanter non ait: & opera Sacerdotum cum Sacerdotibus, ſed qui tantummodo falſa nomina proferunt dignitatum, & malis operibus ſua nomina deſerunt.*

17. Soph. 1. Septuag.

D. Hier. *Non nomina dignitatũ, ſed opera placent Deo.*

Maximè iratum ſe oſtendit Deus contra Regem Sedeciam. *Tu autem prophane, impie, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita* à Deo ad mortem, & pœnam tuam, ut explicant Chaldæus, Vatabl. Pagninus, & alij, & ſubdit *Aufer cidarim tolle coronam: non hæc eſt*, Ezechiel. 21. n. 26. videtur contradictio; nam videtur habere, cum dicat: *Tolle coronam:* & ſtatim ſubdit *hæc non eſt*, id eſt, illa corona non eſt corona; quia quamvis in apparentia, ſplendore, ac nomine videatur corona, tamen cum meritis non ſit redimita, ſed vacua, verè, ac realiter non eſt corona, quæ ſerviat ad honorem, ſed ad ignominiam. Salvian. lib. 4. de Providentia ait: *Quid eſt aliud Principatus ſine meritorum ſublimitate, niſi honoris titulus ſine homine? Quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto?*

18. Chald. Ezech. 21

Dignitas ſine meritis eſt titulus ſine honore. Salvian.

Ait Regius Vates Pſalmo 11. num. 9. In circuitu impij ambulant, ſecundum *altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.* Ex Hebræo legit Pagninus: *In circuitu impij ambulant, cum exaltati fuerint, vilitas eſt filiis hominum.* Multi magno affectu ambiunt dignitates, quibus conſequutis ſuam inhabilitatem, ac inſufficientiam oſtendunt, ſeſe infamiæ, ac ludibrio exponunt, quod opportuna imagine explicat Plutarchus, & ait: *Si quis ſtatuas parvulas, atque ridiculas pedamentis, & baſibus magnificis, atque ſublimibus imponeret, multo minores ad aſpectum proponeret, multoque magis ridendas; ita ſanè, qui indignos dignitate, & honore*

19. Pſal. 11. Pagn. n.

Dignitas indigno eſt ad ignominiam. Plutarc.

in sublime extollit; & post pauca subdit: *Fortuna cum ingenium vile magnis, & splendidis rebus extollit; ideo magis demonstrat, atque infamiæ exponit.*

QVÆSTIO III.

Quisnam esset iste Ananias Summus Sacerdos.

20. *Annas.* MVlta, & varia sunt Authorum placita in hac re: aliqui dixerunt, hunc esse Annam socrum Caïphæ, ad quem Christus D. comprehensus à Iudæis ductus est, Ioan. 18. n. 13. & dicunt ab hoc Paulum accepisse literas ad comprehendendos Christianos, de quibus literis Paulus facit mentionem superiori cap. 22. n. 5.

Ioan. 18.

Act. 22.

21. *Filius Annæ.* Alij existimant hunc Ananiam esse ultimum filium, modo dicti Annæ; nam iste habuit filios quinque, & omnes suo ordine fuerunt Pontifices; & ultimus extitit Ananus, qui anno Christi 63. & anno quinto post hæc gesta occidit Sanctum Iacobum fratrem Domini Episcopum Ierosolymitanum, & hic erat crudelissimus.

22. Sigon. Valde probabiliter Sigonius lib. 5. de Republ. Hebraïca cap. 1. in Catalogo Pontificum Hebræorum ait: hunc Ananiam esse Nebedæ filium ab Agrippa Calveorum Rege, Pontificem datum, & postea remotum, de quo agit Iosephus lib. 20. c. 3.

Ioseph.

23. Vltimo alij dicunt hunc Ananiam, alio nomine appellant Ismaëlem, esse filium Phabæi, quem in his ultimis annis Felix præsidens constituit Pontificem ad quem Paulus vinctus missus est, ut scribit Iosephus lib. 20. cap. 6. quamvis Baronius dicat Iosepsum errasse.

Ioseph.

QVÆSTIO IV.

Quare D. Paulus ait se non agnovisse Summum Sacerdotem.

24. AIt Paulus in præsenti tanquam se excusans à maledictione data: *Percutiet te Deus, paries dealbate* subdit *Nesciebam fratres, quia Princeps est Sacerdotum*, erat persona publica, & valde nota, Paulus nutritus, & educatus in Ierusalem, quomodo fieri potest, quod eum non agnosceret.

25. 1. Oecum. 2. Beda. 1. Respondet Oecumenius Paulum agnovisse, sed ignorantiam simulasse; hæc sententia rejicienda est, quia aliàs esset mentitus Paulus dicens *ego nesciebam*. 2. Beda *Nesciebam* Pontificem, quia Hebraïcus Pontificatus jam erat extinctus, quod est verissimum, tamen Paulus excusat se, quod non ei impenderit debitam reverentiam. 3 Baronius ait: quod præter hunc Summum Pontificem fuisse alium ordine secundum cæteris præpositum, & Paulus dubitabit, quisnam esset, at hoc nullum habet fundamentum, & talis secundus Pontifex nullibi legitur.

3. Baron.

26. *Vera sententia.* Dicendum est cum vera, & communi sententia D Chrysost Lyran. Carthus. Vgonis: Verè Paulum non agnovisse Principem, quia ipse per multum temporis ab Ierosolymis abfuerat, & novus erat hic Pontifex, ac multis aliis viris circumgerebatur, & ut advertit Sanchez multæ erant tumultuantes voces astantium; & ita Paulus non potuit distinctè agnoscere, à quo exiit illa vox *Percutere os*; contra quem Apostolus fulminavit maledictione.

Sanch.

27. D. Cypr. Qua in re maximè audiendus est D. Cyprianus epistola 55. & ait: *Paulus cum ei dictum esset: sic insilis in Sacerdotem Dei maledicendo? Quamvis Domino jam crucifixo, sacrilegi, & impij, & cruenti illi esse cœpissent; nec jam quidquam de Sacerdotali honore & authoritate retinerent; tamen ipsum, quamvis inane nomen, & umbram quandam Sacerdotis: Paulus nesciebam*, inquit, *quia Pontifex est*; cum ille antiquus Pontificatus jam esset extinctus per Christum: bene sciebat Paulus, quod ille non esse Pontifex, sed homo quidam impius, sacrilegus, ac omni nequitia plenus; tamen habebat *inane nomen, & umbram quandam Sacerdotis*, inde ipsum reveritus est Paulus, tantus enim honor deferendus est Sacerdoti.

Sanat Dominus Matth. 8. n. 4. Leprosum, & ait illi: *Vade ostende te Sacerdoti*: Communis lex erat Levit. 13. quod ille, qui leprâ fœdatus fuerat, non posset communi aliorum consortio gaudere, nisi prius Sacerdos expiasset eum, ac mundatum declarasset: at Christus supremus Dominus ad quid huic mandat, ut vadat, & ostendat se Sacerdoti, quem sciebat esse pessimum, & sacrilegum? erat tamen Sacerdos, & quamvis pessimus, vult, ut ei exhibeatur debitus honor, & reverentia, ut leprosus se ei humiliter repræsentet, ut ab eo expietur, & testimonium de sua munditia ab eo accipiat tanquam à vero Sacerdote. D. Cyprian epistol. 65. ait: *Iesus Christus Rex, & judex, & Deus noster usque ad passionis diem servavit honorem Pontificibus, & Sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servassent: nam cum leprosum mundasset, dixit: Vade, ostende te Sacerdoti: humilitate ea, qua nos quoque esse humiles docuit, Sacerdotem adhuc appellat, quem sciebat esse sacrilegum.*

28. Matth. 8. *Sacerdos iniquus etiam honorandus.*

D. Cyp.

Syracides ait Ecclesiast. 7. n. 3. *In totâ animâ tuâ time Deum, & Sacerdotes ejus sanctifica*: & iterum repetit n. 33. *Honora Deum in totâ animâ tuâ, & honorifica Sacerdotes ejus.* Honorem Sacerdotis non semel commendat, sed vicibus, tanquam rem magni ponderis, & ita recommendat; ut juxta Dei honorem postulet, ac si ille sit post Deum primus, & si Sacerdos fuerit malus, hoc de ejus conscientia judicare, ad te non pertinet, sed ipsum honorare. D. Cyprian. lib. 3. epistol. 9. ait: *Salomon testatur, & docet, qua sit Sacerdotalis authoritas, & potestas*: quod sit honorandus post Deum, unde cum Alexander Iaddum Sacerdotem Maximum reverenter adorasset; dixit (ut testatur Iosephus lib. 11. Antiqu. cap. 8.) *Non hunc adoro, sed Deum, cujus Principatu Sacerdotis functus est.* Vide quæ dixi supra cap. 2. q. 31. n. 263. 264. 265.

29. Eccl. 7. *Deus honorandus in Sacerdote.*

D. Cypr.

Actor. 23. *n.* 6. Sciens autem Paulus, quia una pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamavit in Concilio: Viri fratres; ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe, & resurrectione mortuorum ego judicor.

Versiones,

SECVNDA EXPOSITIO usque ad Vers. 11.

30. Ioseph. Vers. 6. *Sciens autem Paulus* quanta dissentio extabat inter eos circa personam Pauli, quia ex illis astantibus quidam erant Sadducæi, qui negabant resurrectionem, & erat crudelissimum hominum genus, ut ait Ioseph lib Antiq 20. cap 8. Altera pars Pharisæorum, quæ erat melior, & nobilior, quæ resurrectionem, & Angelos agnoscebat, &

& quia utriuſque Paulus non poterat reſiſtere, & ut aliquos haberet pro ſe, ait: *Ego Phariſæus ſum*, ſicut
Philip. 3. Græcus. Syriac. Tertull. G. Greg. ipſe de ſe teſtatur ad Philipp. 3 n. 5. Codices Græci, & Syriaci legunt in ſingulari, at noſtra Vulgata, Tertull. D. Aug. D. Greg. legunt in plurali *Filius Phariſæorum*; quod refertur ut ait Lyra ad utrumq; parentem ſpiritualem, ſcilicet Gamalielem, ſecus
Act. 22. cujus pedes fuerat edoctus, Act. 22. n 3. & etiam ad patrem carnalem, qui ſecta erat Phariſæus, & ideo eum tradidit ſub diſciplina Gamalielis. Itaq; Paulus ante converſionem erat Phariſæus, & etiam poſt converſionem quo ad illam partem affirmantem reſurrectionem mortuorum.

31. *De ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor.* Syriac. *In judicium vocor.* Vatabl. *Accuſor, eo quod aſſeram ſperandam eſſe corporum reſurrectionem*: nempe eo quod affirmo reſurrectionem mortuorum, & doceo Chriſtum crucifixum reſurrexiſſe, ac nobis omnibus reſurrectionem, ac gloriam permeruiſſe, id eſt, de hac re judicor, & accuſor.

32. Verſ. 7. *Facta eſt diſſentio inter Phariſæos, & Sadducæos*: nam Phariſæi volebant defendere Paulum, ut hominem ſuæ religionis: Sadducæi ut ſibi contrarium inſurgebant in eum; *& ſoluta eſt multitudo.*
Græcus. Syrus. Tigurin. Græc. *Diſſecta eſt multitudo.* Syrus, Tigurina: *Diviſus eſt populus.* In varias ſententias, & controverſias.

33. *Error Sadducæorum.* Verſ. 8. *Sadducæi dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum.* Ac proinde animam rationalem faciebant mortuam, & cum reciperent Pentateucum & paſſim eo fiat mentio de Angelis, fortè exponebant illa loca allegoriæ. Phariſæi utraque confitentur reſurrectionem, Angelos, & Spiritus.

34. Verſ. 9. *Surgentes quidam Phariſæorum* pugnantes pro Paulo tanquam homine ſuæ religionis; *quid ſi ſpiritus locutus eſt ei, aut Angelus?* tanquam ſi dicant; in hoc homine ſcilicet Paulo nulla culpa invenitur; nam ipſe teſtificatus eſt, quæ ei Dei ſpiritus, vel Angelus locutus eſt in raptu, ac exitu, de
Act. 22. quo fit mentio ſuperiori cap. 22 n. 17. Hæc autem dicebant non ſolum pro Pauli laude, ſed etiam ut refutarent, ac damnarent adverſarios Sadducæos, qui Angelos, & Spiritum negabant.

35. Verſ. 10. *Et cum magna diſſentio facta eſſet.* Syriac. *Cum exortus eſſet tumultus magnus.* Æthiopic. *Commoti ſunt valde Iudæi:* Nempe Phariſæi, & Sadduc.
Arabic. *Timens Tribunus ne diſcerperetur:* Paulus Arabic.
Æthiop. *ne Paulum deriperent.* Æthiop. *Ne raperent* Sadducæi, ut eum interficerent, quibus favebat Pontifex, vel ne Phariſæi raperent, ut defenderent: *Iuſſit milites, ut deducerent eum in caſtra*, in arcem Antoninam, de qua ſæpè dictum eſt.

Verſ. 11. *Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus*, apparens Paulo, ait: *Conſtans eſto.* Syriac. *Obfirmate:* D. Chryſoſt. *Bono animo eſto:* Arab. Æthiop. *Confide: ſic te oportet teſtificari de me Romæ.* De quo q. 7.

QVÆSTIO V.

Quare D. Paulus, quod ſit Phariſæus, de ſe teſtatur.

36. IAm dixi in expoſitione Paulum ante ſuam converſionem eſſe ex ſecta Phariſæorum, & poſt converſionẽ convenire cum eis in articulo reſurrectionis; & cum in cõſilio magna commotio exorta eſſet contra Paulũ, inde ipſe de ſe ait: *Phariſæus ego ſum*, ut Phariſæos in ſui defenſionem haberet; maximè animos allicit, ac attrahit convenientia in doctrina, ac diſciplina ſub eodem Magiſtro in eadem Schola,

Convenientia in doctrina conciliat animos.

ad hoc tendit Tertull. lib. 2. Reſurrect. cap. 35. *Neque jam*, ait, *tranſgreſſor legis videbatur de præcipuo fidei totius articulo, id eſt, de reſurrectione, ad Sadducæos ſapere exiſtimaretur. Itaque nolebat videre reſcindere fidem reſurrectionis, utique confirmat ſecundum Phariſæos, reſpuens negatores ejus Sadducæos.* Vide tom. 2. in Evang cap. 3. q. 2. n. 9. 10. & 11. de conventa doctrina. Tertull.

Secundo maxima erat controverſia inter Phariſæos affirmantes reſurrectionem, & Sadducæos illam negantes: omnes tamen uniti erant, ut Paulum interficerent; tunc Paulus altâ prudentiâ clamat *Phariſæus ego de ſpe reſurrectionis mortuorum, & ſoluta eſt multitudo:* cum Paulus ſe declarat Phariſæum, Phariſæi pugnant pro Paulo, & diſſipata eſt unio inter Phariſæos, & Sadducæos, & Paulus ſalvus cuſtoditur; deſtructa, ac diſſipata unio inter iniquos, perverſum germen eſt multorum bonorum, D. Greg. lib. 34 Moral. c. 4 ait: *Cum in duas partes temulentium multitudo dividitur; Paulo via ereptionis aperitur, quia quem turba proſequentium conſtruxerat; diviſa laxabat.* Similiter & Beda ad præſentem locum Actor. ait: *Sicut unitas bonorum ſemper eſt utilis, ſic malorum unitas ſemper eſt bonis noxa: Vnde nũc Paulus perſecutores ſuos diſſociari ſatagit, ut quem uniti cinxerant, diviſi laxarent.* Et hoc ſæpè eſt valde utile docet D. Tho. 2. 2. q. 37. art 1 ad. 2. 37. *Valde utile iniquorum unionem diſſolvere.* D. Greg. Beda. D. Tho.

Ait Chriſtus Matth. 10. n. 34. *Non veni pacem mittere, ſed gladium* Chriſtus D. princeps pacis, quomodo ait, quod non venerit, ut pacem conſtituat, ſed ut gladium inferat quod dicit bellum, & diſcordiam, quia ut princeps pacis, venit, ut pacem tolleret, & tanquam gladio diſſecaret unionem inter impios, ut pacem firmaret inter Sanctos, & juſtos. D. Chryſoſt homil. 36. in Matth. ait: *Malam pacem bona diſſonantia ſolvit: gladium mittit, non ut bellum geratur, ſed ut pax acquiratur.* 38. Math. 10. *Ex diſcordia malorũ vera pax.* D. Chryſoſt.

Mittuntur tres Sancti pueri in fornacem ardentem, ut ab igne devorentur, tunc *Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis ejus in fornacem: & excuſſit flammam ignis*, Dan 3. n. 49. alia littera habet *diſperſit:* flamma unita erat ad eos conſumendos, & comburendos, diviſa vero inſervivit ad eorum ſalutem, & cuſtodiam. 39. Dan. 3.

Loquens Propheta Habacuc de illuſtriſſimâ Chriſti victoriâ de omnibus impiis ait: cap 3. n. 14. *Maledixiſti ſceperis ejus capiti bellatorum ejus:* Septuaginta ſic legunt: *Dividiſti in ſtupore capita potentium*: non ait: *deſtruxiſti* ſed *dividiſti*; in hoc exiſtit eos omnino deſtruere: D. Hieron. ibi *non dixit perdidiſti, vel cecidiſti capita potentium; ſed dividiſti; quod enim dividitur, non tam amputatur, & perditur, quam ſeparatur in partes: ſic & capita hæc dividuntur in partes, & ſeparata locum facient:* quod exercitui non advenit, ſi ejus cornua dividuntur, ac ſeparantur inter ſe, & ad hunc ſenſum explicat Rupert. illud ejuſdem Prophetæ Habac. cap 3. n. 10 *Fluvios ſcindes terræ.* Vide tom. 4. in Evang cap. 7. q. 5. n. 36. 37. 38. 40. Habac.

QVÆSTIO VI.

Quare Tribunus timet, ne à tumultuante turba Paulus diſcepatur.

IN Concilio magna diſſentio erat inter Phariſæos, & Sadducæos: illi affirmabant reſurrectionem, quam iſti negabant, & Paulus pro Phariſæis ſe ſtare declarat affirmans reſurrectionem, quæ doctrina contraria omnino erat Sadducæis, & tunc ma- 41.

ximè exorta est tempestas contrarietatis inter illos timet Tribunus, ne inde aliquod malum eveniat Paulo, & inde intendit illum in tuto constituere; sed cur potius non præsumit, quod ex tanta contrarietate, ac dissentione posset aliquid utile contingere Paulo, ut inde aperiatur ostium, ut ipse effugiat. Bene tamen sciebat Tribunus, quod quamvis impij inter se belligerent, & discidant, in eo tamen maximè conveniunt, ut justum perimant, ac persequantur.

Impij, quamvis inse contrarij, contra justum vehuntur.

42. Matth. 9. Scribit D. Matth. 9. n. 14. Ad Christum Dominum *Accesserunt discipuli Ioannis dicentes: Quare nos, & Pharisæi jejunamus frequenter, discipuli autem tui non jejunant.* Discipuli Ioannis sequentes suum magistrum maximè adversabantur Pharisæis, quos Matth. 3. Ioannes Matth. 3. n. 7. vocaverat; genimina viperarum, cur modo ad se eos advocât, & ut socios habêt & qui se jactabât de multa sanctitate modo se associant vitiosis viperis. Res agebatur contra Christũ, ejusque discipulos, & quamvis discipuli Ioannis, & Pharisæi essent inter se diversi, & contrarij ad oppugnandam supremam justitiam, ac sanctitatem Christi, ac discipulorum ejus, facile inter se conveniunt, & uniuntur. D. Chrysost. serm. 31. ait: *Cum discipulis Ioannis, quæ societas Pharisæis? nisi quia junxerat invidia, quos disjunxerat disciplina.* Iudæi postponi Moysi Dominum non ferebant, discipuli Ioannis Christum nolebant Ioanni ullatenus anteferri, Christum fremebant utroque livore communi.

Vniti contra Christum.

D. Chrysost.

43. Luc. 22. Ioan. 18. Math. 26 Cum meus Iesus esset comprehensus, stabat Petrus in atrio Pontificis, quidam vero ex illis affirmabat dicens: *Vere hic cum illo erat*, Luc. 22. n. 59. sic & Ioan. 18 n. 26. scribit, quod unus ex servis Pontificis Petrum urget, quod ille erat ex Christi discipulis, aliter vero D. Matth. rem prosequitur cap. 26. n. 73. & ait: *Post pusillum accesserunt, qui stabant, & dixerunt Petro; Vere tu ex illis es.* Similiter & Marc 14. Vnde hæc rerum varietas? an quod Matth. refert, Lucas negat? id ego pernego: sed quod unus servus facit ad urgendum, & vexandum Petrum, reliqui approbant, & exurgunt in Petrum, & quod ille servus incipit, cæteri prosequuntur. Iansenius (ait) maximè cum in tam unanimi malorum consortio quidquid unus ageret, omninm fieret nomine.

Cũ unus insurgit in justum omnes sequuntur.

QVÆSTIO VIII.

Quare Christus Dominus prædicit Paulo, quod, ut, cum testificatus fuerat in Ierusalem, oportebat eum Romæ testificari.

44. APparet Christus Dominus nocte Paulo, ac proinde videtur quod in somnis, & ait illi: *Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Ierusalem; sic te oportet & Romæ testificari.* Erat Paulus in carcere, in vinculis, & catenis: adstat Christus Dominus dans ei magnam consolationem, & non dixit ei: cessat persecutio, ac tempestas adversariorum, sed testatur eadem esse passurum Romæ: pati pro Christo magnum erat Pauli gaudium, & magnum levamen. Vide verbum Paulus.

Pauli gaudium pati pro Christo.

45. D. Chrysost. Considera tamen, quod sic eum exhortatur ad ipsum Christum testificandum Romæ, sicut testificatus est in Ierusalem, *sic te oportet*, ac proinde Christus suo dicto approbat, quæ fecerat in Ierusalem, ac tanquam laudans ibi facta, ut notat D. Chrysost. homil. 49. in Acta, & ait: *Vide quanta consolatio*, primo illum laudat, deinde non finit incertam profectionem illius Romam, ut laudata, & approbata gesta in Ierusalem sint calcar, & excitamentum, ut quæ ei denuntiantur Romæ perpetranda, bene, & optimè adimpleantur. Vnde rectè ait D. Thom. orat. 3. *Præclarè factorum prædicatio vehementiorem illis, à quibus sunt, cupiditatem ad potiora ingerit.*

Laudat Magister, ut discipulus bene gerat.

Maximè multis proclamationibus divinus Sponsus extollit animam sanctam: *Pulchræ sunt genæ tuæ,* 46. *sicut turris: collum tuum sicut monilia: murenulas aureas faciemus tibi vermiculas argento*, Cant. 1 n. 9. Cant. 1. Christus Dominus omnia altâ, & supremâ sapientiâ disponit, & ordinat, ad quid tot, & tam magnifica encomia accumulat in ea, dixerat illi Dominus: *O Pulcherrima inter mulieres egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos*, disposuerat, ut ipsa curâ pastorili gelu, & æstu multa sollicitudine pasceret hædos suos, & ut inter tot, & tantos labores animo non caderet, sed vires resumeret, ideo tam præclaris laudibus corroborat, ut illis stimula addita, quæ sui muneris sunt, generosè adimpleat omni perturbatione depositâ. D. Bernard. serm. 42. ait: *Vti pavidior, quam oportuerit, ac dejectior animo facta esset, talium commendationum consolationes erigerent eam.*

Laus optimum ad benè agendũ.

D. Bern.

Maximè notandum, ac expendendum est, quod Christus D postquam à Patre est laudatus: *Hic est* 47. *Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, Matth. 3. n. 17. Tunc pergit in solitudinem, orat ibi, teritur jejunio, tentatus à Diabolo gloriosus victor est, Matth 4 n 1. & tunc omnium magister Scholam aperit Ibidem n. 17. *Exinde cœpit Iesus prædicare.* Similiter cum in vertice Thaboris transfiguratur coram suis discipulis vox Patris auditur: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*, Matth. 17. n. 5. Ac laudatione peracta à monte descendit, Apostolos de suâ cruce morte, & passione nobili monet. *Sic & filius hominis passus est ab eis*, Ibid. n. 12. Et iterum n. 21. *Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum.* Antequam Christus tendat in desertum, & Diabolum prosternat, laudatur à Patre. D. Chrysost. serm. 160. & ait: *Vt quem Pater voce Filium probaverat, Deum se virtutibus approbaret.* Deinde prius Christus in Thabor à Patre laudatur: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; & tunc ipse ad crucem, & necem se properantem declarat, ut notavit D. Chrysost homil. 58. in Matth. inquit, *Quando prædicatus fuit Christus, & Filius Dei esse, tunc apertius de passione prædixit:* Ac si laus à Patre proclamata multum conveniret ad rem strenuè gerendam, non quod Christus hoc indigeret, sed ut supremus Magister in hoc nobis daret Magisterium, & magnum documentum, quod prælatâ majorum laude magnum est minoribus excitamentum, ad præclara gesta virili, ac forti animo perpetranda.

Matth. 3. Matth. 4. Matth. 17.

D. Chrysost.

Laudes inserviũt ad rectè agendum.

Dixit Iesus mulieri Samaritanæ: *Vade, voca virum tuum*, cui illa: *Non habeo virum.* Veritate confessâ, gratiæ gerendæ jam erat auspicium, confessione probatâ, manum addit Christus, & ait illi: *Bene dixisti*, & iterum *verè dixisti*, Ioan. 4. n. 17. 18. Semel, & iterum Magister morum Deus eandem premit chordam, & laudem canit, ut mulier timore pulso animum erigat, & verè, & benedicat confitens sua peccata.

48. *Samarit. laudibus ad pœnitentiam excitatur.*

Act. 23. *n.* 12. Facta autem die collegerunt se quidam ex Iudæis, & devoverunt se dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.

Versiones

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 17.

Verſ.12. *Facta autem die* Syriacus : *Diluculo convenerunt,* ſeſeque *anathemate devoverunt.* Arabicus: *Inierunt infaustam conſpirationem* ; Æthiopicus : *Juraverunt, & concluſerunt.* Illud de Luca indicat magnum furorem , & iram contra Paulum : quidam nempe Sadducæi , qui negabant reſurrectionem devoverunt, ſcilicet multis diris execrationibus , ſe ipſos anathematizantes , ut habent Syriac.& Græcus, adjurantes, ſi comederent , & biberent antequam Paulum interficerent. 49. Syriac. Arabic.

Verſ.13. *Qui hanc conjurationem fecerant.* Syriac. *Qui pepegerant jurejurando hoc pactum.* Conjurationem illam ad majorem firmitatem juramento corroborarunt,ut non liceret retrocedere 50. Syriac.

Verſ. 14. *Qui acceſſerunt ad Principem Sacerdotum,* tamquam ad caput totius Concilij,& quimalevolo animo erat in Paulum : *Devotione devovimus* : illa geminatio magnam vim indicat; A præcipiendo præcipiam.

Verſ 15 *Tunc ergo* , inquiunt Summo Sacerdoti , ac ſenioribus, hanc noſtram reſolutionem notam facite Tribuno , ac omni Concilio. Arabicus explicat, *Petentes ab eo cras ut dimittat & tamquam volentes ſcire res ejus cognitione exacta.* Æthiopic. *Interrogare & perſcrutari eum.* Arabic. Æthiop.

Verſ. 16. *Quod cum audiſſet filius ſororis Pauli :* an audiret caſu , vel ex induſtria , quia forte multum ſollicitus erat pro ſui avunculi ſalute , incertum eſt : *nuntiavit Paulo* , Æthiopic. machinationem eorum : *Introivit in caſtra* ; non ita erat Paulus reclusus, quin cum illo non poſſent amici habere ſermonem, ac ei neceſſaria miniſtrare. Æthiop.

Verſ.17. & 18. *Vocans autem Paulus unum ex centurionibus dixit ei; hunc adoleſcentem perduc ad Tribunum , habet enim aliquid ad indicandum ei ,* quod fecit centurio. 51.

QVÆSTIO VIII.

Quare iſti iniqui faciunt votum non manducandi,nec bibendi , donec interficiant Paulum.

Devoverunt ſe dicentes , neque manducaturos , neque bibituros, donec Paulum occidant , quod præcedebat ex crudeli furore, ac odio , quo ferveſcebant in Paulum , & etiam proveniebat ex alta Dei providentiâ, ut ſuum peccatum peragerent , ac celebrarent jejunio , vigiliâ , abſtinentiâ , ac ſui mortificatione. 52. *Peccatores aſſumunt ſibi pœnas.*

Achab cum intenderet ſibi atripere vineam Naboth, antequam haberet eam in ſui poſſeſſionem ; ſic habet Text.3. Reg.21.n 4. *Projiciens ſe in lectulum ſuum avertit faciem ſuam ad parietem , & non comedit panem.* Septuaginta legunt : *Turbatus eſt ſpiritus ejus , velavit faciem ſuam.* Ecce quibus ſolemnitatibus feſtive celebrat ſuum crimen ; & quibus comitibus aſſociatur, turbatione , mœſtitia , vultu abſcondito in tenebris , ac jejuniis , talibus doloribus ſtipatus incedit peccatum D.Ambroſ. lib. de Naboth & ait : *Divites eripitis quidem pauperibus univerſa ; pœnam tamen pauperum vos divites ſuſtinetis ; illi jejunant, cum non habeant , vos cum habetis; à vobis igitur pœnam exigitis , quam pauperibus erogatis.* 53. 3.Reg.21 *Mala proveniunt, & ſequuntur peccatum.*

Secundo Beda ad hunc locum ait: *Cum Dominus indicat : Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam : iſti è contra impii eſuriunt , & ſanguinem adeo ſitiunt , ut cibos etiam corporis abdicent, donec juſti morte ſatiantur :* inedias,& labores, quos juſti propter juſtitiam patiuntur , eoſdem ſuſtinent impij pro ſuis vitiis peragendis , inde forſitan multo majores tolerant labores. 54. Beda. *Eadem patiũtur impij pro mundo*

Veniunt Magi de terris valde longinquis adorare Chriſtum : *Vidimus Stellam ejus in Oriente , & venimus adorare eum.* Matth 2.n 2. At de Phariſæis ait Chriſtus Dominus : *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ , qui circuitis mare , & aridam , ut faciatis unum proſelytum.* Matth. 23. n. 11 proſelytum id eſt unum gentilem judeum,hoc autẽ faciebant non religionis zelo Dei , ac animarum , ſed vel ob vanam gloriam , vel ob avaritiam , & ideo Chriſtus Dominus lamentatur ſuper eos *Væ*,nota in rem noſtram Magi veniunt de longinquo, ducente ſtella, recto itinere per terram , at Phariſæi , & Scribæ ambulant in circuitum non ſolum per terram , ſed etiam calcantes tempeſtuoſum mare cum innumeris periculis, ob ſuam vanitatem , & avaritiam. D. Chryſoſt. in Imperfecto homilia 44 in Matth. ſic ait : *Non propter gloriam Dei , ut additis cultoribus honoretur Deus , neque propter miſericordiam , volentes eum ſalvare,ſed propter avaritiam, aut propter vanam gloriam , propter hoc ipſum , ut videantur gentilem convertere.* 55. Matth.2. Matth.23 D. Chryſoſt.

QVÆSTIO IX.

Quare impij non aliam ſibi pœnam imponunt, niſi tantum cibi , & potus.

POterant iſti iniqui dicere , ſi nobis non tradis Paulum, ut occidatur, noſmetipſos occidemus, vel filios noſtros interficiemus , ſed interponunt abſtinentiam,& jejunium in cibo , & potu. 56.

Reſpondet D.Chryſoſt. homilia 49.in Acta:Ecce jejunium homicidij mater ; Tales ſunt venandi artes Diabolo , qui prætextu pietatis laqueos tendit. Hæc non Sacerdotum,ſed latronum;hæc non principum, ſed facinoroſorum. De Diaboli arte; ac malignantium nequitia venit, quod ſub virtutis tegumento proximum perſequaris. Abige hypocriſim, quæ virtutes truncat mucrone virtutum. D. Chryſolog.9. ſerm. 7. 57. D.Chryſoſt. D.Chryſolog.9.

Cum quidam adoleſcens accederet ad Chriſtum Dominum dicens : *Magiſter ſequar te , quocumque jeris*, addit tamen : *Domine permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum.* Tunc reſpondens illi Ieſus : *Sequere me , & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Matth. 8 n 22. Magna quæſtio inſurgit , cur clementiſſimus meus Ieſus , fons totius pietatis non concedit , ut adoleſcens debitum pietatis officium ſuis parentibus ſolvat , quodnam erat peccatum , ut parentibus honores funebres præſtaret, ut hanc curam deponendam Magiſter moneat. Solebant Hebræi ſepulturæ funus celebrare vocatis tibicinis Matth. 9.cap.23. *Cum veniſſet Ieſus , & vidiſſet tibicines* , & ſimul accerſitis lamentatricibus. Ierem.9. n 17. *Vocate lamentatrices.* D Chryſolog. ſerm. 19. *Vbi verus planus non eſt,ubi eſt empta , & mercenaria cantilena.* Lamentatrices in funebri pompa lacrymantes dolorem fingebant , quem animo non habebant , & ob ſuorum comparandi multa falſa , & mendoſa clamabant , & ideo Chriſtus Dominus vult avellere à paterno funebri permiſto ſimulato dolore , ac fictis,& mendacibus clamoribus , nam ſuis alumnis nil permittit compoſitum , 58. *Odit Chriſtus Dominus dolorem affectatum.* Ierem 9. D Chryſolog.

& coloratum, sed omnia debent esse pura, & sincera sine ullâ tinctura D. Chrysolog. modo datus ait: *Christus discipulum suum profanis luctibus noluit interesse.*

59. Ioan. 17. Exorans Christus in cœnaculo pro suis Apostolis ait Ioan.17.n.17. *Pater sanctifica eos in veritate;* nunquid ab Actore Parente, qui est ipsa veritas, potest aliquid esse, quod non sit verum; quo autem affectu id poscat, in proximo aperit n. 19. *Vt ipsi sint sanctificati in veritate*, ut ita sint sanctificati in veritate, ut nullam sanctitatis larvam induant. Cajetan. *Vt intelligi possit, ut sanctificati sint, non ficte, sed vere*, hoc eis postulat Christus in ultimo discessu ab eis, & pro magno bono hoc eis valde fervide postulat à Patre.

Deo placet virtus sine fictione.

60. 1.Reg.13 Act.13. Psal.118. De Davide dat Dominus illud præclarissimum testimonium: *Inveni David virum secundum cor meum.* 1. Reg.13.n.14. & Actor.13. n.22. Ex i tima, & puritate cordis, qua semper deprecabatur Deum. Psalm.118.n.34. *In toto corde meo exquisivi te.* n. 58. *Vt custodiam illam in toto corde meo.* n. 69. *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.* Iterum: *In toto corde meo scrutabor mandata tua;* & tandem n. 145. *Clamavi in toto Corde meo;* & Psalm. 110. n. 5. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.* In quibus nota, exponens Deo cor suum, non ait cor tantum, vel cor meum, sed totum cor; *Clamavi in toto corde meo*; Confitebor tibi in toto corde meo: quia totum cor suum erat Deo sine dolo, & fictione, ut notat D. Hieron. & ait: Si non fuisset David simplex, & dolum habuisset, non dixisset: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo;* ex tantâ puritate, & simplicitate cordis promeruit illud magnum elogium ab ore Dei: *Inveni virum secundum cor meum.*

Magnum elogium ex vero affectu.

D. Hier.

*Actor.*13. *n.*19. Apprehendens autem Tribunus manum illius secessit cum eo seorsum, & interrogavit illum, quid est, quod habes indicare mihi?

Versiones,

QVARTA EXPOSITIO usque ad Vers. 22.

61. Vers.19. *Apprehendens autem Tribunus manum illius.* Valde benigne excepit Adolescentem Tribunus, quod signum est apprehensionis manus; *Secessit cum eo seorsum.* Syriac. *Traxit eum ad unum latus seorsum:* hæc tanta clementia vel fuit ex naturali benignitate, vel ut resarciret injuriam illam Pauli, quod eum intentaverit flagellare, cum esset civis Romanus, vel ait Menochius: cogitavit, quod Adolescens aliquod munus, seu pecuniam deferebat, & ideo cum eo voluit in secreto.

Syriac. Menoch.

62. Vers.20.& 21. Iudæis autem convenit, rogare te, ut producas Paulum in Concilium, & ibi expectant tuam promissionem, non factam, sed faciendam, ut producas Paulum in concessum, ut hac occasione irruêtes in itinere possint illum occidere.

63. Syriac. D. Chrysost. Vers.22. *Dimisit Adolescentem præcipiens, ne cui loqueretur.* Syriac. *Nemini patefacies te hæc mihi indicasse.* D. Chrysost. *Quod hæc nobis retuleris.* Secretum Adolescenti recommendat Tribunus, quia tales sunt valde proni ad dicendum, ac loquendum, & Tribunus nolebat ostendere, quod miserat Paulus ad Cæsarem, tamquam ad præsidem superiorem non ob declinandas insidias.

*Actor.*23.*n.*23. Et vocatis duobus centurionibus dixit illis, parate milites ducentos, ut eant usque Cæsaream, & equi Septuaginta, & Lancearios ducentos à tertiâ horâ noctis.

Versiones,

QVINTA EXPOSITIO usque ad Vers. 30.

64. Syriac. Vers.23. *Dixit illis, parate milites ducentos.* Explicat Syriacus: *Apparate Romanos ducentos.* Milites erant Romani, sicut & Centuriones, & quilibet Centurio habebat sub sua potestate centum milites. *Equites septuaginta, & lancearios ducentos;* erant homines loricati longas hastas gerentes; *tertiâ horâ noctis.* Arabicus: *Adsint in atrio ad tertiam horam nocturnam.* Iudæi utpote, & Romani, sicut diem in quatuor partes, ita & noctem, & sicut prima hora diei erat ab ortu solis, sic & prima hora noctis ab occasu solis, in nostro conspectu hora tertia est post mediam noctem.

Arabic.

65. Tacito. *Vt eam usque Cæsaream*, quæ erat Iudææ caput, & inde in ea extabat præsidis domicilium, ut patet ex Tacito lib. 18 & hoc maxime sollicitante Herode qui eam maxime amplificavit, & in gratiam Cæsaris Cæsaream nominavit, & ad majorem illius nobilitatem ordinavit, ut esset caput regni, & sedes præsidis, & in ea ædificatum est prætorium, ut patet ex sup. cap. 35.

66. Magister Eccles. Carthus. Syriac. Vers. 24. *Et jumenta præparate*, sive equos tam pro Paulo, quam etiam pro sociis ejus, ut exponunt Magister historiæ Ecclesiasticæ, & Carthusianus; tam crudele erat odium Iudæorum in Paulum, quod non solum contra ipsum fremebant, sed etiam in ejus socios, & amicos, *ut imponentes Paulum salvum producerent.* Syriac. Et ereptum eum producatis à tot, & tantis insidiis liberum.

67. *Infamia evitãda.* Vers. 25. *Timuit.* Hic versus non est in Græco. *Tamquam accepturus pecuniam*, ideo Paulum tradidit Iudæis ad occidendum utpote pecunia coruptus, & pro tanta infamiâ evitandâ cum tantâ custodia mittit Paulum.

68. Syriac. Arabic. D. Chrys. Arias. Vatabl. Vers. 26. *Claudius Lisias* nomen est Tribunus. Optimo Præsidi Felici. Syriacus: *Felici victoriosо.* Arabic. *Potentissimo.* Arias Vatabl. *Præstantissimo.* D. Chrysost. *Scriptis epistolis in hanc formam.*

69. Lyran. Vers. 27. *Cum exercitu* nempe militibus, *eripui, cognito, quia Romanus est.* Hoc dixit, ait Lyranus ad acquirendam gratiam, & benevolentiam Præsidis Romani, tanquam quod ipse habeat magnum zelum de civibus Romanis, de eorumque privilegio.

70. Arabic. Vers. 28. *Scire causam, quam objiciebant illi.* Arabicus: *Pro quâ accusabant illum.* Duxi eum in Concilium eorum, ut multorum examine res ventilaretur ad majorem veritatis indaginem.

71. Æthiop. Vers. 29. *Nihil vero dignum morte.* Æthiopic. *Et non fuit delictum, & crimen, pro quo moreretur, & pro quo vinceretur.* Maxime fulget, ac resplendet virtus, ac innocentia Pauli, quo ab homine gentili inter tantas Iudæorum calumnias tam præclarum habeat testimonium, quod in eo nihil criminis sit.

72. Arabic. Vers. 30. *Cum prolatum esset de insidiis.* Arabic. *Certior factus de fraude*, misit illum ad te; Tribunus vult excutere causam à se; timet ne ob liberatum Paulum propter suam innocentiam, novis machinationibus contra ipsum tribunum insurgant.

QVÆSTIO

QVÆSTIO X.

Quare tam crudeli odio Iudæi necem Pauli procurabant.

73. *Difficultas quæſtionis.* INſatiabili odio Iudæi Paulum ad mortem poſtulabant, ita ut quadringenti viri ſe juramento adſtrinxerint ſe non manducaturos, nec bibituros donec Paulum de medio tollerent verſ. 13. & ut ad tutam Pauli cuſtodiam tot militum armata manus neceſſaria erat.

74. D. Chryſoſt. D. Chryſoſt. homil. 50. in acta exiſtimat hanc Iudæorum iram tentantem omni impetu præcipitare Paulum à Diabolo fuiſſe exagitatam, inſtigante ipſo maxime eorum animos, ut ſolet facere contra

Ioan. 3. *Ex Diabolo perſequutio in fratres.* juſtos, ac Sanctos Ioan. epiſtol. 1. cap. 3. n. 12. ait: *Quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio, ut diligatis alterutrum, non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum.* Et unde in tam turpe facinus venit, ut occideret fratrem ſuum Abel ſanctum, & innocentem, quia *ex maligno erat*, ſcilicet Diabolo movente, & excitante cor ejus Rupertus lib. 8 in Apocalyp. ait: *Hoc eſt ſignum, in quo cognoſcant hi, qui ex Deo ſunt, ex maligno illum eſſe malignum, qui occidit, quod non fecit, qui ex Deo eſt.*

Rupert.

Hoc autem odium Diaboli in Paulum, maximè

75. exacutum, ac promotum eſt in eum, quia audivit eum laudatum à Chriſto Domino dicente: *Sicut teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te opertet Romæ teſtificari.* Sup verſ. 12. ut ibi dixi ex D. Chryſoſt. Chriſtus Dominus laudat, & approbat teſtificationem à Paulo datam in Ieruſalem, & ſimilem ab eo poſtulat Romæ: laudata virtus aculeum eſt Diabulo, ut urgeat tentationibus: Tertull. lib. de pœnit. cap. 7. ait: Tunc maxime ſævit, cum hominem magis liberum ſentit.

Tertull.

76. Aſcendit Chriſtus Dominus de aquâ Iordanis, ſcinduntur nubes, micat Cœlum, volat columba de alto, ſonat vox Patris. *Hic eſt filius meus dilectus* Matth. 3. n. 17. poſt laudes optimi parentis, ac

Matth. 3. Matth. 4. *Laude viri magni exultatur Diabolus ad tentandum.* teſtimonia magni Dei, *tunc accedens tentator.* Matth. 4. n. 23. Laudatur Iob, *quod non ſit ſimilis vir in univerſâ terrâ*, ſtatim Diabolus vocat eum ad certamen; *extende manum tuam & tange eum.* Iob. 1 n 8 ea, ut obſervat D. Chryſoſt. homilia 13. in Iob, & ait: *Propterea contra Sanctum Iobum nequitiæ ſuæ arma commovit, quia utique videbat illum à Deo armatum magnis laudibus*

Iob. 1. D. Chryſoſt.

Epiſcopum Philadelphicum Apocal. 3. n. 8 Do-

77. Apoc. 3. minus laudat: *Scio opera tua* utpote bona, & iterum, *Servaſti nomen meum?* nempe fidem meam; & ſtatim exurget Synagoga Sathanæ contra eum,

Rupert. Ecce dabo de Synagoga Sathanæ n. 9. lib. 2. in Apocalyp. ait: *Ac ſi Dominus det gloriam, quam habes ſequitur invidia.*

Mirificè Divinus Sponſus laudat animam ſan-

78. Cant. 4. ctam: quòd ſit pulchra, Cant. 4 n. 1. laudat ipſius oculos; capillos, genas, labia, & poſt tantam virtutum pulchritudinem, ac elegantiam annectit: *Sicut turris David collum tuum*, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium n. 4. Quid tenera Virgo cum arce, clypeis, ac armatura fortium, nitentur, ac reſplendent in ea omnes virtutes proximæ proclamatæ, requiritur ad ſui defenſionem, ac cuſtodiam; ut ſe recipiat in arce, munita omni armaturâ fortium ad extorquendos, ac reprimendos furioſus inimicorum impetus, ac aſſaltus, quibus ipſam volunt ſuffocare, ac conſumere. Gilbert. ſerm. 26. ait: Gelrt. *Effectus libertatis tuendæ tibi de cætero incumbit negotium.*

Dicitur Exod. 12. n. 37. *Profecti ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth.* Hoc nomen Socoth. Hebraïcè 76. idem valet, *ac tentoria militum*, ut obſervaverunt Exod. 12. D. Hieron. epiſtol. 127. ad Fabiolam. Rupert. lib. 2. in Exod. cap. 23. Petrus Damia. lib. 2. epiſt. 7. Filij D. Hier. Rupert. Damia. Iſrael valde pacifici exibant nemini inferentes aliquod nocumentum, quomodo dicitur; quod egrediebantur ad tentoria, ſeu ad caſtra militum. Ibant Hebræi multo Dei favore, ac ejus gratia ſublimati, omnibus Ægyptiorum bonis locupletati, & tantis bonis cumulatis procedebant ad tentoria, ac caſtra militum, ad ſuſtentandum magnum bellum contra eos commotum odio, ac invidiâ inimicorum. D. Hieron ad Man. 5 ait: *Ubi enim magnitudo gratiæ, ibi magnitudo diſcriminis.* D. Hier. *Graſſatur bellũ contra iuſtos.*

QVÆSTIO XI.

Quare D. Paulus tam magnifico comitatu tendit in Cæſaream.

IBat Paulus, ut patet ex verſ. 23. & 24 eques ſti- 80. patus magno comitatu 470. equitum, ac militum peditum, & quamvis hoc eſſet ordinatum à Tribuno ad cuſtodiendum Paulum ab inſidiis Iudæorum, tamen Deus ordinavit ad honorandum Paulum. Hæc eſt alta Dei providentia, quod ex inſidiis, quas iniqui machinantur contra ſanctos, & juſtos, Deos aſſumit occaſionem ad eorum honorem, & exaltationem. *Divina providẽtia ad honorandũ Paulum.*

Vt patet in inſidiis, quas filij Iacob ordinaverunt in fratrem ſuum Ioſeph, unde eis dixit ille 81. Gen. 45. n. 8. *Non veſtro conſilio, ſed Divinâ voluntate huc miſſus ſum, qui me fecit quaſi Patrem Pharaonis, & dominum univerſæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti.* Sic ex inſidiis Aman maximè exaltatus eſt populus Iudaïcus Eſth. 8. n. 16. ſic ex obſervatione facta in oratione à Satrapis Babiloniæ, ut Daniel mitteretur in lacum leonum, cum magnâ gloriâ ſublimatus exivit Daniel 6 n. 22. quod etiam in Suſanna viſitur Daniel 13. n. 40 In quo nota, quod Evæ, & Suſannæ in hortis tenduntur inſidiæ; contra Evam unus ſerpens ſe erigit, contra Suſannam duo ſerpentini; ſeni, & debiliori fœminæ duo inſidiantur, quia ab ipſis erat victoria reportanda, ut ita fieret gloriſior, & illuſtrior Suſanna.

Gen. 45. Eſth. 8. Daniel. 6. *Glorioſa victoria ex inſidiis.*

Ait Iob. 40 n. 16. de Diabolo *Habitat in locis humentibus*; hoc eſt in aquis, per quas ſignifican- 82. Iob 40. tur deliciæ mundi, ut eis valeat ſuis tentationibus inſidiari hominibus, eoſque capere: alto tamen conſilio Dei aquæ præparantur, ut homines inde renaſcantur in gratiâ, ut cœleſtes triumphatores terrenis conculcatis volent in cœlum; D Cyrillus Ieroſolym. Catech 3 ait: *Draco erat in aquis* (ut ait Iob) *qui ore capiebat Iordanem; cum igitur eſſent conterenda capita Draconis, deſcendens Ieſus in aquas ligavit fortem, ut facultatem calcandi ſuper ſerpentem capiamus* Callidiſſimus Draco inſidias parabat in aquâ, in aquâ erat conculcandus, deſcendente Ieſu in illam, & ubi ſperabat vincere, ibi vincitur. Ait Eccleſia ejus nomine divina Sponſa, Cantic. 2 n. 15. *Capite nobis vulpes parvulos, qui demoliuntur vineas* Per vulpes eſt communis ſenſus Patrum & ait D. Aug. in Pſalm 80. *Vulpes inſidioſos, maximeque hæreticos, fraudulentos, ac doloſos ſignificant.* Iuxta illud Ezechiel. 13. n. 41. & ait: *Quaſi* Exec. 13. *Diabolus in aquis inſidiabatur, in aquis vincitur.* D. Cyril. Ieroſol. D. Aug.

Virtute eminens ſuſtinet bellum.

Quaſi vulpes in deſerto Prophetæ tui Iſraël erant. Vnde ob fraudulentiam, & inſidias ſic Chriſtus Dominus loquitur de Herode, Luc. 13. n. 31. *Dicite vulpi illi.* Dicuntur hæretici vulpes parvulæ, quia ſe fingunt humiles, & mites, ut ſuum venenum valeant inſinuare, & notandum ex D. Bernardo ſerm. 64. *Quod non jubentur vulpes ab ſponsâ exterminari, vel abigi, ſed capi*, ſeu ut legit Arias Montanus *prendere*, ut ipſi, qui intendebant ſuis inſidijs, ac fraudibus demoliri vineas Eccleſiæ comprehendantur, & tanquam captivi pereant, ut Eccleſia viatrix, ac triumphatrix exultet.

Luc. 13.

D. Bern. *Comprehendantur, ut Eccleſia ſublimetur.*

QVÆSTIO XII.

Quiſnam eſſet iſte Felix Præſes.

83. *Quis Felix*

FElix iſte (ut teſtis eſt Suetonius cap. 28.) frater erat Pallanti, qui multum gratia, ac potentia apud Imperatorem pollebat, adeo, ut nuptias Agrippinæ (ex qua natus eſt Nero) cum Claudio patruo ſuo conciliaverit, & hac de cauſa Nero obtinuit Imperium ſuccedēs Claudio. In gratiam ergo Pallantis Claudius felicem fratrem è ſervo fecit libertum, eumque fecit præſidem Iudææ, Samariæ, Cæſareæ, ut teſtatur Ioſeph. lib. de Antiquitate cap. 22.

Ioſeph.

84. Tacitus.

Nero etiam poſtea præfecit Iudæ præſidem, ſed ſeneſcente gratiâ, turpiter eum poſt biennium amovit: Tacitus dat illi pronomen Antonius ab Antoniâ matre Claudij, cujus fuerat ſervus; & ita vocabatur Felix Antonius Claudius, nam liberti trinomij appellari ſolebant. Iſte Felix, cum ex ſervo factus eſſet præſes erat ſuperbiſſimus, & malis moribus præditus, quia ut cecinit Iuvenal.

85.

Nil aſperius, quam humilis, dum ſubit in altum. Et eum tam peſſimus eſſet, multis magnis laudibus, ac titulis eum illuſtrat Tribunus, dicit optimum, victorioſum, præſtantiſſimum, potentiſſimum voce adulatoria: pro quo Vide cap. 12. q. 19. n. 143. 144. 145. De hoc Felice iterum dicam cap. ſequenti q. 9.

CAPVT XXIV.

1. POſt quinque autem dies deſcendit princeps Sacerdotum, Ananias, cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præſidem adverſus Paulum.
2. Et citato Paulo cœpit accuſare Tertullus, dicens: Cum in multâ pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam.
3. Semper, & ubique ſuſcipimus, optime Felix cum omni gratiarum actione.
4. Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tuâ clementia.
5. Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in univerſo orbe, & actorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum:
6. Qui etiam templum conatus eſt violare, quem & apprehenſum voluimus ſecundum legem noſtram judicare.
7. Superveniens autem tribunus Lyſias, cum vi magnâ eripuit eum de manibus noſtris.
8. Jubens accuſatores ejus ad te venire: à quo poteris ipſe judicans de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eum.
9. Adjecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita ſe habere.
10. Reſpondit autem Paulus, (annuente ſibi Præſide dicere) ex multis annis te eſſe judicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam.
11. Potes enim cognoſcere, quia non plus ſunt mihi dies, quam duodecim, ex quo aſcendi adorare in Ieruſalem.
12. Et neque in templo invenerunt me cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neque in Synagogis;
13. Neque in Civitate: neque probare poſſunt tibi de quibus nunc me accuſant.
14. Confiteor autem hoc tibi, quod ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſervio Patri, & Deo meo, credens omnibus, quæ in lege, & Prophetis ſcripta ſunt.
15. Spem habens in Deum, quam & hi ipſi expectant, reſurrectionem futuram juſtorum, & iniquorum.
16. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.
17. Poſt annos autem plures eleemoſynas facturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota;
18. In quibus invenerunt me purificatum in templo: non cum turba, neque cum tumultu.
19. Quidam autem ex Aſia Iudæi, quos oportebat apud te præſto eſſe, & accuſare, ſi quid haberent adverſum me.
20. Aut hi ipſi dicant ſi quid invenerunt in me iniquitatis, cum ſtent in Concilio;
21. Niſi de una hac ſolummodo voce, qua clamavi inter eos ſtans: Quoniam de reſurrectione mortuorum ego judicor hodie à vobis.
22. Diſtulit autem illos Felix, certiſſimè ſciens de viâ hac, dicens: Cum tribunus Liſias deſcenderit, audiam vos.
23. Iuſſitque Centurioni cuſtodire eum, & habere requiem, nec quemquam de ſuis prohibere miniſtrare ei,
24. Poſtaliquot autem dies veniens Felix cum Druſillâ uxore ſuâ, quæ erat Iudæa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ eſt in Chriſtum Ieſum.
25. Diſputante autem illo de juſtitiâ, & caſtitate, & de judicio futuro tremefactus Felix reſpondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accerſam te:
26. Simul & ſperans, quod pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accerſens eum, loquebatur cum eo.
27. Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum. Volens autem gratiam præſtare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

ARGVMENTVM.

A Tertullo oratore accuſatur Paulus coram Felice, Apoſtolus tam ſubtiliter cauſam ſuam agit, ut Felix optaret inſtrui in fide Chriſti, & totus tremefactus cum audiret Paulum, quem Porcio ſucceſſori ſuo vinctum reliquit.

Act. 24. *n.* 1. Poſt quinque dies deſcendit Princeps Sacerdotum Ananias cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præſidem adverſus Paulum.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 4.

1. Verſ. 1. *POſt quinque autem dies*, quibus tranſactis Paulus diſceſſerat à Ieruſalem, altero vero die poſt diſceſſum Tribunus fecit certiorem Pontificem, quomodo miſerat Paulum in Cæſaream, ut dictum eſt cap. 23. n. 32. conſumptis tribus diebus in itinere, ſequenti autem die nempe quinto vocatus eſt Paulus ad prætorium.

2. Deſcendit Princeps Sacerdotum, ut coram eo cauſa ageretur, tum quia erat Sadducæus, & fervebat odio in Paulum, tum quia timebat accuſari, quia juſſerat percuti os Pauli, antequam audiretur; ſuperiori cap. 23. n. 2. *Cum ſenioribus* D. Chryſoſt. *Qui comparavit apud Præſidem* ex Ieruſalem, ut accuſarent Paulum, *& Tertullo quodam oratore.* Syriac. *Rectore*, ut pro eis verba faceret, & loqueretur latino ſermone, quia præſes non intelligebat Hebraïcum.

3. Verſ. 2. *Et citato Paulo.* Syriac. *Cum vocatus eſſet Paulus.* Adulatorio ſermone incipit Tertullus; *Cum multa pace agamus per te.* Arabic. *O potentiſſime Felix, complexa eſt pax tua.* Facit alluſionem ad illum pſeudoprophetam Ægyptum, de quo ſupra egi, qui ſeducebat populum, quem Felix deſtruxit cum ſuo exercitu, & etiam Ionatham Pontificem per ſiccarios, de quo agit Ioſephus lib. 20. cap. 6.

4. *Et multa corrigenda per tuam providentiam.* Syriacus: *Propter te multæ directiones fiunt huic genti pondere actionis.* Arabicus: *Contigerunt huic genti per gubernationem tuam beneficia plurima.* Laudat eximiam ejus providentiam in ſua gubernatione.

5. Verſ. 3. *Semper, & ubique ſuſcipimus.* Vatablus: *Comprobamus*: admirantes comprobamus, & ſuſcipimus gubernationem tuam: Optime Felix, de quo dixi ſupra cap. 23. q. 12. cum gratiarum actione tam Deo, quam tibi.

6. Verſ. 4. *Ne diutius autem te protraham.* Syriac. *Ne te diutius fatigem.* D. Chryſoſt. *Ne diutius morer paucis* Arias: *Ne ſuper plus interpellem*; & ſubdit text. *Audias nos pro tuâ clementiâ* D. Chryſoſt. *pro tuâ humanitate*, benignitate, ac clementia.

Hunc in præſenti Ananias, & Seniores Iudæorum elegerunt Tertullum, tum ut cum multa eloquentiâ verborum rem proponeret, tum quia erat Italus, ut nomē indicat, & optime ſciebat leges Romanorum, ut ſecundum illas perite rem proponeret, deinde ut Italus loqueretur latine, ut bene eum intelligeret Præſes, qui Romanus erat, & forte non intelligebat linguam Hebraïcam, & hâc de cauſâ ſolebant præſides provinciarum ſecum ducere procuratores, ac advocatos Italos in Provincias, ad quas ducebantur, ut cauſas Provinciarum latine ſuſciperent, ut bene intelligentes de eis recte diſponerent. 8. *Præſides adducebant advocatos Italos.*

Etiam moraliter dicam; erant principes, & majores populi utpote ignorantes in cauſis, ac negotiis, ideo eligunt oratorem, ac procuratorem, qui pro eis dicat, ac loquatur: Saūl cum eſſet malus, & peſſimus unum de ſe verum, ac regium fatetur loquens: 1. Reg. 26. n. 21. ſic ait: *Hodie apparet, quod ignoraverim multa nimis.* Cum aſſiſtentes ſemper ad placita loquantur, & inter adulatores verſetur princeps, inde integra veritas ignota eſt ei; quod dixit Seneca lib. 6. de benef. cap. 30. & ait: *monſtrabo tibi, cujus rei inopia laborant magna faſtigia, & quid omnia poſſidentibus deſit, ille ſcilicet, qui verum dicat, & homini intermentione ſtupentem, ipſa conſuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum.* Expende ultima verba; *ad ignorantiam veri perductum.* 9. 1. Reg. 26 *Ignorantia propria magnorum.* Seneca.

Scribit D. Matth. 14. n. 1. *In illo tempore audivit Herodes Tethrarca famam Ieſu.* Tam lata, & præclara erat fama Ieſu de ſuis magnis operibus, & miraculis in tota Iudæa & Galilæa, ut nullus eſſet, qui ignoraret ſuſcitata filia principis Synagogæ: ſcribit D. Matth. 9 n. 26. *Exiit fama hæc in univerſam terram illam;* ſi divina, ac miraculoſa Chriſti opera totum impleverant orbem, quomodo tam tarde fama illorum pervenit ad Herodem? Hæc eſt miſera conditio principum, qui ignorantia laborant eorum, quæ ipſis maxime utilia ſunt D Chryſoſt. homil. 49. in Matth. ait: *Non otioſe tempus evāgeliſta notavit: non enim ab ipſis ſtatim miraculorum exordiis famam Ieſu, ſed poſt multum tempus percepit Herodes; Hujuſmodi enim ſunt, qui in principatu vivunt, nam quoniam faſtum rerum plurimorum ſibi arrogant, parvi facientes cætera raro ea perdiſcunt.* Sæpe contingit, ut quod apud omnes eſt vulgare, ac notum, à ſolo principe ignoretur. 10. Matth. 14 Matth. 9. *Notum omnibus princeps ignorat.* D. Chryſoſt.

QVÆSTIO I.

Quare Summus Pontifex, & Seniores Iudeorum eligunt Tertullum, ut pro eis cauſam patrocinetur, & agat.

7. COmmunis omnium gentium conſuetudo extitit procuratorem, & advocatum exponere ad

QVÆSTIO II.

Quare Tertullus laudat Præſidem Felicem de ſuâ providentiâ in gubernatione.

IN præfatione orationis ait Tertullus ad præſidem verſ. 2. *Cum multa, pace agamus per te, &* 11.

multa

multa corrigantur per tuam providentiam. De magno bono pacis jam egi supra cap. 11. q. 11. n. 9. 10. 11. & cap. 11 q. 9 n. 10.

12. Et eum etiam laudat de providentia in recte disponendo, ac agendo omnia. Dicitur Psalm. 59. n. 4. *Ephrain fortitudo capitis mei.* Ex Hebræo legitur *Virtus ducis mei.* Ac si tota virtus, ac ratio bene agendi, ac disponendi in duce, ac gubernatore tota consistat in integro, ac sano judicio, ac si nemo ducat bene populos, rebusque publicis recte provideat, quinam sit sano cerebro; ac si nemo imperio valeat, qui non valeat ingenio; pro quo communiter facit, quod Reges, & animalia circunstant thronum plena oculis ante, & retro Apocalyps. 4. n. 6 Rupert lib. 3. in Apocalyps. ait: *Interna contemplatione cauti sunt, & providi.*

Bene providet, qui bene prævidet.

Apocal. Rupert.

13. Loquens Deus cum Moyse ait: quod tendat in Ægyptum, & congreget seniores populi, & dicat illis; Dominus Deus Patrum vestrorum apparuit mihi, qui descendit, ut liberet vos, & deducat in terram fluentem lac, & mel. Respondet Moyses Exod. 4. n. 1. *Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: non apparuit tibi Dominus.* Cur Moyses in annunciandis magnis rebus dubitat de consensu populi, & omnes difficultates, quas sibi prævidebat, objiciendas, Deo proponit, nihil inconsultum, ac præmeditatum vult aggredi, ut à Deo accipiat, quid debeat agere, & respondeat opportunè Oleaster. ait: *Adverte Moysis providentiam, qui nunc omnia impedimenta legationis suæ Deo apponit, ne postmodum ad eum redire cogeretur.*

Exod. 4.

Optimus provisor præmeditatur futurum.

Cum Christus Dominus esset solicitus de pascendis hominibus inde certo scribit Ioan 6. n. 8. *Dicit ei unus ex Discipulis ejus Andreas frater Simonis Petri; est puer unus hic, qui habet quinque panes.* Signanter dicitur hîc Andreas Frater Simonis Petri, cum in aliis locis nominetur Andreas tantum, & non dicatur frater Petri; ut Ioan 12. n. 22. Cum Gentiles voluissent videre Iesum; venit Philippus, & dicit Andreæ, *& Andreas rursum & Philippus.* Cur ergo peculiari in illo dicitur frater Petri; quia constituebatur Petrus Princeps totius orbis, ac proinde ut frater illius agebat de providendis, ac pascendis miseris, qui ob tantam suam providentiam maxime agnoscendus erat.

14. Ioan. 16.

Ioan. 12.

In prælato multa Providentia.

Ait Isaïas 19. n 11. *Principes Tanis.* Tanis erat metropolis civitas Regia Ægypti, in qua Moyses tot, & tanta mirabilia, ac prodigia est operatus. Principes ejus cur dicuntur stulti, quia cum scirent, quod armata manus multorum millium hostium superveniebat adversus eos, ad eorum destructionem, non se præparant ad bellum, nec ad reprimendos hostium assaltus, sed quando res jam erat in ultimo, ac extremo periculo, tunc vocant consilium, & consulunt de his, quæ erant agenda in vanum, cum illa tractanda fuerant, antequam res deveniret ad extremum punctum; Elias Cretensis oration. 1 Naziaz. ait: *Est Tanis urbs Ægypti, cui qui is, qui præerat, cum ea in hoc discrimen adducta esset, ut jam, jamque capienda videretur, gravissimo metu percussus sapientes quidem ad se accercebat, atque quam studiosissime de rerum eventu consultabat.*

15. Isaï 19.

Stultus non provident, sed de re agit in ultimo periculo.

Actor. 24. n. 5. Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in universo orbe, & actorem seditionis sectæ Nazaræorum.

Versiones,

SECUNDA EXPOSITIO *usque ad Vers. 9.*

Vers. 5. INvenimus hunc hominem pestiferum. Syriac. *pernicioſum.* Syriac. Reg. *Vastatorem.* Arabic *Corruptorem.* D. Epiph. *Corrumpentem populum*, Æthiopic. *Blasphemum*, non exprimunt nomen Pauli; notat Lyranus; ac si ob suam malitiam nominari indignus esset. *Concitantem seditiones.* Cum tamen esset prædicator pacis, & Iudæi ubique contra eum solebant seditiones, & tumultus excitare; ut vidimus cap 9 n. 13. cap. 13. n. 50. cap. 14. n. 5. cap 18 n. 12. cap. 20. n. 30 malum, quod ipsi perpetrabant, Paulo adscribere intendunt. 16. Syriac. Regius. Arabic. D. Epip. Æthiop.

Auctorem seditionis secta Nazaræorum. Arias: *Antistitem sectæ.* Æthiopic. *Docentem hæresim*; nam Iudæi Christianos per contemptum vocabant Nazaros ut notarunt D. Hieron. epistol. 89. & Beda bis, ut patet ex cap. 2. vers. 22. propter Iesum Nazarenum, sicut & Iulianus Apostata dicebat Galilæos, ut testatur D. Greg. Nazianz. 17. Arias. Æthiop. D. Hier. Beda. Act. 2.

Vers. 6. *Qui etiam templum violare conatus est.* Syriac. *Voluit polluere.* Arabicus: *Fœdare tentavit.* Æthiopic. *Profanavit.* Introducendo in illud Trophim Gentilem, de quo diximus cap. 21 vers. 29 Ipsi potius profanaverant templum manus violentas imponentes in Paulum: *Iudicare secundum legem hic iterum mentitur*; nam ipsi contra legem volebant occidere Paulum nondum judicatum. cap. 23. n. 10. 18. Syriac. Arabic. Æthiop. Act. 23.

Vers. 7. *Superveniens Tribunus Lysias.* Arabic. *Dux mille virorum irruens violentâ vi eripuit eum de manibus nostris.* Glossa; *magnâ vi.* 19. Arabic.

Vers. 8. *A quo ipse judicans de omnibus istis poteris cognoscere.* Syriac. *poteris eum interrogare, discere ab eo ea omnia.* Ita erant ira ac odio obcæcati, & frementes in Paulum, ut mala, quæ ipsi fecerant, commovere seditiones, violare templum, de se ipsis judicantes similia cogitabant de Paulo, & quod ipse ea negare non posset. 20. Syriac. *Ex se ipsis judicabant de Paulo.*

Vers. 9 *Adjecerunt autem.* Arabicus: *Quibus assensus est etiam cœtus Iudæorum.* Æthiopic. *Vere sic est.* Notat D. Chrysost. quomodo malitiâ Iudæorum totus judicialis ordo pervertitur; nam Iudæi, qui erant accusatores Pauli, fiunt testes contra illum. 21. Arabic.

QVÆSTIO III.

Quare tam fervide Iudæi procurabant mortem Pauli, cum ille omnibus viribus intendebat illorum salutem.

MAximè Iudæi fremebant in Paulum, ut eum occiderent, sic in Ierusalem eum intentarunt interficere, & ad Tribunum clamabant: *Tolle eum, extirpa eum* Actor. 22. n. 22. At Paulus cum tanto fervore, ac diligentiâ intendebat eorum salutem, quod, ut ab Ierusalem discederet, necesse fuerit habere mandatum à Christo Domino Actor. 23. num. 11. 22.

Et quid magis durum, & asperum, quam pro beneficio impenso recipere injuriam, calumniam, & omne maleficium? Dixerunt Impij *mittamus lignum in panem ejus.* Ierem. 11. n. 19. Quæ verba præclarè expendit D. Ambros. Præfat. in Psalm. 45. & ait: *Hoc igitur Dominus exprobrat Iudæis: ego propter vos pauper, & vos mihi impias manus intulistis dicentes:* 23. Ierem. 16. D. Ambr.

dicentes : injiciamus lignum in panem ejus. Bene panem dixit pro carne ejus. Ille alimentum detulit ; isti pro beneficio retulerunt supplicium. Quæ crudelitas, & improba malitia major est, quam quod ipse Dominus dedi divinum panem ad vitam & salutem; ipsi pro recompensatione tam salutifera panis retulerant ei lignum crucis ad ei mortem inferandam, *ille alimentum dedit: isti pro beneficio retulerunt supercilium.*

Pro dono vitæ inferunt mortem.

24. Ait Christus Dominus Matth. 26. n. 23. *Qui immittit mecum manum in paropside, hic me tradet;* ex quo bene infertur, quod pro singulari gratia datum est Iudæ, ut in paropside cum Christo mitteret manus, sed tot, & tantis beneficiis tam communibus omnium Apostolorum, quam particularibus, Iudas maligna natura depravatus non potuit emoliri, beneficiis instigatus ad tradendum Dominum in manus suorum inimicorum pergit, & numquam ad tam crudele facinus tam sollicite peragendum tendit, nisi quando majoribus beneficiis est cumulatus in Cœna. D. Chrysostomus homilia 83. in Matth. ait: *O cæcitatem proditoris; qui cum ineffabilibus mysteriis communicasset, idem permansit divina mensa susceptus in melius: commutari noluit: majus enim utraque manu fiebat, quia tali animo misteriis susceptis nec timore, nec beneficio, nec honore melior factus est.*

Matth. 26

Beneficiis fit deterior.

D. Chrysost.

25. Ait anima sancta Cantic. 1. n. 6. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me: posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodivi.* Fratres ejus in pugnam surrexerunt contra illam, & quā ob causam ipsa explicat *posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodivi:* cum tanto zelo, ac vigilantia custodivi aliorum vineas, ut meæ essem oblitus. D. Bernard. serm. 30. ait: *effectus charitatis, ob quam pia anima non quærit, quæ sua sunt, sed quæ aliorum, quorum posita est custos.* At pro tanta sollicitudine circa aliorum vineas, quam mercedem ei retulerunt: *pugnaverunt contra;* & nunquam in toto Canticorum libro legitur, quod filij matris ejus insurrexerint in eam, nisi modo, quanto erant magis obligatione adstricti, tanto magis ob pravitatem naturæ fuerunt dissoluti in eam.

Cant. 1.

D. Bern. *Magis obligatus magis dissolutus ad malefaciēdum.*

QVÆSTIO IV.

Quare Iudæi tanta opprobria, contumeliosa congerunt contra Paulum.

26. VOciferant Iudæi contra Paulum, ut patet vers. 5. cum dicunt hominem *pestiferū, vastatorem, blasphemum, corrumpentem populum;* quia cum intelligerent præsidem propensum in Paulum, timebant quod Paulus non esset condemnandus morti ab eo, & intendebant saltem tot opprobriis eum fœdare, ac maculare.

27. Cum Absaló usurpans regnum se erigeret contra Patrem suum David, dicitur de eo 2. Reg. 16. n. 22. *Ingressus est ad concubinas patris sui coram universo Israel.* Cur tam patenter tam fœdum crimen perpetratur, quod maxime à natura inditum est, ut fiat secrete, & abscondite. Salvian. lib. 2. de Provid. ait: *Impurior, nescias an crudelior filius: quia interficere patrem, non potest parricidio, fœdat incestu.*

2 Reg. 16 *Si non valet interficere, vult fœdare.* Salvian.

28. Execrabilis illa nefanda Iezabel. 3 Reg. c. 21. fremens odio in justū Nabothum, ut ipsum perdat, ad magistratus Iezabel scribit: Prædicate jejunium, sedere facite Naboth inter primos populi; *submitte duos filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant; benedic Deum, & Regem, & educite eum, & lapidate, sicque moriatur.* Facile Iezabel poterat Naboth interficere per homines criminosos, ut passim fit, vel poterat eum criminare de latrocinio, de incestu, sed mandat eum accusari de gravissimis criminibus, de blasphemia in Deum, crimine læsæ majestatis in Regem, & insuper mandat, *educite,* ut explicat Lyranus, extra civitatem, tanquam hominem valde scelestum, & execrabilem, indignum moriendi in civitate. Illa maledicta fœmina non solum voluit perdere hominem justum & sanctum, sed etiam omni gravissimo crimine, fœdare.

Vita, & honore intendit privare.

Lyranus.

Hoc studio cum meus Iesus esset exaltatus in Cruce, scribit D. Matth. 17. *Crucifixi sunt cum eo duo latrones,* in quorum medio erat Iesus quod nomen sacratissimum erat valde illustre, ac celebre in toto mundo, & perversitas Iudæorum non solum voluit vitam adimere Christo Domino, sed etiam latronum sordibus ejus sanctissimum nomē maculare. Noster D. Cyrill. Alexand. lib. 12. in Ioan cap. 28. ait: *Inter duos latrones crucifixus est ex malitiâ Iudæorum, qui ut turpissimam mortem ejus ostenderent, justum cum iniquis condemnarunt.* Et D. Chrysostomus in cap. 2. epistol. ad Ephes. ait: Propterea Iudæi studio illa morte interimere eum satagebant, ut probrosum quoque efficerent

29. D. Matth. *Pestifera malitia intendit justum facere probum.*

D. Cyril.

D. Chrysost.

Actor. 24. num. 10. Respondens autem Paulus (annuente sibi præside dicere) ex multis annis te esse judicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam.

Versiones,

TERTIA EXPOSITIO usque ad Vers. 15.

Vers. 10. RESpondens autem Paulus, *annuente sibi præside.* Syriacus : *Innuit præses Paulo, ut loqueretur;* & audiatur; respondet Paulus non per procuratorem, nec tremula, ac tremenda voce, ut contingit reis; sed generoso, ac constanti animo confisus in Deo, & suæ innocentiæ; *ex multis annis te esse judicem.* D. Chrysostomus, *judicem justum;* quod est illustrissimus titulus judicis.

30. Syriac.

D. Chrysost.

Genti huic. Æthiopicus: *Index fuisti hæres gentium, & scis mores earum,* & agnoscis eorum reprobum ingenium ad omne malum, & scis, & agnoscis nullam querelam de me tibi esse factam; ex quo deprehendis, quod ego non sim homo seditiosus, pestiferus, ut ipsi modo proclamant contra me: *bono animo pro me satisfaciam.* Syriac. *cum gaudio depromam spiritum pro me ipso.* Arabicus: *Causam rerum mearum libenter dicam.*

31. Æthiop.

syriacus Arabic.

Vers. 11. *Potes enim cognoscere,* per testes fide dignos, quod non sunt mihi plus dies, quam duodecim, ex quibus novem dies in vinculis egi: supersunt ergo tres dies, ex quo veni adorare in Ierusalem; quomodo in tam brevi spatio trium dierum: ego homo peregrinus ignotus, & solitarius poteram tumultum facere in civitate?

33.

Vers. 11. *Invenerunt cum aliquo loquentem.* Syriacus : *nec etiam turbas concitantem.* Arabicus *seditionem facientem.* Æthiopicus: *nec commovent populum.*

34. syriac. Arabic. Æthiop.

Vers. *Neque probare possunt.* Syriacus : *neque in eorum potestate situm est,* ut aliquid probare possent, nam, cum sint accusatores, sunt prohibiti ad testificandum. Arabicus : *neque rationem*

35. syriac. Arabic.

afferre poſſunt ob quam ego debeam iudicari, ac condemnari.

35. Græcus. Syriac. Syriac. Verſ. 14. *Confiteor hoc tantum tibi.* Generoſe fidem confitetur, *quod ſecundum ſectam.* Græcus: *Inſtitutum* Syriacus: *doctrinam* Chriſtianorum, *quam dicunt* hæreſim ſuo maledicto ore, *ſervio*, Syriacus: *colo*, latriæ cultu, *Patri*, *& Deo meo:* Patri tanquam filius; Deo, ut Creatori; tamen aptiſſime legendum eſt cum Græco, Syriaco, Oecumenico, Caietano, Tigurina: *Deo Patruo*, *ſeu Deo Patrum*; ac ſi dicat; Deus, quem ego prædico, & adoro, non eſt quid novum, & inventum, ſed valde antiquum à tempore patrum noſtrorum; & iſte talis Deus eſt declaratus, & prænuntiatus in Prophetis.

Græcus. Syriac. Oecum. Caietan Tigurin.

36. Verſ 15 *Spem habens in Deum*, de conſequenda ejus beatitudine, *quam hi ipſi expectant*, qui credunt reſurrectionem juſtorum ad gloriam, iniquorum ad pœnam.

QVÆSTIO V.

Quare Paulus in conventu malignantium tam imperterritus generoſe ſtat.

37. ERat Paulus in medio conventu malignantium, qui rabido, & diabolico ore fremebant in eum, & tamen ipſe maxime firmus abſque ullo timore loquitur, unum verum Deum prædicat, cauſam ſuam tuetur, & illos pro nihilo reputat, quia cum malos, & peſſimos videret, pro certo habebat, quod eorum impietas eos deſtrueret, & divinam iram contra eos advocaret.

38. Ezech. 2 Ait Deus ad Ezechielem cap. 2. num. 6. *Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas, quoniam increduli, & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas: verba eorum ne timeas: & vultus eorum ne formides, quoniam domus exaſperans eſt.* Reſſane omni expenſione digniſſima; iſti mali dicuntur ſubverſores increduli, ſimiles ſcorpionibus, exaſperantes, quæ omnia magnum ingerebant timorem; quomodo his objectis, dicitur, quod non timeat: merito tamen cum tales proponuntur, dicitur, quod non timeat, quia cum agnoſcat impios, & nequiſſimos; ipſi cito peribunt, & conſummabuntur, & iram Dei contra ſe concitabunt, & ideo tales contemnendi ſunt in ſuis perſecutionibns: ibi Theodoret *Cauſa idonea eſt ad contemptum eorum, qui inſidioſi aggrediuntur, improbitas: legis enim violatores, & à divinâ ope vacui ſunt; neque utique hujuſmodi viri metuendi, quamvis more ſcorpionum lædant; quamvis temeraria verba proferant.*

Impij à juſtis contemnendi. Theod.

39. Pſal 10. Ait Regius Vates Pſalm. 10. num. 1. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montes ſicut paſſer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in occulto rectos corde.* Mandatur David fugere in montes ob armatas inimicorum manus: & unde unus homo ſolitarius, tanquam Paſſer tantas copias valeat evitare, ac deſpicere: ex eo, quod dicitur: *Quoniam ecce peccatores:* cum eos injuſtos, & peccatores agnoſcat, & ſe totum in Deum recipiat, nihil timendum eſt ab eis, ſed omnino deſpiciendi. Euthimius ibi. *Hac* inquit, *de cauſâ ego confido, quia peccatores ſunt, qui puguant adverſum me: peccant enim dum me temere inſequuntur, & morte afficere volunt.*

Peccatorum ſæcula contra juſtos in vita.

QVÆSTIO VI.

Quare nefandi, ac excrabiles homines Sanctam religionem Chriſtianam dicebant hæreſim.

40. *Chriſtianam religionem impij dicunt hæreſim.* AIt Apoſtolus in præſenti: *Confiteor tibi, quod ſecundum ſectam, quam dicunt hæreſim:* hoc eſt ſecundum doctrinam Chriſtianam, quam iſti peſtiferi mei accuſatores dicunt hæreſim; Valde mirum ſanam doctrinam Chriſtianam cohærentem cum Sacrâ Scripturâ, prædicatam per homines ſacratiſſimos cum omni puritate, humilitate, & cæteris omnibus virtutibus, dicere impios accuſatores Pauli hæreſim, & ſuum malum, & diabolicum inventum, introductum per homines, omni vitio, ac turpitudine plenum reputare bonum, & ſanctum.

41. Tertul. *Mundani volunt mendacium ut & veritatem ut mendacium.* Ad quod reſpiciens: Tertullian in Apolog c. 46. ait: *Vnicuique manifeſtatur veritas noſtra, interim incredulitas, dum de bono hujus ſectæ obducitur (quod de uſu jam, & de commercio innotuit) non utique divinum negotium exiſtimat, ſed magis Philoſophiæ genus.* Veritas Chriſtiana valde nota, & manifeſtata eſt, quod maxime patet ex uſu, & commercio Chriſtianorum, ſed ſunt homines ita depravati, ut hoc noſtrum nogotium Chiſtianiſmum, non eſſe quid Divinum, ſed quoddam Philoſophiæ genus dicant, ita ut veritatem mendacium, & mendacium veritatem affirmet.

42. Exod. 7. Abulen. *Pharao potius credit malè.* Mandat Deus Moyſi: *Extende manum ſuper aquas Ægipti, & ſuper fluvios eorum, & rivos, ac paludes, & omnes lacus aquarum, & vertentur in ſanguinem,* & fecit Moyſes, ut ei fuerat mandatum; fecerunt & Magi ſimiliter *incantationibus ſuis, induratum eſt cor Pharaonis, & non dimiſit eos:* Exod. 7. 22 Abulen. *Quia Magi fecerũt ſimiliter,* & non credebat, quod Moyſes faceret illud *virtute divina*; immo potius exiſtimo, quia ideo induratum eſt cor ejus, quia ibi perſuaſit iniquus Pharao, quod Moyſes arte malâ operabatur, & malefici ejus ſupernâ ope, ut ita mẽdacium prævaleret veritati, & veritas reputaretur mendacium, & mendaciũ veritas; quod etiam idẽ confirmari poteſt ex hiſtoria Suſannæ, contra quã ſenes inveterati ſe fiebant *teſtes:* Daniel. 13. n 40. ut ait Cardinalis Hugo oculati, ut falſitatem facerent credibilem & falſificarent veritatem.

Dan. 13. Hugo.

43. *Impij ſigmẽta venerabantur, gracula prophetarũ reſpuebans.* Ait Deus Sophũ 1. n 5 Quod deſtruet venerantes Baal, & eos, qui adorant *ſuper tecta militiam Cœli* Indignatur contra hos idololatras, qui ſuper tecta fabricabant quædam tabulata, ut ſit in Paleſtinâ, ut non ſolum die, ſed etiam nocte adorarent militiam cœleſtem, & per quaſdã obſervationes mathematicas, tanquam per quædã oracula publicabãt figmenta contra eloquia prophetarũ, ut eſſent in contemptum, ut eorum mendacia eſſent in veneratione, ut credibilia; D. Hieron. ibi ait. *Adorant ſuper tecta militiam, qui elevantur adversus ſcientiam Dei, & omne, quod geritur in ſæculo fictam ſibi ſcientiam pollicentes referunt ad artes ſtellares, ut occubitus, & mathematicorum ſequuntur errores*, quos ut ſolidas veritates prædicant.

QVÆSTIO VII.

Quare Apoſtolus ait coram Præſide ſe habere ſpem in Deum.

44. STabat Apoſtolus, ut judicaretur coram Præſide, oſtendens nil timere ſuum judicium, cum habeat

habeat ſpem ſuam in Deum. Dicebat David Pſal.
pſal. 54. 54. num. 23. *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Caldæus legit: *Iacta ſpem tuam*
Caldæus. Pagnin. *Pondus tuum*, & etiam alij : *onus*, quo gravaris, ac moleſtiam ſuſtines, proiice in Deum, & ipſe in ſe ſuſcipiet onus, ut exponit noſter In-
Incogn. cognitus: *& ipſe te enutriet*; ſeu ut habet alia lectio: Suſtentabit in omni bono, & munimine.

45. Quod ita certum eſt, quod ubi poſueris ſpem tuam in Deum, illa non ſunt tamquam in futurum habenda; ſed iam tamquam in præſenti, ac
Apoc. manu obtenta. Vide Ioan. in Apocalypſi cap. 4. num. 4. quod circa thronum Dei ſtabant: *viginti quatuor ſeniores circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* His denotabatur, quod juſti, qui decertant in hoc mundo pro
Qui à Deo ſperat, reputet jam ſe habere. Deo, & in eo habent ſuam ſpem, ab eo ſunt coronandi gloriæ diademate: atqui corona non datur, niſi poſt finitum certamen; quomodo ergo illis adhuc certantibus, iam coronæ refulgent in capite; cum ſcriptum ſit, non coronabitur, niſi
Richard. qui legitime certaverit: ait Richardus Victorin. in Apocalypſi lib. 2. part. 2. cap. 1. *in capitibus habent coronas in mundo ſperando, in Cœlo poſſidendo gloriam.* Coronas, quas obtinebunt in gloria, ita ſperando in hoc ſæculo, ita certiſſime iam habent, ac ſi illas iam poſſeſſas in capitibus ſuis poſitas, haberent.

46. Ait Chriſtus Dominus Latroni, cum peteret, ac ſperaret à Chriſto ſui memoriam in regno Cœ-
Luc. 23. lorum: *Hodie mecum eris in Paradiſo* Lucæ 23. quando hoc cohærere poteſt, cum Chriſtus non aſcendit, niſi poſt quadraginta dies, & extitit primus, qui aperuit Cœlum, & ingreſſus eſt, & ſecum aſportavit Latronem, quomodo ait illi Chri-
Idem eſt ſperare ab illo, ac jam habere. ſtus, dum pendet in Cruce: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Speranti promiſit Dominus, idem eſt, ac ſi totum habeat in illâ hora, ac momento. Theophylact. in Catenâ Græca in Lucam ait: *Alij autem dixerunt, quod latro nondum ſortitus ſit in Paradiſo converſationem, ſed quia invariabilis, & fallere nequeat Dei promiſſio, ideo dictum eſſe: Hodie mecum eris in Paradiſo*, eſt enim & hæc ſpecies phraſis in verbis Domini, ut de futuris loquatur, tanquam de iis, quæ jam fiunt.

47. Qui ſperat à Deo, jam totum habet, & qui non ſperat à Deo, ſed à mundo totum perdit: Mandat David ad Ioab principem exercitus ſui: *Numera populum, ut ſciam numerum ejus.* 2. Reg 24. num. 2. in quo negotio David graviſſime deliquit, ut ipſe confeſſus eſt; *Peccavi valde in hoc facto.* Ibid. num. 10. ob quod vehementer iratus eſt Dominus num 15. & miſit peſtilentiam in populum, & multa millia hominum perierunt. Valde laborant interpretes indagantes huius peccati radicem, nam valde conſuetum, & in communi uſu eſt, ut Imperatores, ac duces recenſeant numerum ſuorum militum, in quo extitit tam grande peccatum: aliqui referunt ad vanam gloriam, alii ad legem violatam de ſolvendâ pecuniâ. Exod. 30 num. 13. Iſidor. Clarus ad ſpem obtinendæ victoriæ in robore, ac multitudine militum: ſic ait: *iratus eſt Dominus, quod David magis confiſus fuerit in multitudine populi, quam in nomine Domini.*

Actor. 24. n. 16. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.

Verſiones,

QVARTA EXPOSITIO
uſque ad Verſ. 21.

Verſ. 16. IN *hoc & ipſe ſtudeo.* Syriac. *propterea etiam laboro* totâ meâ intentione, ac 48.
Syriac. viribus, *ſine offendiculo*, ſine ullo ſcandalo, *conſcientiam* puram, & inoffenſam, ut *nullus habeat malum dicere de nobis, ut non vituperetur miniſterium noſtrum.* 2. Corinth. 6. num. 3. ſecundum conſcientiam, ſecundum noſtrum modum vivendi, & 2. Cor. 6.
agendi coram hominibus, & Deo cordium ſcrutatore: *Semper.* Syriac. *perſeveranter.* Syriac.

Verſ. 17. *Poſt annos autem plures*: ſcilicet à mea 49.
converſione anno 22. Ipſe enim converſus eſt anno Chriſti 36. hæc vero contigerunt anno Chriſti 58.

Eleemoſynas facturus, non ſum perturbator, & 50.
amotinator reipublicæ, ſed illius benefactor, cum tempore famis viam arripiens in Ieruſalem in gentem meam; Syriacus: filios gentis meæ, qui ob ſæquendam vitam perfectam vendiderunt omnia ſua & multâ penuriâ laborabant, ad eos ſublevandos veni Ieruſalem. 2. Corinth. 8. 9. *& oblationes* 2. Cor. 8.
non ſum violator templi, veni ad facienda obſequia, & oblata Deo.

Verſ. 18. *Invenerunt me purificatum.* Syriacus: 51.
cum expurgatus eſſem: antequam ingrederetur Syriac.
in templum, ſe ipſum purificavit cap. 21. num. 26. & ibi explicavi.

Verſ. 19. *Quidam ex Aſia Iudæi*; ut apponunt 52.
Syriacus, Vatablus, tumultum, qui factus eſt Ie- Syriac. Vatabl.
roſolymis, excitaverunt, non ego, ſic frequenter contingit, malum, quod faciunt iniqui, in juſtos refundere intentant, *quos oportebat apud te præſto eſſe.* Syriacus: *quos ſiſtere mecum ipſi*, depromant, ſiquid habent contra me, & ego reſpondebo, & quis eſt dignus pœnæ, videbitur.

Verſ. 20. *Aut hi ipſi*, qui modo ſunt præſentes, 53.
ſiquid habent contra me, hîc dicant, cum ſimus in Concilio, cui tu præes, & per angulos extra Concilium non murmurent, ac loquantur, ſed hic coram te, & Concilio dicant, ac proferant, quid habent contra me.

Verſ. 21. *Niſi de unâ hâc ſolummodo voce* Syriac. 54.
niſi amicum hoc verbum; quod dixi in concilio c. 23 n. 6. *ego Phariſæus ſum de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor*: & inde factum eſt magnũ ſchiſma inter Phariſæos, & Sadduceos, quilibet eorum pugans pro ſua ſecta, quam ſeditionem inter ſe ipſos illi excitarunt, non autem ego.

QVÆSTIO VIII.

Quare Paulus tam confidenter ſtat in concilio deſpiciens oblatrantium voces.

AIt ipſe in præſenti verſ. 16. *In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſciẽtiam habere in Deũ.* 55.
Syriac. *Conſcientia bona generat pacem, & quietem.* Hebr. 13.
Cum ipſe haberet bonam, & rectã conſcientiã, dũ optime firmus, ac ſecurus erat in omni contrarietate omnes adverſariorum incurſus deſpiciebat: ait ipſe Hebræo. 13. num. 18. *Confidimus enim, quia bonam conſcientiam habemus in omnibus*, ſcilicet rebus, & actionibus. Cauſam ſuæ confidentiæ in tot, ac tantis laboribus, quos paſſus eſt, aſſignat, ut notant D. Chryſoſt. ac D. Thom. *bonam conſcientiam habentes*, & ubi hæc vegetat, ſtatim ſerena, ac placida quies omnem timorem expellens. D. Chryſoſt. D. Tho.

Ait idem Apoſtolus 1. Timoth. 1. num. 19. *habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam* 56.
Timoth.

D. Chrysost. *repellentes circa fidem naufragarunt*: ubi, ut notat D. Chrysostomus, eleganti metaphorâ fidem navi comparat, in quâ, anchora, quæ navim hanc roborat, ut in tribulatione, ac sæviente omnium laborum tempestate, inconcussa perseveret, est bona conscientia, quæ firma in Deo omnia terrena despicit nil metuens.

Bona conscientia fidei anchora.

57. At mala conscientia valde sibi sæviens, multo cogitationum cruciatu perturbata, & undique sibi timens. D. Ambrosius lib. 3. de officio cap. 4. ait: *Quænam pœna gravior, quam interioris vulnus conscientiæ? Quod severius judicium, quam domesticum, quo unusquisque sibi est reus, ipseque se arguit.* Nullum judicium asperius, ac crudelius homini, quam ipsamet conscientia, quæ interius corrodit, & vehementi cruciatu vulnerat, ac cruentat sive in mensa, sive in lectulo, ac deambulatione.

D. Ambr.

Tribunal conscientiæ valde rigidum.

58. Marc. 9. Loquens Christus Dominus de crudelibus tormentis damnatorum Marc. 9. num. 47. ait: Vbi vermis eorum non moritur; quod desumptum est ex Isaïa 66. num. 24 Conscientiæ morsus dicitur vermis damnatorum; nam sicut vermis interior corrodit, & consumit lignum, & in fructu in ejus medulla gignitur vermiculus, qui totū ipsum perdit, ac destruit: sic etiam in intima hominis mente prodit conscientiæ vermis, qui maxime hominem percutit, affligit, ac dilacerat, & insensibiliter ipsum mordet; ut inter infernales cruciatus maxime torqueat perenne conscientiæ tormentum Victor. Antioch. ad cap. 9. D. Marc. sic ait: *Designatur hoc vermis nomine, impura, sceleratæque conscientia, siquidem una hac animam peccatricem, nullius que boni sibi conscium, inutilis pœnitentiæ aculeis, instar edacis vermis continuo pungit, & rodit: unusquisque ergo sceleratorum sui ipsius accusator erit, etiam dum ea secum perpendet, animoque jugiter revolvet, quæ improbe gessit, vel invitus se reum confiteri compellitur: omni supplicio gravius est immortalem illum vermem, direque corrodentem circumferre.* Perpende ultima verba.

Conscientia morsus ex omni pœnâ rigidior.

Victor. Antioch.

Actor. 24. n. 22. Distulit autem illos Felix, certissime sciens de viâ hâc, dicens: cum Tribunus Lysias descenderit audiã vos.

Versiones,

QVINTA EXPOSITIO usque ad Vers. 27.

59. Arabic. Vers. 22. *Distulit autem,* noluit tunc Felix rem determinare, ac judicare, *certissime sciens de viâ hâc.* Arabicus: *Cupiens exactum habere, quæ circa viam sunt.* Aliqui hoc referunt ad viam, ad doctrinam Iudæorum; sed cum ille à multo tempore esset Iudææ præses, planam de illâ habebat notitiam, & ideo melius D. Chrysostomus, Lyranus, Carthusianus, Hugo referunt ad viam, & doctrinam Christianorum, de quâ non habebat tantam notitiam; & Paulus cum multâ sapientia, modestia, absque alicujus odio, & calumniâ prædicabat; & hoc corroboratur.

D. Chrysost. Lyran. Carthus. Hugo.

60. Vers. 23. *Iussit Centurioni custodire eum* in arce & habere requiem à tot, & tantis fatigationibus: juxta radicem Græcam, legit D. Chrysost. *Sinereque eum relaxari,* id est, ut non esset in tam rigida custodia, sed laxius, ac mitius haberi, *nec quemquam de suis ministrare ei.* Syriac. *nemo ex familiaribus ejus prohiberetur.* Arabicus: *nec vetaret illi ministerium ipsum, nec ingressum ad eum.* Vatabl. *Subministrare ei, & adire ad eum;* esset que liberum cum eo agere.

D. Chrysost. Syriac. Arabic. Vatabl.

Vers. 24. *Post aliquos dies:* aliquibus diebus transactis post narrata, venit Felix cum Drusillâ uxore suâ, quæ erat filia Herodis Agrippæ qui Iacobum occidit, & Petrum conjecit in carcerem Actorum 12. num 1. quæ relicto priore marito in adulterio erat cũ Felice præside, de quo quæstione sequenti, *vocavit Paulum,* ut audiret aliqua de fide Christi, & ad hoc exhortatus est ab uxore suâ quæ erat Iudæa. 61. Act. 12.

Vers. 25. *Disputante Paulo de justitia, & castitate.* Syriacus: *Cum verba faceret ad eos.* Arabicus: Loquutus est eis de justitiâ servandâ, & erga proximum, ac de castitate ad se ipsum, *& de judicio futuro;* quod scilicet non crederet perfectâ fide; fuit tamen opinative anceps, & mansit cum formidine illius. 62. Syriac. Arabic.

Quod nunc attinet, vade: ut notant Lyra, Glossa, Carthusian. Hugo; eum liberavit à clausurâ carceris, dans ei facultatem deambulandi per civitatem, ita tamen, ut rediret, cum esset vocatus. 63. Lyran. Glossa. Carthus. Hugo.

Vers. 26. *Simul sperans, quod pecunia ei daretur à Paulo.* Syriacus: *ut munus sibi donetur à Paulo:* Æthiopicus: *existimabat, quod habuisset pecunias,* ac proinde sperabat ab eo esse ei dandas, de quo q. 10. 64. Syriac. Æthiop.

Vers. 27. *Biennio expleto;* magna est varietas opinionum in hâc re, pro unâ quaque stant graves Authores, gravesque coniecturæ, ac observationes: quidam computant biennium à Pauli comprehensione; alii à Neronis Imperio, alii à Felicis præfectura in Iudæâ. 65.

QVÆSTIO IX.

Quare D. Paulus Proconsuli maxime commendat castitatem, eumque de illâ commonefacit.

VT dicitur versu 25. *Disputante,* seu ut habet Syriacus: *Cum loqueretur cum illo de Iustitia, & castitate:* ad rectam Proconsulis, ac Præsidis functionem non solum pertinet iustitia, sed etiam vigilantia, solicitudo, puritas, ac integritas ab omni numerum correctione. 66.

Ratio est in promptu, quia Felix erat in publico, ac manifesto adulterio cum Drusilla, nam eius amore captus ob suam elegantem pulchritudinem, industriâ Simonis cuiusdam Magi eam ad se pellexerat relicto suo primo marito Azizio Rege Emesenorum ad suum matrimonium transire facit; deinde de hoc Felice infeliciissimo referunt fuisse valde libidinosum Iosephus lib. 20. Antiquitat. cap. 6. Cornelius Tacitus libro quinto Æistor. & cum Paulus sciret ipsum esse adulterum; inde libertate Apostolicâ de castitate commonefacit. 67. *Felix adulter.* Joseph. Tacitus.

Secundo, qua ratione Apostolus commonefaciens præsidem ei maxime commendat castitatem, ut maxime necessariam ad animi rectitudinem, & vigilantiam, & ut mens sit libera à pravis ac malis passionibus, ait Oseas 4. n. 11 *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor,* perturbant mentem, & hominem insanire faciunt, & nota, quod prius Vates posuit fornicationẽ, tamquam quid fortius, quã vinũ, & ebrietas, & plus valet ad perdendũ hominẽ una fornicatio, quam duplicatum vinũ, & ebrietas. 68. Oseas. 4. *Luxuria facit insanire hominẽ.*

Et ideo Apostolus 2. Corinth. 6. n. 6. agens de Dei ministris ait, quod sint: *In castitate, in scientia, in longanimitate;* Vbi vides castitatis locum priorem, deinde sapientiæ posteriorem esse: castitas præparat 69. 2. Cor. 6.

A mente caſta vires ad ſapientiam. Caſſian. D. Paul.

præparat, & facit locum ad ſapientiam, ſic ait Abb. Neſtor apud Caſſian. collatione 14 cap. 16. *In qua virtutum conjugatione evidentiſſime nos voluit erudire de caſtitate ad ſapientiam perveniri*, ac nemo poteſt aſſequi, niſi prius caſtitate præparetur, ac diſponatur; unde ait D. Paulin. epiſtol. 33. *Quanto vir caſtior moribus, tanto vivacior ſenſibus.*

70. Ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi*, Matth. 5. num. 13. & quænam combinatio inter ſal, & viros Apoſtolicos; conſtituebantur ipſi principes orbis terrarum, ac mundi rectores, ac lux mundi, ad quod prius debebant in ſe aſſumere naturam, ac conditionem ſalis, quæ excitat carnes ab omni pravo humore, & præſervat à corruptione: tales requiruntur principes, & Doctores, ut exſiccatis pravis humoribus ſint caſtitate incorrupti, & tunc ut lex fulgebunt, ut alios valeant in verâ luce, ac doctrinâ illuminare. Rupertus lib. 4. de gloriâ, & honore filij hominis ait: *Quorundam ſal ſuperfluos, ſive nocivos humores carnium deſiccat, & à putredine purificat, ſic Apoſtolica doctrina cuncta iuſtitiæ purificare habebat, & ubique terrarum conſilio caſtitatis ſalire credentium corpora, quatenus non putreſcerent, aut uſquequaque potenti non corrumperetur luxuriâ.*

Chriſti miniſtri fulgeant caſtitate. Rupert.

71. Malac. 4. Ait Malachias cap. 4. num. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis:* & cur ex tot, ac tam magnis prophetis unus eligitur Elias, ut ſit ejus miniſter in ultimo adventu Filij Dei. D. Ambroſ. lib. 1 de Virginibus ait: *Elias nullius corporei coïtus fuiſſe permixtus cupiditatibus invenitur: ideo cum Domino apparet in gloriâ, ideo Domini inventus eſt præcurſor adventus.* Ecce Parens Elias ob ſuam virginitatem, & caſtitatem in tantum ſublimatur, ut cum Domino apparet in gloria, in Thabore, & cum eo loquebatur de exceſſu, & pro ultimo adventu deſtinatus eſt præcurſor Filij Dei: Deus ſuos miniſtros maxime caſtitate conſpicuos eligit.

D. Ambr. *Elias ob Virginitatem Chriſti miniſter.*

72. 1. Reg. 17 Gen. 28. Exiens David cum Goliath. *Elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente* 1 Reg. 17. num. 40. paſſim in Sacra Scriptura referuntur lapides; Gen. 28. quod *Jacob tulit unum de lapidibus, qui iacebant, & ſuppoſuit capiti ſuo:* & iterum: *erexit lapidem in titulum;* & iterum: *amovit lapidem* ab oſtio putei; at nunquam dicuntur limpidiſſimi lapides niſi in præſenti: in aliis locis commemorantur lapides ad accubitum, vel in ſignum gratitudinum, vel amoris; at hîc dicuntur lapides tamquam inſtrumentum ad regiam dignitatem, in qua tanta limpiditas, & puritas requiritur, ut etiam in inſtrumentis, quæ ei inſerviunt, & cum illa conjuguntur, limpiditatis candor debet nitere, quanto magis in ipſo Rege debet reſplendeſcere.

QVÆSTIO X.

Quare Felix præſes frequenter vocabat Paulum, & loquebatur cum eo.

73. DIcitur in Textu, quod Felix præſes, verſ. 26. *Frequenter accerſens eum*, ſcilicet Paulum, *loquebatur cum eo.* Quonam animo hoc præſtabat homo gentilis advocans ad ſe magum; & Apoſtolum prædicatorem, non ſalutis cauſa, ſed rationem explicat Textus dicens; *Sperans, quod pecunia ei daretur à Paulo:* quod notans D. Chryſoſt. ibidem ait: *Accerſit illum, ſubinde non admirans illum, neque laudans, quæ dicebantur ab illo, neque credere volens;* Sed quid? *expectans dandas ſibi pecunias:* non ſolum expectavit, ſed etiam poſtulavit, ut diſſerit Tertullian. lib de fuga in perſequutione cap. 12. & ait: *ea de re in ſecreto tractavit cum illo:* Vnde merito notat Iſidorus Clarus, timorem, & tremorem, quem Felix debebat accipere de judicio futuro, commutavit in cupiditatem comparandæ pecuniæ ab eo, ſic citatus Auctor. Sperabat, quod pecunia ei daretur à Paulo, nec qnærebat inſtrui potius, quo pacto intrepidus ſtaret ante illud tribunal, cujus appellatio ita eum perterruit; & tanta re neglecta, frequentius accerſebat Paulum, lumen, illud orbis terræ, & cum illo verſabatur ob ſolam accipiendæ pecuniæ ſpem.

D. Chryſoſt. Tertull. *Salutis negotium contemnitur ob pecunias.* Clarus.

74. Iſaïas. 1. Damian. Ait Iſaïas 1. num. 13. *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera.* Quæ verba ponderans Petrus Damianus lib. 2. epiſtol. 23. ait: *Hic non notantur ij, qui munera quærunt, ſed tantummodo diligunt; qui etiam ſocij furum non immerito dicuntur; qui dum furtiva dant, ſuſcipiunt; deprehendi velut in furti crimine non perhorreſcunt:* non notantur, qui quærunt, ſed qui diligunt quia ex ipſa dilectione, ac cupiditate nullam turpitudinem recipiunt infideles in ſuo munere adminiſtrando; omne jus violant, & contemnunt: ſocij furum iuſtitiam vendunt, & eam à ſuo poſſeſſore adimunt, & non habenti dant, ut ipſi pecunias habeant.

Qui diligunt munera a omne crimen devorat.

75. 1. Tim. 3. Scribens Paulus ad Timotheum 1. cap. 3. num. 2. ait: *Oportet Epiſcopum non eſſe cupidum:* non ait oportet Epiſcopum eſſe iuſtum, rectum, charitativum, ſed non eſſe cupidum: ut notavit D. Anſelm. ibi: *non cupidum*, ait, quia cito deviaret à iuſto, *propter cupiditatem munerum, ſicut filij Samuelis;* Si prælatus fuerit munerum cupidus omne nefas devorabit pro comparandis muneribus; eſt enim omnium malorum radix cupiditas.

D. Anſel. *Cupidus à juſtitia deviat.*

CAPVT XXV.

1. *FEſtus ergo cum veniſſet in provinciam poſt triduum aſcendit Ieroſolymam à Cæſarea.*
2. *Adieruntque eum principes Sacerdotum, & primi Iudæorum adverſus Paulum & rogabant eum.*
3. *Poſtulantes gratiam adverſus eum, ut iuberet eum perduci in Ieruſalem, inſidias tendentes, ut occiderent eum in via.*
4. *Feſtus autem reſpondit, ſervari Paulum in Cæſarea: ſe autem maturius profectum.*
5. *Qui ergo in vobis (ait) potentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in viro crimen, accuſent eum.*
6. *Demoratus autem inter eos dies non amplius, quàm octo, aut decem, deſcendit Cæſaream, & altera die ſedit pro tribunali, & iuſſit Paulum adduci.*
7. *Qui cum perductus eſſet, circunſteterunt eum, qui ab Ieroſolyma deſcederant Iudæi, multas, & graves cauſas objicientes, quas non poterant probare.*
8. *Paulo rationem reddente; Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæſarem quidquam peccavi.*
9. *Feſtus autem volens gratiam præſtare Iudæis, reſpondens Paulo, dixit: vis Ieroſolymam aſcendere*

ascendere,& ibi de his judicari apud me?

10. *Dixit autem Paulus, Ad Tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet judicari: Judæis non nocui, sicut tu melius nosti.*

11. *Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori; si vero nihil est eorum, quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello.*

12. *Tunc Festus cum Concilio locutus respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.*

13. *Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa Rex, & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum.*

14. *Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicavit de Paulo; dicens, Vir quidam est derelictus à Felice vinctus.*

15. *De quo cum essem Jerosolymis, adierunt me Principes Sacerdotum, & Seniores Judæorum, postulantes adversus illum damnationem.*

16. *Ad quos respondi, Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.*

17. *Cum ergo huc convenissent, sine ullâ dilatione, sequenti die sedens pro tribunali jussi adduci virum.*

18. *De quo cum stetissent accusatores, nullam causam deferebant, de quibus ego suspicabar malum.*

19. *Quæstiones vero quasdam de suâ superstitione habebant adversus eum, & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.*

20. *Hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Jerosolymam, & ibi judicari de istis.*

21. *Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, jussi servari eum, donec mittam eum ad Cæsarem.*

22. *Agrippa autem dixit ad Festum, volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum.*

23. *Altera autem die cum venisset Agrippa, & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus civitatis, jubente Festo adductus est Paulus.*

24. *Et dicit Festus, Agrippa Rex, & omnes, qui simul adestis nobis cum viris, videtis hunc, de quo omnis multitudo Judæorum interpellavit me Jerosolymis, petentes, & acclamantes non oportere eum vivere amplius.*

25. *Ego vero comperi, nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum judicavi mittere.*

26. *De quo, quid certum scribam Domino, non habeo. Propter quod perduxi eum ad vos, & maxime ad te, Rex Agripa, ut interrogatione facta habeam, quid scribam.*

27. *Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & causas eius non significare.*

ARGVMENTVM.

POSTVLANT Iudæi, ut Paulus iterum remittatur in Ierusalem, quod negat Festus, & Paulus appellat Romam coram Cæsare; & iterim Agrippa Rex Benevolo ac læto animo audit Paulum.

Actor. 25. *n.* 1. Festus ergo cum venisset in Provinciam post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsarea.

Versiones,

PRIMA EXPOSITIO
Vsque ad Vers. 6.

1. Syriac. Vers. 1. *Festus cum venisset in provinciam.* Syriac. *Cũ venisset Cæsaream præfecturæ suæ*, quæ erat caput sui regiminis dati à Romanis, post triduum transactũ ascendit Ierosolymam, quæ erat caput regni Iudæorum, quæ erat magna pars, ac præcipua de his quæ veniebant sub eius præfecturâ, ut optimus præsidens voluit videre, ac visitare ea, quæ erant sub eius regimine, ac curâ.

2. Vers. 2 & 3. *Adierunt ad eum principes Sacerdotum, ac primi Iudæorum*, ut hanc gratiam, & favorem eis concederet, ut Paulus à Cæsare remitteretur in Ierusalem, ut per insidias eum interimerent in itinere.

3. Syriac. Vers. 4. *Festus respondit servari Paulũ in Cæsarea* Syriac. *Asservari.* Festus reiecit petitionem Iudæorũ qui forte subodoratus est eorum malitiam, & quia illud erat causa mortis, quæ non erat iudicanda, nisi in magno tribunali magnorum virorum, ut erat in Cæsarea, & maturo consilio, quod tunc non poterat fieri: Atias. *Se autem maturius profecturum.* Arias: *Futurum in festinatione proficisci.*

4. Hugo. Vatabl. Caietan. Arias. Vers. 5. *Qui ergo in vobis potentes sunt:* ait Festus, qui ex vobis, ut explicant Hugo, Caietan. Vatabl. Arias, sunt potentes, ut absque suo, suarumq; rerũ incommodo, valeant conficere iter trium diætarum de Cæsarea ad Ierusalem, proficiscãtur, vel qui sũt potentes sermone, probationibus ad eum accusandum veniant; & hæc secunda expositio mihi est verior; nam illi profecti sunt de Ierusalem in Cæsaream ad arguendum Paulum, ut patet ex cap. 24. n. 1. & debebant redire ad locũ suum, nẽpe Ierusalem.

5. Arabic. Vers. 6. *Demoratus autem inter eos;* scilicet in Ierusalem; *quam octo, vel decem dies;* redit Cæsaream, *& altera die*, post quã venit in Cæsareã, vocat Paulum ad tribunal: Lectio Arabica sic habet: *& assignat eis decem dies, & amplius.* Assignavit eis decem dies, quibus tantum moras traheret in Ierusalem, & inde reversus in Cæsaream.

QVESTIO I.

Quare Festus tam celeriter, ac festinanter venit de Ierusalem, & statim vocat Paulum ad tribunal.

6. Difficultas quæstionis. CVm festus iam proficisceretur in Ierusalem, instabãt Iudæi, ut Paulus judicaretur, sed cũ esset ferè in itinere, non potuit detineri, sed citissimè se expedit à Ierusalẽ, intra decem, vel octo dies & ut pervenit Cæsaream, statim sequenti die advocat Paulũ ad tribunal ut dijudicaretur ad mortẽ, ut gratiã iniret Iudæis: Vnde tot adversarii in Paulũ in Ierusalẽ, in Cæsarea, in præfide, ac ministris? Erat

7. Erat Paulus innocens, juſtus, & ſanctus, inde totus mundus conglutinatus contra eum, ut omni perſecutione, morte, ac ignominia afficerent, ſcribit D Matth. 11. n. 2. *Ioannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi; Tu es qui venturus es, an alium expectamus.* Conſtans eſt Doctorum ſententia, quod Ioannes bene agnoſcebat Chriſtum Dominum verum eſſe Meſſiam, mundi Redemptorem per mortem, & paſſionem ſuam; & unde conſtat, quod Ioannes cognoverit mortem, & paſſionem Chriſti à ſuis inimicis inferendam: ipſe cognovit dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* Ioan. 1. n. 29. Cum autem eum Agnum puriſſimum, ac innocentiſſimum teſtificatur, ibi ejus injuriosâ mortem ab iniquis inferendam denunciat; D. Chryſoſt. in Catena; D. Thom ad locum Matth. elegantiſſime ait: *Ioannes paſſionem non ignorabat, ſed hoc primum teſtatus eſt dicens: Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi: Agnum vocans, crucem divulgat:* ubi innocentia Chriſti prædicatur, ibi mors, & crux denunciatur: *Agnum vocans crucem divulgat.*

Matth. 11

Ioan. 1.

Contra innocentiam inſurgunt mala.

8. Iob 1. n. 8. Iob publicatur magnis virtutibus illuſtris, & excellens; *quod non ſit ei ſimilis in terrâ, homo ſimplex, & recedens à malo;* atqui ex tot, & tantis publicatis magnalibus ſequitur cultus, honor, ac veneratio erga illum? minime; ſed ut furiæ infernales omnium malorum tempeſtate debacchantur in eum. D. Chryſoſt. homil. 5. in Iob. *Si igitur quando virum juſtum, magnorum operum perfectum fulgere videris; multiſque ſubeſſe malis, non mireris.*

Iob. 1.

Qui virtute fulget multis ſubjicitur malis.

Cum Abſalon ſe erigeret contra ſuum Patrem Davidem dixit Achitophel ad Abſalonem: *Eligam mihi duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar David hac nocte,* 2. Reg. 17. n 1. Mala intentione verum dixit: *Perſequar David*: erat David juſtus, conſequens erat, ut ſuſtineret perſecutiones D. Chryſoſt. homil. de Abſalon ait: *O innocentia, quantum apud reos periculi ſuſcipis: quantum malitiæ per flagitioſos incurris: David ſanctiſſimus, tot dementes exercitus, quia non deliquit, offendit: tot populorum rabiem, quia non læſit, incurrit.* Cum innocens fueris omnem populorum rabiem contra te excitas, ac provocas.

9. 2. Reg. 17

D. Chryſoſt. *Innocentiæ multis perſecutionibus expoſita.*

Actor. 25. *n.* 7 Qui cum perductus eſſet, circumſteterunt eum, qui ab Ieroſolymâ deſcenderant Iudæi, multas, & graves cauſas objicientes, quas non poterant probare.

Verſiones,

SECVNDA EXPOSITIO *uſque ad Verſ.* 11.

Verſ. 7. *Circunſteterunt eum*; ut eorum multitudine perturbaretur, ac timore afficeretur, ut reſpondere non poſſet; at innocentia in omni eventu ſecura, ac firma eſt: *Objicientes multas cauſas graves, quas non poterant probare.* Syriac. *Demonſtrare*: Arabic. *Non poterant oſtendere veritatem illorum.* Æthiop. *De quibus non poterant convincere*, quæ objiciebant Judæi cum apertè falſa eſſent.

10. Syriac. Arabic. Æthiop.

11. Verſ. 8. *Paulo rationem reddente*, ac manifeſtè oſtendente ſe nihil commiſiſſe, nec contra legem Iudæorum, nec contra Templum, nec contra Cæſarem Imperatorem, ut patet ex cap. præcedendi. Cap. 24. 12.

Verſ. 9. *Feſtus autem volens gratiam Iudæis præſtare.* Syriac. *Volens fœnerari gratiam.* Arabic. *Conferre favorem Iudæis* D Chryſoſt. *Volens gratificari.* Æthiop. *Gratias præſtare Iudæis*; timebat (ait Lyranus) ut ab eis accuſaretur apud Romanos, ut contigit aliis ejus præcedentibus in eodem officio. Syriac. Arabic. D. Chryſoſt. Æthiop. Lyran.

Vis de his judicari Jeroſolymâ apud me: Arabic. *Me imperante.* Æthiopic. *Cum illis argumentari apud me,* id eſt, me præſente; non imperat, ſed in electione Pauli relinquit, cum ait: *Vis*, quia (ut inquiunt Gloſſa Intelin. Hugo) voluit cum eo habere hanc urbanitatem, quia Romanus erat. 13. Arabic. Æthiop.

Verſ. 10. *Dixit Paulus ad tribunal Cæſaris ſto.* Æthiop. *In Concilium Imperatoris veni.* Animadvertit Paulus, quod Feſtus præſidens erat inclinatus favore ad Iudæos, ſui accuſatores, ac falſo criminatores; inde Paulus prudentiſſime, & ſecundum omne ius; ejus judicium declinat, & ad imperatorem, ac ſuperiorem appellat Romæ; maximè cum ipſe eſſet civis Romanus; *& Iudæis non nocui; non læſi.* Arabic. *Sicut tu melius noſti* à multis magnis viris. 14. Æthiop. Arabic.

Verſ. 11. 12. *Si enim nocui*, vel ſi aliquod nocumentum dedi, vel aliquid dignum morte egi, paratus ſum mori, ſed nil tale feci, nec commiſi, & ideo iniquè, & injuſtè agitur, ut me illis velint donare ad omnem mortem, & injuriam, in quo pungit præſidem, qui ob ineundam Iudæorum gratiam, ipſum tradere volebat, ideo merito: *Cæſarem appello.* Verſ. 12. *Tunc Feſtus dixit illi: Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis.* 15.

QVÆSTIO II.

Quare cum Feſtus præſidens agnoſceret innocentiam Pauli, ipſum tamen volebat tradere ad mortem.

PRæſidens bene agnoſcebat innocentiam Pauli, ut ipſe Paulus proclamat in publico Concilio cum eo loquens: *Iudæis non nocui.* Syriac. *Non peccavi* Arabicus: *Non læſi*: & addit Apoſtolus: *Sicut tu melius noſti*: cum ipſe bene, & optime ſciret innocentiam Pauli, quod nihil peccavit, nihil læſit, tamen ut gratiam captaret Iudæorum, ipſum volebat in eorum manibus tradere. 16. Syriac. Arabic. *Ratio difficultatis.*

Hoc habet innocentia, ut etiam inter iniquos, & perverſos, qui eam accuſant, ac damnant, ibi glorioſè vincat, ac triumphet, ſui ſplendidiſſimos fulgores emittit, ut etiam ipſi accuſatores, ac condemnantes ipſius puritatem, & integritatem fateantur, ac pleno ore prædicent. 17.

Refert D. Matth. 27. n. 13. quod multa falſa teſtimonia jactabantur cõtra Dominum meum Ieſum, *& tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta adverſus te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei verbum.* Refert teſtimonia, & ſimul admiratur de profundo, ac magno ſilentio Iesu, & tunc recedens ad proferendam ſententiam mortis, clamat: *Innocens ego ſum à ſanguine juſti huius,* n. 27. Vnde Pilato in mentem venit, quod Chriſtum Ieſum iuſtũ dicat? Princeps Sacerdotum contrarium teſtificat, totus populus ut reum clamat, ut reum dignum morte, ipſe Ieſus tacet, nulla defenſio pro eo producitur: ſanè ea eſt innocentiæ vis, & efficacia, quæ etiam in judicio iniquorum, & dum condemnatur, ibi victrix apparet, ibi eius puritas, & integritas agnoſcitur, & alta voce prædicatur, & in damna- 18. Matth. 27 *Innocentia in judicio condemnationis victrix.*

tionis ſententiâ de ſuâ probatione teſtimonium habet, D. Auguſt. ſerm. 118. de Temp. ait: *Chriſtus, cum condemnatur exuperat, cum judicatur, vincit ſicut ait Propheta: Ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris: quod ergo opus erat ei loqui ante judicium, cui ipſum judicium erat plena victoria? Vincit ergo, cum judicatur Chriſtus, quia ſic innocens approbatur, unde ait Pilatus: Innocens ego ſum à ſanguine hujus juſti:* Vincit innocentia dum damnatur, & in condemnationis ſententia, ſuæ teſtimonium puritatis comparat: *Vincit ergo cum judicatur Chriſtus, quia ſic innocens comprobatur.*

D. Aug.

19. D. Aug. *Suſanna ſua innocentia bis victrix.* Quod optimè D. Auguſt. citatus confirmat ex hiſtoria Suſannæ, de quâ ait: *Biſque victrix reos facit teſtimonij, quos reos facit adulteros;* ſemel in horto, dum de eorum impudicâ laſciviâ triumphat *quos reos facit adulteros:* Secundo victrix de eorum teſtimonio, dum diſcrepant inter ſe, unus eorum dicit, quod vidit *ſub ſchino:* alter, *ſub prino,* Dan. 13. Daniel. 13. n. 54. & 59. ipſique tantâ diſconvenientiâ, ac diverſitate teſtimonij ſuam indicant falſitatem, & Suſanna in ipſo judicio victrix exultat.

QVÆSTIO III.

Quare cum Feſtus ſe offerat Paulo judicem in ſuâ cauſa Paulus rejicit, & recuſat dicens Cæſarem appello.

20. *Ratio dubitandi.* DIxit Feſtus Paulo verſ. 9. *Vis aſcendere Jeroſolymam, & ibi judicari apud me:* recuſat, & rejicit Paulus; *ad Tribunal Cæſaris ſto: Cæſarem appello;* quod optimo jure, & ſapientiſſime fecit Paulus, quia vidit Feſtum correptum; & totum inclinatum ad gratiam, & favorem impendendum Iudæis; & in tali caſu leges præcipiunt, & diſponunt judicium declinare, & ſuperiorem advocare. Vnde ait Turrecremata in Summa de Eccleſia cap. 96. ad 3. quod *Feſtus erat de facto judex Pauli, quamvis non de jure,* cum eſſet totus propenſus ad partes contrarias, & ideo inutiles ad munus judicis obeundum.

Turrecremata.

21. *Exod. 18 Iudex integer affectu, ut peculiares valeat domare.* Ait Iethro Moyſ. Exod. 18. n. 21. *Provide autem de omni plebe viros potentes timentes Dominum,* nempe ad judicandum populum, *potentes,* ait, ut nulli indigeãt, & ſibi ſufficiant, vel *potentes,* ait, qui ſint valde generoſi, ut valeant compeſcere animi affectus, nec magis ad hanc, vel illam partem inclinare, ſed ut recto tramite ambulent: non ſolum ſufficit, quod judex ſit doctus bonis moribus imbutus, ſed inſuper requiritur, ut ſit potens conſtantiâ, & fortitudine, ut puniat, & abſolvat, prout juſtitia dictat, & poſtulat. Abulenſ. ibi q. 6. ait: *In judice requiritur quædam conſtantia, & vis animæ, ut ipſe judex ſit fortis animo, non formidans rectè judicare, & executioni mandare ſententiam propter aliquam perſonam, ſed cogat omnes in virga ferreâ, id eſt, rectâ, & directâ.*

Abulenſ.

22. Caietan. Caietanus ex Hebræo legit: *Viros veritatis,* Vir mulieris eſt ejus Sponſus; cum ergo Iudex dicatur; *Vir veritatis,* eſt tanquam ſponſus illius, & ab ea non debet ſeparari, ac dividi, Caietan. ait: *Clarius habetur in Hebræo viri veritatis, ſicut dicitur vir ſanguinum, qui effuſor multi ſanguinis; ita dicitur Vir veritatis, qui ſectator eſt veritatis, & quod ſit verax tum dicendo, tum faciendo, quod dixit & veritas rerum geſtarum, & teſtium, & ejuſmodi inveniet locum ſuum.*

23. Diſponit lex Divina Exodi 18. n. 8. de rebus furto ablatis, cum de Latrone non conſtat, ait lex: *applicabitur ad Deos;* magnâ indagine quærunt interpretes, quinam ſunt iſti qui dij vocantur. D. Gregor. in Ezechiel. intelligit Sacerdotes: at Iſidorus Peluſiot. lib. 3. epiſtol. 175. judices: nam ſicut ſummus Deus, ſummus omnium iudex pollet ſagaciſſimâ mente ab omni paſſione liberâ, ſic & iudices, ui dii cenſeantur, ſagaciſſimo ingenio debent eſſe præditi ad cauſas diſcutiendas, ac examinandas, & ab omni affectu mens eorum ſit libera, ut nullius gratia flectatur ad hanc, vel illam partem: Iſidorus citatus ait: *Judicem opus eſt & ſagacem, & integrum eſſe, pudoreque, ac blanditiis, & metu ſuperiorem, nam ſi cujuſvis horum affectu ſuccumbat, judicis religionem obteret.*

Exod. 18 *Iudex Deum imitetur, ut ſit liber à paſſionibus.* D. Greg.

D. Iſid.

QVESTIO IV.

Quare D. Paulus non vult judicari Ieruſalem ſed Tribunal Cæſaris requirit?

24. *Difficultas quæſtionis.* AIt Feſtus Paulo: *Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de his judicari apud me.* Nil magis gratum, ac iucundius poterat homini cõtingere, quam quod ei darentur iudices compatritii, ac naturales ex eadem patria, ac civitate, quod pro magno beneficio concedebat Deus populo ſuo, Oſe. 2. n. 15. *Dabo vinitores ex eodem loco.* At Paulus refutat, & recuſat, & ait: *Ad Tribunal Cæſaris ſto.* Cur potius vult iudicari ab homine ethnico ſine fide, & verâ cognitione Dei, quam à Ieroſolymitano, qui pollebat Dei doctrinâ, pietate, ac lege.

Oſe. 2.

25. Philipp. Reſpondet Philippus Abbas epiſtol. 9. & ſic ait: *Vis ad Civitatem Ieroſolymam proficiſci, ut ibi merearis, quod juſtum æſtimas, plenius adipiſci, ubi lex tua viget, ubi Principes tuæ gentis converſantur, qui pondus, & pondus abborrentes, examen ſubdolum averſantur: ubi fons miſericordiæ, ubi ſedes juſtitiæ reperitur? At ille ſciens in Jeroſolyma tale quid non haberi, eamque legis vinculo, miſericordiæ affectu, juſtitiæ perpendiculo non teneri; exhorret, & recuſat illius iudicio Præſentari, prudenti conſilio magis eligens apud extraneos iudicari: Ad tribunal (inquiens) Cæſaris ſto.* Sciebat Apoſtolus, quod quamvis Ieruſalem eſſet Civitas gentis ſuæ, & quaſi communis patria, tamen iam in ea non vigebat lex, iuſtitia, & pietas, ſed prævaricatio, æmulatio, & ideo Apoſtolus prudentiſſime eorum iudicium declinat, & extraneum, ac ethnicum requirit dicens: *Ad tribunal Cæſaris ſto.*

Eccleſiaſtici deficientes crudeliſſimi.

26. Luc. 18. Scribit D. Lucas 18. n. 2. *Iudex quidam erat in quadam Civitate, qui nec Deum timebat, nec homines reverebatur;* tamen vidua quædam Civitatis illius vehemẽter eum præcipuè urgebat, ut eam vindicaret de injuria ſibi illata per ſuum adverſarium; & illius precibus fatigatus iudex ſecum dixit: *Et ſi Deum non timeo, nec hominem revereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, nec in noviſſimo veniens ſuggillet me;* & quamvis tam malus, ac peſſimus eſſet, cauſa viduæ apud illum bene iudicatur; verte oculos ad Iſaiam 1. n 21. ubi deplorans Propheta ait: *Quomodo facta eſt meretrix, Civitas fidelis plena judicij? juſtitia habitavit in eâ, nunc autem homicidæ: Principes tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones: pupillo non judicant; & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.* Ecce apud iudicem infidelem, & peſſimum, qui nec Deum timebat, & homines contemnebat, cauſa viduæ auditur, & dijudicatur: apud illos ſecus contingit, apud Iudices, & Principes

Viri perfectioris vitæ ſi deficiunt pejores omnium. Iſai. 1.

Principes Ierosolymitanos, qui erant enutriti in Civitate sanctâ, sub doctrinâ legis Divinæ, ac imbuti fide divina: *pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.* Vnde tanta rei differentia? Crede mihi, si ille, qui perfectioris vitæ sunt, ac sub bona disciplina educati, passione aliqua moventur, ac pravis moribus immerguntur; crudelissimi, ac valde inhumani omnium peiores debacchantur.

27. Matth. 27. Cum in cruce moritur meus Iesus facta sunt prodigia magna; Sol oscuratur; terra tremet, petræ scinduntur: ut scribit D. Matth. 27. n. 14. *Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræmotu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: Vere filius Dei erat iste;* & post pauca videamus, quid scribat D. Matth. n. 61. *Convenerunt Principes Sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum dicentes: Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit,* &c. Confer modo inter se Centurionem Romanum, & Sacerdotes Iudaïcos, milites Romanos, & Pharisæos legis Doctores, & tamquam religiosos perfectioris vitæ: omnes isti viderunt Christi crucifixi virtutes in tot prodigiis, signis, & mirabilibus; Romani ethnici dicunt *Filium Dei:* Sacerdotes, & Pharisæi dicunt *Seductorem.* Sacerdotes, & Pharisæi erant perfectioris status, maximè in lege, ac ejus doctrinâ; cum tamen essent depravatis, ac pessimis moribus imbuti, & multa passione, ac odio inficionati, omnium maligniſſimi, ac nequissimi, facta illa, quæ insensibilia censebant, & testificabantur, ipsi suâ pestiferâ obduratione non agnoscebant. D. Leo ser. 17 de Pass. ait: *Cum Centurio territus ijs, qui viderat diceret: Verè Filius Dei erat iste homo: impietatem tamen Iudaïcam monumentis, & petris omnibus duriorem nulla proditur digna compunctio; ut appareat paratiores ad intelligendum filium Dei fuisse Romanos milites, quam Israëliticos Sacerdotes.*

Invidia religiosorum crudelior.

D. Leo.

QVÆSTIO V.

Quare D. Paulus, qui vehementer optabat mortem, nunc occasione datâ illam differt?

28. Philip. 1. *Diffi cultas quæstionis.* DIcebat Paulus Philip. 1. n. 23. *Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo.* Apostolus vehementer exoptabat mori; nunc datur occasio mortis sententiâ prolatâ à Festo, ac à cæteris Sacerdotibus, eam differt, & ad illam interponit multum temporis dicens: *Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet judicari.*

29. D. Atha. Respondet primò D. Athanas. in Apologia de fugâ suâ, & ait: *Non enim præ timore operam fugæ præbuit, quin potius fugam habebat pro palestra, & meditatione adversus mortem.* Fugit Paulus mortem, & multum tempus interponit ad illam; & id non timore mortis, sed amore, ut tanto tempore dilatato majus haberet spatium ad palestram, exercitium, ac meditationem mortis, ut sic de illâ gloriosè triumpharet, dum quis fugit aliquem, semper illum habet in mente, & ante oculos. Fugit Paulus mortem, ut per multum tempus in eâ habeat meditari, & ad illam se disponere, ac præparari, & si hoc faciebat D. Paulus, quid nos facere debemus. Vide supra cap. 20. q. 6 n. 61. 62. 63.

Meditatione mortis vincitur mors.

30. *Nolebant infamiã.* Secundò, (ut jam dixi) vicit Paulus Festum præsidem inclinatum ad favorem Iudæorũ, & ideo secundum omne jus ad superiorem appellat: deinde pro honore Reipublicæ Christianæ noluit infamari, ac condemnari per falsos testes, tamquam amotinator populorum, templi violator, ac legum contemptor, ut jam dixi cap. 22. q. 7. n. 49. 50. 51. 52. ne diceretur, quod Doctor, ac Magister Christianorum erat seductor, ac violator Templi, & Legum.

31. Act. 23. Tertiò cum Paulus esset in Ierusalem cap. 23. n. 1. *Nocte assistens ei Dominus ait: Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari.* Alia divinâ Providentiâ erat ordinatum, ut ipse testimonium perhibeat de Christo Romæ, inde ipse ad tribunal Cæsaris appellat, ut divina dispositio impleatur, & ad multorum salutem, ac conversionem ad fidem, & ad majus meritum Pauli; nam quamvis ipse vehementissime optaret esse cum Christo, & ejus præsentia gaudere, tamen pro suâ vehementissimâ charitate magis eligebat inservire, ob utilitatem aliorum, quam pro sua exuberanti lætitiâ frui optatâ Dei præsentiâ.

Magis volebat inservire Romæ; quam gaudere in Cœlo.

32. Vehementissime desiderabat Moyses videre Dominum, unde dicebat: *Ostende mihi faciem tuam:* Exod. 33. Exod. 33. n. 19. Cui respondit Dominus: *Non poteris videre faciem meam: non videbit me homo, & vivet.* Ibidem n. 20. Vnde merito admiratur D. Augustin. in Soliloquiis, cur Moyses statim non exclamat: *Fac Domine moriar, ut te videam,* si audit quod non potest Deum videre, nisi interveniente morte, cur ipsam non postulat, ut sui desiderij sitim adimpleat? Tam alta, & sublimis erat Moysis charitas, quod potius volebat vivere inter populi contradictiones, ut Deo inserviret instruens, & illuminans populum in Dei religione, ac adoratione, quam maximè ejus præsentiâ exuberanter delectari, ac supremo gaudio ex ejus visione repleri, eligebat magis famulare, quam illâ supremâ gloriâ satiari.

D. Aug.

Moyses magis vult servire, quã possidere.

33. Isai. 6. Scribit Isaï. 6. n. 2 quod vidit Dominum in throno pomposo, & magnifico *Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, & sex alæ alteri; duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus:* ex Hebræo multi legunt, *velabant faci s suas.* Seraphim vehementissimo affectu appetunt Dei visionem, *in quem desiderant Angeli prospicere.* Si Seraphim circunstant Dei thronum, ejus Divinâ præsentia gaudentes, ad quid velant facies suas? quo motivo volunt ab illa suprema Dei visione se privari? Aspiciebant illi divini Spiritus, quod necessarium erat volare in terram ad purificandum Isaïam: *Et volavit ad me unus de Seraphim, & tetigit os meum, & dixit; ecce hoc tetigit labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur,* Ibid. n. 6. Seraphim facies suas velant, ne supremæ illius majestatis visione retineantur, & impediantur, ut subveniant homini peccatori. Ecce quantum refulget charitas Sanctorum Seraphim, qui sunt spiritus toto amore inflammati, qui eligunt pro brevi morula, nostro dicendi modo suspendi ab illa suprema præsentia, ut hominem polluetum valeant mundare, eique inservire ad Dei obsequium.

Seraphim maximè fulgent charitate.

Actor. 25. n. 13. Et cum aliqui dies transissent, Agrippa Rex, & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum.

Versiones,

TERTIA EXPOSITIO

Vsque ad Vers. 18.

34. Vers. 13. ALiquot dies transacti essent, venit Rex Agrippa Chaldicis cum Bernice ejus sorore, vel uxore secundum diversos Auctores

Syriac. res *ad ſalutandum Feſtum.* Syriacus: *Vt poſtularent pacem*, id eſt, ut darent ſalutationem pacis, nam iſte Agrippa obtinuit regnum à Cæſare, & quia Feſtus miſſus erat à Cæſare, ut locum illius teneret in Iudæâ præſidens, de novo adveniens, cum ſorore ſuâ ad eum ſalutandum venit Rex Agrippa, de quibus q ſequenti.

35. Verſ. 14. & 15. Et poſt plures dies narrat Feſtus Regi, quomodo à ſuo anteceſſore Felice ei fuerit relictus quidam vir vinctus, qui in Ieruſalem fortiter poſtulatur ad mortem.

36. Verſ. 16. *Non eſt Romanis conſuetudo damnare*
Syriac. *aliquem*; Syriac. *Ad mortem*; niſi prius accuſatores crimina proferant, & reus audiatur; & hoc eſt de jure naturæ, de quo q. 7.

37. Verſ. 17. 18. *Cum ergo convenissent omnes*, & ſedens ego pro tribunali meo, aſtiterunt accuſatores, & nullam cauſam deferebant, de quibus ego ſuſ-
Syriac. Arabic. picabar. Syriacus: *Culpam flagitioſam adverſus eum.* Arabic. *Ex iis, quibus criminabatur*: ita ut nullum crimen ſuſpicari poſſem.

QVÆSTIO VI.

Quiſnam eſſet Rex Agrippa, & Bernice.

38. Act. 12. HIc Agrippa non fuit ille ſenior, qui ab Angelo percuſſus interijt cap. 12. n. 23. ſed ejus filius, & fater Druſillæ, & ut aliqui volunt Bernice, de quo ſtatim, & cum iſte Agrippa puer eſſet
Quis Agrippa. Romæ, mortuo patre à Claudio Imperatore creatus rex Chalcidis; deinde Tetrarcha Philippi, & Traconitis ei adjecta, & Judæa erat ſub præſidibus Romanis, & ideo ipſe venit ad ſalutandum novum Præſidem Romanum Feſtum.

39. Agrippa nomen eſt Romanum & non Hebræum ſic dictum ab ægro partu, vel ab ægritudine, qui ut
Gellius. teſtatur Gellius lib 6. cap. 16. naſcendo, non caput
Aggrippa nemen. ſed pedes primi extiterunt, & ſuus partus eſt difficillimus; vel ſic dictus in gratiam M. Agripæ, qui fuit gener Auguſti Cæſaris.

40. Bernice; multæ fuerunt hoc nomine dictæ; iſta
Bernice. de quâ eſt ſermo in præſenti, fuit filia Herodis Aſcalonitæ, & Herodis junioris non ſolum ſoror, ſed
Joſeph. etiam concubina extitit, de quo Ioſeph. lib. 20.
D. Chryſoſt. Antiquit. cap. 5. Vnde à D. Chryſoſt. uxor ejus ap-
Arabic. pellatur, quod etiam habet lectio Arabica; & ſe intime diligebat, ut ſemper ſe mutuo adhærerent,
Tacitus. & minimè ſeparatentur. Addit Tacit. lib. 1. Hiſtor. quod Veſpaſianus eam cum filio ſuo Tito nupſit; de his duobus multa plura referunt Lyranus, & Cornelius.

QVÆSTIO VII.

Quare Feſtus ait, quod non ſit conſuetudo Romanis aliquem inauditum condemnare, cum hoc ſit de jure gentium.

41. AIt præſidens Feſtus, tamquam quid valde peculiare verſ. 16. *Non eſt Romanis conſuetudo aliquem inauditum condemnare*; cum illud ſit de jure gentium, & majori ex parte multæ nationes habebant in uſu, & maximè hoc vigebat apud Iudæos lege Divina illuminatos, ut dixit Nicodemus in quodam Concilio: *Numquid lex noſtra judicat hominem, niſi prius audiatur, & cognoverit, quid fa-*
Ioan. 7. *ciat*, Ioan. 7. n 51.

42. Reſpondeo, verum eſſe non judicare, ac condemnare, niſi audita parte, erat legis ordinatio apud Romanos, Iudæos, & alios; ac hoc diſcrimine apud Romanos, obſervatâ lege, prout ipſa diſponebat, res verè, & ſincerè determinabatur; at apud Iudæos, & alios, non rigor legis, ſed affectio, aç malevolentia dominabatur in ſententiâ proferendâ.

Et ubi lex violatur, idem eſt, ac ſi nulla ibi eſſet 43.
lex dicitur Thren. 2. n. 9. *Non eſt lex, & Prophetæ* Thren. 2.
non invenerunt viſionem; quomodo dicitur, quod in Ieruſalem non eſt lex, cum ibi maximè vigeret lex Divina Rabbarus, Theodoret. Vatabl. non erat Rabbat.
lex Divina obſervata, ſed neglecta, & ubi lex Di- Theod.
vina violatur, idem eſt, ac ſi ibi nulla eſſet lex. Vatabl.

Et ferè in eodem ſenſu Ezech. 7. n. 26. *Lex peri-* 44.
bita Sacerdote, & conſilium à Senioribus: Ecce Ezech. 7.
juxta D. Gregor. extrema Reipubl. miſeria; quod *Lex pervera, ſi cum veritate non explicatur.*
vera, & gemina intelligentia legis prævaricatur à Sacerdote, contra veritatem detorquetur ad falſos ſenſus, ut inde arripiat artem licentioſus vivendi, ac agendi. Diſponebat lex, ut Pontifex in pectore quadratum rationale judicij, in quo erat ſcriptum *Doctrina, & Veritas*: Exod. 28. n. 30. Quia Sacer- Exod. 28
dotes, cum ſuſtinent officium judicis ejus doctrina ſit in purâ, & ſincerâ veritate, cum vita quadrata, & perfecta Arnald tract. de ſeptem Verbis, quæ Arnald.
ad Divinam judicis regulam quadrare debet, quæcumque vel doceat, vel agat, vel ſtatuat, vel corrigat, ſcilicet ad veritatis doctrinam.

Cum Moyſes eſſet in monte loquens cum Deo 45.
prolapſus eſt populus in idololatriam adorans vitulũ, & cum appropinquaſſet, & vidiſſet Moyſes, *Iratus valde projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis*, Exod. 32. n. 20. Tabulæ illæ Exod. 32
cum eſſent ſcriptę digito Dei in ſummo cultu erãt habendæ, cum id illuſtriſſimũ habens quod eſſent *Supervacanea eſt lex, ubi violatur.*
ſcriptæ manu, ac digito Dei; tamen fregit illas, cum vidiſſet populum legis Dei contemptorem, & merito iudicavit fruſtraneam eſſe illi legem, nam qui illam ſpernit, ſic vivit, ut nulli ſubiiciatur, & nulla eſt illi talis mandatorum obſervantia. D. Ambroſ. lib. de Elia, & ieiunio, ait: *Quod ſpectaculo* D. Ambr.
motus Moyſes fregit tabulas, indignum judicans, ut ebrio populo lex daretur.

Actor. 25. n. 19. Quæſtiones vero quaſdam de ſuâ ſuperſtitione habebant adverſus eum de quodam IESU defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.

Verſiones,

QVARTA EXPOSITIO uſque adverſ. 22.

Verſ. 19. *QVæſtiones vero quaſdam* circa ipſo- 46.
rum Iudæorum religionem, & verè eam appellat ſuperſtitionem, ſuperſtitio eſt vana, & ficta religio, nam per legem Chriſti, Iudæorum religio evanuit & reddita eſt ficta, & tota mendax ſine ullâ veritate *De quodam Ieſu defuncto*, & loquitur per contemptum.

Verſ. 20. *Hæſitans autem ego.* Mentitur Feſtus, 47.
nam per ſe nõ hæſitabat, ſed poſitivè volebat mittere Paulum in Ieruſalem, ut ibi condemnaretur ad mortem, ſed ita loquitur, ut coloraret ſuum pec- D. Chryſoſt.
catum; ut notat Chryſoſt.

Deinde Feſtus ſibi ipſi contradicit, nam ſuperiori Verſ. 5. religionem Iudæorum appellavit ſuperſtitionem, id eſt, vanam, & fictam, & quia Paulus 48.

lus eam talem prædicabat, ideo accusatur, incarceratur; Si tu ô præsidens Festus agnoscis verum esse, quod Paulus prædicat, cur contra omne jus, eum tenes in carcere

Vers. 21. *Paulo autem appellante ut servaretur*
49. *ad Augusti cognitionem*; Nempe Neronis. Omnes Imperatores Romani vocati sunt Cæsares à Iulio Cæsare primo Imperatore; ita etiam vocabantur Augusti ab Augusto Cæsare, eo quod multum auxit Imperium, & etiam, quia Augustus quid venerandum significat, & instar numinis colendum.

Vers. 22. *Agrippa autem dixit ad Festum.* Agrippa Iudæus erat, & multa magna audierat de Pau-
50. lo, & ex his, quæ retulit Festus, maximè ex curiositate excitatum est illi desiderium videndi, & audiendi Paulum.

QVÆSTIO VIII.

Quare Festus tractans de Christo Domino ait, quod Paulus loquebatur de quodam Jesu *defuncto?*

51. AIt Festus, quod accepisset verba Pauli: *De quodam* Jesu *defuncto, quem affirmabat Paulus*; tamquam per cõtemptum, & quasi quid ignotum, & quod ipse ignorabat, de quodam Jesu defuncto, dicebat; cum sanctissimum nomen Jesu, tot, & tantis mirabilibus, quæ ipse est operatus, ac ejus sanctissimo nomine operabantur Apostoli, totum implerent Orbem, & tamen dicit, de quodam Jesu defuncto, tanquam per contemptum, ac quod ignotum

52. Rectè respondet D. Chrysost homil 51 in Acta: D. Chrysost. *Festus* (sic loquitur) *merito de quodam Iesu dicit, utpote principatum gerens, eaque non curans, quæ erant ad salutem*: ignotum magnatum vitium, quod solum cogitant de pomposo eorum statu, ac de vanitate sæculi, de his vero, quæ ad eorum salutem spectant, nihil cogitant; tamquam post tergum mittunt, nec scire nomen, nec in ejus schola versari desiderant, totumque negotium animæ prohibitum erat; Festus ut præsens, ac principatum gerens de illis non cogitabat, sed in oblivionem habebat, *utpote* principatum gerens, eaque non curans.

Ea, quæ Dei sunt, non curat prætor.

53. Cum adduceretur meus Jesus ad Caïpham Pontificem, *Qui interrogavit Iesum de discipulis suis, & de doctrina ejus*, Ioan. 18. n. 18. Doctrina Christi valde publica, & notoria erat, unde Christus Iesus ait: *Ego in occulto nihil loquutus sum; interroga eos, qui audierunt*, Sic & discipuli Christi valde cogniti, & noti; unde frequenter Iudæi de illis faciebant quæstiones *Quare discipuli tui non lavant manus?* Matth 15. n. 21. *Quare discipuli tui*
Matth. 15 *non jejunant?* Matth. 9. n 14. Cum Christi discipuli colligerent spicas in Sabbato, accusant Phari-
Matth. 9. sæi dicentes Christo: Quare discipuli tui faciunt
Matth. 12 ea, quæ non licet facere in Sabbato? Matth. 12. n. 2. si tam noti, ac cogniti erant: Cur Pontifex de eis interrogat, ac si de eis nullam penitus haberet notitiam; sicut & de Christi doctrinâ: unde illi tanta
Salutaria Principes cõtemnũt. ignavia! erat Caïpha magnus Princeps, ut pote Summus Pontifex, Christi doctrinam tenere, ejus discipulos agnoscere, omnino ab animo exciderat. & nihil de spirituali emolumento cogitabat, sed totus erat ad captandos vanitatis ventos.

54. Scribit D Lucas de Herode cap. 23. n 8. *Erat cu-*
Luc. 23. *piens ex multo tempore videre Iesum; eo quod audierat de eo multa*: si tanto desiderio videndi Christum tenebatur; cur per Legatos non vocat eum ad se maximè, cum frequenter versaretur Christus in Galilæa? vel cur non quærit, vel advenit ad ipsum Divinum Magistrum? sicut modo venit in Ierusalem ad celebranda Paschalia festa, vel ut ad civitatem regiam ad plura sua negotia? in hoc Principum conditionem gerebat Herodes, qui totis mundialibus implicati, de cœlestibus nullo modo dedignantur agere. Huc advoco id, quod dicit D. Chrysost. homil. 49. in Matth. *Hujusmodi certè sunt, qui vivunt in principatu, quoniam facta rerum plurimarum sibi arrogant, parvi facientes cætera, & sero perdiscunt.*

Principes temporalia in magno, cætera parvi.

D. Chrysost.

QVÆSTIO IX.

Quare tã impudenter loquitur Festus de Iesu *Sanctissimo veluti de uno defuncto?*

FEstus diabolica malitia plenus loquitur de quodam Iesu defuncto, quia ipsum contemnebat, nolens eum scire, & audire, & ideo in grandem iram iucidit, & sibi mortem crudelissimam negotiavit, ut accidit eis, qui verba contemnunt audire. 55.

Ait Zacharias Propheta 5. n. 2. *Video volumen volans*: ex Græco: D. Chrysost. homil 15 & 19. ad populum, Theod D. Cyril & Græci ibi legunt, *falcem*, ac si dicat Propheta; *video falcem*, ut volans, & quæ est connexio inter librum, & falcem; explicat Propheta statim n. 3. *Hæc est maledictio*, qui enim volumen legis Dei nec legit, nec audit, habet pro maledictione falcem Divinæ iræ ad interitum. D. Gregor, lib. 15. Moralium cap. 8. ait: *Quia hæc sacra eloquia ad æternam damnationem sunt ijs, qui ea vel scire nolunt, vel sciendo contemnunt, rectè de libro illo dicitur, hæc est maledictio.* 56. Zach. 5. D. Chrysost. D. Cyril. Theod.

Graviter punitur, qui verba Dei non audit.

Hanc grandem pœnam minatur Moysi Sacerdoti, dum extremam partem auriculæ ejus, extremamque manum, & pollicem sanguine respergit, Levit. 8 n. 23 sumens Moyses *de sanguine ejus*, scilicet victimæ, *tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus dextræ.* Cur sanguis in auricula, & manu! manu opus, auriculâ signatur ascultatio. Oleast ibidem ait: *Ut intelligat Pontifex se sanguinis pœnas daturum, si divina mandata, aut non audiret, & opere non compleret.* 57. Levit. 8. Oleast.

Ignavia in audiẽdo dabit grandes pœnas.

Actor. 25. *n.* 23. Altera autem die cum venisset Agrippa cum multâ ambitione, & introisset in auditorium cum Tribunis, & viris principalibus Civitatis, jubente Festo adductus est Paulus.

Vers. 25. *Cum ambitione multa.* Syriac. *Cum multo apparatu.* Arabic. *Cum multo fastu.* Cum Rege Agrippa introierunt *in auditorium*, ubi partium causæ audiebantur, multis magnis viris astantibus, adducitur Paulus ex custodiâ. 58. Syriac. Arabic.

Vers. 24. *Et Festus* primus ait: Hic est ille, quòd cum ego essem Ierusalem, multitudo Iudæorum clamavit oportere hunc virum non vivere, ut multitudine clamoris obtinerent, quod meritis non poterant impetrare, 59.

Vers. 25. *Ego vero comperi*; quamvis Festus esset maximè inclinatus in gratiam, & favorem Iudæorum, tamen fatetur nil criminis in eo invenisse ac proinde, appellante Paulo, ad Augustum determinat mittere. 60.

Vers. 26.

Vers. 26. *Et quid certum scribam Domino*, scilicet Neroni Cæsari, certè sic appellebatur Imperator, cum sub suo Imperio obineret subjectam majorem partem orbis, tamen hunc titulum recusavit (Augustus Cæsar) & noluit ut appellaretur (Dominu) sut testatur Tertull. in Apolog. 34. & Dion lib 11 & hoc factum est Divina Providentia, quia tunc nascebatur Christus noster Salvator, Dominus dominorum, & Rex regum: Turcæ suum Imperatorem vocant; Magi, Dominum, & Persæ dicunt Sultanum, id est, Dominum.

Tertull. Dion.

CAPVT XXVI.

1. *AGrippa verò ad Paulum ait, permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere.*
2. *De omnibus, quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatum: apud te cum sim defensurus me hodie.*
3. *Maximè te sciente omnia, quæ apud Iudæos sunt consuetudines, & quæstiones.: propter quod obsecro patienter me audias.*
4. *Et quidem vitam meam à juventute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, noverunt omnes Iudæi*
5. *Præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secũdum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus,*
6. *Et nunc in spe, quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo: sto judicio subjectus.*
7. *In qua duodecim tribus nostra nocte, & die deservientes, sperant devenire. De qua spe accusor à Iudæis, rex.*
8. *Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?*
9. *Et ego quidem existimaveram, me adversus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere.*
10. *Quod & feci Ierosolymis, & multos Sanctorum ego in carceribus inclusi, à Principibus Sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiam.*
11. *Et per omnes Synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar usque ad exteras Civitates.*
12. *In quibus dum irem Damascum cum potestate, & permissu Principum Sacerdotum.*
13. *Die media in via, vidi, rex, de cœlo supra splendorem Solis circumfulsisse me lumen, & eos, qui mecum simul erant.*
14. *Omnesque nos cum decidissemus in terram, audivi vocem loquentem mihi Hebraïca lingua Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.*
15. *Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Iesus, quem tu persequeris.*
16. *Sed exurge, sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum, & testem eorum, quæ vidisti, & eorum, quibus apparebo tibi.*
17. *Eripiens te de populis, & gentibus, in quas nunc ego mitto te.*
18. *Aperire oculos eorum, ut convertantur à tenebris ad lucem, & de potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter Sanctos per fidem, quæ est in me.*
19. *Unde, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni.*
20. *Sed his, qui sunt Damasci primum, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudææ, & gentibus annuntiabam: ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum: digna pœnitentiæ opera facientes.*
21. *Hàc ex causa me Iudæi, cum essem in Templo, comprehensum tentabant volentes me interficere.*
22. *Auxilio autem adjutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans minori, atque majori, nihil extra dicens, quam ea, quæ Prophetæ loquuti sunt futura esse, & Moyses.*
23. *Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo, & gentibus.*
24. *Hæc loquente eo, & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multæ te litteræ ad insaniam convertunt.*
25. *Et Paulus, non insanio (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor.*
26. *Scit enim de his rex, ad quem & constanter loquor; latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gestum est.*
27. *Credis rex Agrippa Prophetis? Scio, quia credis.*
28. *Agrippa autem ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri.*
29. *Et Paulus: Opto apud Deum, in modico, & in magno: non tantum te sed etiam omnes, qui audiunt hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.*
30. *Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebant eis.*
31. *Et cum secessissent, loquebantur ad invicem, dicentes, Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste,*
32. *Agrippa autem Festo dixit, dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.*

ARGVMENTVM.

AGRIPPA rex, & Festus præses faciunt facultatem Paulo dicendi; ipse vero tam sublime, & alte, & cum multo fidei zelo, ac ardore dat retionem de totâ suâ vitâ, ac moribus, & rebus à se gestis, ut exclamet Festus eum per multam sapientiam insanire, & rex Agrippa inclinatur in religionem Christianam.

Actor.26.n.1. Agrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso: tunc Paulus extentâ manu cœpit rationem reddere.

Versiones,

PRIMA EXPOSITIO usque ad Vers. 6.

Vers.1. *Agrippa ad Paulum: Permittitur tibi.* Arabic. *Præcipimus tibi, ut propriam causam dicas.* Syriac. addit: *Deprompsit spiritum;* id est, valde generosè cum multâ fiduciâ loquutus est, *extenta manu,* non ad silentium captandum, ut vult Apuleus sed more concionatorum ad multam libertatem, & authoritatem indicandam.

1. Arabic. Syriac. Apuleus.

Vers. 2. *De omnibus, quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa;* dirigit sermonem ad ipsum, quia jam coram Festo dixerat suam causam; & ait: *Beatum me existimo,* id est, multæ meæ esse felicitatis, quod talem judicem obtineam; & hæc non adulando dicit Paulus, sed verè, & sincere dixit, quia ipse Agrippa erat vir bonæ indolis, & sedatæ mentis, prudens, & intelligens, ut de eo testatur Iosephus lib. Belli cap. 16. & D. Chrysost. homil. 33. in 1. Corinth.

2. Iosephus. D Chrysostom.

Vers. 3. *Maximè te sciente omnia,* præsertim, ac præcipuè cum agnoscam te scire omnia, quæ ad præsentem controversiam cum Iudæis, pertinent; nam ipse Agrippa erat Iudæus, ut jam dixi, ex Iosepho, & aliis, ideo, obsecto, *ut patienter me audias.* Syriac. *Vt attento animo me audias.*

3. Syriac.

Vers. 4. *Et quidem vitam meam à juventute,* id est, meos mores, ac actus: Syriac. *Conversationes meas à pueritiâ.* Arabic. *Meam quidem rationem,* scil. vitam.

4. Syriac. Arabic.

Vers. 5. *Præsentes me ab initio,* nempe à pueritiâ mea apertè sciunt me vixisse; *secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus.* Syriac. *Præstantissima disciplina Pharisæorum.* Arias: *Diligentissimam.* Cajet. *Exactissimam;* qui, ut refert Mariana, teste Talmud; apud Pharisæos septè extabant sectæ, quarum meliorem (ut ait Arias) amplexatus est Paulus: de secta Pharisæorũ dixi supra c. 23. vers. 6.

5. Syriac. Arias. Cajetan.

Vers. 6. *Et nunc in spe;* seu (ut habet Syriac.) *per spem,* quæ facta fuit patribus nostris; de Christo redemptore ego prædico; nam quod illis fuit factum in repromissione, ego jam factum, & adimpletum prædico, nam illi in spe, ego jam in præsentia, & facto ante oculos nostros vidimus.

Act. 23. 6.

QVÆSTIO I.

Quare D. Paulus tum tantâ rerum dispositione loquitur?

7. LOquitur D. Paulus multa mira rerum dispositione, ac fœcundâ eloquentiâ, ut animos ad se vehementer alliceret, & traheret; quid eloquentiâ fortius? unde sapienter Iudith orabat ad Dominum c. 9. n. 13. *Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percutiet eũ ex labiis charitatis meæ.* Ex quo expendo ad ipsum subjiciendum, & devincendum proponit pulchritudinem oculorum; at vero ad ipsum totaliter perdendum, ac perimendum, labiorum blanditiem, ac suavitas: fortior ad vincendum labiorum elegãtia, quam quæcũque faciei speciosa venustas.

Iudith. 9.

Ait David Ps. 17. n. 48. *Qui subdis populos sub me:* ex Hebræo habetur *Alloquens populos sub me.* Tam suave, ac dulce erat elegantia ejus eloquij, ut barbaras gentes sub se subjiceret, & quod ferro fieri non poterat, verborum dulcedine comparat.

8. Psal. 17. Hebræ.

Ad hoc pertinet, quod ait Isaias c. 5. n. 17. *Pascentur agni juxta ordinem suum;* ex Hebræo legitur: *juxta verbum,* id est, Hebræi, qui verbi valde potentissimi, juxta verborum suorum dispositum suaviter pascuntur, & vivunt agni cum lupis, leones cum mitibus aviculis; Clem. Alex. in exhortatione ad gentes videns mundum per Christi verbum mutatum, sic ait: *Meus cantor solus quidem ex iis, qui numquam fecerunt difficillimas feras, homines mansuetos fecit; volucres quidem eos, qui ex ipsis sunt leves; serpentes vero, eos, qui deceptores; leones, eos, qui sunt ad iram concitati; lupos, eos, qui rapaces sunt; lapides, & ligna sunt iniquitates: has omnes immanissimas feras, & tales lapides, ipse cœlestis cantus in mansuetos homines transformavit.* *Sanitas verborum feros reddit mansuetos.* Clem. Alex.

Ait Regius Vates de Christo D. Psal. 44. *Accingere gladio super femur tuum potentissime, specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna.* Verte vero modo oculos ad Apoc. 1. & videbis Christum D. *Et de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat;* propheta considerat gladium ad latus, ac super femur, ad suam elegantiam, & pulchritudinem: at vero *ut intendat,* seu ut legit Tertull. *extendat,* suum imperium per totum mundum, & regnet, gladius sit in ore, qui est formosissimus ejus sermo, cujus sonus exivit in omnem terram, quam ad se traxit, & subjecit gloriosè regnans, & triumphans. Tertull. lib. 3. contra Marcion. sic ait: *Lucuit ergo Christo creatoris ense sermonis præcingi, cui supradicta tempestivitas congruat, & gratia labiorum, qua tunc cingebatur super femur apud Davidem; hoc est enim, quod ait, extende, properare, & regna;* extendens sermonem tuum, *prosperaturus successum fidei.* 10. Psal. 44. Apoc. 1. *Verba ab ore pulchro efficacissima.* Tertull.

Actor. 26. n. 7. In quam duodecim tribus nostræ nocte & die deservientes sperant devenire, de qua spe accusor à Iudæis, rex.

Versiones,

SECVNDA EXPOSITIO usque ad Vers. 11.

Vers. 7. *IN quam,* scilicet spem; non solum Pharisæi; sed etiam *duodecim tribus,* id est, totus populus Israëliticus, qui ex duodecim tribubus constat, *nocte, & die deservientes sperant;* addit Syriac. *Precibus assiduis.* Arab. *Incessanter.* D. Chrysost. *instanter* sperant salutem consequuturos per Messiã. *De qua spe accusor à Iudæis* De qua spe licet ego, & Iudæi conveniamus, quod salus obtinetur per Messiam: in hoc tamen multum discrepamus; quod ego affirmo Messiam jam venisse, & esse Iesũ Christũ filiũ Dei quod Iudæi pestifere, & malignè negant, & ideo in præsenti textu prius nominatur nox, quam dies: qui talem spem habent in nocte, ac tenebris, ambulant, ut perfidi Iudæi 11. Syriac. Arabic. D. Chrysost.

Vers. 8. *Quid incredibile judicatur apud eos.* Dissolvit rationem, quare Iudæi nolunt credere in Christum, quia dicunt *incredibile,* seu impossibile judicatur Iesum à Iudæis occisum; aliosque mortuos suscitari à Deo, cum Deus sit omnipotens, si enim potuit homines & totũ mundũ ex nihilo creare, cur non poterit eos jam creatos, & per mortẽ solutos, iterum redintegrare, & ad vitam revocare, quod legimus factũ ab Elia, 3. Reg. 17. & ab Elis. 4 Reg. 4. 12. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4.

Vers. 9. *Et ego quidem existimaveram.* Græcus: *Mihi persuaseram.* Æthiop. *Mihi visum est bonum oppugnare,* contra Sanctissimum nomen Iesu. 13. Græcus. Æthiop.

Vers. 10. *Quod feci Ierosolymis,* persequens multos Sanctos Christianos, ac proinde non solũ fuit ipse in persecutione Stephani, sed etiam aliorum Sanctorum: *detuli sententiam* damnationis ad mor- 14.

tem Christianorum latam à Iudicibus ad officiales, ut gravissimis tormentis Christianos afficerent.

15. Syriac. Arias. Vers. 11. *Per omnes Synagogas frequenter puniens eos.* Syriac. *Sæviebam in eos.* Arias: *Immoderate insaniens in eos,* & addit, quod gravius est, *compellebam blasphemare* Iesum esse verum Messiam, ac Salvatorem mund.

QVÆSTIO II.

Quare D. Paulus refert suam persecutionem quam faciebat contra Christi Ecclesiam.

16. LAtè hic refert D. Paulus suam crudelem, & sævã persecutionẽ in Christianos, quomodo eos trahebat ad carceres, ad mortem, ad dira, & crudelia tormenta, ad quod etiam recipiebat mandata à superioribus ad inferiores, ut etiam compelleret Christianos blasphemare n 11. quod non solũ hic 1. Cor. 15. repetit, sed frequenter in suis epist. 1. ad Cor 15. n. 9 *Non sum dignus vocari Apostolus, qui persecutus sum Ecclesiam Dei.* Ad Galat. 1. 14. *Proficiebam in Iudaismo super omnes coætaneos meos in genere meo;* & sic frequenter in multis alijs.

17. D. Chrysost. *Exiterato dolore multiplicatur gratia.* Ad quod præclarè respondet D. Chrysost. homil. in 1. Cor *Aculeis peccatorum pungebatur, & de gratiarum fulmine multum bibebat;* ipsa repetitio peccatorum ad multum doloris, ac compunctionis intervenit, & inde multũ germinat gratiarũ fructus.

18. Psal. 50. Maximè notandum, quod David in illo Psal 10. *Miserere mei Deus,* multoties repetit suũ peccatũ, semel lacrymans: *Dele iniquitatem meam:* & statim *Amplius lava me ab iniquitate mea;* & iterum, *à peccato meo munda me,* & quarto: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco:* & quinto, *& peccatũ meum contra me est semper:* sexto *Tibi soli peccavi:* septimo, *Et malum coram te fecit* octavo, *Averte faciem tuam à peccatis meis:* nono, *Et omnes iniquitates meas dele:* & totus Psalmus tẽdit ad repetitionem sui peccati de adulterio cum Bersabeth; cum jam ejus peccatum, testãte Propheta, esset à Domino remissum, ac indultũ, sic ei dixit Nathã: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* 2. Reg. 12. n 13 si jam peccatũ est cõdonatum, ad quid gemẽs, & lacrymãs illud toties voce multiplicat? Anima Prophetæ erat valde sitiẽs Divinæ gratiæ, & nõ tãtũ satiabatur uno gratiæ gradu, sed multiplicé exoptabat, ut multiplicato dolore multiplicaretur & gratia. D. Ambros. Apolog. 1. de Davide c 8 sic ait: *Delicta sæpe repetẽdo, merito magnã misericordiam poscit, nec solum magnam misericordiam, sed multitudinem miserationum. Quod ergo peccatum talis non diluet deploratio.*

Repetitio peccati ad maiorem gratiam 2. Reg. 12. D. Amb.

19. D. Ambr. Ex quo merito admonet D. Ambros. loco citato: *Ille pro uno peccato miserationis multitudinẽ deprecatur: nos pro pluribus peccatis vix semel ejus misericordiã credimus obsecrandã.* Ille vero, ut maiori misericordia impleretur dicebat: *amplius lava me.*

20. Psal. 66. *David. exoptat omnium gratiam augeri.* Eodẽ spiritu idem Regius Vates. Ps. 66. n. 4 ait: *Confiteantur tibi populi Deus, cõfitẽatur tibi populi omnes:* & idem habet n. 6. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur:* quater repetit *Cõfiteantur,* idem antidotũ commendans ad mentẽ pie sanandam, & ad gratiam multiplicãdam, ut, sicut ipse iterato confessionis dolore adaugebat, sic & populus iterum dolore augeretur. Aliter sic exponit.

21. Hugo. Card Hugo, & ait: *Notandum: quod in hoc Psalmo quater ponitur (Confiteantur) in quo frequentia confessionis commendatur, frequentanda tamen est, quia frequenter cadit homo:* quod ex arte medicinæ firmat Tertull. lib. 1. de Pœnit c. 7. & ait: *Iterata valetudinis iteranda medicina est.* Optimum sane esse, non recidere hominem in peccati morbum, at si infirmetur, iterum medicina applicanda. Iterum Tertull. supradictus ait; *Pigeat sane peccare rursus; sed rursus pœnitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari,* & salutis remedium quærere.

Tertull.

QVÆSTIO III.

Quare D. Paulus tam latè proponit suam mutationem ex persecutore in defensionem Christianam?

EXplicat Paulus in præsenti, quomodo ipse persequebatur Ecclesiam Dei, & Christianos deducens eos in carceres ad tormenta, & mortem, & quomodo mutatus est, & factus eorũ Doctor, prædicator, ac defensor, ut Iudæi, & aflictẽtes, qui persequuntur Christianos, jam non persequantur, sed fiant eorum defensores, & fautores, ejus exemplo commoti. 22.

23. *Vita bona cunctis est lucerna.* Ait Christus D. suis discipulis *Lucernæ ardentes in manibus vestris,* Luc. 12. n. 35. quos constituebat Principes orbis terrarũ, ad quid lucernæ in manibus? quia Principes orbis terrarum; suo vivendi modo operibus, & actionibus, tamquam accensis lucernis, suo nempe exemplo dabant cunctis illuminare, ac ducere in vitam æternam opportunè. D. Chrysolog. serm. 22. ait: *Opus bonum, dum factum in uno lucet, u ctis illustrat exemplo.* D. Chrysol.

24. *Elia vita erat dies, & sol illuminans ad salutem.* Ait D Luc. 4. n. 25. *Multæ viduæ erant in Israel in diebus Eliæ;* & cur illi dies peculiariter dicuntur Eliæ? optimè explicat D Ambr. ibi: *In diebus Eliæ,* ait, *non quia Eliæ dies fuerunt, sed in quibus Elias operatus, aut quia dies favebat illis, qui in ejus operibus lucem videbant gratiæ spiritualis, & convertebantur ad Dñm.* Elias merito Sol interpretatur, quia fulgentissimis radijs suarum virtutum ac operationum dies clarissimos, ac lucidissimos afficiebat, ut omnes suo exemplo ducerentur ad salutem, & cõverterentur ad Dominum: *In ejus operibus lucem videbant gratiæ spiritualis, & convertebantur ad Dñm.*

25. Iosue 3. Egressi Israëlitæ de Ægypto, cum devenissent ad Iordanem, impediebantur transire tunc, ut refertur Iosue 3. n. 8. Ingressisque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, steterunt aquæ descendentes in loco uno, ad instar mõtis intumescẽtes: & unde aquæ fluminis, quæ rapidissimo impetu ferũtur in unũ coalescunt, ut iter siccum, & solidum darent Israëliticis, ut mare præberet locum populo Israëlitico, necesse fuit, *ut flante vehementi, & urgenti vertit in siccum,* Exod 14. n. 21. & nihil tale factum est in Iordane, & tamen ipse sui facit divisionem, ut populus incedere valeat ad alteram partem: Optimè rem moralizat Nazian Mare parens, caput omnium fluviorum, ac princeps: cum ergo illud factum fuisset à mari; fecerunt & flumina, suum caput, ac principem imitantes, ac sequentes. D. Greg. Nazianz. orat. 12. ait: *Fluvij etiam cognatum mare imitantes cedebant Israëlitis.* D. Naz.

Avide arripitur id. quod in maribus cernitur. Exod. 14.

A Vers. 12. usque ad 23 narrat. & quomodo cũ iret Damascum vocatus est à Christo, & quomodo ejus sanctissimum nomen prædicavit, quod est explicatum supra ad cap. 9.

Actor. 26. *n.* 24. Hæc loquente eo, & rationẽ reddente Festus magnâ voce dixit: Insanis Paule, multæ te litteræ ad insaniam convertunt.

Versiones

Versiones,

TERTIA EXPOSITIO
usque ad Vers. 27.

Vers. 24. Loquente eo. Arabic. *Cum se defendisset his sermonibus.* Præ furore, ac irâ clamabat Festus, præses: *Insanis Paule,* dum talia, & similia passionis, mortuis, & resurrectionis Filij Dei proponis, quæ nobis videntur deliramenta; *multæ litteræ te ad insaniam convertunt,* Arabic. *Multæ te Scripturæ.* Æthiop. *Diverterunt te.* De his quæst seq.

26. Arabic.

Arabic. Æthiop.

Vers. 35. *Et Paulus: Non insanio:* Non dico insania, nec deliramenta, & quæ ad rē non pertinent: *Optime Feste,* Syriac. *Victoriosè Feste.* Arabic. *O potentissime Feste.* Deinde nota, ut jam adverti tom. 6. in Evang. ad c. 8. Ioan q 1. n. 4 Festus vocat Paulum *insanum,* ipse verò eum appellat, *optimum, victoriosum, potentissimum,* quia ut ait Iacobus in sua Canonica c. 3. n. 17. *Quæ enim desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica;* pudica, ac pacifica est in dicendo, ac respondendo, solum suam causam tuētur, nihil molestum, aut injuriosum proferens alicui.

27. Syriac. Arabic. Pacifica responsio ad contumeliā.

28. Æthiop. *Sed veritatis, & sobrietatis verba loquor.* Æthiop. *Vera, & recta loquor:* non sunt deliramenta, neque somnia, quæ dico, sed verissima, *& sobrietatis:* mente sanâ, & integrâ, non commotâ, & perturbatâ vino, vel aliquâ passione

Vers. 26 & 27. Scit Rex Agrippa omnia, quæ ego dico de morte, & passione Christi, quia hæc non in occulto, sed publico facta sunt; & si tu ô Agrippa, utpote Iudæus credis Prophetis; credis & Christo, quia de ipso apertissimè loquuti sunt Prophetæ, & omnia, quæ ipsi prædixerunt de Christo, sunt in ipso adimpleta: unde Christus D. dixit ad Iudæos: Si crederetis Moysi, & crederetis forsitan mihi, de me enim ille scripsit, Ioan. 5. n. 46. ac discipulis euntibus in Emaüs, & dubitantibus dixit illis Christus: *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophetæ,* Luc 24 n. 21.

29. Ioan. 5. Luc. 24.

QVÆSTIO IV.
Quare Festus vocat Paulum insanum.

Cvm Festus audisset loquentem Paulum, insanum dicent altâ voce præ furore, & ira, ut notat D. Chrysost. *Insanis Paule.* Festus usque modo animo propenso erat in Paulum, ideo noluit eum in Ierusalem dijudicari cum Iudæis ejus crudelibus inimicis, & modo cum Rege Agrippa de eo vult tractare; cur ergo tam cito mutatur, ut dicat eum insanum, & fatuum? Locutus est Paulus vera, & ideo statim cum mundanis rescinditur amicitia. Tamen veniamus ad rationes magis particulares.

30. D. Chrysost.

Primo: Perantiqua consuetudo mundalium, ac temporaliū hominum hujus sæculi est, ut sublimia & alta mysteria, quæ Sancti dicunt, ac prædicant, cum ipsi mundani non intelligant, ac capiant, stultitiam vocari; sic ait Paulus 1. Cor. 2. n. 14. *Animalis, & carnalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritualia Dei, stultitia enim est illi;* & sic ait ipse eadem epist. 1. c. 1. n. 13. *Non autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentilibus autē stultitiam:* imo cum Christus D. sublima, & alta mysteria doceret: *dicebant multi ex ipsis, dæmonium habet, & insanit,* Ioan 10. n 10. & cum unus ex filijs Prophetarū ascenderet ad ungendum Iesum, astantes ei dixerunt, 4 Reg 9. n 11. *Quid venit insanus iste ad te;* sic enim vocabantur Prophetæ communiter, ut ibi notat Abulens. quod etiam ipsi iniqui fatentur: *Nos autem vitam illorum æstimabamus insaniam,* cap. 5.

31. *Quæ sublimia homo nō intelligit, stultitiam judicat.* 1. Cor. 1. 1. Cor. 3. Ioan. 10. 4. Reg. 9. Abulens.

Secundo: ait D. Chrisost. *Festus furore, ac indignatione plenus loquitur:* nam ipse Gentilis, & idolatra cum videret cultum, & adorationē suorum deorum destructam, & novam Christi religionem sapientissime confirmatā, & exaltatam, & quod ipse non habebat aliquid; quod respōdere posset, ac diceret, tunc contumeliam irrogat, & Doctorem gētium insanum vocat, quod dicit Theodoricus lib. 1. epist. 27 *Ad injurias tunc prosiliunt, cum se superatos turpiter erubescunt:* Dicitur Eccl. 1. n. 18. *Quod in multa sapientia, multa sit indignatio.* Superbus Philosophus multū præsumens, cum se superatum videt, & non habet quid dicat, indignatione fervet, ita Iudæi rationibus convicti à Christo, probris rem determinare conantur: *Benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes,* Ioan 8. n. 47. Rup. lib. 9. in Ioan. ait: *Igitur, quia causa ceciderunt; & ratione superati sunt, furiosè ad convitia prorumpunt.*

32. D. Chrysost. Theod. Eccles. 1. *Convicti ad convitia prorumpunt.* Ioan. 8. Rupert.

Tertio Oecum: ait: *Quoniam ad Regem* (Agrippam) *semper verba dirigebat, commotus est aliquantum Festus, & libertatem intuitus ex animi perturbatione, & ira (Insanis) inquit,* Indignatur Festus contra Paulum, cum aliàs animo benevolo esset in eum (ut jam dixi) quia Paulus totum suum sermonem ordinabat ad Agrippam, quod optimâ ratione faciebat Apostolus: tum quia suam causā jam proposuerat coram Festo; tum quia denuo jussus est coram Agrippa proponere: ex tam levi occasione, quod cum ipse non loqueretur, tam furibundus Festus insurgit, ut eum alta voce insanum dicat.

33. *Ex levi occasione irasci tur.*

Scribit D Luc. 23. n. 8 *Quod Herodes viso* Jesu *gavisus est valde, erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo;* & cum loqueretur ipse cum Christo, & Dominus ex altissimis, & supremis rationibus, ei non responderet, sprevit eum *Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba tamquam insanum, & fatuum dimisit eum.* Herodes multa audierat de magnis, & mirabilibus operibus Christi, de supremâ, & altâ ejus sapientiâ, & quia coram eo tacet, & non respondet eum fatuum, & insanum veste albâ publicat, & demonstrat: Sic sæpè contingit, ut ea, quæ ex multis, & magnis rationibus, & largâ temporum experientiâ, sublimia, ac excelsa reputamus, ex levi occasiunculâ contemnamus, ac tamquam despectabilia, & nihilum reputemus.

34. Luc. 23. *Homo levis ex levi occasione mutatur.* Lyran. Hugo.

Homo magnanimus, & prudens in omni eventu, sive in magnis, sive parvis idem constans, & firmus perseverat De Christo loquens Isai. 53. n. 7. *Sicut ovis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Valde dispar eventus ponitur in ove, & agno: ovis ad valde rigidum, & asperum, ad macellum nempe, & ad lanienam in frusta dividitur; agnus vero ad suave & leve, ut tondatur, licet agrestis tonsor tondendo pungat, quod erit ingratum agno; sive cum, ut ovis ducitur ad occisionem, & mortē crucis, ac durissima tormenta; sive ut tamquam agnus coram tondente, dum multis verbis injuriosis inficitur; Glossa Interl. *Non repugnat, cum cæderetur à militibus obmutuit* æqualem animum pacatum ac quietum ostendens, sive dum, ut ovis ducitur ad Crucis occisionem, sive tamquam agnus coram tondente patitur irrisiones Interlinealis *non repugnat, cum cæderetur à militibus obmutuit:* in utroque casu eadem est societas, ac tranquillitas animi, sive ut ovis, sive ut agnus.

35. Isai. 53. *In omni casu eadem animi tranquillitas.*

Act. 26. n. 28. Agrippa ad Paulum in modico suades me Christianum fieri.

Versiones.

QVARTA EXPOSITIO usque ad Vers. 32.

36. Syriac. Vers.28. *IN modico suades me.* Syriacus: *Minimo negotio persuades mihi:* tamquam si dicat Agrippa: Paule tuis rationibus vehementer me urges,& parum distat,ut mihi persuadeas fieri Christianum.

37. Arabic. Vers 29.*Paulus: Opto apud Deum:* Arabicus legit, & explicat: *Precor Deum*: omni affectu exoro Deum; *in modico & magno*, id est, juxta radicem Græcam, per omnem modum ut id, quod tibi, & aliis est quasi persuasum, omnino persuadeatur, & omne perficiatur, *fieri tales, qualis & ego sum.* Syriacus: *Evasissent mei similes* in constantiâ, ac fervore fidei; *exceptis vinculis his:* Æthiopicus: sine vinculis meis;nam vincula,ac labores sibi soli volebat.

Syriac. Æthiop.

38. Vers.30 & 31.Exurrexit rex Agrippa, & Festus præses,& Bernice,& cum seceſſiſſent tamquam ad partem,in deserto dixerunt ad invicem,nil culpæ, aut criminis esse in homine illo.

39. Vers. 32.*Dimitti poterat,si non appellaſset Cæsarem;* sed stante appellatione bene poterat dimitti, quia Paulus appellavit coactus ad evitandum suorum inimicorum judicia:deindePaulus per appellationem intendebat suam libertatem,ac dimissionem: ergo si hæc daretur tota appellatio cessabat; sed præses, & Agrippa Iudæus maximè intendebant favere;& ne eos offenderent colorem appellationis proponunt.

QVÆSTIO V.

Vtrùm Agrippa occultè fuerit Christianus?

40. Oecum. Arias. *Quomodo Paulus loquitur cum Agrippa.* SVperioti Vers. 27. dixit Paulus regi Agrippæ: *Credis Prophetis*; quæ verba vel fuerunt dicta per interrogationem, ut volunt Oecumen Ganeus, Arias: vel sunt dicta per admirationem, ut exponunt Clarus Vatabl.Caiet. tamquam si dicat, *Credis Prophetis*, ut ego scio, quod credis, & de his, quæ ego dico, dubitas.

41. D.Cyril. D.Chrysost. Carthus. Hugo. Cui Agrippa respondet; *In modico suades me Christianum fieri*,id est,parum deest, modicum distat,ut mihi persuadeas fieri Christianum. Sic ait D.Cyril Ierosol.Catech. 7. *Parum abest, quin me feceris Christianum.* Similiter D.Chrysost. homil.16. ad popul. Carthus. Hugo, Caietan. & alij.

42. Ganæus. Salm. *Agrippa non erat Christianus.* Ex quo Ganeus,Salmeron existimant Agrippam fuisse Christianũ,tamen hoc non stat,quia Paulus dixit: *Opto apud Deum & in modico, & in magno, non tantum te, sed & omnes*: ergo ille adhuc non erat.Deinde cum Festus diceret,quod in Paulo nihil morte,*aut vinculis dignum est*, ut in eis retentus, ac proinde quod dimittendus erat, restitit Agrippa, quod illud fieri non poterat suppositâ appellatione,quæ nihil obstabat,ut dixi in Expositione ultimi Vers. 32.

QVÆSTIO VI.

Quare D Paulus optabat,ut omnes essent,sicut ipse.

43. IN illo supremo charitatis apice volebat Paulus non esse solus,sed volebat secum habere socios. D. Augustin. tractat. 8. in epistol. Ioan. ait: *Audivi Apostolum dicẽtem de visceribus charitatis vellem omnes homines esse, sicut me ipsum. Quomodo volebat omnes esse æquales, ideo erat omnibus superior, quia charitate optabat omnes æquales.* Inde maximè exaltatur charitas Pauli, quia vehementer exoptabat,ut omnes pietate, justitia, ac unitate essent pares. *Vera virtus omnes unit pares.*

In primo rerum molimine dixit Deus: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum*, Gen.1.n 11 Ad quid exprimitur *juxta genus suum*: nam manifestum est, quod ligna ex suâ naturali virtute urgebantur ad germinandos fructus sui generis,& non alterius: cur ego dicitur *juxta genus suum*:si virtus arboris est vigorosa,& perfecta producit fructum valde pulchrum,& perfectum;quin aliter,valde debilem, & mascilentum. In illa prima rerum dispositione Summus artifex in cunctis quod à suis creaturis exigebat, erat, quod in eis ostenderetur virtus perfecta,& consummata,quando producerent fructum sibi similem in omni virtute, ad imitationem supremi divini Parentis generat filium sibi similem: pulchrè D Augustl. q. 9. ex utroque ait: *Qui habui ergo filium totis similitudinis partibus congruentem; hoc est, unus unicum, probus probum,bonus benignum, beatus beatum, maximus maximum, sempiternus æternum, habui utiq; ante mundum creatæ sobolis principatum, de quo rebus oriundis impertiebat exemplum, ut gignentium germina suis respondere seminibus cogerentur.* Hæc fuit ordinatio divini Creatoris, ut unaquæque creatura ad sui simile producendum ordinaretur, ad exemplum æterni Parentis. 44. Gen.1. *Verus virtutis amator sibi similes intendit producere.* D.Aug.

Divina Sponsa,seu Ecclesia decantat Cant.4.n 4. *Dentes tui,sicut greges tonsarum,quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus*; ecce perfectorum militum fœcundissimi greges, ut omnes fœtus dicantur gemelli;nullus dicitur unicus,ac primogenitus, nullus solus ascẽdit,sed omnes sunt gemelli omnes pares, ac associati veniunt, tamquam inde maximè speciosi, ac illustrissimi apparent Gillib. Abbas serm.17.in Cant ait: *Ideo dicuntur gemelli, & quia fides nullis gradibus separat,quos æque regenerat:alioquin qui nesciunt esse gemelli,effecti sũt nulli, locum occupantes primum,jam nec habent novissimũ,* Optimo jure à classe virtutis,qui in ea volunt esse primi,excluduntur, cũ illa suâ intrinsecâ ratione, ac charitate omnes vult habere pares,ac gemellos. 45. Cant. 4. *In re virtuti pares habendi. quia rendi.* Gillib.

QVÆSTIO VII.

Quare D. Paulus vult secum omnes habere in eadem disciplina excipiendo tamen vincula sua.

AIt Apostolus in præsenti Agrippæ: *Opto apud Deum;& in modico,& in magno,non tantum te, sed etiam omne, qui audiunt me, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.* Optabat Apostolus,ut omnes essent secum in eâdem disciplina fide, & charitate,non tamen in eisdem vinculis:Cum vincula pro Deo sint valde pretiosa,& multæ,& magnæ æstimationis,cur etiam illis non optat communicari? & si vincula pro Deo sint multum pretiosa,non tamen omnibus,sed tantum fortioribus,qui habent vim,robur, & valorem ad eorum rigorem sustentandum; nam debiles,& incipientes facile deficient,& succumbent. D.Chrysost.homil.52 ait; *Vide gloriatur vinculis, qui profert illa, sicut catenam auream, ijs ea non deprecatur, & ne mireris: infirmiores adhuc erant, attemperabat illis sermonem* Sapientissimus Magister se accomodabat discipulorum viribus. 46. *Magna non nisi fortibus committenda.* D.Chrysost.

Clamat

47. Clamat David ad Dominum Psalm.25. num. 1. *Proba me Domine, & tenta me, ore renes meos, & cor meum.* Profunde sapientiam exorantis considera, ante emissam tentationem, exorat ad Deum; *Proba me*; examina, & perpende vires meas, fortitudinem meam, D.Gregor.Magn.in Iob lib.2.c.7. ait: *Prius vires inspice, & tunc, ut ferre valeam, tentari permitte.* Vnde Deus suâ infinitâ sapientiâ semper permittit tentationem proportionatam Viribus nostris, ut ait ipse Paulus 1.Corinth.10.n.13. *Fidelis Deus est, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis.*

Psal. 25. *Tentatio secundù vires.*

D.Greg.

48. Secundo idem Chrysost.homil.16.ait: *Propterea dicit absque vinculis his*, non ipsa vincula recusans, absit, sed illius condescendens infirmitati, *quoniam ipse sic illa diligebat, ut ambitiosa mulier monilia sua*: dicit absque vinculis condescendens illorum infirmitati (ut modo dixi) tum quia ipsa vincula, cum valde in se ipsis dura, ideò ad eorum rigorem, & asperitatem, ut valde ardua sibi reservabat, ut pretiosum, ac magnificum sui ornatum, quo sponsa in die desponsationis suæ splendescit, sic & vincula Pauli, nihil illi erat pretiosius, quam pati pro Christo Sic ait D.Martyr Ignatius epist.7. ad Tarcens. *Non horret nunc vincula, sed potius ut rem charissimam sibi reservavit.*

D.Chrysost.

Vincula pro Christo valde gloriosa.

49. Accipe non vulgarem expositionem, accessit ad Christum mater filiorum Zebedæi petens pro filijs priora loca, *ut unus sedeat ad dexteram, & alter ad sinistram in regno tuo*, Christus ad liberos conversus ait: *Nescitis, quid petatis postis bibere calicem, quẽ ego bibiturus sum? Dicunt ei: possumus*, Math 20. n.22. Vos pro magnâ vestrâ exaltatione petitis dexteram, & sinistram; *nescitis, quid petatis*: & qui sint primi accubitus in regno Dei; non sunt hæc prima sedilia, & aliud his sublimius, & excelsius, nempe pati pro Christo, & de calice Passionis ejus participare, quo bibito omnibus superiores, ac sublimiores evadetis, ejus enim haustus super omnia extollit. D.Chrysost homil.8. in epist.ad Ephesios ait: *Si quis Christum diligit, hanc intelligit virtutem, agnoscit, quantum sit illud, quod humano generi largitus est Deus nimirum largiri pro eo. Illud forsan illustrius etiam est, quam sedere ad dexteram ipsius, honestius, quam sedere super duodecim thronos*, Et post pauca subdit: *Non ita beata prædico vincula, quod in cœlum destinant ligatum, sed quod pro cœli Domino, & inde illustriora, quam quod cœlorum non participes faciant.*

Math.20

Gloriosius pati pro Christo, quã sedere in throno cœlesti.

D.Chrysost.

50. Quærit Tertull. cum Iob in suâ felicitate fuerint omnia duplicata, quæ in persecutionis æruma, jacturaque subierat, quare pariter filii non sunt geminati; nam septem in sævâ Damanis tempestate amisit, septem postea acquisivit; cur ergo filii non multiplicantur ad maiorem consolationem, ac recreationem Iob, cum illi primi essent optimi filii, & multâ charitatis unione inter se vivebant facientes mutuo convivia, ac proinde magno illorum desiderio tenebatur Iob; cur ergo hi pro magna illius felicitate nõ reviviscũt Pro magna illius felicitate non duplicantur, nec reviviscunt; à sua tempestate exurgit Iob valde sublimis, & gloriosus, & ad tantam sublimitatem spectabat, ut haberet exercitium patientiæ ex dolore, ac desiderio suorum priorum filiorum, quia nulla maior sublimitas, quã in multâ patiẽtiâ sustinere adversitates. Tertull. lib de Patient.c.14 ait: Et si filios quoque restitui voluisset pater iterum vocaretur, sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudii, securus sic de Domino distulit, sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliquâ patientia viveret.

Tertull.

Penitentia in laboribus maximè super omnia exaltat.

Tertull.

CAPVT XXVII.

1. *VT autem judicatum est navigare eum in Italiam, & tradit Paulum cum reliquis custodiis Centurioni nomine Iulio cohortis Augustæ.*
2. *Ascendentes navem Adrumetinam, incipientes navigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.*
3. *Sequenti autem die devenimus Sidonem. Humane autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & sui curam agere.*
4. *Et inde cum sustulissemus, subnavigavimus Cyprum: propterea quod essent venti contrarij.*
5. *Et Pelagus Ciliciæ, & Pamphiliæ navigantes, venimus Lystram, quæ est Liciæ.*
6. *Et ibi inveniens Centurio navem Alexandrinã navigantem in Italiã, transposuit nos in eam.*
7. *Et cum multis diebus tarde navigaremus, & vix devenissemus contra Gnidum prohibente nos vento, adnavigamus Cretæ juxta Salmonem.*
8. *Et vix juxtà navigantes, venimus in locum quendam, qui vocatur Boni Portus, cui juxtà erat civitas Thalassa.*
9. *Multo autem tempore peracto, & cum jam non esset tuta navigatio, eo quod jejunium jam præteriisset, consolabatur eos Paulus*
10. *Dicens eis, Viri, video quoniam cum injuria & multo damno non solum oneris, & navis, sed etiam animarũ nostrarũ incipit esse navigatio.*
11. *Centurio autem gubernatori, & nauclero magis credebat: quam his, quæ à Paulo dicebantur,*
12. *Et cum aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium navigare inde, si quomodo possent devenientes phœnicem, hiemare, portum Cretæ respicientem ad Africam, & ad Corum.*
13. *Aspirante autem Austro, æstimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam,*
14. *Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.*
15. *Cumque arrepta esset navis, & non posset conarî in ventum, data nave flatibus ferebamur:*
16. *In insulam autem quandã decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere Scapham.*
17. *Quâ sublata adjutorijs utebantur, accingentes navem, timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur.*
18. *Validè autem nobis tempestate jactatis, sequenti die jactum fecerunt.*
19. *Et tertia die suis manibus armamenta navis projecerunt.*
20. *Neque autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, jam sublata erat spes omnis salutis nostræ.*
21. *Et cum multa jejunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô Viri, audito me, non tollere à Cretâ, lucrique facere injuriam hanc, & jacturam.*
22. *Et nunc suadeo vobis bono animo esse, amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquã navis.*
23. *Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui deservio.*
24. *Dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.*
25. *Propter quod bono animo estote Viri: Credo enim Deo, quia sic erit, quomadmodum dictum est mihi.*

26. *In insulam autem quandam oportet nos devenire.*
27. *Sed postquam quarta decima nox supervenit, navigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.*
28. *Qui & summittentes bolidem invenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, invenerunt passus quindecim.*
29. *Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes ancoras quatuor, optabant diem fieri.*
30. *Nautis vero quærentibus fugere de navi, cum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere.*
31. *Dixit Paulus Centurioni, & militibus: Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis.*
32. *Tunc absciderunt milites funes scaphæ; & passi sunt eam excidere.*
33. *Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens, Quartâ decimâ die hodie expectantes jejuni permanetis, nihil accipientes.*
34. *Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestrâ; quia nullius vestrum capillus de capite peribit.*
35. *Et cum hæc dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium; & cum fregisset, cœpit manducare.*
36. *Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum.*
37. *Eramus vero universæ animæ in navi ducentæ septuaginta sex.*
38. *Et satiati cibo alleviabant navem, jactantes triticum in mare.*
39. *Cum autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum vero quendam considerabant habentem litus, in quem cogitabant, si possent ejicere navem.*
40. *Et cum anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes junctiras gubernaculorum: & levato artemone secundum auræ flatum, tendebant ad litus.*
41. *Et cum incidissemus ad locum dithalassum, impegerunt navem: & prora quidem fixa manebat immobilis: puppis vero solvebatur à vi maris.*
42. *Militum autem consilium fuit, ut custodias occiderent: ne quis cum enatasset, effugeret.*
43. *Centurio autem volens servare Paulum, prohibuit fieri: jussitque eos, qui possent natare: immittere se primos, & evadere, & ad terram exire*
44. *Et cæteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea, qua de navi erant. Et sic factum est, ut omnes animæ evaderent ad terram.*

ARGVMENTVM.

PAulus deducendus Romam cum alijs vinctis Centurioni traditur, Cretam appulit, imminentem tempestatem, aut naufragium sed ab eo omnes esse liberandos prædixit, ut sibi erat revelatum

Actor. 27. n. 1. Vt autem judicatum est navigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum alijs custodijs Centurioni Iulio cohortis Augustæ.

Versiones,

PRIMA EXPOSITIO

Vsque ad Vers. 8.

1. Vers. 1. *VT autem judicatum est* à præside Festo, ut Paulus mitteretur Romam, ad quem appellaverat, tradidit Paulum *cum alijs custodijs*, hic non sumitur pro custodibus, sed metonymicè pro custoditis, seu incarceratis, & syriac. sic legit Syriacus: *Tradiderunt Paulum, & quosdam alios vinctos*, qui mittebantur Romam cum Paulo, vel quia ad Romam appellarunt, vel ob magna eorum crimina: *Cohortis Augustæ*; cohortes habebant sua peculiaria nomina, per quæ agnoscebantur, & distinguebantur, sic & Cornelius dicitur Cohortis Italicæ cap. 10.

Act. 10. Vers. 2 *Ascendentes navem Adrumetinam.* Syriac *Ex Adramanto civitate*, & idem habet Glossa; 2. quæ est urbs in Africa, ut testantur D. Hieronymus Syriac. de locis, Plinius lib. 6 cap. 34. & fortè ad eandem Glossa. Civitatem redibat. & valde probabile est, ut exisD. Hier. timat Cornelius ex Ioppe exibat, quæ prope est Cæ- Plinius. saream, ubi Paulus tenebatur vinctus Cornel.

3. *Sustulimus:* Pagni. *Solvimus* anchoras, & addit Pagnin. ipse Pagnius; *& vela fecimus, perseverante nobis-* D. Chry- *cum Aristarcho Macedone*, de quo supra facta est sost. mentio cap. 20. n 4 addit Chrysost. quod ibant, ut narrant omnia acta Pauli.

Vers. 3. *Sequenti autem die devenimus Sidonem*, quæ est urbs in Phenicia distans à Tyro stadijs ducentis; *Centurio Iulius* dedit facultatem paulo, ut iret ad suos amicos, & reficeretur de tot, & tantis laboribus. 4.

Vers. 4. Deinde sustulimus anchoras, *subnavigavimus Cyprum.* D. Chrysost. Pagn. Tygurina: *juxta Cyprum*, videtur, quod non sunt ingressi Cyprum. 5. D. Chrysost. Pagnin. Tigurin.

Vers. 5. Et Pelagus Ciliciæ, illius nempe mare navigavimus, venimus Lystram. Græca exemplaria, Syrus, D. Chrysost. Isidor. Hugo, Vatabl. legunt, Miran, quæ est in Lycia, cum Listra patria Timothi. 6. Græcus. Syrus. D. Chrysost.

Vers. 6. Et ibi inveniens Centurio navem Alexandrinam euntem in Italiam, transposuit nos in eam, Syriacus; transtulit nos. 7. D. Isid. Hugo. Vatabl. Syriac.

Vers. 7. *Devenissemus contra Gnidum:* Gnidus promontoriũ est Asiæ objectum Cretæ *Salmonem*, test.... lib 2. est Orientale promontorium Cretæ. 8.

Vers. 8. *Vocatur boni Portus*, quam alij appellant bonum litus, & dicunt esse Cretensium civitatem. 9.

QVÆSTIO I.

Quare Paulus mittitur Romam?

RAtio in promptu, quia ipse appellavit ad Cæsarem, extitit tamen alta divina dispositio, ad salutem multorum, & ad majorem gloriam Pauli, ut id, quod ejus inimici ordinabant, ad ejus interitum, inserviret ad majorem ejus gloriam. 10.

Valde notum, ac repetitum est illustre facinus David, quod Goliam peremit, ac prostravit, ut dicitur 1. Reg. 17. n. 5. Ibat ille potentatus Gigas suo gladio 11. 1. Reg. 17

gladio armatus, ut David, ac totum Iſraël jugularet, tamen divino auxilio prævaluit David adverſus Philiſthæum in fundâ, & lapide, percuſſumque Philiſthæum interfecit; *Cumque gladium non haberet David in manu, cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium, & eduxit eum de vaginâ ſua, & interfecit eum.* Valde illuſtre fuit, quod David fundâ, & lapide proſterneret Philiſthæum: ſed illud maxime glorioſum; quod gladio illo, quo præcinctus incedebat ad interficiendum Iſraël, ipſe periret, & jugularetur; & quod ipſe paraverat in aliorum offenſionem, verteretur in eorum defenſionem, ac exaltationem. Macharius Philadelph. Epiſcop. orat in exalt. Sanct. Crucis apud Grethſer: ſic ait: *Superna gratia David munitus, lapidiſque jactu talem, ac tantum proſternit; deinde micantem contra ſe gladium ipſe vibravit, eoque blaſphemum trucidavit. Hunc in modum David Rex inſtrumentum, quod mortis alioquin cauſa erat, in Præſidium ſalutis, verti poſſe docuit:* illud, quod erat Iſraëli inſtrumentum mortis, extitit præſidium, & exaltatio.

Quod erat inſtrumentum mortis extitit ſalutis præſidium.

12. Ioan. 3. Ait Chriſtus Dominus Ioan. 3. n. 14. *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto; ſic exaltari oportet filium hominis.* Cum Iſraël incederet per deſertum, egreſſi ſunt venenoſi ſerpentes, quorum peſtifero morſu peribant omnes; exaltat Moyſes ſerpentem, cujus aſpectu ſanabantur omnes, ut per ſerpentes qui inferebant mortem, verterentur in inſtrumentum ſalutis, & vitæ, quod demonſtratum eſt, cum Chriſtus Ieſus eſt exaltatus in Cruce, nam Cruces, ligna, mortem, totum in remedium noſtræ vitæ, ac ſalutis convertit: ſic procedit citatus Macharius, & ait: Chriſtus autem cunctarum rerum Rex lignum Crucis, quod dæmon adverſus naturam erexerat, per illud mundo libertatem largitus eſt.

QVÆSTIO II.

Quare Iulius Centurio dat facultatem Paulo eundi ad ſuos amicos.

13. DIcitur verſ. 3. Humana autem tractans Iulius Paulum *permiſit ad amicos ire, & curam ſui gerere.* Syriacus legit: *miſericordia uſus eſt cum Paulo.* Gloſſ. Interl. Lyran. Hugo exiſtimant, ut acciperet ſibi, & ſociis neceſſaria: non placet, quia cum illa navigatio facta fuiſſet ex diſpoſitione Imperatoris, ab illo fuit proviſum de neceſſariis. Carthuſ. Quod Pauli modeſtia, ac ſapientia hunc favorem ſibi conciliavit.

14. D. Chryſoſt. ait, *erat autem Paulus valde afflictus à vinculis, à metu, circunductione: nec ſiluit Lucas, humano more Paulum in curam cepiſſe:* à laboribus, ab oppreſſionibus danda eſt aliqualis requies, ne vires opreſſæ deficiant. Devenerant Apoſtoli peregrinatione confecta; *Convenientes ad Ieſum renuntiantes ei, quæ egerant* & docuerant. Marc. 6. n. 30 Liber Divinus Magiſter audit, & approbat facta, & ait illis: *Venite ſeorſum, & requieſcite.* n. 31. ut laxentur animi ad acceſſum ruſticanæ amœnitatis. Exiſtimat Theophil. hic à Chriſto eſſe inſervatum, *Vt ſciant paſtores laborantes in verbo, & doctrinâ dignos eſſe, quibus ſuadetur quies, & non ſemper intendant laboribus:* & Cajetan. ait *inſtruens Prælatos, quid agere debeant cum ſuis miniſtris.*

Marc. 6. *Danda quies à laboribus.* Theoph. Caietan.

15. Cant. 1. Valde diverſimode, cum anima ſancta modo introducitur cuſtos in vineis: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis.* Cantic. 1. n. 6. modo dormiens, & non vigilans cap. 2. n. 7. *Ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam:* modo ipſam vocat ad laborē Canti. 2. n. 10 *Surge propera amica mea, & veni:* modò ſedens ſub jucundiſſima, ac florida arbore, cum dulciſſimis fructibus ad recreationem Cantic. 2. n. 3 *Sub arbore malo ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Ecce quomodo hic miſcentur; Vigilia cuſtodis cum ſomno lectuli; labor itineris cum amœniſſimâ quiete ſub arbore; ſic ſupremus omnium proviſor omnia hæc componit, ne viros deficiētes opprimantur. D. Bernard ſerm. 57. in Cantic. & ait; *Vt petita votis anima aliquatenus, tanto ardentius redeat in id ipſum, quanto fructuoſius intermiſiſſe meminerit, & iterum ſumpto contemplationis guſtu, valentius ad conquirēda lucra ſolita alacritate recurrat.*

Cant. 2. *Labor cum otio temperandus.* D. Bern.

Ait Deus per Iſaïam 45. n. 7. *Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras:* quod Deus ſit Auctor lucis, bene ſe res habet, cum à luce diſpenſanda cognomentum Deus capiat, ſed cur noctis ſe Auctorem laudat dicens, *creans tenebras,* cum ſint nihil, & mera privatio lucis: dicitur *creans tenebras,* effective, per tenebras ſuſtentat, creat, & reficit vires humanas. D. Cyrill. Ieroſolymit. Catechiſm. 9. ait: *non enim accepiſſet à Domino ſervus quietem, niſi tenebræ eſſent inductæ ad hanc præſcriptam neceſſitatem.* Dicit Geneſ. 1. n. 4. *Diviſit lucem à tenebris.* D. Chryſoſt. homil. 11. in Geneſ. ait: *Segregavit Deus diem in opus humanæ naturæ.*

16. Iſai. 45. *Deus facit noctem ad quietem.* D. Cyril.

Actor. 27. *n.* 9 Multo autem tempore peracto & cum jam tuta non eſſet navigatio, eo quod jejunium jam præteriſſet, conſolabatur eos Paulus.

Verſiones,

SECVNDA EXPOSITIO à Verſ. 9 uſque ad 13.

17. Verſ. 9. *MVlto autem tempore peracto.* Syriacus *Vbi egimus multum tempus, uſque ad hunc diem,* quo verſamur in hoc periculo, & ideo ſubditur, *cum jam tuta non eſſet navigatio;* & jejunium jam præteriſſet, nempe dies jejunij, qui facti fuerunt in voto pro liberādo periculo, de quo quæſtione ſequenti. *Conſolabatur eos Paulus.* Arabicus: *Commonuit* ut in tanta moleſtia confiderent in Deo & haberent animum. Arabic.

18. Verſ. 10. *Viri, video* non tam ex temporis conjecturis, ac pronoſticis, ſed ſpiritu Prophetico, *quoniam cum injuria, & multo damno.* Syriacus: *Cum ærumnis, & jacturâ multa:* ac ſi dicat, multam injuriam, & damnum inferimus non ſolum navi, ſed etiam mercibus, ac eorū dominis mercatoribus, & etiam animabus noſtris, cum manifeſto periculo intendimus navigare, hiberno tempore, & hæc expoſitio maximè cohæret cum textu.

19. Verſ. 11 & 12. *Centurio* Gubernatori, ac nauclero dicentibus navigandum, quam Paulo, qui dicebat, quod ibi ſiſterent gradum. Verſ. 12. Cum portus non eſſet aptus ad hiemandum, conſilio inito determinarunt venire ad Phœnicē; non eſt Phœnicia Syriæ regio, cujus caput eſt Tyrus, & Sidon; ſed eſt urbs, & portus in Auſtrali latere Cretæ reſpiciens ad Africum ventum, qui ſtat ab occaſu brumali ex Plinio lib 2 cap. 47. & eſt ventus medius inter Auſtrum, & occidentem ad eorum.

20. Verſ. 13. Aſpirante autem vento Auſtrali apto ad navigandū, cū ſuſtuliſſent anchoras, & vela de Aſſon, quæ eſt urbs, & portus Cretæ ad Septētrionē, legebant Cretam, id eſt, præternavigant ad Cretam.

QVÆSTIO III.

Quare dicitur quod jejunium jam erat tranſactum.

21. D. Chryſoſt. Oecum. Syrus. Bellarm. Baron. Tyrin. Menoch.

AIt textus: Cum jam tuta non eſſet navigatio, *eo quod ieiunium iam præteriiſſet*. Maxime dubitatur, quod eſſet hoc ieiunium: D. Chryſoſtomus, Oecumenius, Syrus, Sanches exiſtimant eſſe ieiunium Iudæorum: alii vero, ut Bellarminus, Baronius, Tyrinus, Menochius affirmant eſſe Chriſtianorum quatuor temporum, quæ à tempore Apoſtolorum dicunt incepiſſe.

22. Sed contra utramque ſententiam urget, quod in illâ navi nullus erat Iudæus; unus tantum Chriſtianus Paulus; nam Centurio, Gubernator, nauclerus, & nautæ erant omnes gentiles: ergo nullo valido fundamento affirmari poteſt, quod obſervaverint ieiunium Iudæorum, vel Chriſtianorum.

23. Mihi videtur magis apte dicendum cum Lyra, hoc ieiunium inditum fuiſſe in mari ſuadente Paulo, ut cum ieiunio Deum orarent, ut eos liberaret ab imminenti periculo; ac tempeſtuoſo mari hiberno tempore, ut tuti, & ſalvi eſſent, & valde veriſimile eſt, quod Paulus eos ad hoc exhortaretur.

24. Ieiunium enim magnam vim habet ad impetrandam Divinam miſericordiam, ut rigores, ac temporum adverſitates in noſtrum commodum noſtramque convenientiam tranſmutentur. Valde notum eſt omnibus, quod diebus Eliæ clauſum erat Cœlum, ne plueret ſuper terram, & omnia ariditate, ac veluti terra fierent; in perditionem ibant univerſa: tunc oravit parens Elias, & ait text. 3. Reg. 18 n 45. *Ecce Cæli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluvia grandis.* Vnde tanta mutatio, ut tanta ſterilitas tranſiret in tantam rerum abundantiam. D. Ambroſius de Eliæ ieiunio ait: *Tunc Elias ſanctus reſeravit ieiuniis ſuis Cælum, terram ſuis orationibus fœcundavit* Expende verba *reſeravit ieiuniis ſuis Cælum.* Cœleſtia omnia, ac Divina ad voluntatem ieiunantis referantur, ac mutantur.

Ieiunanti omnia obediunt. D. Ambr.

25. Ieiunans omnibus dominatur, & de omnibus triumphat. Ad ſuam dilectam ſponſam clamat Divinus Sponſus Cantic. 4 num. 8 *Veni de Libano, Veni coronaberis de capite Amanâ, & Seir de vertice Hermon; de manibus Pardorum, & cubilibus Leonum*; & cur de his montibus agreſtibus, & infructiferis ei componitur corona? cur non potius de amænis, & fœcundis? ſed ſterilibus, & infœcundis? In quibus abſtinentia, & ieiunium denotatur; in quibus cibus, & potus denegantur, ex his componitur pulchra, & elegans corona. Gilibertus ſermon. 29. ſic ait: *Neſcio, quid aſperum, quid ferum, quid fraudulentum in his montibus, in his naturis datur intelligi, dum hæc triumphata coronæ miniſtrant materiam!* ſuam infertilitatem. Vide ſupra cap. 21. quæſt. 7. num. 56. 57. 58.

Cant. 4.

Ieiunium triũphabat de laboribus. Gilibert.

* *
*

QVÆSTIO IV.

Quare cum Paulus ſuadeat non eſſe ultra navigandum; omnes fere ſtant in contrariam ſententiam.

DIcebat Paulus verſ. 10 Quod cum magno periculo incipiebat eſſe illa navigatio, ac proinde ab illa quieſcendum: at ut dicitur verſ. 11. Centurio, Gubernator, ac nauclerus non attendebant ad ea, quæ Paulus dicebat. Gubernatorem ac nauclerum idem ſignificare tenent Interlinea, Gloſſa, Hugo: at Carthuſianus ſumit primo pro rectore, ſecundo pro Domino navis: Lyranus interpretatur Dominus navis; Gubernator illius rector. 26. Interlin. Gloſſa. Hugo. Cartuſ.

Paulus attentis omnibus circumſtantiis, cum eſſet hiemale tempus, mare tempeſtuoſum, venti furioſe debacchantes, prudentialiter dicebat, non eſſe navigandum: at Centurio, Gubernator, & Dominus navis, quibus communiter adhærebant cæteri nautæ, ut eſt probabile, fortiter inſtabant eſſe vela danda ſine ulla ratione, ac fundamento, ſed ex mero appetitu, & fere omnes in hoc conveniebant; unde recte dicitur *Sultorum infinitus eſt numerus.* 27. *Sultorũ infinitus numerus.*

Ait Deus per Iſaïam 3 num. 1. *Ecce ego dominator Dominus exercituum auferam à Ieruſalem, & Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, fortem, & virum bellatorem. . . . . & dabo pueros principes eorum.* Expende univerſum loquendi modum *auferam virum fortem, & bellatorem* in ſingulari; *pueros* in plurali: Vir fortis, & robuſtus, ut prudentialiter, & altâ ratione omnia diſponens, & ordinans, unus ſingulatis, *fortem & robuſtum*: at vero pueri ob ætatem ſtulti, & ignorantes in plurali ab eorum amplam multitudinem ſuper omnem computũ, quorum infinitus eſt numerus. D. Baſilius ibi exponens locum ſic ait: *Roma quidem expreſſit ſingulariter, puta fortem, validum, &c. malorum autem comminatio excrevit in numeroſam multitudinem, ſic ſunt juvenes, principes, & illuſores, dominabuntur vobis* Vbi ſtulti, & mali ponuntur, eorum numerus multum excreſcens oſtenditur. 28. Iſaï. 3. D. Baſil. 29.

Ait noſter Apoſtolus 2. ad Timoth 4. num. 3. *Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coarcervebant ſibi magiſtros.* D. Anſelm *Acervum ſibi congregabunt magiſtrorum, qui doceant omnia, quæ deſiderant.* Nota quod dicitur *acervus magiſtrorum* Acervus ſignificat magnam multitudinem ſine ullo ordine, & numero, tam ampla eſt multitudo ſtultorum, ac iniquorum, ut in eis. 2. ad Tymoth.

Ait David Pſalm. 11. num. 9. *In circuitu impij ambulant*: alia littera *inſipientes*. In circulo & ſi in infinitas partes fiat diviſio, in eis nullum eſt principium, nec finis præ eorum numeroſa multitudine. 30.

Actor. 27. *num.* 14. Non poſt multum autem miſit ſe contra ipſam ventus Thyphonicus, qui vocatur Euroaquilo.

Verſiones,

Verſiones,

TERTIA EXPOSITIO
à Verſ. 14. uſque ad 20.

Verſ. 14. MIſit ſe contra ipſam. Syriacus: *Impingit ventus turbinis, qui vocatur Typhonicus:* eſt ventus ſubitaneus procelloſus, de quo quæſtione ſequenti, qui dicitur *Euroaquilo*, quia teſte Plinio lib. 2. cap. 48. eſt medius inter ventum Orientalem, & Aquilonem Septentrionalem, & eſt valde turbulentus, & magnas commotiones faciens.

31. Syriac. Plin.

Verſ. 15. *Cumque arrepta eſſet navis* à vento ſcilicet, *& non poſſet conari in ventum.* Arabicus: *non potuit ventum ſecare.* Syriacus, Regius *in incertum ferebamur.* Æthiopicus: *Agitati de latere ad latus* in gyrum verſabamur.

32. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ. 16. *In inſulam quandam decurrentes*, quia tempeſtatis vi non potuimus eam tenere; quæ vocatur Cauda; Plinius lib. 2. cap. 8. vocat eam Gaulon, creditur eſſe illam, quæ appellatur Gozo, & Metilitæ vicina.

33. Plin.

Potuimus vix obtinere Scapham. Arabicus: *Vix potuimus retinere naviculam*; eam ad nos applicare, quod ſolent facere nautæ, tum ad fortificandam navem ex aliqua parte externâ, ſi neceſſe ſit, tum ad imponendas merces navis, ut ipſa ab onere allevietur.

34. Arabic.

Verſ. 17. *Qua ſublata*, ſcilicet Scaphâ, adjutoriis utebantur nautæ cingentes navem funibus, catenis, & aliis adjutoriis, ne navis frangeretur, *timentes ne in Syrtim inciderent.* Syrus: *in præcipitium* inciderent in loca vadoſa.

35. Syrus.

Summiſſo vaſe, duæ ſunt expoſitiones probabiles juxtâ varias lectiones: Syrus: *Sumit antennam:* collegimus volam unâ parvâ relictâ, ut ſolet fieri in tempeſtatibus, ne à ventis navis ſubmergatur. Ita D Chryſoſt Marian Menoch.

36. Syrus. D. Chryſoſt. Marian. Menoch.

Altera expoſitio, *Summiſſo vaſe*, id eſt, navi, ejuſque ventre, & fundo, quantum poſſibile fuit, in mare depreſſo per anchoras jactatas, vel per ſaxa, aliaque ponderoſa, in imum navis dejecta, ne tam facile ventorum impulſu moveretur, & in Syrtim ageretur. Ita Salmeron. Cornelius à lapide, Tyrinus; huic expoſitioni favet lectio Arabica Navim obſtimarunt.

37. Salmer. Cornel. Tyrin. Arabic.

Verſ. 18. *Validâ nobis tempeſtate jactatis, ſequenti die jactum fecerunt.* Syriacus: *ſupellectilia noſtra in mare projecimus*, nempe merces, & quæ erant minus neceſſaria.

38. Syriac.

Verſ. 19. Tertia die ſuis manibus projecerunt omnia, quæ erant in navi, retentis ſolum his, quæ erant neceſſaria ad navigationem. Verſ. 20. *Neque enim ſole*, tanta nubium, imbrium, ventorum, fulminum, ac tonitruum multitudine, ut nulla ſydera cœleſtia apparent.

39.

QVÆSTIO V.

Quare ventus Typhonicus, tam vehementer exurgit contra hanc navim.

40. Plinius. Græcus.

VAlde fortis tempeſtuoſus eſt; Vnde Plinius lib 2. cap. 48 *Vocat præcipuam navigantium peſtem.* Sic dicitur à verbo Græco conephiam, id eſt, è nube erumpens, veluti per exiguum foramen, & inde cum magno impetu, & tamquam in orbem, ac gyrum verſans, ex quo maxime navigantibus contrarius, ac nocivus

Divus Chryſoſtomus tenet, quod hic ventus maxime excitatus, & commotus eſt à diabolo, ut emergeret, ac perderet Paulum, & merito Symbolice Thiphon denotat diabolum, quia multa & magna pericula impellit, & ſubmergit homines, magnas perturbationes excitat in mente ad perturbandam conſcientiam, & tamquam fulmina erumpit, non ut illuminet ſed ad excæcandum.

41. D Chryſoſt. Typhon. Diabol.

Volens Deus graviſſimam omnium plagam immittere in Ægyptum, diabolum miniſtrum advocat; *Tranſit Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit ſanguinem, in ſuper liminari, tranſcendet oſtium,* & *non ſinet percuſſorẽ ingredi domos veſtras.* Exod. 12. n. 23. Illum percuſſorem fuiſſe diabolum graviſſimorum patrum eſt ſententia D Chryſoſtomus, D Auguſtinus, D. Hieronymus, D. Gregorius, Rupertus, quos citant, & ſequuntur Lyran. Abulenſ. Lahay, juxta illud Pſalm. 77. *miſit in eos iram indignationis ſuæ, & immiſſiones per Angelos malos.*

42. *Diabolus inferens omne malum.* Exod. 12. D. Chryſoſt. D. Aug. D Hier. D. Greg. Rupert. Pſal. 77.

Ex quo inſurgit grandis difficultas. In Exodo dicitur unus tantum non *ſinet percuſſorem*; in Pſalm. 17. multi ſcribuntur *per Angelos malos.* Tanta ſævitiâ, ac ferventi furore diabolus armatur, & perſequitur hominem tamquam ſi tota dæmoniorum malitia ſit conglomerata in uno ſolo diabolo, & idem unus valeat, ac omnes, in eo enim ſunt omnes nocendi, ut ait Andreas Cæſarien. ſerm. 8. ad cap. 22. Apocalyp.

43. Pſal. 17. *In uno diabolo omnes ad nocendum.*

Et non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras: poterat dicere, & non ſinet interficere vos, ut interficit primogenita Ægyptiorum, ſed ait; non ſinet introire in domos veſtras, ut nos doceat, quod ſi diabolus non debet habere ingreſſum in domum terrenam, quanto magis vigilandum ne habeat ingreſſum in domum ſpiritualem animæ noſtræ, vel *non ingredi domos veſtras*, quia ipſa præſentia diaboli valde peſtifera eſt, & omnia ad perditionem inficit, & trahit, quia diabolus ſub ſerpentis figura decepit Evam, omne ſerpentum genus externum maledictione contraxit, dixit Deus ad ſerpentem, *Quia feciſti hoc maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ, ſuper pectus tuum gradieris, terram comedes.* Geneſ. 3. numero decimoquarto Divus Chryſoſtomus homilia decimaſeptima *Quia diaboli ſervivit malitia.*

44. *Quid-quid diaboli perditio eſt.* Gen. 3. D. Chryſoſt.

Non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras Cohibet Deus ipſum percuſſorem diabolum, ne ſua nequitia in totum deſæviat juxta illius furorem, & iram, quia alias univerſa in extremam ruinam præcipitaretur, ut latè diſſerit D. Laurentius. Iuſtin. lib de obedient. cap. 6. nam omnis vis, & conatus diaboli eſt ad omnia deſtruenda & deſolanda; quod ſic explicat D. Nilus de octo vitioſis, & ait: *Quemadmodum prædones in eam potiſſimum navim, quæ mercibus onuſta eſt, impetum faciunt, eodem quoque modo diabolus peccatoribus, nam admodum infectus hoſtis eſt, verum juſtis acerrimum bellum indicit.* Vide ſupra cap. 5. quæſt. 3. num. 21. 22. 23.

45. *Diabolus ut pirata in mari.* D Laur. Iuſtin. Nilus.

QVÆSTIO VI.

Quare tot, & tanta adhibent nautæ ad evitandum navis naufragium.

46. NAvis rigidis ventis, tempeſtuoſo mari, fluctibus maxime commotis, ac intumeſcentibus in extremo periculo verſabatur; tunc nautæ navi in ipſam funibus, ac catenis cingunt, vela contrahunt, anchoras mittunt in profundum maris, merces projiciunt in mare; unde illis tot, & tanta ſubeunt in mentem, & veniunt in cogitatione.

47. Ad quæſtionem recte reſpondet D. Nazianz. epiſtol. 66. ad Philagrium; & ait: *Neque enim quidquam eſt, quod inveniendi arte magis valeat, quam dolor*; maxime oculos aperit, & mentem acuit. Iuxta Dei mandatum ibat Moyſes cum uxore, ac filio ſuo in Ægyptum, cumque eſſent in diverſorio occurrit Angelus Domini, & volebat interficere Moyſen, tunc uxor ejus *tulit illico Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filij ſui* Exod. 4. num. 25. Cauſa ob quam Angelus volebat occidere Moyſen communiter aſſignatur, quia non cuſtodierat legē circumcidendi filium ſuum, & ideo circumciſione facta ceſſavit comminatio, & Angelus abiit; ſed cur potius uxor, quam Moyſes, quid opus eſt facto intelligi; cum Moyſes eſſet vir doctiſſimus, & maxime inſtructus in omni doctrinâ, & ſapientiâ, planum eſt, & evidens, quod Moyſes ſapientior erat; tamen uxorem, ut pote mulierem graviter premebat doloris metus, ne vir, vel filius ejus interficeretur, & præ anguſtia, ac dolore, quo intime cruciabatur, citius penetravit rem, quam Moyſes cum omni ſua ſapientiâ. Iſidor. Peluſiot. lib. 1. epiſtol. 125. ait: *Gravior Sephoram, uti mulierem premebat metus, ſiquidem mulieres, cum urget neceſſitas, diligentioribus, quam viri, artibus uti conſueverunt.*

Exod. 4.

Doloris vexatio magis acuit ingeniū. quam ſapientia.

48. Vrgente fame in terrâ Chanaan, Iacob patre præcipiente, ut peragrent in Ægyptum ad conquirenda frumenta, ut valeant vivere, reſtitit Iudas, quod illud fieri non poteſt, niſi ſecum adducant Benjamin, quia vir ille magnus jurejurando obſtruxit, non videbitis faciem meam, niſi frater veſter minor venerit nobiſcum, ſi vis, eum dimittere: tum illis Iacob: ſic neceſſum eſt, facite, quod vultis: ſumite de optimis terræ frugibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, &c. Geneſ. 43. num. 11. Valde mirum eſt quod nullus fratrum habet in mente, ut gubernatori deferantur munera, maxime cum Iudas eſſet vir magnus, & jam judicis munus obierat, & maxime ſe obligaverat ad Beniamin ſalvum adducendum, ſed ſolus Iacob hoc cogitat, & hoc advertit, & tractat, ut mittantur munera? quia ille ſolus unus maxime dolore vexabatur de abſentia Benjamin, ac valde ſolcitus erat de cuſtodiâ illius, & ideo illius dolore ingenium provocavit ad remedium indagandum: Præclare ait D. Gregorius Nazianzenus orat. 18. *Ingenioſus enim, ac ſolers eſſe ſolet, quiſquis premitur.*

Gen. 43.

Labores valde ingenio ſum faciunt hominem.

Actor. 27. *num.* 21. Et cum multa jejunatio fuiſſet, tunc ſtans Paulus in medio eorum dixit: Oportebat quidem ô viri, audito me; non tollere à Cretâ, lucrique facere injuriam hanc, & jacturam.

Verſiones,

QVARTA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 28.

Verſ. 21. ET *cum multa ieiunatio fuiſſet.* Syriacus: *Cum nemo quidquam cibi cepiſſet*; tum metu naufragii, tum ob continuas occupationes ſubveniendi navi, agendique illius miniſteria. Paulus cum magno ſpiritu, ac animo, *oportebat non tollere à Creta.* Syriacus; *non ſolvere à Cretâ*, ſed ibi permanere, ac hiemare: addit Arabicus: *Oportebat vos acquieſcere conſilio meo* ibi permanendi: *lucri hanc iacturam*; ſi meum conſilium ſequeretur, non fieret talis jactura lucri ac mercedum, quæ jactatæ ſunt in mare. 49. Syriac. Syriac.

Verſ. 22. *Et nunc ſuadeo vobis.* Arabicus: *Et nunc hortor vos.* Syriacus: *Et nuc conſilium do vobis*, quod ſitis bono animo, & nullus ex vobis peribit; ſed ſola navis: Advertit Lyra, quod Paulus hoc dixit, ut omnes agnoſcerent in eo ſpiritum propheticum, & credant ejus dictis, maximè in his, quæ pertinent ad ſalutem. 50. Arabic. Syriac. Lyra.

Verſ 23. *Adſtitit mihi hac nocte Angelus Dei.* Tales revelationes frequenter fiunt nocte, quia tunc ſenſus magis quieti, & à terrenis ſeparantur. 51.

Verſ. 24. *Ne timeas Paule*: cum inter tot pericula verſaris, donavit tibi Deus hos omnes tui gratiâ ſalvos fieri; de quo quæſtione ſequenti. Verſ. 25 *Propter quod eſtote bono animo*, Verſ 26. *In inſulam quandam oportet nos devenire, ut in eam deſcendamus.* 52.

Verſ. 27. *Navigantibus nobis in Adria.* Syriacus: *in mare Adriaticum*, ſic dictum à veteri populo, & portu: & cum eſſet media nocte, obſcuro, & tenebroſo tempore exiſtimarunt nautæ ſibi terram apparere. 53. Syriac.

Verſ. 28. *Qui ſummittentes bolidem*, & inſtrumentum, quo tentatur profundum maris; v. g. ut pondus funiculo alligatum, quo exploratur maris altitudo. 54.

QVÆSTIO VII.

Quare omnes nautæ ex ſibi Paulo aſſociato ſalvi fiunt.

VErſ. 24. Dixit Angelus Paulo. *Ne timeas; ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum*: D. Chryſoſtomus ibi inquit: *Quaſi diceret; digni quidem erant, qui perirent, quoniam inobedientes fuerunt; veruntamen in tui gratiam ſervabo eos*: ſemper enim juſtorum præſentia, & aſſiſtentia tutamen, & defenſio extitit aliis. 55. D Chryſoſtom. *Iuſtorum præſentia cuſtodit alios.*

Ait Regius Vates Pſalm 46. *Quoniam Dij fortes terræ vehementer elevati ſunt.* D. Hieronymus ex Hebræo legit: *Quoniam dij ſcuta terræ.* Chaldæus: *Quia Domini ſunt clypei terræ*; ubi ſermo eſt de ſactis Apoſtolis, ut exponunt D. Chryſoſtomus, Theodoretus, D. Thomas, noſter Incognitus; quia ideo dicuntur ſcuta, & clypæi terræ, quia ſuis orationibus, ac virtutibus, ac præſentiâ, tamquam ſcuta protegunt ac tuentur peccatores à gladiis Divini furoris, & irâ. 56. Pſal. 46. D. Hier. Chald. *Iuſti, ſcutum defenſionis erga peccatores.*

Ad hujus rei guſtum ait Divina Sponſa: *Adjuro* 57.

vos

vos filiæ Ieruſalem per capras cervoſque camporum. Cantic. 2. num. 7. in Græco legitur: *Per potentias, & fortitudines agri.* Ibi Theodoretus ait: *per potentias, & fortitudines agri, ſanctos vocat Apoſtolos, qui Divino repleti ſpiritu per univerſum vagantes orbem terrarum, Dei adverſarios dæmones expulerunt.* Sacri Apoſtoli non ſolum aliquibus hominibus, regno, vel provinciæ, ſed univerſo orbi fuerunt magna potentia, & fortitudo, ad eum magno robore protegendum, ac defendendum.

Cant. 2. Theod.

58. Pſal. 68. Ait David Pſalm. 65. num. 15. *locutum eſt os meum in tribulatione mea. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum, boves cum hircis*, maxime notanda eſt illa coniunctio *boves cum hircis*; nam boves denotant iuſtos, & ſanctos, ideo apparent iuxta Thronum Dei Apocalypſi 4. Ezechiel. 1. at per hircos peccatores, ac reprobi ſignificantur, & ideo ab agnis, & ovibus ſeparantur, ſi enim hirci ab ovibus ſeparantur in perditionem ibunt; at vero ſi ſacris aliis animalibus coniungantur, de eorum conſortio ad aram Dei, ac ad ſuam ſalutem pertinent. Valde opportune D. Auguſtinus ait: *Adiunctione ipſa ſalvantur hirci, per ſe non poſſunt accipi, adiuncti bobus accipiuntur.*

Apoc. 4. Ezech. 2. *Ex conſortio iuſtorum iniqui ſalvantur.*

59. Apoc. 4. Apocalypſi. 18. num. 2. Angelus deſcendens de Cœlo clamat: *Cecidit, cecidit Babylon magna*: Nonne ſufficiebat dicere ſemel, *cecidit Babylon*, ad quid dupliciter ingemiſcit? per Babylon intelligitur Ieruſalem, ut ibi dixi, & bis cecidit; primi, & principaliter, quando ab eâ electi, & ſeparati ſunt iuſti, quæ extitit illius totalis ruina, & inde ſequutum fuit, ſecundus caſus; *cecidit*, quando ſolo adæquata eſt. D. Ambroſius ibi iniquit; *Quæ bis cecidiſſe dicitur, quia cecidit primum, cum per doctrinam evangelij maximam multitudinem electorum amiſit, qui ab ea per fidem Chriſti, præciſi cives ſanctæ civitatis, id eſt, Sanctæ Eccleſiæ facti ſunt*; & hic fuit primus caſus, ac ruina florentiſſima, ac magnifica civitatis, quod ab iſtâ juſti, & electi Dei.

QVÆSTIO VIII.

Quare non in principio tempeſtatis, ſed jam in fine apparet Angelus confortans Paulum annuncians omnium ſalutem.

60. POſt multos dies, ac noctes, Paulus, & ſocij ex tempeſtate exhorta paſſi ſunt multam tribulationem, quam ſuſtinuerunt patienter; tamen Angelus non illo principio, ſed tanquam in fine Paulo apparet cum multâ fiduciâ corroborans eum, quod in ejus gratiam Deus cuſtodit, & ſalvat omnes exiſtentes in navi.

61. Hæc eſt alta diſpoſitio Divinæ providentiæ, ut prius anima afflictionibus, ac doloribus prematur, & poſtea magnis gaudiis, & honoribus impleatur; de affliction, ac dolore, & tribulatione exoritur fructus Divinæ gratiæ. Cum vehementer populus eſſet commotus contra Moyſen, & Aaron, & penè eos interficerent: *Cum oriretur ſeditio, & tumultus increſceret; Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis; quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Dei.* Num. 16. num 43. & deſævit plaga magna in populo, ut fere quatuordecim millia hominum perierint: Vnde tot, & tanta mirabilia erga Moyſen, & Aaron, ut nubes tamquam ſcutum operiret tabernaculum, & ipſa Dei gloria ſeſe patenter manifeſtaret in eorum defenſionem? Vnde illi in tantum ſublimantur, quod ſimilia aliis non legantur conceſſa? Afflictione, & vexatione, qua deprimuntur, triumphatores à Deo exaltantur; valde peculiaribus, ac magnis ſignis. Origen. homilia 11. in Numer. ait: *Quamvis magni ſint vitæ merito Moyſes & Aaron; quamvis animi virtutibus polleant apparere tamen Dei gloria non potuiſſet, niſi in perſecutionibus, in tribulationibus, in periculis, in ipſâ penè morte conſtitutis.* Tribulatio ſuper omnes virtutes magna mirabilia parturit.

Num. 16. *Tribulatio ſuper omnes virtutes mirabilia perducit.* Origen.

62. Mich. 5. *De furore tribulationum naſcitur fructus ſalutis.* Ait Michæas 5. num. 2. *Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* Bethleem, idem eſt, ac Dominus panis; Ephrata, idem eſt, ac videns furorem; ex quo magna exoritur difficultas, quomodo fieri poteſt, quod ubi Chriſtus naſcitur totus pacificus, & clemens, dicatur Dominus furoris; quid furor? Cum manſuetudine Ieſus: de furore perſecutionum naſcitur fructus ſalutis, Ieſus reficiens nos ſuo pane cœleſti. D. Ambroſius epiſtol. 18. *Ecce tibi domus furorem videntis erat, ibi domus panis eſt; ubi pœna innocentium, ibi univerſorum redemptio, ſicut ſcriptum eſt; & tu Bethlem domus Ephrata non es minima inter principes Iuda, ex te enim exibit princeps Iſraël.... Bethleem domus panis, Ephrata domus furorem videntis.* De his multa cap. 2 quæſt. 26. num. 233. 234. 235. & cap. 5. quæſt. 11. num. 72.

D. Ambr.

Actor. 27. num. 29. Timentes autem ne in aſpera loca incideremus de puppi mittentes anchoras quatuor optabant diem fieri.

Verſiones.

QVINTA EXPOSITIO à Verſ. 29. uſque ad 37.

63. Syriac. Verſ. 29. TImentes cum non invenirent fundum maris, *ne in aſpera loca.* Syriacus: *ne in loca ſcopuloſa*; in ſcopulos, aut ſyrtes; mittunt quatuor anchoras, ut fortiter ſuſtinerent navim.

64. Arabic. Verſ. 30. *Nautis*, ſcilicet peritis *quærentibus fugere de navi in ſcapha, ſub obtentu.* Arabicus *Sub prætextu volendi anchoras extendere*, quod totum fictè faciebant ad deferendum navim, & ut fugerent. Verſ. 31. Paulus dixit; niſi hi, qui ſunt periti in arte navigandi manſerint in navi, ut ſuâ arte eam gubernent, vos omnes peribitis.

65. Verſ. 32. *Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ*, ne poſſent periti nautæ fugere. Verſ. 33. *Quarta decimâ die jejuni permanetis nihil accipientes*, id eſt, parum, quod erat tamquam nihil ad vitam, & debitam refectionem.

66. Syriac. Verſ. 34. *Rogo vos accipere cibum.* Syriacus: *ad confirmationem vitæ veſtræ*, ad reficiendas vires veſtras, ut poſſitis tollerare pericula naufragij, ac agenda miniſteria neceſſaria.

67. Syriac. Arabic. Verſ. 35. *Sumens panem gratias egit Deo.* Syriacus: *glorificans Deum cum omnibus.* Arabicus:

bened xit Deo de more suo, exhortans omnes ad hoc faciendum.

Vers. 36. *Animæquiores facti omnes* verbis Pauli. 68. Syriacus Arabic. D Chrysost. Syriacus : *Consolationem acceperunt.* Arabicus : *lætificati.* D. Chrysostomus, *anima recreati* : Arias : *bono animo.* Æthiopicus: *Reversum est cor.* Vers. 37. *Eramus universæ animæ*; à nobiliori partu computa homines.

QVÆSTIO IX.

Quare omnes qui erant in navi dicuntur salvari ob gratiam Pauli, cum Paulus dicat, quod si nautæ exirent omnes peribunt.

69. DIxit Angelus Paulo supra vers. 24. *Ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum,* & tamen postea, cum vidisset Paulus, quod nautæ, seu magistri navigationis volebant fugere à navi, dixit Centurioni vers. 31. *Si hi in navi non manserint, vos salvi fieri non potestis* : unum cum altero videtur repugnare; Angelus ait, quod omnes ob gratiam Pauli salvabuntur ; Paulus ait, quod, si gubernatores exierint, omnes peribunt: quomodo ergo hæc possunt stare, & cohærere inter se ? Paulus ut magnus Doctor, optimus interpres Angeli verborum : quod omnes salvabuntur à periculosa maris tempestate, si rectores, ac gubernatores navis recte adimpleverint suum navis gubernandæ munus : Cum quis stat in suo officio omnia prosperantur ; aliter in præcipitium ruunt. Oecumenius sic ait: *Quod autem dicit, nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis, dispensatione dixit Paulus, ut confunderet eos, ne excideret prophetia,* quæ erat stantibus, & permanentibus nautis.

Cũ quis esset in suo munere omnia fiunt salva.

Oecum.

70. Ait noster Apostolus 1. Corinth. 1. num. 14. 1.Cor. 1. *Gratias ago Deo meo : quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum : & Caium, nequis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizavi autem & Stephanæ domum ; cæterum nescio, si quem alium baptizaverim ; non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare.* Magnus Paulus dat gratias Deo, quod tantum tres baptizaverit, & cur pro tam magno beneficio habet, quod tam paucos baptizaret, cum sit præclarum pietatis opus illud sacrum lavacrum ministrare : ait ipse ; *Non enim misit Christus baptizare, sed evangelizare,* & ideo pro magno beneficio à Deo accepto referebat, quod in suo munere commisso se contineret, & quod ad aliud brevissime, ac pro casu urgenti manum extenderet, & quia in suâ sphera se semper retinuit, inde se tam magnum agnoscebat, pro quo multas gratias Deo persolvebat.

Suo muneri quisque studeat, ut fiat magnus.

Oecum. Oecumenius ibi ait: *Cur gratias agis Paule, quod neminem eorum baptizaveris præter illos, quos numerasti ; an baptismus inter illa ponendus est quorum parva habenda est ratio ? nequaquam, inquit; sed de hoc duplici modo gratias ago : altero, quod neque ad hanc rem apostolatum à Christo acceperim.*

71. Dicitur Genes. 1. num. 16. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præesset diei & luminare minus, ut præesset nocti*: Si Luna quando numeratur cum Sole etiam dicitur luminare magnum ; quomodo statim dicitur *luminare minus* ? numquid Deus retractat magnitudinem, quam antea prædicaverat? opera Dei sunt absque pœnitentia Recte dubium solvit ibi D. Ambrosius & ait: *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, utpræesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti ; magna possumus accipere, non tam aliorum comparatione magna, quam suo munere.* Luna luminare est magnum, cum ita prædicitur à supremo artifice, tamen dicitur luminare minus, quia minus est lucere nocte quam die ; tamen luna semper est luminare magnum, cum se exerceat, & contineat in suo munere, quod quamvis illud sit minus, tamen cum luna se cohibens in illo, & ejus metas non transilit, magnum luminare est ; *magna possumus accipere non tam aliorum comparatione magna, quam suo munere.* Nulla maior magnitudo, quam in suo officio quisque persistere, & illius limites non transilire. Vide supra cap. 20. q 7. n. 68. 69. 70.

Nulla major magnitudo quam in suo munere persistere.

D. Ambr.

QVÆSTIO X.

Quare Paulus tam vehementer exhortat omnes ad manducandum.

AIt Paul. vers. 33. *Quarta decima die hodie expectantes jejuni nullum pabulum accepistis,* 72. ideo exhortatur ad accipiendum temporale ad reficiendas vires naturales, & ad sustentandam vitam naturalem, & ad sustinendum laborem navigationis, ac tantæ tempestatis.

Ex cibis materialibus liceat coniecturari ad spiritualem, & Divinum, ac cœlestem cibum. D. Paschas. lib. de corpore, & Sanguine Christi cap. 9. & ait : *Quatenus sicut*, scilicet vires corporales *aluntur cibis terrenis, ut vivant ad tempus, sic alantur spiritualiter per hac ad vitam perpetuam ne deficiant in viâ.* Ait Paulus 1. Corinth. 11. num. 23. *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem;* & cur potius in illa nocte, quam in aliâ hoc altissimum mysterium instituitur ? In illa nocte sese diabolus cum omnibus machinationibus suis armavit contra sacros Apostolos, ut eos conturbaret, *expetivit vos Sathanas* Luc. 22. num. 31. ideo supremo, & altissimo mysterio eorum vires fuerunt corroborandæ, ac omnimode muniendæ D Bernard. serm 2. de Ramis ait: *expetiverat Sathanas, ut cribraret, opus erat refectione.*

73. *Sacra Eucharistiâ reficiuntur vires.*

Luc. 22.

D. Bern.

Magna prosperitate pergit Hæbræus per desertum, ut canit David Psalm. 104. num 17. *Non fuit in tribubus eorum infirmus*, & quonam mediante. ita ille populus vitam prorogavit per tot vias & aspera loca, sanus adeo, ut morbo numquam tentaretur; rationem invenit Tertullian. lib. adversus Iudæos cap. 3. sic inquit: manna cibatuis ad instar immortalitatis redactus, nec humanis passionibus contaminatus; salutis, & vitæ est panis iste, ait : Christus Ioan. 6. num. 3. & Eucharistia medicina dicitur à Tertullian. lib. de pudicitia cap. 18.

74. Psal. 10. *Eucharistia dat sanitatem, & vitã.* Tertull.

Ioan. 6.

De Sapientia Divina decantatur Proverbiorum 9. numero tertio : *Posuit mensam suam, & misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem.* Valde mirum est quod mensa subito mutata sit in arcem militum, quia hæc cœlestis mensa est etiam fortissima turris ad repellendos omnes diabolicos incursus ad custodiendam animam ab omni vitiorum turpitudine D. Cyprian. epistol. 54. sic ait : *Cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus tutela esse ; quos tutos esse contra adversarium*

75. Proverb.

Eucharistia defendit, & custodit ab omni malo.

verſarium volumus munimento ſaturitatis Dominicæ armemus.

76. Ait Iſaïas 33. agens de vero, & juſto participante Sacrum Euchariſtæ num. 16. *Ille in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum, ſublimitas ejus.* Vnde illi tam excelſa habitatio munita omni lapide pretioſo Eccleſiæ; ipſe propheta explicat; *panis illi datus eſt*; ſtatim in illo omnis celſitudo eminet, munita, ac reſplendens omni lapide pretioſiſſimo Eccleſiæ, totiuſque illius ſplendore, ait noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 3. in Iſaï cap. 33. *Habitantibus enim in Eccleſia, panis vitæ Chriſtus datur*, fideles, & ſtabiles efficientes eos.

Iſai. 33.

Ab Euchariſtia omnis certitudo, & firmitas.

77. De illo manna, quod actum fuit populo Iſraëlitico, dicitur Sapient. 16. num. 20. deſerviens unius cujuſque voluntati, id eſt; referebat ſaporem juxta voluntatem comedentis, ac guſtantis, at de noſtro diviniſſimo dicitur Apocalyp. 2. num. 17. *Manna abſconditum*, quia ejus dulcedines, ac ſuavitates guſtari poſſunt à bonâ, & ſancta conſcientiâ; explicari verò, ac declarari non poſſunt: abſcondita ſunt nobis, & ſuperant omnem loquelam. D. Bernard. ſemon. ad clericos cap. 21. ait: *Sine cauſa paginam conſulis, experientiam magis require, manna abſconditum eſt, non illud eruditio, ſed conjunctio docet, non ſcientia comprehendit, ſed conſcientia.*

Sap. 16.

Apoc. 2.

Del tias Euchariſtiæ humana mens non capit.

D. Bern.

QVÆSTIO XI.

Quare Paulus adhuc in medio periculi dat Deo gratias coram omnibus.

78. ADhuc navis erat in magno periculo, urgente tempeſtate, & nautæ ignorantes altitudinem maris, & portum, ad quem remearent: tunc Paulus (ut dicitur verſu 25.) gratias egit Deo in conſpectu omnium, ut ſuo exemplo omnes admoneret, ut Deo referrent gratias.

79. Sanat Ieſus hominem in Piſcinâ, & dixit illi, *Tolle lectulum tuum*: urgebant Iudæi hominem, Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Ioan. 5. num. 9. at ille ait: *Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit*; & iterum num. 15. ait: quod *Ieſus eſſet, qui fecerat eum ſanum*: de lectulo nec verbum agit, ſed totus erat in publicanda ſanitate à Chriſto accepta, ut ſuis verbis, ac exemplo omnes ſtimularet, ac excitaret ad dandas gratias Deo pro tam magno beneficio, ac miraculo. D. Chryſoſtomus homilia 37. in Matth ait. *Intuere hominem in pietate perſeverantem & cum illi creditum ſemper crimen adducerent; hic ſemper excuſationem, & medicum profitetur, ut populum ad ejus cognitionem, ac familiaritatem alliceat.*

Ioan. 5.

D. Chryſoſt. *Gratis omnes excitat ad gratificandum.*

80. Quæſtio principaliter inquirit; cur Paulus dat gratias Deo, cum adhuc periculum urgeret, & navis funibus præcincta magnis fluctibus jactaretur: Paulus altâ, & magna prudentia in medio tantorum periculorum totus gratulans ſtat dans gratias, quia gratiæ præſolutæ Deo in medio tribulationum faciunt tribulationes evaneſcere, & de illis triumphare.

81. Mittuntur tres pueri in fornacem ardentem, at illi ibi ſtantes non ceſſabant laudare Deum: Benedicite omnes Angeli Domini Domino; benedicite Cœli, & aquæ, &c. Tunc Nabuchodonoſor acceſſit ad oſtium fornacis, & admirabundus exclamat; *Ecce ego video quatuor viros ſolutos ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis eſt in eis, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei* Daniel. 3. num. 92. Vnde fieri potuit, ut illi tres pueri ſic trahant ad ſe Filium Dei, ut cum illis ſit, illiſque aſſiſtat? non miror, cum illi in medio fornacis, in medio tribulationum, eſſent toti intenti, ut Deum glorificarent; ideo meruerunt, ut Deus eos glorificaret, aſſiſtente eis in eorum adjutorium Filio Dei. D. Auguſtinus ſerm. Barbario ait: *In quibus pueris micans gratia, ita enituit, ut ligati in fornacem mitterentur; deambulanteſque viderentur, os aperientes, Dominumque laudantes, flammas ad ſe non admitterent, & ſecum Filium Dei habere meruiſſent, antequam in mundo homo apparuiſſet.* Expende verba: *Dominum laudantes, flammas ad ſe non admitterent, & ſecum Filium Dei habere meruiſſent.*

Daniel. 3.

Qui inter pericula Deum laudat, triumphat victor.

D. Aug.

Actor. 27. *n.* 38. Et ſatiati cibo alleviabant navim jactantes triticum in mare.

Verſiones,

SEXTA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 43.

Verſ. 38. ET *ſatiati cibo.* Syriacus: *expleti* jactantes aliqua. Verſ. 8. jactarunt in mare non tantum triticum, quod erat ad cibum neceſſarium, ut modo faciunt, quando multum urget tempeſtas. 82. Syriac.

Verſ. 39. *Terram non agnoſcebant.* Arabicus: *Cujus litus minime deprehendebant:* textus: *ſinum quendam*; receptaculum in inſula, quæ apparebat, *cogitabant ejicere navim.* Syriacus: *impellere navim:* Æthiopicus: *impingere navim.* 83. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ. 40. *Et cum anchoras ſuſtuliſſent*; elevaſſent de mari, *committebant ſe mari* navigantes nempe; *laxantes vincula, ſeu juncturas gubernaculorum*: Syriacus: *ſolventes*; nam quandiu navis detenta erat anchoris, ligaverunt gubernaculum, modo ſolvunt ad navigandum; *levato antemone*: recte explicat Arabicus: *Velum parvum erexerunt*, ut ſolet fieri in tempeſtate, navigando parvo velo. 84. Syriac. Arabic.

Verſ. 41. *In lacum dithalaſſum*, vox eſt Græca, & idem valet ac bimaris, ut transferunt Arabicus, Æthiopicus, ac Tigurina, eſt locus inter duo diverſa maria, ſeu cingitur duplici diverſo mari, ubi magnum ſolet eſſe naufragium, locus autem ille etiam modo Zaçala de S. Paulo, id eſt portus, vel appulſus D. Pauli. Ita Philippus Cluverius, Cajet. 85. Arabic. Æthiop. Philipp. Caietan.

Verſ. 42. *Ut cuſtodias occiderent*, nempe reos cuſtoditos occiderent: Syriacus: *Vt interficerent vinctos*; nam (ut jam dixi) cum Paulo deferebantur multi criminoſi Romam, qui ob gravitatem ſuorum criminum erant rigide Romæ puniendi, ideò metuerunt milites, quod cum prope eſſet litus, ſe emitterent in mare, ut natando fugerent, & milites punirentur, eo quod non bene eos cuſtodirent. 86. Syriac. 87.

Verſ. 43. *Centurio voluit ſervare Paulum*, aliis, qui poterant natare, dedit facultatem, ut ſe emitterent in mare, & ſic natando à periculo effugerent, alij vero, qui neſciebant natare, in tabula ſe ſalvarent.

CAPVT XXVIII.

1. ET cum evasissemus, tunc cognovimus quia Mitylene insula vocabatur. Barbari vero præstabant non modicam humanitatem nobis.
2. Accensa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrem, qui imminebat, & frigus.
3. Cum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cum processisset, invasit manum ejus.
4. Ut vero viderunt Barbari pendentem bestiam de manu ejus ad invicem dicebant; Vtique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere.
5. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.
6. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se, dicebant eum esse Deum.
7. In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benignè exhibuit.
8. Contigit autem Patrem Publij febribus, & dysenteriâ vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum.
9. Quo facto, & omnes, qui insulâ habebant infirmitates, accedebant, & curabantur.
10. Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus imposuerunt, quæ necessaria erant.
11. Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrina, quæ in insula hiemaverat, cui erat insigne castrorum.
12. Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo.
13. Inde circumlegentes devenimus Rhegium, & post unum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos.
14. Ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam.
15. Et inde cum audissent fratres, occurrerunt nobis usque ad Apij forum, ac tres Tabernas: Quos cum vidisset Paulus gratias agens Deo, accepit fiduciam.
16. Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.
17. Post tertium autem diem convocavit primos Judæorum. Cumque cognovissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil adversus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorum.
18. Qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me.
19. Contradicentibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare.
20. Propter hanc igitur causam rogavi vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israël, catenâ hâc circumdatus sum.
21. At illi dixerunt ad eum; Nos neque litteras accepimus de te â Judæa: neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus est quid de te malum.
22. Rogamus ante à te audire, quæ sentis: nam de sectâ hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur.
23. Cum constituissent autem illi diem; venerunt ad eum in hospitium plures, quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadensque eis de Jesu ex lege Moysi, & Prophetis à manè usque ad vesperam.
24. Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidem vero non credebant.
25. Cumque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo unum verbum. Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad Patres nostros.
26. Dicens, Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis; & videntes, videbitis, & non perspicietis.
27. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt; ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.
28. Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.
29. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, multam habentes inter se quæstionem.
30. Mansit autem biennio toto in suo conducto; & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum.
31. Prædicans regnum Dei, & docens, quæ sunt de Domino Jesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.

ARGVMENTVM

ARGVMENTVM.

PAuLus è naufragio Melitam ingreſſus viperam è manu excutit illæſus, Publij patrem ſanat, & multos alios, quâ de causâ multis magnis honoribus Paulus veneratur; Romam venit; convocatis Iudæis cauſam ſui adventus proponit, Chriſtum prædicat; ut etiam facit Romæ generoſe per biennium libero carcere degens.

Actor. 28. *num.* 1. Et cum evaſiſſemus, tunc cognovimus, quia Mitylene inſula vocabatur. Barbari præſtabant non modicam humanitatem nobis.

Verſiones,

PRIMA EXPOSITIO.

1. Verſ. 1. *ETcum evaſiſſemus* è naufragio, & periculo, *tunc cognovimus* per habitatores terræ, *quia Mytilene inſula vocabatur*, deducto nomine ab optimo melle, quod in ea datur. *Barbari*; id eſt, Militenſes, ſeu incolæ Maltæ, dicuntur à Paulo Barbari, quia non erant Græci; ſed moribus, linguâ, ac diſciplinâ erant omnino inculti, & inde maximè laudabiles; quod in Paulum, ac ſocios tantam præſtiterint humanitatem; Syriacus: *charitatem*; Arabicus: *beneficium*: Æthiopicus: *Ruſtici benefecerunt nobis multum.*

Syriac. Arabic. Æthiop.

2. Verſ. 2. *Accenſa autem pyra*, id eſt, magna congerie lignorum ardentium *reficiebant nos*: Syriacus: *calefecerunt nos*, quia ventus, imber aquarũ, *qui imminebat frigidus*: Oecumenius: qui oppreſſerat nos.

Syrus. Oecum.

3. Verſ. 3. *Cum congregaſſet Paulus ſarmentorum aliquam multitudinem*: ſarmenta ſunt propriè ſegmina vitium ſicca, & inde omne lignum combuſtibile ſarmentum vocatur, & ideo Æthiopicus transfert *viticulorum faſciculum*: ecce magna Charitas Pauli, quod cum ipſe eſſet frigore moleſtatus non ſe calefaciebat, ut aliis præſtaret materiam igni ad alios fovendos: vipera à calore ignis momordit manum Pauli; de quo in quæſtione.

Æthiop.

4. Verſ. 4. *Dicebant utique homicida eſt homo hic*; nam apud omnes gentes homicidæ mors adjudicata eſt, *& ultio non ſinit eum vivere*: Syriacus: *Juſtitia non ſinit eum vivere*; juſtitia, ſcilicet, Divina: Æthiopicus: *ultio ſanguinis.*

Syriac. Æthiop.

5. Verſ. 5. *Excutiens beſtiam in ignem*, nil mali patiens eſt: Syriacus: *nihil adverſi ei contigit*: Arabicus: *nec accidit ei infortunium malum*: Æthiopicus: *non ſentiens doloris quicquam.*

Syriac. Arabic. Æthiop.

QVÆSTIO I.

Quare Melitenſium charitas tantum laudatur, & ſublimatur.

6. CVm eſſent egreſſi è navi in inſulam, dicitur verſ. 1. *Barbari vero præſtabant non modicam humanitatem*: D. Chryſoſt. *multam charitatem*; nam accenſo igne eos fovebant, ac calefaciebant, & ad hanc eorum charitatem magis declarandam, ac ſublimandam dicuntur *Barbari*, hoc eſt, non moribus, ac diſciplina expediti, & cum tales eſſent, tantam charitatem erga naufragos impendebant, ut expendit D. Chryſoſt. & virtus ab indiſciplinato, & ruſtico maxime laudabilis, & glorificanda.

D. Chryſoſt. *Laudabilis virtus ab indiſciplinato.*

Cum Chriſtus pergeret in domum Centurionis ad ſanandum puerum ejus; ipſe Centurio obvius Chriſto ait illi: *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus*: audiens Chriſtus Dominus dixit ſequentibus ſe: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſraël.* Matth. 8. n. 11. Quomodo dicis Domine, quod non inveniſti tantam fidem in Iſrael? nonne magna fides fuit illa Sancti Simonis, qui te puerum in manibus ſuſcepit, & te *ſalutare Dei vocavit, & lumen ad revelationem gentium.* Luc. 2. n. 29. nonne magna fuit illa fides Nathanaël, qui primus omniũ confitetur: *Tu es Filius Dei, Rex Iſrael*: Ioan. 1. n. 49. merito tamen Chriſtus Dominus extollit fidem Centurionis, ut de eo dicat, *non inveni tantam fidem in Iſraël*: nam Simeon, & Nathanaël, & alij erant inſtructi doctrinâ ſcripturæ, & illuminati oraculis prophetarum; at verò Centurio omnium ignarus, & ruſticus, & tamen tam præclara fide Chriſtum verum Deum confitetur, & veneratur; ideo ejus fides valde præclare magnis laudibus fuit proclamanda. D. Baſilius, Seleuc. orat. 19. *unicus gentilis ſuper totam Iudæorum multitudinem fide ſe extollit.*

Matth. 8. Luc. 2. Ioan. 1. *Multum laudatur fides Centurionis.* D. Baſil.

7.

QVÆSTIO II.

Quare D. Paulus Melitenſibus magnum gratiarum cumulum dedit.

ILli Paulo ad ſe calefaciendum à tanto frigore dederunt ignem, ille vero eis multa, & multo majora: 1. Eos adducens à ſuis erroribus illuminavit, ac inſtruxit in fide Chriſti, & ita ſtabiles, ac firmi ut etiam inſulâ redactâ ſub poteſtate Maurorum, numquam fidem amitterent: 2. In Melitâ viperæ, ſcorpiones, & ſerpentes ſuo morſu venenũ non impingunt, nec defendunt: 3 Glebæ, herbæ Melitenſes ſunt magna antidota adverſus venenata, ſanantque morſus quoſcumque venenatos canum, aut aliorum rabidorum; febres malignas, & alias infirmitates: 4. Totam inſulam, quaſi ſibi ſacratam, ſub ſuo præſidio tueri deprehenſus eſt Paulus; Sæpiſſime adverſus peſtem, famem, ac hoſtiles incurſus, ut multis exemplis probant Octavius, Cajetan. Thomas Tazellus, Ganellus apud Tirinum.

8. *Magna beneficia Paulus in Melitenſes.* Octav. Tazell. Ganell. Tirin.

Sancti maxime grati, ac remuneratores ſunt beneficiorum, quæ in eorum obſequium exhibentur. Cum Abrahamus ab Hethæo Dei princeps cognominaretur: *Audi nos Domine, princeps Dei apud eos*: Gen. 23. n. 5. Bonus ſenex tã honorifico nomine affectus, ac condecoratus honorem externo ſigno valde magnifico rependit: *Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ.* n. 7. nõ ſolũ adoravit Hethæũ, ſed etiã univerſũ populũ terræ: addit Hethæus honores honorib. & iterũ Abrahamũ vocat Dominũ: *Nequaquã ita fiet Domine mi.* n. 11. ſed Abrahamus tot, ac tantis honoribus cumulatus, *adoravit coràm populo terræ.* n. 12.

9. Gen. 23. *Boni viri ſe invicem gratificantur.*

Procop. ac publice, & patenter; & ſic unus quiſque alterum ad invicem honorabat. Procopius ait : *licet ipſum confiterentur Regem*, non tamen erubuit illos adorare.

10. Et hoc tantâ magnificentiâ præſtant juſti in largiendis beneficiis, ut magis ſe conſiderent debitores, quam largitores; magis exiſtimant recipere, quam dare Iſaï. 2. n. 3. & dicent; *Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob:* nequaquam appellaberis Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum, ait Angelus : Cur ergo hic non appellat Iſraël, ſed Iacob? Cur ergo non dicitur, *Aſcendamus ad domum Dei Iſraël*? Iſraël fuit nomen datum ei à Deo ob ſuam eximiam fortitudinem : Iacob autem eſt nomen luctatoris meritum innuentis, & magnus Dominus tacet magnificum nomen quod dedit, & commemorat id, quod importat meritum tamquam in ejus obſequium : prætermittitur nomen Iſraël, quod ob victoriam fuit datum, & ſcribitur nomen luctatoris tamquam ſit ſemper coram Deo. Ibi D. Baſilius eleganter, & ait : *Ad domum Dei Iacob; quandoquidem Iacob nomenclatura eſt adhuc ſupplantantis, & athleta; Iacob ſupplantator vocatur ob fortem luctam contra Iſraël adverſitates; denique obtentâ victoriâ recipit præmium nomen reportans Iſraël.*

Iſai. 2. 3 *Magnificus Dominus commemorat, quod dat, non quæ recipit.*

D. Baſil.

11. Ait Regius Vates Pſalm. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi*; non ait; qui tribuit mihi, ſed retribuit, tamquam in recompenſationem rei acceptæ, ac ſi Deus magis velit agnoſci debitor, quam dator. D Baſilius homilia in martyrem Iulitam ait : *Quid retribuemus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? etenim rurſus magnificus dator, haud quaquam dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſi is non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre, ſed reſolveret acceptam.*

Pſal. 115.

Magnus exiſtimat ſe non dare, ſed accipere.

QVÆSTIO III.

Quare vipera mordens Paulum nullum nocumentum ei dedit.

12. VIpera non dicitur, ut aliqui dixerunt, quaſi vi parens eraſa per fœtum alvo matris, hoc enim falſum eſt, ut experientia compertum eſt, ſed dicitur quaſi vivipera, eo quod ſola inter ſerpentes pariat vivum fœtum, non ova, ut inquit Theophractus, & ex eo Ælianus lib. 9. hiſtoriar. cap. 31. & 32. qui ex Galleno, & Plinio addunt viperam adeo ex ſe peſtilentem, ac venenoſam eſſe, quod non ſolum morſu, ſed etiam ſibilo, & anhelitu, quem efflat, hominem obſtupefaciat, & morbum lethalem inferat; quâ de causâ Militenſes, ut ſimul vipera momordit Paulum, morſum mortalem in eo exiſtimabant.

Vipera valde venenoſa.

13. Virtus autem Pauli non ſolum effecit, ut vipera ei non noceret, ſed etiam impetravit, ut in ea inſulâ ſerpentes omni veneno carerent, & quamvis aliquem morderent, nullum totaliter damnum inferrent, quam Inſulani vocant gratiam D. Pauli.

Virtus Pauli ſibi, & inſulæ.

14. D. Chryſoſt. moraliter homilia 8. in epiſtolam ad Epheſios ait : *Admiraris Paulum tunc potiſſimum, quando nihil illi, quæ manui adhæſerat, detrimenti adferebat vipera? nil mireris catenam illam, quippe reverebatur. Immo & univerſum mare veneratum fuerat : nam tunc quoque vinctus erat.* Scilicet periculis maris manus Pauli catenis alligatæ, & periculis undique circumdatus, ac vinctus, ſic fuerunt manus ejus ſanctificatæ, ac ſublimatæ, ut omne nocumentum vinceret, & de illo triumpharet, ut nihil illi læderet.

Chryſoſt. *Manus Pauli catenis ſanctificantur.*

De Chriſto Domino ait Iſaïas 10. num. *Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* De quo venuſte loquitur Origenes homilia 35. in Matth. *Non ergo avertit faciem ſuam Chriſtus à confuſione ſputamentorum, ut magis glorificaretur vultus ejus, quam fuit vultus Moyſis glorificatus : tanta, & tali glorâ, ut comparatione glorificationis iſtius vultus illius glorificatio deſtruatur, ſicut in conſpectu Solis lumen lucernæ deſtruitur :* ecce facies Ieſu plena confuſione ſputorum magis glorificata, & glorioſa, quam facies Moyſis ſuis radiis, quia ſuprema exaltatio, & glorificatio eſt pati pro Dei voluntate, & ideo Paulus ſuis catenis maxime exaltatus, ac ſublimatus eſt. Vide ſupra cap. 16. q. 19. n. 81. 82. 83.

15. Iſai. 50. Origen. *Opprobria pro Deo magna glorificatio.*

QVÆSTIO IV.

Quare vipera excuſſa è manu Pauli non cadit in terram, nec in campum, ſed in ignem.

16. AIt textus verſ. 5. Ille quidem, ſcilicet Paulus excutiens beſtiam in ignem, cur non in terram, vel in campum, ſed in ignem ubi ipſa vipera periit, ac conſumpta eſt.

17. Ad quem recte reſpondet Theodoretus q. 18. in Geneſim, & ait : *Cum nihil peccato tenerum, ac molle in eo reperiſſet, mox reſiliit, & in ignem ſe conjecit : ſupplicium de ſe ipſa ſumens, eo quod corpus ſibi conveniens nullatenus adorta eſſet.* Vipera in Pauli manu nullum intulit nocumentum, quia in eâ nihil tenerum invenit, cum eſſet virtute armata. Vnde ait in præſenti Oecumenius : *Nos vere beſtias timemus propterea quia armaturâ virtutis muniti minime ſumus.*

Theod. *Manus Pauli virtute armata.*

Oecum.

18. *In ignem ſe conjecit, ſupplicium de ſe ipſa ſumens.* Vipera venenoſa peccatorum peccati veneno repletum indicat, ac ſignificat, quia ſuâ nequitiâ, ac malitiâ ſibi ſupplicium advocat. Saül ſuâ inobedientiâ, & ambitione negotiavit? *Spiritus Domini receſſit de Saül, & exagitabat eum ſpiritus nequam.* 1. Reg. 16. n. 14. Septuaginta legunt *ſuffocabat eum.* Vide ſupra cap. 5. q. 18. n. 125. 126. 127.

Iniqui ſibi ſupplicium advocant.

1. Reg. 16. Septuag.

19. Secundo vipera excuſſa è manu Pauli *injecit ſe in ignem* : vipera aggreſſa eſt manum Pauli, ut eam morderet, ac offenderet; ſed manus Pauli nullam læſionem paſſa, ſed magno miraculo ſublimata, & libera ab ejus morſu evaſit ita, ut adſtantes dicerent Paulum *Deum eſſe* verſ. 6. At vipera inde ſui combuſtionem reportavit: ſic ex altâ Dei providentia evenit, ut malum, quod peccatores machinantur contra juſtos non ad eorum depreſſionem, ſed exaltationem inſerviat; & totum malum in ipſos peccatores retorquetur.

Perſecutio juſtorum illis ad gloriam iniquis ad tormentum.

20. Pſalm. 20. agit David ſub nomine Regis de gloria juſtorum, ut exponunt D. Chryſoſt. Buffin. noſter Incognitus n. 8. *Quoniam Rex ſperat in Domino, & in miſericordia Altiſſimi non commovebitur* : inde convertit ſermonem ad ipſos iniquos peccatores, juſtos, & ſanctos perſequentes, & ait n. 10. *Pone eos in clibanum ignis:* clibanus igne conſumitur, & in cineres redigitur; at panes coctos pulchros, ac elegantes conficit: ſic peccatores, dum inſurgunt in juſtos, ſibi potius obſunt, illis proſunt: illis gloriam, ſibi ignominiam procurant. Vide ſupra cap. 29. q. 8. n. 62. 63.

Pſal. 20. D. Chryſoſt. Buffin. Incogn.

QVÆSTIO

QVÆSTIO V.

Quare cum vipera dependet è manu pauli, adstantes judicant Paulum hominem homicidam, ac facinorosum esse.

21. *Vir magnus tacendo. respondet D. Greg.*

AVdiebat Paulus, quod circumstantes dicebant, *Vtique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere*, & tamen Paulus tacet quia ut ait D. Gregorius Magnus homilia 18. in Evangel. *Glorioſius est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare.* Electo Saüle in Regem dicebant alij. 1. Reg. 10. num. 27.

1. Reg. 10 *Numquid poterit nos salvare iste*; at ille natus ad regnum *dissimulabat se audire.* Græcus: *factus est obmutescens.* Magdalena compungitur à Sorore Martha; *Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare.* Luc. 10. num. 40. Magdalena prudens tacet, & tacendo melius respondet quam loquendo.

Septuag.

Luc. 10.

Dicebant Melitenses: *homo iste homicida*: horum judicium approbat D. Chrysostomus ex his, quæ communiter accidunt, venenosa vipera mordens, & crimen perpetratum non effugit Divinam iram: *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.* Psal. 54. n. 24. *qui gladium accipiunt, gladio peribunt* Matth. 26. n. 52. Divina ultio impios sequitur.

22. *Ira Dei semper apprehēdit peccatorem.* Psal. 54. Math. 26

Melitenses larga experientia deprehendebant viperæ morsum ex se ipsis esse mortiferum; idem existimabant eventurum esse Paulo; nam id, quod quis est expertus, facile alios apprehendere posse sibi persuadet. Proficiscuntur filij Iacob in Ægyptum ad comparandum triticum pro subsidio famis ait textus: *Benjamin in domo retento à Iacob, qui dixerat fratribus ejus ne fortè in itinere quidpiam patiatur mali.* Genes. 42. num. 4. Valde conveniens videbatur, quod Benjamin fratres concomitaretur in Ægyptum, deinde Iacob solum timet, *ne forte in itinere, quid mali patiatur*, cur etiam non timet in Ægypto inter nationes barbaras, ac extraneas. Benjamin frater erat Ioseph ex eadem matre; dictum fuerat Iacob, quod Ioseph dum quæreret fratres in via, devoratus fuerat à fera pessimâ; timet Iacob, ne idem accidat fratri

23. *Vnusquisque de eo quod sibi contigit suspicatur.*

Gen. 42.

Rupert. suo uterino Benjamin. Rupertus ibi ait: *In Benjamin, qui erat uterinus frater Ioseph; de quo patri non levis suspicio esse poterat, quod fratrum periisse malitiâ; proinde Benjamin domi retentus est ab eodem dicente, ne forte itinere quidquam patiatur mali.*

Cum meus Iesus plenus ostenderetur eximiâ charitate, ac amore Dei, & hominum, quod cum notum fuisset suis cognatis, scribit D. Marc. cap. 3. num. 21. *cum audissent sui, exierunt tenere eum; dicentes enim, quoniam in furorem versus est*; quid furor cum mitissimo, ac mansuetissimo Iesu, qui totus est mitis, suavis, & dulcis. Victor Antioch. ibi: *arbitrabantur enim id illum pati, quod ipsi re vera patiebantur.* Cum ipsi multoties essent furore ferventes ex se ipsis, idem præsumebant de mitissimo Agno Iesu.

24. D. Marc. 3. *Ex se ipsis idem præsumebāt ac de Divino Agno.*

Actor. 28. *n.* 6. At illi existimabāt eum in tumorem convertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conversentes se dicebant eum esse Deum.

Versiones,

SECVNDA EXPOSITIO usque ad Vers. 10.

Vers. 6. AT illi existimabant eum in tumorem convertendum; secundum consuetum morem, illum viperæ morsum convertendum in inflammationem, quæ sequitur ex morsu viperæ, & sic legunt Pagninus, & Tigurin. *At illi existimabāt futurū, ut incenderetur, aut concideret repente mortuus.* 25. Pagnin. Tigurin.

Diu autem illis expectantibus: Syriacus: *Et cum multum tempus expectassent, & nil adversi pati, mutaverunt sermones*, existimantes, & acclamantes ipsum esse Deum sicut Lycaonij videntes mirabilia Pauli eum acclamant *Mercurium.* Actor. 14. n. 18. 26. Syriac.

Vers. 7. *In locis autem illis erant prædia*, possessiones, & domicilia *principis insulæ*, id est, viri primarij, ac principalis ipsius insulæ: Arabicus addit: *Primas illius insulæ, & circumjacentium oppidorum*: nomine Publij, de quo q. 8. *Suscipiens nos in triduo benigne*: Syriacus: *hilariter*: Arabicus: *cum honore* Arias: *amicè*: Æthiopicus: *amanter.* Act. 14. 27. Arabic. Syriac. Arabic. Arias. Æthiop.

Vers. 8. contigit autem patrem Publij jacere febribus, & *dysenteriâ*: Syriacus: *dolore viscerum*, Paulus sanat eum. Vers. 9. Omnes infirmi adducebantur, & sanabantur. Vers. 10. Omnes multis honoribus prosequebantur Paulum ministrantes, quæ erant necessaria ad navigationem. 28.

QVÆSTIO VI.

Quare Melitenses cito Paulum moriturum credebant, & statim eum esse Deum acclamant.

MElitenses communi experientiâ ducti cogitabant ex morsu viperæ Paulo funebrem, ac lamentabilem mortem evenire: Deus autem disposuit, ut illi magnifica exaltatio præveniret; nam ex eisdem factis valde dissimilibus ordinat Deus similia facta. Abraham de filio generando promissione *risit ipse.* Genes. 17. num. 17. Cum eadem promissio audita esset à Sara, *risit illa.* Genes. 18. num. 10. Spectato humano judicio, vel uterque risus probaretur, vel condemnaretur, & tamen risus Abrahæ, tamquam approbatus absolvitur, & nihil actum est contra eum: At Saræ risus arguitur, & reprehendiur, & ait Dominus: *Quare risus Sara? numquid Deo est quidquam difficile*: citato cap. 18. num. 13. Rem præclare expendit D. Augustin. quæst. 36. in Genes. & ait: *Quæritur, quare istam redarguit Dominus, cum & Abraham riserit nisi quia illius risus admirationis, & lætitiæ fuit: Saræ autem dubitationis, & de illo judicare potuit, qui corda hominum novit*; quod in multis aliis visitur. Pharao, & Abimelech Saram uxorem Abrahæ eripuerunt, nil potuit esse similius, & tamen Dominus illum, ut adulterum punit Genes. 12. n. 17. & hunc tamquam innocentem absolvit Genes. 20. n. 6. 29. Gen. 17. Gen. 18. *In similibus falsis valde dissimilis Dei operato.* Gen. 18. D. Aug. Gen. 12. Gen. 20.

Ecce vipera mordens incolas insulæ infligebat mortem; mordens Paulum affert illi exaltationem; immo & multis vitam; quam multi recipiebant agnita virtute Pauli, qua Paulum maxime Deus exaltavit, ut illico, ac statim deponerent opinionem quam sinistrè de Paulo compererant quæ erant homicidæ, supra vers. 4. Non patitur Deus, ut sui servi aliquâ sinistrâ opinione laborent, ac affligantur. 30.

31. Exod.10. Ait Dominus ad Moysem, Exod. 10. n. 1. *Ingredere ad Pharaonem, ego induravi cor ejus, ut faciam signa mea hæc in eo* : Magnâ expensione dignissimum, cur Deus loquens cum Moyse multoties repetat verbum, *Ego induravi cor Pharaonis*, Exod.4. Exod.4. n.21. cap.7. n.3. cap. 9 n. 12. cap. 10. n. 2. & Exod.7. sic per sequentia cap. per decem vices reperies, quod Deus dixit Moysi : *Induravi cor Pharaonis* : Nonne sufficiebat, quod semel dixisset ; *induravi cor Pharaonis* : ad quid toties reiteratur ? Verba, quæ Deus dicebat Moysi, ipse referebat ad populum, & ideo antequàm Deus mitteret plagas, dicebat : *Ego induravi cor Pharaonis* ; fuit quædam præventio, ac cautela divinæ Providentiæ, ne Moyses cum videret Pharaonem tot flagellis obduratum tædio afficeretur ; & populus ne diffideret de sua libertate, nec cogitaret Moysem mentitum esse in tantis promissis de suo exitu ; sed intelligerent totum esse ex divinâ permissione ad ostentationem suæ omnipotentiæ ; & quanta mirabilia faciebat pro populo suo.

Deus multis depellit malam opinionem suorum servorum.

32. Abulens. Abulens. ad citatum locum Exod. 10. sic ait de Moyse : *Prænuntiat hic Deus Moysi, quid futurum esset declarandum, ut non affligeretur tædio, nam Moyses toties signa fecerat coram Pharaone, & Pharao liberatus fefellerat cum nolens tenere sponsionem, quod Moyses tædio affectus ; & idem est de populo, desperare posse de liberatione, ut credat ista de voluntate Dei procedere.*

33. Iob. 42. Valde, ac miro modo Deus pugnat pro bonâ opinione servorum. Cum amici Iob vidissent eum tot, & tantis calamitatibus oppressum malè de ejus probitate judicabant, Deus ut eorum sinistram mentem doleret, & Iobi integritatem ostenderet, non semel, sed bis ait eis : *Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus*. Iob. 42. num. 7. & 8. Vnum Verbum Divinum sufficiens extitit ad creationem totius mundi ; *ipse dixit, & facta sunt*, Ioan. 1. Ad propulsandum unum malum conceptum, tot verba multiplicat Deus, & idem ad magis Iobi innocentiam manifestandâ addit n 8. *Servus meus Iob orabit, & faciem ejus suscipiam*, ut non solum verbo, sed experientia dicant virtutem Iob quantum patrocinium ab illa, ut exinde videant suas erratas cogitationes. Gloss. Ordinaria ait : *Sententiam, quam semel judicando dixerat, iterum repetendo confirmat, atque manifestetur B. Iobi justitia, amicorumque ejus injustitia demonstretur, ejus laus, eorum reprehensio iterata voce depromitur, ut replicata foris appareant, quam fixa intus habeantur.*

Ioan.1. *Opinionem sinistram de suis servis depellit.*

Glossa.

QVÆSTIO VII.

Quare morsus viperæ in nullo læsit Paulum, nec in corpore, nec in opinione.

34. Difficultas quæstionis. EX naufragio venit Paulus in Melitam insulam, accendit ignem, ex quo vipera prosilit, manum momordit ; unde incolæ judicabant Paulum multorum criminum reum ; ipse autem citissimè excussit bestiam in ignem ; ille vero in omnium oculis illæsus, ac sanus visus est ; Quid tunc ait Textus : *Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se dicebant esse Deum.* Vnde ergo tam accelerata, ac subitanea mutatio ?

35. D.Amb. Respondet D. Ambrosius in Hexamer. lib. 6. cap. 6. & ait : *Paulum momordit vipera, & putabant eum quasi peccatorem vix de naufragio liberatum veneno esse moriturum, sed postea quam inviolabilis mansit excussâ in ignem vipera, plus apud omnes venerationis invenit* ; & si videretur Paulus ex morsu viperæ corpore, & fame laborare, cum bestia immediate repulsa sit, nullum nocumentum intulit nec corpore, nec fame ; inde cum venenum superasset, eum Deum acclamarunt. Mala, quæ cito transeunt nullum inferunt nocumentum.

Malum transiens non dedecorat.

Ait Regius Vates Psalm. 18. num. 6. *Exultavit ut Gigas ad currendam viam à summo Cœlo egressio ejus, & occursus ejus usque ad summum ejus* : Agit Propheta de Filio Dei descendente de Cœlo ad peragendum negotium nostræ salutis per spatium triginta trium annorum inter multas contradictiones, ac adversitates Pharisæorum, inter multa tormenta, & flagella, & in his omnibus, non solùm dicitur currere, sed etiam exultare, quod denotat magnum gaudium, ac animi præjucunditatem ; & quænam ratio exultationis poterat esse, in summâ paupertate vivere, opprobriis saturari, flagellis, spinis, clavis, lancea cædi, ac percuti, ac Crucis dolores, & angustias pati ; & in his dicitur currere, & exultare, quia in illis non erat permanendum, sed brevissimè transeundum ad supremam majestatis gloriam. D. August. ibi ait : *Gigas exultavit ad currendam viam ; natus est, crevit, docuit, passus, resurrexit, ascendit, cucurrit viam, non hæsit in viâ* : Cum ergo non hæsit, sed brevi transiens ad altissimos gloriæ thronos, nihil idem abjectionis contraxit.

36. Psal.18.

Malatræ- storia non nocent.

D.Aug.

QVÆSTIO VIII.

Quisnam est iste Publius.

37. Syriac. Lyran. Lorin. EIus pater infirmabatur *febribus, & dysenteriâ.* Syriacus : *dolore viscerum* : quem Lyran. Lorinus dicunt esse fluxum ventris ex coriatione intestinorum.

38. Arabic. Publius nomen Romanum est, & erat valde primas in Melita, & multum dives, & ita legit Arabicus : *Primas illius insulæ, & circum accentium oppidorum.* & opere hoc ostendit, ut naufragos n. 276. hospitio excepit, & per triduum benignè, ac laude necessaria suppeditavit, ut ait D Chrysost. hos omnes ibidem à Paulo baptizatos esse communis sententia est, & in Melitâ in ædibus Publij extare templum D Paulo consecratum.

D. Chrysost.

39. *Publius Episcopus.* Ado Beda. Iste Publius creatus est Episcopus Melitensis à D. Paulo, ut tenet Ado in Martyrolog. 21. Ianuarij, & Beda 18. Ianuarij, & quod postea creatus est Episcopus Athenensis, & successit Dionysio Areopagitæ, videntur dicere Euseb. 4. histor cap. 20. Divus Hieronymus de scriptorib. in Quadrant.

Actor. 28. num. 11. Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrinâ, quæ in insula hiemaverat, cui erat insigne castrorum.

Versiones.

TERTIA EXPOSITIO usque ad vers. 14.

Vers.11. 40. Syriac. D.Chrysost. POst *menses autem tres*, post quos pervenimus ad insulam Melitam ; *cui insigne erat Castrorum* : Syriacus : *Geminorum.* D. Chrysost. *Castor, & Pollux* de quo q. sequenti.

Vers.12.

41. Verſ. 12. *Venimus Syracuſam* ; præcipuam Siciliæ civitatem. Verſ. 13. *Devenimus Rhegium* ; quæ eſt civitas Calabriæ circumvicina Siciliæ , & venimus Puteolos , civitas Campaniæ juxta Neapolim. Verſ. 14. *Venimus Romam* , id eſt , *circa Romam.*

QVÆSTIO IX.

Explicantur nomina in his verſibus contenta.

42. *INſigne Caſtrorum* erant duo juvenes effigiati ; cui dabatur ovi pars dimidia, & jaculum in manu, & equus candidus, & ſtella ſupra capitibus imminente. Ita Lucanus. Significabatur hoc ſymbolo geminos fuiſſe; Caſtorem , & Pollucem : fingebant Poëtæ Iovem Cyſni formam induiſſe , & ex eo Leda Tyndari Regis concepiſſe unum ovum, & ex eo ovo prognatos fuiſſe hos duos geminos, cumque argonauticam artem excoluiſſent , & multos hoſtes debellaſſent ; poſt mortem inter Deos , & ſidera relati ſunt, cœleſtique ſigno vocantur *Gemini*, & particulariter à nautis invocabantur. Hi autem in puppi affixi inſculpti, ut tenet D. Chryſoſt. Dicitur autem inſigne Caſtrorum deſumpto nomine à majori, & ſeniori fratre.

Caſtor. Pollux. D. Chryſoſt.

43. Syracuſa. Octav. Caietan. Plinius.

Syracuſa primaria Siciliæ civitas valdè illuſtris prædicatione Pauli; ac martyrio Sanctæ Luciæ, ac multorum aliorum , quos latè refert Octavius , Caietan. Civitas valdè pulcherrima, cita ad radices montis Pachyni. Affirmat Plinius lib 2 cap. 62. quod nullus dies eſt tam nubiloſus, in quo in aliqua horâ non cernatur Sol Syracuſis, ſicut & Rhodi, uberrimâ fertilitate rerum , ac fructuum , illuſtriſſima ædificiis, ac templis ; cumque ibi perveniſſet D. Paulus à Mariano, quem paucis ante annis D. Petrus Epiſcopum eo miſerat, ab aliiſque Chriſtianis incredibili lætitia, ac gaudio exemptus eſt.

44. Rhegium. Lyran. Græcus. Strab.

Rhegium. Lyranus eam villam vocat, ſed eſt Civitas illuſtris Archiepiſcopalis Calabriæ, niſi Gallorum idiomate , Villam dicas pro civitate ; ſic dicta à verbo Græco, quod eſt *frangere*, quia cum eſſet civitas continua cum Sicilia , & Barbaria , vi maris interrupta, ac diviſa Strab. lib. 6. & Plinius multa refert ſimilia exempla lib. 2. cap. 88. & cum ad ejus littus Paulus acceſſiſſet, concurrentibus civibus cœpiſſet prædicare Evangelium columna falſorum Deorum ſubitò ſuccenſa eſt , quo viſo miraculo omnes ſuſceperunt fidem Chriſti, ut ibi communis traditio teſtatur Tyrinus in præſenti.

45. Puteolos, Syrus. Feſtus. Euſeb.

Puteolos civitas Campaniæ juxta Neapolim , quod indicat Syrus juxta Italiam, & valde illuſtris Sancti Ianuarij martyrio. Inde maximè gloriantur Neapolitani, quod ex itinere D. Paulus divertit, & venit Neapolim. Dicitur Puteolos à putore aquarum liquidarum, & calidarum è venis ſulphureis ebullientium, ut ait Feſtus , vel ut alij contendunt à multitudine puteorum earumdem aquarum; à Samiis condita ut vult Euſebius eo tempore, quo Tarquini per Brutum ſunt à Roma expulſi.

Actor. 28. *n.* 15. Et inde cum audiſſent fratres occurrerunt nobis uſque ad Apij forum, ac tres tabernas, quos cum vidiſſet Paulus gratias agens Deo accepit fiduciam.

Verſiones ,

QVARTA EXPOSITIO uſque ad Verſ. 20.

Verſ. 15. *CVm audiſſent fratres* , magnum erat nomen Pauli maximè apud Romanos, ad quos ſcripſit quandam epiſtolam , *uſque ad Apij forum.* Syriacus : *Vſque ad plateam Apij*, teſte Plinio lib. 14 c. 6. erat in Agro Sitino ſic dicitur ab Appio Claudio Conſule, in quo erat ejus ſtatua, & ab his apud Romanos deſumebatur nomen , v. g. ut dicebatur *Forum Livi* ,& aliud Forum Iulij, & ſimilia Arabicus legit : *Vicum Lancearum*, forſitan etiam habebat illud nomen.

46. Syriac. Plinius. Arabic.

Ac tres tabernas , qui locus nunc appellatur *ſiſterna*, quæ urbecula eſt juxta *Velitram*: patria Auguſti Cæſaris triginta tribus millibus paſſuum diſtat à Româ , ut computat Baronius ; quibus fratribus viſis, multam fiduciam, ac animum accepit Paulus. Syriacus : *Confirmatus* recreatus.

47. Syriac.

Verſ. 16. *Cum veniſſemus Romam , permiſſum eſt Paulo.* Syriacus : *permiſit Centurio , ut habitaret Paulus, quocumque vellet.* Arias : *Vt maneret apud ſemetipſum* ; ſuâ virtute , prudentiâ ac modeſtiâ , tantam gratiam acquiſivit Paulus apud Centurionem.

48. Syriac. Arias.

Verſ. 17. *Poſt tertium autem diem* , in quibus ut à Oecumen explanavit Paulus qualiter Iudæi ſe habent Romæ, & quid contra eum apponebant , *convocavit plures Iudæorum.* Syriacus : *Primores* , & dicebat eis *nihil adverſus plebem* , nullam commotionem, aut diſſentionem feci, ut falſo eum accuſabant Iudæi, Actor. 25. *Aut morem Patrum* eum non contradicebat.

49. Oecum. Syriac.

Verſ. 18 *Qui cum interrogationem de me habuiſſent.* Syriac. *Nullam culpam mortis in me inveniſſent.* Arabicus : *Qui me examinantes, & explorantes.* Æthiop. *Non invenerunt in me crimen.*

50. Syriac. Arabic. Æthiop.

Verſ. 19. *Coactus ſum Cæſarem appellare*; quia videbam judicem inclinatum in favorem Iudæorum, *non quaſi gentem meam.* Æthiopicus : *Non quaſi diſpoſitus ad accuſandos populares meos* , nullo modo habens in animo accuſare gentem meam.

51 Æthiop.

Verſ. 20. *Propter hanc igitur cauſam rogavi vos videre* ad manifeſtandam vobis meam innocentiam & propter ſpem Iſraël, id eſt , rem ſperatam , id eſt, propter Meſſiam , quem Iudæi expectabant , & Paulus prædicabat ſpem eſſe completam ſecundum omnes Scripturas , & vacuam omnino eſſe ſpem, *& propter hoc catenâ hâc circumdatus , ſum vinctus.* Arabicus : *Ligatus.*

52.

QVÆSTIO X.

Quare D. Paulus per tot, & tanta regna prædicans Evangelium Chriſti peregrinatur.

PAulus vocatus eſt ex gratia Chriſti ad ejus fidē ac ad prædicandum ejus Evangelium; eandem gratiam volebat, in aliis reſplendeſcere , ut omnes illuminarentur, & fidem Chriſti tenerent, & prædicarent. Servo, qui debebat Domino ſuo multa talenta, Dominus illius miſertus dimiſit omne debitum , poſtea exiens à facie Domini ſuffocabat alium conſervum ad reddendum debitum ejus quid tunc ? *vocavit eum Dominus ſuus, & ait illi: Serve nequam omne debitum remiſi tibi , quia rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui ,*

53.

sicut & ego tui misertus sum? iratus Dominus tradidit eum tortoribus, Matth. 18. n. 32.

Matth. 18.

Magnam quæstionem Palacius excitat, cur Dominus tam rigidè damnat servum non remittentem debita debitoris: nulla enim lex, aut præceptum obligat hominem remittere debita sui debitoris; si ergo nulla lex urget; unde tam severè, ac rigidè iste damnatur? Eo nempe: *Serve nequam omne debitum remisi tibi*: iste extitit aliquando servus, & debitor; & à Domino impetravit remissionis gratiam, ex quâ indulgentiâ sibi à Domino concessa, tenebatur similem conservo impetrari, ex cujus contemptu in æternam maledictionem ruit, & cadit. Eusebius Emissen. ibi: *Ecce dimissum est tibi debitum: dimitte tu quoque debitoribus tuis, sicut & tibi dimissum est debitum tuum; quod si facere nolueris: expecta, quod sequitur, & iratus Dominus tradidit eum tortoribus,*

Ex indulgentia data, & negata magna ruina.

Emissen.

55. Cant. 4. n. 5. Virgini Mariæ dicitur *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli*: ex Mariæ uberibus unicus lactatus est Iesus; si ergo unius tantum erat, quomodo dicuntur duo? hoc totum faciebat Divinum mei Iesu ingenium, qui ut lac ex uberibus Mariæ sugebat, simul genus humanum adducebat, ut de hoc dulcissimo lacte participaret. Richard. Victorin in Cant. p. 2. cap. 23. & ait: *Carnalia in te, ô Virgo, Christus ubera suxit, ut per te nobis spiritualia fluerent, sicut carnem nostram in te sumpsit, & Spiritum sanctum suum nobis dedit; cum materiale lac ex te Deus suxit, spiritualiter pariter filius Dei per te fluere cœpit.* Simul ut Iesus infans fixit labia ad ubera Mariæ Virginis, simul & fecit, ut nos de illo suavissimo misericordiæ lacte gustaremus.

Cant. 4.

Ubera Dei filio, & nobis.

Richard.

56. Mulier illa clamat: *Beatus venter, qui te portavit*, Luc. 11. n. 27. quæ verba tractans Richardus à S. Laurentio lib. 2. de laudibus Mariæ; *Beatus* (ait) *venter, qui te portavit, id est, quod ad nos te beatum portavit.* Ac laudibus acclametur socius Mariæ venter, quod vitæ fructum filium non uni sibi retinuerit, sed nobis dedit ad salutem cunctorum.

Fructus Mariæ sibi, & nobis.

Richard. de S. Laur.

QVÆSTIO XI.

Quare Paulus videns fratres Romæ multam fiduciam accepit?

57. VEniens Paulus Romam ait Text. vers. 15. *Multam fiduciam accepit*, animos. Syriacus: *Confirmatus est*, id est, recreatus aliorum societate, quæ multum juvat ad rectè, & benè agendum, ac ad recreationem animi. Dicitur Eccles. 4. n. 9. *Melius est duo esse simul, quam unum; habent enim emolumentum societatis suæ, ut si unus ceciderit, ab altero fulciatur; Væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem se.*

Eccles. 4.

58. Sic & Christus Dominus misit binos suos discipulos, Luc. 10. n. 1. quod expendens D. Ambros. in Psalm. 73. ait: *Ad consolationem, subsidium animi.* Cardinalis Toletus addit; *ad consilium*, nam quamvis sacri discipuli essent valdè eruditi in sacrâ Scriptura, ac verâ doctrinâ, vult Deus ad nostrum documentum, ut unus sit alteri in consilio, & in hâc consideratione; cum Deus mitteret Moysem instructum in omni sapientiâ Ægyptiorum, & cum magna potestate Deum Pharaonis constituere, associat ei fratrem suum Aaronem, Exod. 4. num. 28. Quod significare videtur Lippomanus.

Luc. 10.

D. Ambr.

Cardin. Tolet.

Discipuli boni ad consilium, & adjuvamen.

Exod. 4.

59. Apparens Deus parenti Eliæ in monte Horeb præcepit ei, unges Elisæum filium Sephat, qui est de Abelmeula, Prophetam per te, 3. Reg. c. 19. n. 16. & cur Deus potius in hoc loco quam in alio ei dat socium Elisæum? Cum Propheta esset quæsitus à Domino, respondet illis: *Relictus sum ego solus, & quærunt animam meam*: cum Dominus hæc accepisset, non est passus suum prophetam esse solum, & statim ei adhibet discipulum, qui relictis omnibus sequutus est eum.

3. Reg. 19.

Non patitur. Deus suũ Prophetam esse solum.

Venit Christus Dominus ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo, recusat Ioannes, respondet Christus: *Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam*, Matth. 3. n. 15. sive per justitiam intelligatur obedientia, ut ait Abulens. sive humilitas, ut tenet D. August. omne opus justum est sanctum, quia omnis Sanctitas confertur, ut latè dixi tom. 1. in Evangelia lib. 3. c. 2. q. 1. tamen quocumque modo sumatur, in ipsâ justitiâ adimplendâ non vult Christus solus esse, sed secum in ministrum advocat suum Baptistam dicens: *sic nos decet modo adimplere omnem justitiam.*

60.

Math. 3.

Actor. 28. n. 21. At illi dixerunt ad eum: nos quoque litteras accepimus de te à Iudæa, neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus est, quid malum de te.

Versiones,

QVINTA EXPOSITIO usque ad Vers. 25.

Vers. 21. NEc locutus est, quid de te malum. Arabicus: *Nullus retulit de te turpem sermonem.* 61. Arabic.

Vers. 22. *Rogamus à te audire, quæ sentis de hâc secta* Christianorum, in qua prædicatur Iesum esse verum Messiam, & jam venisse in salutem generis humani juxta omnes prophetias, *quæ ubique ei contradicitur.* Græcus: *Vbique contradictionem patitur* à Iudæis tam Ierosolymis, quàm Romæ, ac in omni loco: de his volumus à te audire, cum sis magnus & insignis Doctor. Hanc interrogationem vide t. 3. & 4. vers. 6. 62. Græcus.

Vers. 23. *Cum constituissent autem illi diem.* Arabicus: *Decreverunt autem ei diem* ad prædicandum eis Evangelium *Testificans regnum Dei*; testificans ejus januam apertam per Christi passionem. 63. Arabic.

Vers. 24. Quidam credebant his, quæ dicebantur *à Paulo* adiuncti Divinâ gratiâ, quidam vero non credebant obstinati reprobatione. Vers. 25. Ad hanc eorum proterviam, & malitiam obstinatam refutandam adducit unum verbum illustre, & insigne ex Isaïa Paulus. 64.

Actor. 28. n. 26. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne fortè videant oculis, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.

Versiones,

SEXTA EXPOSITIO usque ad Vers. 31.

Vers. 26. INcrassatum est cor populi hujus. Syriacus: *Tenebris enim effusum est corporibus.* 65. Syriac. Arabic.

Arabic. Iſaï 6. *corporibus.* Arabicus obduratum eſt. Locus eſt ex Iſaia 6. n. 9. & dicitur in noſtra Vulgata *Incraſſatum eſt*, ſumpta metaphorâ, quia ſicut craſſitudo circa cor congelata ipſum ſuffocat, & vitam corporalem extinguit, ita nequitia Iudæorum tenebat eorum mentes depravatas, vt omnino vita ſpiritualis in eis eſſet extincta.

66. Æthiop. Et *auribus* corporalibus *graviter audierunt.* Æthiopicus: Surdè *audierunt*, non ſuſcipientes Divinum Verbum, ſed grave illud reputantes, ac dicentes: *Durus eſt hic ſermo*, Ioan. 6. *& oculos ſuos compreſſerunt.* Arabicus: *Occluſerunt.* Æthiopicus: *Cæcutiverunt* oculos mentales, ut intelligerent alta myſteria, ne fortè videant; hoc dicitur propter libertatem arbitrij, per quam poterant converti ad Deum, ut ſanarentur, & ob ſuam nequitiam.

Ioan. 6. Arabic.

67. Syriac. Arabic. Verſ. 28. *Gentibus miſſum eſt hoc ſalutare.* Syriacus: *Miſſam eſſe hanc redemptionem Dei* Arabicus: *Salutem Dei*; & cum dicitur ſalutare Dei, id eſt, ſalutem per Chriſtum Ieſum.

68. D. Chryſoſt. Verſ. 29. *Exierunt ab eo Iudæi*, ait Lyran. tamquam indignati, quia præponebat eis gentes, *inter ſe quæſtionem.* D. Chryſoſt. *Diſceptationem*, nam quidam credebant Paulo, & alij non.

69. Verſ. 30. *Manſit autem in ſuo conducto*, locato, nempe hoſpitio, & ſuſcipiebat indifferenter tam Iudæos, quam Gentiles, qui veniebant ad eum.

70. Syriac. Arabic. Verſ. 31. *Docebat de regno Dei.* Syriacus: *Docebat palam de Domino noſtro Ieſu Chriſto; cum omni fiducia.* Arabicus: *Cum omni libertate*; & etiam ex Græco audita de quo quæſt.

QVÆSTIO XII.

Quare ad exprimendam obſtinatam Iudæorum obdurationem adducit Paulus citatum Iſaiæ locum.

71. INnumera ſunt ſacræ Scripturæ loca allegantia Iudæorum obſtinationem, Paulus ex omnibus eligit hunc Iſaiæ *Incraſſatum eſt cor populi*, tamquam ferrum redactum, ac ſterile ad ſuſcipiendum Verbum Dei. De Ioanne Baptiſta dicitur, Marc. 1. n. 3. *Vox clamantis in deſerto*, ut ſignificaretur terra Iudæa à ſancto Spiritu derelicta, & deſerta ad ſuſcipiendam Dei gratiam.

Marc. 1. *Iudæi deſerti ab Spiritu ſancto.*

72. Marc 6. Theoph. Cum multa turba Chriſtum ſequeretur, & Dominus vellet eos paſcere, accedentes diſcipuli dicunt ad Dominum; *deſertus eſt locus*, Marc. 6. n. 35. ſic ait Theoph. *Locum deſertum populum Iudaicum dicit, quia ob incredulitatem ſuam deſertus eſt ab Spiritu ſancto: ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Matth. 23 n. 38.

Math. 23

73. D. Chryſoſt. *Iudæi inter mirabilia obſtinati.* Videntes non vident, quod perbelle obſervat D. Chryſoſt. Pſalm. 50. & ait: *Iudæi viderunt mortuos ſuſcitatos, leproſos mundatos, dæmones fugatos, mare infrænatum, Herodem turbatum; hæc omnia videntes crucifixerunt Chriſtum; Latro vero nihil eorum viderat; & conſiderabat ſputis repletum, crucifixum, aceto potatum, & felle, cum hæc omnia videret, non eſt ſcandalizatus, ſed Regem cælorum confeſſus eſt.*

74. Luc. 4. D. Ambr. Ecce inter tot, & tanta mirabilia, quanta ſit obſtinata Iudæorum malitia, ut dæmonum nequitiam excedat. Spiritus immundus clamavit voce magnâ; *Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos: Scio quis ſit Sanctus Dei*, Luc. 4. n. 34. Ad quem locum præclarè D. Ambroſius ait: *Populus negat, quem dæmones confitentur.* Pejores, & crudeliores ſe exhibuerunt contra Chriſtum Iudæi, quam dæmones, quod proſequens citatus D. Ambroſius ſic probat: Tentavit diabolus Chriſtum Dominum, ut è pinaculo Templi mitteret ſe deorſum, Matth. 4. n. 6. at Iudæi ſuis manibus ex ſupercilio montis voluerunt Chriſtum præcipitare, Luc. 4. n. 29. D. Ambroſius citato loco: *O peior Magiſtrò diſcipulorum hæreditas? ille verbo Dominum tentat; hi facto; ille dicit; mitte te deorſum, iſti adoriuntur, ut mittant*; Cum communiter nullus diſcipulus ſit ſuper Magiſtrum; iſti ſuum Magiſtrum diabolum malitiâ, & nequitia ſuperant.

Iudæi peiores diabolo. Matth. 4

Hoc magnum amicitiæ, ac cognationis fœdus inter diabolum; & Iudæos rectè nobis explicat Chriſtus. Sanato muto; cum ille ſpiritus diabolicus exiret ab homine, & cum non inveniſſet requiem extra domum, à qua exierat; *tunc dixit, revertar in domum meam, unde exivi*; *tunc vadit, & aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi.* Luc. 11 n. 26. quem locum de ingreſſu dæmoniorum in Synagogam venuſte explicat D. Ambroſius ibi, & ait: *Immundus ſpiritus in nationibus, & gentibus per fidem Chriſti requiem reperire non potuit; ideo ingreſſus eſt ad plebem Iudæorum, quæ forenſi, & perfutoria ſpecie conſpecta animo manet interiore pullutior; neque enim ſacri fontis irriguo aut abluat, aut reſtingebat ardorem: meritoque ad eam ſpiritus redibat, immunduſque adducens ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe, itaque ut in nobis multiplicatur ſeptiformis ſpiritus gratia, ita illis immundorum ſpirituum omnis cumulatur injuria.* Ad quam majorem miſeriam potuit devenire Synagoga, quam quod fieret propria domus, & requies diaboli; nam diabolus exiens ab homine non potuit invenire locum in gentibus, in quibus regnabat fides Chriſti, & ideo diabolo erat locus aridus, & invius; revertitur in domum, quam multa hypocriſi, ut explicat D. Bernard. ſem. de Aſſump p. 2 & aſſumit *ſeptem ſpiritus*, id eſt omnem multitudinem, Ruth. 4 n. 15. Iſai 4. n. 1. dæmonum, *ut in nobis multiplicatur ſeptiformis ſpiritus gratia, ita illis immundorum ſpirituum injuria.*

Luc. 11.

Domicilium & requies diaboli Synagoga. D. Ambr.

75

QVÆSTIO XIII.

Quare D. Paulus in tanta veneratione fuit Romæ.

76. Syriac. AIt præſens Textus verſ. 30. *Manſit biennio toto in ſuo conducto*, ſcilicet, hoſpitio. Valde mirum! Miſſus eſt Paulus è Ieroſolymis tamquam vinctus, & alligatus ſub uno Centurione, ut eum perduceret Romam, ubi eſt habitus in tanta veneratione, quod non clauditur in carcere, ſed ei permittitur habitare in hoſpitio, ſive ut habet Syriacus: *Conduxit ſibi Paulus proprias ædes*, in quibus habitabat, & in hoc biennio varias Provincias peragravit, & venit in Hiſpaniam, ſicut ipſe ſcripſerat ad Rom. 15. *Per vos proficiſcar in Hiſpaniam*, & poſtea iterum redit Romam; & ibi unà Petro crucifixo ipſe cum gladio mortem ſuſtinuit anno à Chriſti morte 37. Neronis 13. menſe Iunij 29.

Rom. 15. *Paulus in Hiſpaniam.*

77. Arabic. Euſeb. In hoc autem biennio, quod ſterit Romæ prædicans cum omni fiducia. Arabicus: *Libertate.* Græcus: *Cum omni audaciâ*, ac generoſitate, *ſine prohibitione* Imperatoris ſcilicet, quia ut ſcribit Euſebius lib 2. Hiſtor. cap. 22. Neronem ſuo primo Imperij quinquennio fuiſſe lenem, & facilem, & valde

valde propenſum in Paulum, & maximè cum Paulus impugnaret Iudæos, quos Imperator parvi faciebat, & maximè quia Paulus conciliavit ſibi familiares Neronis, & ſcribit D. Chryſoſt. hic homilia 54. Dicitur ſalutaſſe Neronis *pocillatorem*, & *concubinam*, quam Baronius, & alij cenſent fuiſſe Poppæam Sabinam, & etiam Paulus habuit amicitiam cum Seneca, & ſcripſit epiſtolam, ut teſtantur D. Linus, D. Auguſt. D. Hieronym. quos citavi in opuſc. 1. reſol. 5. q. 14. n. 699.

D. Chryſoſt.

D. Lin. D. Aug. D. Hier.

78. *Virtus à malis laudatur.*

Magna Pauli virtus, ut etiam apud ipſos ethicos, & extraneos, eſſet in tantâ æſtimatione, aut veneratione, vt Paulus non retineretur in carcere, & haberet facultatem publicè prædicandi, ut D. Chryſoſtom. in Pſalm. 11. ad illa verba n. 9 *Cornu ejus exaltabitur in gloria*: ait Bonos, *nemo eſt adeo imprudens, & ſceleratus, qui non laudet, & admiretur: hujuſmodi res eſt, ut etiam ab his, qui illam non ſequuntur, laudetur.*

79. *Virtus maximè attrahit animos.*

Dicitur Daniel 6. n. 3. *Igitur Daniel ſuperabat omnes Principes, Satrapas, quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. Porro Rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum.* Vnde venit Barbaro Regi in mentem velle elevare hominem externum captivum ſuper omne regnum, majora illi committere, quam ſuis clientibus, ac ſervis à nativitate: rationem indicat Text. *Spiritus Dei amplior erat in illo.* Danielis virtus fulgebat ſuper cæteros, ideo præ omnibus magis demulxit, & attraxit animum Regis. Theodoretus ibi ait: *Intelligens Rex illum eſſe virum Deo gratum, quique ſuperna vi niteretur, omne ipſi regnum ad miniſtrandum commiſit.*

Theodoret.

Ait Propheta cap. 5. n. 8. *Erunt reliquiæ Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quaſi Leo in jumentis ſilveſtrium & quaſi catulus Leonis in gregibus pecorum*: Ecce viri Apoſtolici inter barbaras, & indomitas gentes verſantes dicuntur Leones, tamquam cætera animantia; ſed quomodo hoc cohæret, cum Chriſtus Dominus dicat eos tamquam oves, Matth. 1 n..... *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum*; quæ combinatio inter ovem, & leonem; quamvis in naturalibus maximè diſcrepent, in ſpirituali grege Chriſti multum conveniunt: ovis humilis, & mitis: Leo generoſus omnibus animantibus dominatur, & ab omnibus ſibi comparat gratiam, & reverentiam. D. Cyrillus Alexand. ibi ſic ait: *Reliquiæ igitur Jacob per fidem in Chriſtum ſalvati Evangelij præcones, erunt etiam vt catuli Leonis in grege generoſi nimirum contrà inſurgentes: Dominus Ieſus dicebat: Ego mitto vos ſicut oves in medio Luporum, eorum autem fortitudo corda oppugnantium eos confregit, multamque ipſis venerationem conciliavit.*

80. Matth. 1. *Virtus omnibus dominatur.*

D. Cyril.

FINIS.

Laus Omnipotenti Deo, Beatiſſimæque Virginæ Mariæ, B. Sanctiſque Paulo, & Lucæ, quos ſemper in hoc opere invocavi Sanctiſque Doctricibus, ac meis Patronis Thereſiæ, & Magdalenæ de Pazzi.

APOLOGIA

CARMELITANA.

APOLOGIA

CARMELITANA

APOLOGIA CARMELITANA,

COMMENTARIA AD LECTIONES BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MONTE-CARMELO.

16. Iulij in 2. Nocturno.

LECTIO IV.

CVm Sacra Pentecoſtes die Apoſtoli cœlitus afflati, variis linguis loquerentur, & invocato auguſtiſſimo IESV nomine, mira multa patrarent. Viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant, rerum veritate perſpecta, atque probata, Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu, Beatiſſimam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuere) adeo venerari cœperunt, ut primi omnium in Montis Carmeli loco; ubi Elias olim aſcendentem nebulam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerint.

LECTIO V.

AD novum ergo Sacellum ſæpè quotidie convenientes ritibus piis, precationibus, ac laudibus Beatiſſimam Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem fratres Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, ſed & Indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere. Nec vero nomenclaturam tantum magnificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam, verum & inſigne Sacri Scapularis, quod B. Simoni Angelico præbuit, ut cœleſti hac veſte Ordo ille Sacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demum cum olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium tertium non pauci pro illius extinctione inſtarent, aſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planeque juſſit, ut Inſtitutum, & homines benignè complecteretur.

LECTIO VI.

NOn in hoc tantum ſæculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis Beatiſſima Virgo inſignivit, verum & in alio (cum ubique, & potentia, & miſericordia plurimum valeat) filios in Scapularis ſocietatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatus ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorio expiantur, ſolari, ac cœleſtem patriam obtentu ſuo quantocius piè creditur afferre. Tot ergo, tantiſque beneficiis Ordo cumulatus, ſolemnem Beatiſſimæ Virginis gloriam quotannis celebrandam inſtituit.

QVÆSTIO I.

Omnia quæ ab Ecclesiæ Dei ponuntur in Officio Divino magnâ reverentiâ colenda sunt ab omnibus fidelibus.

1. 1. Petr. 1. Dydim. IN persona Christi ait D. Petrus epist. cap. 1. n. 16. *Sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum.* Explicat Didymus, quoniam ego Sanctus per essentiam, vos Sancti eritis per mei participationem, per meam gratiam, doctrinam, ac directionem; Cum enim Divina Sponsa Christi Ecclesia sit Sancta, omnia, quæ ex habitu, doctrina, & directione manant Sancta sunt, magnaque, & alta consideratione ordinata ac dispositа.

2. Gregor. *Omnia ab Ecclesiæ magno examine perpensa.* Quod eleganter nos docet Summus Pontifex Gregorius ad caput Apostolicæ 35. quæst. 9. ubi ait: *Apostolicæ Sedis sententia, tanta consilij moderatione concipitur, tanta patientia, & maturitate decoquitur, tantæque deliberationis gravitate profertur, ut non immutari necessarium ducat.* Expende *decoquitur*; tanta circumspectione, ac examine omnibus circunstantiis perpensis, adhibitisque magnis Viris, ut ibi dicat Glossa: *Sunt irreprehensibilia.* Nempe quæ ab Apostolica Sede emanant.

Glossa.

3. *Historiæ in Breviario canonizatæ.* Rota. Iura. Marian. Et magis specialiter in rem nostram, Historiæ quæ in Breviario habentur *veluti historiæ ab Ecclesia canonizatæ censentur.* Vt habet Rota Romana in una decisione Cæsar. Augusti Cathedralis coram Domino Coccino 1630. & quanta sit auctoritas Breviariorum constat ex cap. *Licet causam* de probationibus, & cap. *In nostra* de Test. ut considerant Mariana tractat. de Adventu S. Iacobi in Hispan. Ambros de Morales in Historia Hispaniæ lib. 9. cap. 14. & lib. 8. fol. 213.

4. Lezana. *Probatione.* Et quod Historiæ contentæ in Breviario sint venefandæ, ut Historiæ Canonizatæ probat noster Doctissimus Lezana in Consultis ex impres. anno 1656. In causa Cathedral. fol. 557. n. 58. quod tales Historiæ sint habendæ, ut Canonizatæ probatur à simili; quia leges Civiles in Canonum Sanctionibus relatæ per Ecclesiam approbati censentur, quod etiam tenet Illustrissimus Rodericus à Cunha in proœmio Decreti n. 21. ubi ait: *Leges Imperiales per aliquem Canonem approbatæ eo ipso suscipiunt vim legis Canonicæ* juxta communem regulam: *Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur*, leg. 2. Cod. de veteri jure enucleando Glossa verb. *Tractatus.*

Cunha.

5. Quintanad. *Historiæ in Breviario multum venerandæ.* D. Aug. D. Bern. P. Antonius Quintanadueñas in Theologia Morali singulari 14. n. 2. tractat. 7. ubi ait, quod quamvis in Breviario antiquo aliqua emendarentur. *Tamen Breviaria, quibus modo utimur omni suspicione carere nullo modo ambigendum est*, sed summè veneranda, ut dicta, & approbata ab Ecclesia; unde valde celebre est illud D. Augustini proloquium doctrinal. fidei *Ecclesia dicit, sufficit* Et D Bernard. lib. de Præcepto, & Dispen. cap. 12. ait: *Sive Deus, sive homo Vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, parique reverentia deferendum.* Quod satis confirmari potest ex his, quæ Christus D. dixit

Luc. 10. suis Discipulis, & in eis suæ Ecclesiæ Luc 10. n. 16. *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit* Quod argumentum latè prosequitur noster

Vvald. doctissimus Vvalden. tom 3. de Sacramentalibus titul. de Horis Canonicis cap. 20.

Cogitet unusquisque Auctor, quod Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium habet plura, & certiora exemplaria, documenta, quam unusquisque particularis Auctor, & quod Sacra Congregatio ad aliquid determinandum, & agendum ad se advocat viros probatissimos, scientia, sapientia, virtute, ac zelo honoris, & gloriæ Dei, ac Ecclesiæ, quos unus particularis Auctor secum non habet. Deinde à Sacra Congregatione cum illis Viris sapientissimis, ac probatissimis omnia alto, & profundo examine decoquuntur, ac ventilantur. *Quanta sit Auctoritas Sacræ Congregationis.*

7. Quod examen non facit unus Auctor particularis; nam si tale examen adhibuisset nunquam proferret, ut modo quidam dixerunt nos vocari fratres B. Virginis de Monte-Carmelo à tempore D. Brocardi, ad quorum os comprimendum sufficiebant præsentes Lectiones Beatissimæ Virginis, quæ nobis hunc præbent titulum à tempore primitivæ Ecclesiæ. Deinde Brocardus floruit circa annum 1188. & sex Summi Pontifices ante annum millesimum, & ferè per trecentos, & sexaginta annos ante Brocardum in suis diplomatibus non appellant fratres B. Virginis de Monte-Carmelo, ut dicam infra q. 3. & quæst. quæ diplomata circunferuntur in communibus Bullariis, quæ per omnium manus habentur, & facile erat videre, ut non talia dicerent sine ullo Doctore, sine ullo fundamento, sed tantum ex suo cogitatu.

QVÆSTIO II.

Lectiones Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo multa auctoritate Apostolica eminent; illaque sunt roboratæ.

8. CVm Lectiones secundi Nocturni in solemni Commemoratione Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo 26. Iulij sint compositæ, & ordinatæ ad laudem, & gloriam ipsius Sanctissimæ Virginis, ut dicunt in suis Bullis statim referendis Summi Pontifices Clemens X.

SVB PAVLO QVINTO.

9. OFficia supra scripta propria Sanctorum Ordinis Carmelitarum ad instantiam Fratrum ejusdem Ordinis reformatorum quos Discalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptaverunt, ad usum dicti Breviarij Romani reformata, & Sacræ Rituum Congregationi præsentata, & de mandato ejusdem Sacræ Congregationis diligenter recognita, & subscripta ab Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Cardinali Bellarmino.

Facultas.

10. Eadem Sacra Rituum Congregatio approbavit, & ut à dictis Fratribus Carmelitanis reformatis Discalceatis nuncupatis, liberè, & licitè recitari, & etiam pro majori commoditate imprimi possint, licentiam, & facultatem dedit, & concessit die 20. Iunii 169. Dominicus Episcop. Hostiens. Cardinal Pinellus.

V. Pellucantius Secret. Congreg.

SVB VRBANO OCTAVO.

11. OFficia supra scripta Sanctorum Ordinis Carmelitarum ad instantiam Generalis eiusdem Ordinis,

Ordinis, & Fratrum reformatorum, quos Diſcalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptaverunt, ad uſum dicti Breviarij reformata ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Cardinali de Torres recognita, & ſubſcripta, & quorum aliqua aliàs ſub die 20. Iunij ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Cardinali Bellarmino de mandato Sacræ Rituum Congregationis reviſa, & approbata fuerunt.

Facultas.

12. Eadem Sacra Congregatio, ut ab univerſo Carmelitarum Ordine liberè, & licitè recitari, ac etiam pro majori commoditate imprimi poſſint licentiam, & facultatem concedit; ac dedit die 12. Iunij 1628. Coſm. Cardinalis de Torres.

Fr. Fulvius Benign; Secret.

Loco † ſigilli.

SUB CLEMENTE DECIMO.

13. COnceſſit die 21. Novembris 1674. ut Officium commemorationis Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo ſub duplici majori, ab omnibus utriuſque ſexus fidelibus, tam ſæcularibus, quam regularibus Regnorum Hiſpaniarum, aliorumque Regnorum, ac Provinciarum Regis Catholici ſubjectarum, qui ad horas Canonicas tenentur recitandum die 16. Iulij, vel alia die infra octavam.

SUB SANCTISS. D. INNOCENTIO XI.

14. QVidam ſcrupuloſi obtulerunt quoddam memoriale Sactæ Congregationi Eminentiſſimi D Cardinalis, quod prædictæ Lectiones eſſent auferendæ ex Breviariis, & loco illarum aliæ eſſent apponendæ ex homilia, aut ſermone alicujus Sancti in Laudem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, , quod memoriale tantum fuit lectum, quod apud nos idem valet, ac neglectum, & Lectiones perſtiterunt integræ, & ſalvæ ſine aliqua ſui diminutione, quod factum fuit die Sabbati Beatiſſimæ Virginis Mariæ 22. Ianuarij. 1678.

IDEM SANCTISS. D. INNOCENT. XI.

15. DIe 24. Martij ann. 1679. anno 3. ſui Pontificatus ad inſtantiam Sereniſſimæ Reginæ Portugalliæ ſub authoritate Apoſtolica conceſſit Officium Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo, cum ſua Miſſa propria, ut à fratribus ejuſdem Ordinis dicitur, ab omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur in omnibus, & ſingulis Eccleſiis præfatorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ac Provinciarum, ac ditionum quomodocumque Portugaliæ Coronæ ſubjectarum annis ſingulis, die 16. Iulij, ſeu alia die infra Octavam celebrari licitè, & liberè valeant.

16. Et dum Summi Pontifices mandant, & approbant recitare Officium Beatiſſ. Virginis de Monte-Carmelo, approbant, & confirmat ipſum Officium; nam unum cum altero, ut valde connexum, *& connexorum idem eſt judicium*, ut latè cum multis Legibus, Textibus, ac numero etiam Doctorum probat Barboſa Axioma 51. & addit cum ipſis Doctoribus: *Connexa, & individua reputantur idem, & nihil poteſt fieri contra unum, quod non fiat contra alterum*, & præter Doctores ibi citatos idem habet Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 2. n. 2. cum Felino cap. Poſtulaſti n. 11 & Suarez cum aliis, quos adducit lib. de legibus cap. 11. n. 10.

Barboſa. Sanchez. Felinus. Suarez.

Textus Lectionis.

Cum Sacra Penteco ſtes die Apoſtoli cælitus afflati variis linguis loquerentur, invocato auguſtiſſimo IESU *nomine mira multa patrarent, Viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſæi inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti fidem comparati fuerant, rerum veritate perſpecta, atque probata Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt.*

PEntecoſtes dies, id eſt, quinquageſimus à die Paſchatis, in quo Iudæi ſolemne Feſtum celebrabant in memoriam datæ Legis in monte Sinaï, in quo die Divinus Spiritus deſcendit in Apoſtolos, qui multa, & magna mirabilia operati ſunt, ut latè explicavi in hoc libro Actorum cap. 2. ita ut in ipſo die Pentecoſtes Concione Petri tria millia hominum fidem Chriſti ſuſceperint, Act 4. n. 41. & poſtea uno, vel altero die quinque millia nomina Chriſto dederint, & intra tres vel quatuor dies octo millia hominum facti Chriſtiani baptizati ſint. 17.

QVÆSTIO III.

Magnus Elias Fundator, ac Inſtitutor Ordinis Carmelitarum.

HAnc veram, & certam reſolutionem de inſtitutione, ac fundatione Religionis Carmelitanæ ab Elia latè tractavi in Opuſculis opuſc 3. per ſex reſolutiones amplas, quæſtiones hic breviter attingam corroborando magis aliqua, & ſatisfaciendo cuidam objectioni contra me oppoſitæ. 18.

Religio Carmelitana fundata inſtituta eſt à Magno Patriarcha Elia. Hæc veritas teſtificata, ac promulgata eſt à Romanis Pontificibus ſæpius approbata à Sacra Congregatione, à Sanctiſſima Virgine Maria proprio ore multoties declarata; perenni, ac conſtanti traditione firmata, ab Elia habitu Carmelitano manifeſtata, teſtimonio magnorum Sanctorum, ac graviſſimorum Authorum roborata, ſingula breviter oſtendo. 19. *Numerantur fundamenta veritatis.*

Teſtificata, & promulgata à Romanis Pontificibus Ioannes XXII Alexander V. Sixtus V. expreſsè dicunt: *Ordinem Carmelitarum per Eliam, ac Eliſæum in Monte-Carmeli inchoatum.* Sixtus IV. Iulius II Gregorius XIII apertis verbis ſic loquuntur, quod Carmelitani Patres *Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi, & Henoch, nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli juxta fontem Eliæ inhabitarunt ſucceſſionem hæreditariam tenentes.* Et Clem. VIII. non ſolum in ſuis Bullis Apoſtolicis pro noſtris Patribus Diſcalceatis conceſſis *in Apoſtolica dignitate*, & alia *Dominici gregis*, ſed, etiam ex quadam epiſtola miſſa ad Regem Perſarum, & ex Bulla Pauli V. Vrbani VIII quæ omnia latè adduxi citata reſol. 2. q. 1. n. 1. 2. & 3 & inſuper Alexand. VII conceſſit, ut in Collecta S. Eliæ dicamus *Patrem noſtrum*, ut dicimus *Præſta quæſumus Omnipotens Deus, ut ſicut Prophetam tuum, & Patrem noſtrum Eliam.* 20. Ioan. XXII. Alex. V. Sixt. V. Sixt. IV. Iulius II. Gregor. XIII. Clem. VIII. Paul. V. Vrban. VIII.

Secundo ſæpius approbata à Sacra Congregatione, ut vidimus ſuperiori q & patet hoc ex præſentibus Lectionibus, ubi dicitur: *Viri quamplurimi, qui* 21. *Sacra Congregatio.*

qui inſtiterant veſtigiis Sanctorum Eliæ, & Eliſæi,
S. Angelus. & ex Officijs aliorum Sanctorum Ordinis S. Angeli die 5. Maij, in 5. Lect. ſic legitur: *Inſignem Sanctitatis Virum parentibus ſuis Eliæ, & Eliſæo perſimilem miraculis Deus ſimilibus illuſtravit.* Et
Spirid. in Feſto S. Spiridonis die 14. Decembris in Oratione dicitur: *Sancti Spiridonis Confeſſoris, atque Pontificis nos Domine feſta tueantur, & ſicut ille Religionis à Propheta Elia inſtitutæ Orationibus, ac operibus fuit fidelis imitator.* Et in feſto Sancti
S. Avert. Avertani die 25. Februarij in 5. Lect habetur: *Sibi Chriſtum, & magnum Eliam Prophetam ſui Ordinis fundatorem in exemplum paupertatis propoſuerat.* Et Revelatio S. Petri Thomæ, de qua ſtatim,
S. Petr. Thom. quæ omnia multoties ſunt examinata, & approbata à ſacra Congregatione.

22. Tertio à Sanctiſſima Virgine Maria proprio ore
Revel. declarata; primo ex revelatione facta à Sanctiſſima Virgine S. Petro Thomæ ait ei Virgo: *Confidito, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſæculi eſt perſeveratura; Elias namque ejus inſtitutor jam olim à filio meo id impetravit.* Quæ re-
S. Petrus Thom. velatio eſt authentica in Breviario, & ſæpè approbata à ſacra Congregatione, & cum Vvadingus Magnus Ordinis Minorum Cronographus
Lucas Vvadingus. præclarus diceret hanc revelationem factam fuiſſe ſuo Petro Theutonico pro ſtabilitate ſui Ordinis, & res in dubium verſaretur, ſacraque Congregatio eſſet anceps in confirmatione, Deo auxiliante, Virgine Maria patrocinante precibus S. Petri Thomæ inventa eſt Bulla Innocentij VI. de qua tota
Lect. rei veritas conſtabat, ſacra Congregatio iterum confirmavit Lectiones S. Petri, & inde Vvadingus ſuam retractavit ſententiam.

Secundo ex Bulla Ioannis XXII. quæ inci-
23. pit *Uti culmine*, & ſic ait: *Mihi flexis genibus Virgo*
Ioan. 22. *viſa fuit Carmelita* (id eſt Carmelitano habitu induta) *ſequentem affata ſermonem: O Ioannes, ô Ioannes Vicari dilecti F. lij mei, veluti à tuo te eripiam adverſario* (ſcilicet Diabolo) *iſtam gratiam amplam meo Sancto, & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes præconcedere per Eliam, & Eliſæum in Monte-Carmelo inchoato.* Perpende ultima verba, quam Bullam confirmarunt multi Ro-
Alex. V. Clem. VII. Paul. III. Pius V. Gregor. XIII. mani Pontifices Ioannis ſucceſſores Alexander. V. qui illam integram in ſuo diplomate, cujus initium eſt: *Tenore cujuſdam refert*, Clemens VII. Paulus III. Pius V. Gregorius XIII de cujus magna authoritate multa dicunt Lezana tom. 5. Annal. anno Chriſti 1322. n. 14. Vinea Carmeli p. 5.
Lezana. Vinea Carm. cap. 5. fol. 452.

Quarto perenni, & conſtanti traditione firmata,
24. de qua ait ſapientiſſimus Suarius tom. 4. de Reli-
Suarius. gione tract. 9. lib. 2. cap. 10. in exordio, dicens: *Et valde recepta, & antiqua traditio hanc Religionem à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Eliæ inſtitutione ſuam ducere Originem.* Et tempore Chriſti oſtenditur ex præſentibus lectionibus ab Eccleſia toties approbatis. Ex Ioſepho Antiocheno anno
Ioſeph. Chriſti 230. in Speculo perfectæ militiæ Chriſtianæ cap 12 Ioannes Ieroſolym. 44. floruit anno 444.
Ioan. 44. lib. de Inſtitut. Monach. cap. 2. 3 & 4 & hoc latè oſtendam infra quæſt. Vbi ex gravibus Authoribus per ſingula ſæcula ab Elia uſque ad præſens oſtendam continuatam ſucceſſionem Religionis abſque ulla interruptione, & cum in hac Religione graviſſimi viri floruerint, S. Bertoldus primus
Bertold. Generalis ex Latinis anno 1141 qui ſolebat, quod *Beatam Virginem*, ut Matrem, *venerabatur*, & *S. Eliam, ut Patrem.* S. Cyrillus ſecundus Generalis,
D. Cyril. qui compoſuit de proceſſu Ordinis Carmelitani,

S. Brocardus, qui moriens convocatis fratribus eos eſt exortatus, quod *recordarentur ſe ipſos eſſe filios magni Parentis Eliæ, ut ejus veſtigia ſequerentur.* Brocard.
S. Angelus, S. Albertus, S. Simon Stoch, S Avertanus, S. Petrus Thomas, S. Andreas Corſinus, & alij innumeri, quod ſi in hoc aliquis ſubeſſet error, & falſitas, & illum ſemper ſuſtentarent, & nunquam emendarent valde difficile creditu eſt.

Quinto multis viſionibus apparuit. Elias habi- 25.
tu Carmelitano indutus, & Venerabili Beatrici *Elias apparet in habitu Carmelitano.*
fundatrici Conventus Hiſpalenſis, & Venerabili Catharinæ de Cordone, & Venerabili Annæ à S. Bartholomæo; de Sanctitate, & virtute horum trium magnum præbet teſtimonium S Thereſia, quod omnes tres teſtificatæ ſunt, ipſum vidiſſe habitu Carmelitano, & pallio albo, quod cum ſuis Authoribus retuli citata reſol. 1. q. 1 n. 15.

Dorothæus à S. Renato Commentario in Apo- 26.
calypſim lib. 2 q. 10. ſect 3. inter varias viſiones, quas refert de S. Elia, unam ſingulatim hic adducam quod cùm in Civitate Mechlemenſi anno 1580. Hæretici Anglici intenderent deſtruere Conventum Carmelitarum S. Eliæ peculiariter conſecratum ſuper conventum apparuit quidam ſenex ve- Doroth.
nerandus habitu Carmelitano indutus extenſa manu cum gladio, unde Hæretici magno correpti metu in fugam agitati ſunt, & ex habitu, quo apparuit rectè colligitur veſtis, qua in hoc ſæculo utebatur, ut dixi citato loco ex Samuele veniente Epho linea.

Sexto ex teſtimonio magnorum Sanctorum, ac 17.
graviſſimorum Doctorum, apertè pro hac noſtra ſententiâ ſtant S. Bertholdus, S. Brocardus, S. Cyrillus Conſtantinopolit. citati in hac q. S. Petrus Thomas lib. de peccato Originali, his adde Sera- *Præclariſſimi Sancti pro hac veritate.*
phica S. Thereſia ut refertur lib. Fundat. cap. 13. exhorrans ad moderationem, & paupertatem in ædificiis dicebat ſuis: *Verſentur nobis ante oculos Viri noſtri Fundatores, qui ſunt Sancti illi Patres à quibus deſcendimus, quos per hanc paupertatis, & humilitatis viam ad Dei fruitionem perveniſſe novimus.* S. Eliam in Horeb, & Eliſæum cap. 27. de S. Thereſia.
quodam Monaſterio ait: *Aditus porro illius ſubterraneus eſt, veluti per Cavernam, quæ ſpeciem referebat ejus, in qua Pater noſter Elias delituerat*, & idem ferè dicitur cap. 28. & 29.

S. Angelus, ut in ejus vita Enoch Patriarcha 28.
cap. 4. §. 6. refert cùm vellet tranſire Iordanem S. Angelus.
ait: *O flumen verè Sanctum per ſignum, quod in te fecit Sanctus Pater Eliæ præſente Eliſæo ad Paradiſum per turbinem profectus.* Mirabile dictu flumen diviſum eſt, & ſic ad ſuſcitandum mortuum exorat: *Deus, qui per merita Patris mei Eliæ viduæ filium ſuſcitaſti.*

S. Avertanus frequenter exorabat poſtulans 29.
partem ſpiritus Patris ſui Eliæ, ad cujus exemplar totam ſuam vitam componebat: & ſunt ſeptem Carthag.
Sancti canonizati pro hac ſententia citati reſol. 1. q. 1. n. 13. 14. 15. 16 17. 18 Multos, & graves Authores, & etiam ex omnibus Religionibus pro noſtra ſententia retuli, & pluſquam centum, & quinquaginta poſſem adducere: Optimè ergo ait

M Ioannes Carthagena, quod in
humanis nulla maior veritas
dari poteſt.

* *
*

QVÆST.

QVÆSTIO IV.

Referuntur aliquæ opiniones, ſi dici poſſunt opiniones, & impugnantur cum ſua objectione.

30. *Opiniones frivolæ.* Volater. D. Ant. Baron.

DE his opinionibus jam egi opuſculo 3. reſ 2. q. 2. hic vero repeto, ut ſolvam quandam Adverſariorum objectionem, Volaterranus *in Tropologia* lib. 21. ait: Religionem incepiſſe ſub Alberto Patriarcha Ieroſolymitano ſub Honorio IV an. 1286. D. Anton. 3. p. tit. 20. cap. 5. & alij principium Religionis aſſignant ſub Innocentio III. qui convocavit Concilium Lateranenſe ann. 1215. Baronius tom 12. ad ann Chriſti 1181. dat principum Religionis ſub Aymerico ſine ullo Doctore, fundamento, ſed tantum uno ſimplici verbo ſuo, unde bene ait Caramuel Epiſcopus Campanienſ. *Sum jam aſſuetus Baronio non credere dicenti, & non probanti*, citato loco à me adductus, & ex veris fundamentis.

31. *Refutantur.*

Et ibi has tres ſententias impugnavi, & eas merito rejiciunt noſtri Doctores per authentica inſtrumenta antiquiſſimorum Conventuum, v. g Florentiæ anno 743. & Conventus Senenſis anno 797. quas adducit Lezana ad citatos annos; Ego vero per Bullas Apoſtolicas has tres ſententias rejicio ita ut nullum ſit in eis probabilitatis veſtigium.

32. Steph. V. Leo IV. Ioan. X. Ioan. XI. Adr. II. Serg. III. Alex. II. Sixt. IV. Gregor. XIII. Clem. VII. Bullar.

Summi Pontifices Stephanus V. qui floruit anno 818. Leo VI. anno 847. Adrianus II. anno 868. Sergius III anno 907. Ioannes X. anno 913. Ioannes XI anno 931. Alexander II. anno 1061. qui omnes ſeptem Summi Pontifices conceſſerunt varias Indulgentias viſitantibus Eccleſias Fratrum Ord Beatiſſ. Virginis de Monte-Carmelo in certis diebus Feſtivis Has conceſſiones Apoſtolicas refert Sixtus IV. in ſua Bulla 2. pro Religion. Carmeli, & incipit: *Dum attenta quod Gloriosa*, & etiam refert Gregorius XIII. in Bulla ut *Laudes* & modo etiam Sanctiſſimus Dom. Clemens X. in Bulla, quæ incipit: *Commiſſa nobis divinitus* data 1673. die 8 Maij, quæ Bullæ authenticæ habentur in noſtro Conventu Tranſpontino, ac in hoc Carmelo Olyſſipone, & in Bullario Carmelitarum Diſcalceat fol 117. & fol 326 & apud Bullar. Rodrig.

33. *Apertè refutantur illa ſententia.*

Ex his ſeptem, Summi Pontifices Stephanus V. Leo IV. Adrianus II ferè per trecentos annos habuerunt Pontificatum ante Aymericum, & per trecentos quinquaginta ante Albertum, & Innocentium III & Pontifices Sergius III Ioan. X. Ioan. XI. ſuum Pontificatum tenuerunt ante Aymericum excedens ſpatium pluſquam ducentos annos, & ante Albertum, & Innocent III & Concil Lateranenſe ferè ducentos, & quinquaginta annos Alexand. II. floruit ante Aymericum pluſquam centum annos, & ante Albertum, & Innocent. III ferè per centum quinquaginta annos; Ecce per Bullas Apoſtolicas authenticas demonſtratur, quod Religio Carmelitana per multa annorum ſæcula reſplenduit ante Aymericum, Albertum, ac Innocentium III

34. *Objectio.*

Dicent fortaſſe adverſarij, quod dum Summi Pontifices citati dicunt Religionem Ordinem impropriè, ac latè loquuntur, quia Religio, & Ordo important vota; ergo cum tunc Ordo Carmelitarum ſe non haberet impropriè eſt Religio, & Ordo.

35. Barboſa.

Reſpondetur primo, quod verba Sum. Pontificũ in vero, & genuino ſenſu, ut ait commune axioma, ut latè probat Barboſa Axiom. 222. n. 4. ſunt accipienda, & intelligenda, inde Carmelitæ ab inſtitutione Eliæ habent vota, eaque maximè roborarunt, ac firmarunt, & cum magna perfectione, ac majori, quàm antea erant, nempe in Eccleſia primitiva, ac Apoſtolorum tempore.

36. D. Aug. D. Hier. D. Tho. 1. Cor. 7. Actor. 4. Suarez. Lyran. Caietan. Lorin. Cornel. Tyrin. Menoch.

Omnes enim Apoſtoli tria emiſerunt vota, ut expreſsé docent D. Aug de Civit. Dei c. 4 & in Pſ. 131. D. Hieron. de Viris illuſtribus in Philone. D. Tho. 2. 2. q. 88 artic. 4. ad 3. Nam illi illuminati gratia Spiritus S. & doctrina Chriſti obſervarunt omnimodè omnem perfectiſſimam vitam juxta Chriſti documenta abnegantes ſemetipſos, cum abnegatione propriæ voluntatis appetituum, ac temporalium, & ut optimi Magiſtri hanc ſuos diſcipulos docuerunt doctrinam, unde ait Paulus 1. Cor. 7. n. 7. *Volo autem vos omnes eſſe ſicut me ipſum.* Vnde de illis primis Chriſtianis ſcribitur Act. 4. n. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quiquam eorum quæ poſſidebat ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* Vnde D. Petrus, ut refertur Act. 5. n. 3 dixit Ananiæ: *Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui S. & defraudari de pretio agri, & venundatum in ſua erat poteſtate.* Significat quod venundatum antequam voverit in ſua erat poteſtate, ut illo uteretur quo vellet, at poſtquam emiſit votum paupertatis jam non erat, & defraudans mentitus eſt Spiritui S. nam ex voto violato ipſe, & uxor ejus in tàm rigidam mortis pœnam inciderunt, & hanc eſſe communem Patrum ſententiam teſtatur Suarez tom. 3. de Relig lib. 3. cap 3 n 4. quibus accedunt Lyran. Caiet Lorin Cornel. Tyrin Menoch

37.

Ex quibus collignnt quod in primitiva Eccleſia dmnes emittebant vota, perfecti omnia tria, alij vero unum, vel alterum; cum ergo filij Eliæ eſſent ſub doctrina Apoſtolorum, imò eis maximè intimi, utpote, ut ait Ioſephus Anthiochenus, Coadjutores Apoſtolorum in prædicatione Evangelica, abſque dubio tria vota, quæ hauſerant ex diſciplina Eliæ, Apoſtolorum doctrina magis corroboratunt, & ad majorem, atque excellentiorem perfectionem ſublevarunt, & maximè documentis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ omnium ſupremæ doctricis, ac Magiſtræ in univerſa probitate, virtute ac ſanctitate, & perfectione, cujus colloquiis feliciter ipſi frui potuerunt, ut dicitur in Lectionibus, & poſtea habebant regulam Ioan. 44. Cum votis ut patet ex ejus libro cap. 16.

QVÆSTIO V.

Ex tanta perſiſtentia diſciplinæ in filiis Eliæ colliguntur in eis vota.

38.

HÆc quæſtio eſt præcipua difficultas hujus Apologiæ, quam late tractavi in opuſculis opuſc. 3. reſol. 3. per multas quæſtiones, nunc vero præſens materia poſtulat eam iterum tractare ſupponendo aliqua ex dictis, & multa addendo, atque aliqua addendo per ſequentes Sectiones.

SECTIO I.

Aliqua, & valde communia ſupponenda.

39. *In lege veteri valde commune votũ.* Levit. 27.

SVpponendum primo, quod in lege veteri valde communis, & frequens fuerit uſus votorum, Levit. 27. n. 1. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos: Homo, qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam ſub æſtimatione dabit pretium*, & latiſſimè agitur in toto capite de obſervatione voti, facto, vel faciendo,

Num.30. ciendo,& Numer.30.n.3.ubi dicitur: *Iſte eſt ſermo, quem præcipit Dominus : Si quis virorum votum Deo voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento non faciat irritum verbum ſuum,*& ibi circa votum multa diſponuntur n.1.6. & 8.& Deuteronom. 12. n. 8. & cap.23 n.21. & Eccleſiaſt.5. n. 3. *Quod voviſti Deo ne moreris reddere,*Pſalm.75. n.12.*Vovete,& reddite Domino Deo veſtro.* Lorinus ibi ait: quod juxta Patres Latinos exponendus eſt de rebus, quas Lex non præcepit.

Deut.12. Eccl. 5 Pſal. 75. Lorin.

40. *Vota in particulari.* Gen.28. Pſal.21. Pſal.131. Iud. 11. 1. Reg.1 3.Reg 15 2. Paralip. 31. Iudith.16

Veniamus ad magis particularia: Iacob edidit votum,Geneſ.28. n. 20. *Vovit etiam votum, dicens: Si Dominus fuerit mecum, & cuſtodierit me David,* Pſalm.21.n 26. *Vota mea Domino reddam,* Pſal. 131. n.2.*Votum vovit Deo Iacob.* De ædificando Templo Iaphet rediens victorioſus,Iudic.11.n 30. *Fecit ſicut voverat.* Anna Samüelis mater 1. Reg. 1. n. 11. pro obtinendo filio *votum vovit.* Et Rex Aſa repoſuit in Templo,3.Reg.15.n.7. *Quæ Pater ſuus voverat in donum Domini aurum,& argentũ,*& filij omnes Iſraël de populo pro reſtauratione Divinorum, 2. Paralyp. 31 n.2.& 12.*Obtulerunt quæ voverat Domino Deo ſuo.* Et poſt decollatum Holofernem Iudith. 16. n. 22. *Obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones ſuas*; imo & peſſimus Abſalon poſtulavit à Patre ſuo facultatem, dicens 2. Reg. 15. n. 7. *Vadam,& reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron.* Similiter, & alij multi.

2.Reg.15

41. Ovand.

Quæ vota faciebant ad majorem operis firmitatem,& obſequium Dei, ac majus meritum comparandum,ut notat Ovandus in 4. diſtinct. 3. propoſit. 8. & ait: *Notum erat Iudæis, quod opus factum ex voto erat laudabilius, & magis placere Deo virginitatem cum voto.*

42. *Obedientia, Paupertas, Caſtitas.*

Supponendum ſecundo eſt,quod in Elia, & Eliſæo,ac filiis Prophetarum dabatur eximia obedientia,paupertas,& caſtitas,ut latè oſtendi citato opuſculo tertio,reſol.3.q.6. & 7. ex Scriptura, & Patribus,multiſque magnis documentis.

SECTIO II.

Tria vota in Elia, ac filiis ejus aſtruuntur ex propria ſententia.

43. AD hanc veritatem de tribus votis in Lege veteri multa, & ſolida fundamenta ponunt noſtri ſapientiſſimi Magiſtri Petrus Munox, Franciſcus à S Maria, Lezana, Petrus Vaſtelius, Daniel à Virgine Maria, Vinea Carmeli, & Franciſcus bonæ Spei in ſuo doctiſſimo Armentario, quæ fundamenta videnda ſunt apud ipſos Autores, ex noſtra tamen minima tenuitate ſex ferè propono.

Primum fundamentum.

44. *Vota requiruntur ad perſeverantiam Religionis.* D.Tho. Suarez.

Deſumptum ex Doctrinâ D. Thomæ 2. 2. q.186. art.6.ad primum, ubi docet, quod ad perſeverantiam, conſiſtentiam, ac perfectionem ſtatus Religioſi requiritur aliquod voti vinculum; quia cum natura humana ſit valde inconſtans, & mutabilis, niſi detur aliquod vinculum totum corruet, unde ait ipſe Angelicus Doctor: *Non aliter homo poteſt totam vitam ſuam Deo exhibere, niſi per voti obligationem.* Quod optimè explicat Suarez tom. 3. de Religione lib. 2. cap. 3. n 2. *Cum hoc ſit de re valde difficili, & de non neceſſaria ſed voluntaria, niſi aliquo morali vinculo firmata ſit, facile fluctuabit.*

45. Atqui à raptu Eliæ fluxerunt nongenti ſexaginta quatuor anni uſque ad viros illos,qui ejus veſtigiis inſtiterant, de quibus eſt ſermo in prædictis lectionibus approbatis à Sede Apoſtolica: ergo in eis interceſſit aliquod voti vinculum cum perduraverit per ferè mille annos in tanta varietate Reipublicæ Iudaïcæ, & ſub crudeli, & dira perſecutione Regis Antiochi, itaut nullus auderet aliquam legis obſervationem facere,ut infra dicam: ergo ad perſeverantiam illius ſtatus per tantum temporis intervallum aliquod morale vinculum interceſſit, quod fuit votum.

Perſeverantia Religionis Carmelitana.

Secundum Fundamentum.

46. *Servendum Deo cum voto dictat ratio naturalis.*

Et ſanè apud me efficax,quod deſumo ex doctrina Suarij tom.3. de Religion. lib.3.c 1.n.2. Vbi ait, quod ſuppoſita fide,lumine naturali notũ eſt,melius ac perfectius eſſe ſervire Deo cum voto, quam ſine illo; nam per fidem Divinam cognoſcimus quantum debeamus Deo,ut Auctori naturæ, & gratiæ; nam ab eo, ut Auctore naturæ accepimus creationem, conſervationem, & multa bona temporalia; ab eo ut ſupernaturali habemus fidem, gratiam, remiſſionem peccatorum per proprium ſanguinem, & hæreditatem vitæ æternæ: lex ergo naturalis dictat,quod Domino,à quo tot, & tanta bona recipimus, meliori & perfectiori modo, quo fieri poteſt, ſerviamus; hoc poſito ſic conficio argumentum.

47. *Elias cognovit ratione naturali perfectius cum voto.* 3.Reg.17

Elias per lumen naturale cognovit melius, ac perfectius eſſe ſervire Deo cum voto, quam ſine illo: ergo ſuas virtutes voto firmavit. Antecedens patet ex dictis maximè cum lumen naturale mentis Eliæ eſſet multum adjunctum lumini Divinæ gratiæ. Conſequentia probatur: Elias dicebat de ſe: *Vivit Dominus ante cujus conſpectum ſto*, 3. Reg. 17. n. 1 & iterum, 3. Reg.18.n.15. *Vivit Dominus, ante cujus vultum ſto,* & Apoc.11. n. 4. *Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conſpectu Domini ſtantia*, ſermo eſt de Elia,& Enoch,& quamvis illud *vivit Dominus* ſit valde conſuetum juramentum apud antiquos Patres,ut David 1.Reg.26.n.10. *Vivit Dominus,quia niſi Dominus percuſſerit eum*, &c. Et iterum ibid. n. 16. *Vivit Dominus; quoniam filij mortis eſtis.* Et Ierem. 4 n 2. *Vivit Dominus in veritate*; at Elias amplius aliquid dixit: *In cujus conſpectu ſto.* Ex quo dicitur, quod ſemper Elias ſe conſiderabat ante faciem,ac præſentiam Dei,ut inde ſe magis obligaret ad ſummam venerationem, ac perfectiſſimum obſequium omni meliori modo ſibi poſſibili Deo exhibendum, ut exponunt Beda, & Richardus,& D. Athanaſius in vita S. Antonii, & ait: *Elias dicebat, vivit Dominus in cujus conſpectu ſto non computabat Elias præteritum tempus; ſed tamen quotidie in certamine poſitus talem ſe præbere cupit, qualem ſciebat Dei dignum eſſe conſpectibus, purum corde,& præparatum obedire voluntati Dei.*

Beda. Richard. D. Ath.

48. *Elias ſæpe vivit in voto.*

Atqui Elias deprehendebat lumine naturali majorem venerationem; ac excellentius, & perfectius obſequium Deo exhiberi cum voto, quam ſine illo: ergo ſine illo non ſe exibebat coram Deo omni meliori modo ſibi poſſibili *nec talem ſe præbebat, qualem ſciebat Dei dignum eſſe conſpectibus*, nec verè diceretur de eo, quod ſurrexit tamquam ignis,|Eccleſiaſt 48. n.1. devorans, & conſumens omnes temporales affectus, ut maiori luce reſplenderet ante conſpectum Domini; maximè cum ſciret,quod alij ſuas virtutes vita firmaverint.

49. Quod ergo tantus, & talis homo, ut Elias cognoſceret, ac intelligeret; quod melius, ac perfectius erat voto virtutes firmare, quam ſine illo, & quod etiam videret,& ſciret ex Scripturis, quod

alij

Illatio ex antecedētibus. alij ad majorem perfectionem, ac firmitatem virtutes ſuas voto corroboraverint, ut Iacob, David, Anna Samuelis mater, & alij, & quod ipſe ſuas operationes voto non ſtabiliret, rationabiliter videtur creditu difficile.

50. *Adverſariorum inſtantia.* Forſitan dicent Adverſarij, ut interloquendum multoties aſtruunt, quod Deus ſua alta Providentia decreverit condere legem Evangelicam perfectiſſimam, & ſtatus Religioſus tribus votis eſt valde perfectus, ideo illum voluit reſervare ad legem Evangelicam, & quod in nulla alia lege daretur.

51. Contra tamen: Magnum Dei donum eſt vivere per totam vitam in gratia, & amicitia Dei, abſque aliquo peccato mortali, ut communiter celebratur de Abel, utpote primo Iuſto, primo Sacerdote; & Martyre Idem dicitur de Noë, de quo ait ſcriptura Geneſ. 6. n. 9. *Noë vir juſtus, atque perfectus in generationibus ſuis.* Idem habetur de Abraham; qui ab Apoſtolo Roman. 4 n. 1. appellatur: *Pater omnium credentium per fidem.* Idam affirmatur de Iſaac, & Iacob, ac Iob, de quo dicitur: Iob. 1. n. 1. *Vir ſimplex, rectus, ac timens Deum, recedens à malo*, & Ieremia ſanctificato in utero materno, de Daniele, tribus pueris, & Elia, ac Eliſæo; Item inſigniri corona martyrij, de quo ait Chriſtus Dominus Ioan 15. n. 13. *Nullus majorem charitatem habet, quam ut ponat animam ſuam pro amicis ſuis.*

Gen. 6. *Si majora conceduntur, cum minora negantur.* Iob. 1. Rom. 4. Ioan. 15.

52. Tunc ſic perfectius, ac excellentius donum eſt totam vitam ducere in gratia, ac amicitia Dei, quod eſt donum confirmationis, vel inſigniri corona martyrij; quàm ſtatus Religioſus tribus votis; & tamen illud Deus dedit in ſubſtantia, & entitate Patribus antiquis, cur igitur negandum, quod dederit minus, ut ſtatus Religioſus, in quo (væ nobis) multi gravia, & grandia peccata commiſerunt? reſervavit tamen Deus, ut illa in lege gratiæ cum majori, excellentiorique perfectione, ac majori gratia darentur.

Tertium fundamentum.

53. Communiter ſancti Patres, quos adduxi citato opuſculo 3. Reſol. 3. quæſt. 9. n. 75. ut D. Gregor. Nazianz. D. Hieronym. D. Auguſt. D. Chryſoſt. noſter Inſignis Vualden. Tres Cardinales Cajetanus, Damian. Bellarm. alijque multi, quos ibi citavi, argumentantes contra Hæreticos vituperantes ſtatum Religioſum ad eorum errores convincendos, opponunt Eliam, ac Eliſæum; ergo in iſtis ſanctis Prophetis agnoſcunt ſtatum Religioſum, non tamen tanta perfectione; ut in lege Evangelica. Quo poſito, ſic facio argumentum.

54. *Hæretici admittūt calibatū, & auſteritatem, & negant ſtatum Religioſum.* Sancti Patres argumentantes contra Hæreticos non opponunt contra eos, id quod ipſi approbant, & laudant, ſed id, quod damnant, reprobant, & condemnant; atqui hæretici laudant, & approbant vitam in Cœlibatu, ac in ſolitudine, & aſperitate, & damnant ſtatum Religioſum cum tribus votis: ergo quando opponunt contra eos Eliam; ac Eliſæum non ſolum agnoſcunt in eis Cælibatum, atque auſteram vitam, ſedetiam monachatum cum tribus votis. Major eſt certa, conſequentia recte colligit, minor in qua eſt tota vis argumenti probatur, quia Eliſabeth Regina Angliæ ſolebat dicere, quod plus gloriabatur de ſua virginitate, quam de corona Regni, & apud ipſos hæreticos, qui vivunt in multa auſteritate, & pœnitentia, & vocantur rigidi Calviniſtæ, rigidi Luterani, ut teſtatur Hortus Paſtorum, & apud Mauros vocantur *Merabetos*: ergo quando Patres, & Doctores opponunt contra Hæreticos Eliam, & Eliſæum, non eſt ex cælibatu, & ex auſteritate, ſed ex ſtatu Religioſo.

Reſpondent adverſarij, quod omnia illa, teſtante Apoſtolo, *Contingebant illis in figura*, ac proinde, quod adducitur ſtatus Eliæ, & Eliſæi tamquam umbra, & figura ſtatus Religioſi, non quod in illis verus daretur, & ex hoc capite multa congerunt in nos argumenta, aſſerentes, quod in illis tantum erat figura, & nihil reale.

55. *Inſtantia adverſariorum.*

Primo contra, & diligenter adverte; Quamvis illa in Patribus antiquis eſſent umbræ, & figuræ, tamen in ſe ipſis cum omni proprietate, & rigore erant entia realia, veræque realitates; nam martyrium in lege veteri extitit figura martyrij legis gratiæ, & tamen extitit, & proprie martyrium, de illo ait Paulus Hebræor. 11. num. 36. *Alij ludibria & verbera experti, inſuper vincula, & carceres lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt in occiſione gladij*, verè, & propriè effuderunt ſanguinem, & mortui ſunt; Voluntaria paupertas antiqua extitit umbra, & figura paupertatis Evangelicæ; & tamen extitit vera paupertas, dicente Apoſtolo Hebræor. 11. num. 38. *Alij circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis.* Gloſſa Interlinealis, & communiter Patres habent ibi, ut Elias, & Eliſæus: Ecce vera, & extrema paupertas, cum dicitur abſolutè egentes, abſolutè intelligitur de omni re, cibo, potu, veſtitu, ac de loco, in quo reclinent caput: Remedium legis Naturæ, ac Circunciſio erant figuræ Baptiſmi, & tamen verè, & reali er erat quædam cæremonia, & præcindebatur pars icula carnis, & remittebatur peccatum original, & dabatur gratia, Vota Iacob, Davidis, Annæ, Aſſa Regis, ac Principum fuerunt figuræ votorum legis gratiæ, & tamen fuerunt vera, & realia vota, veramque, & realem obligationem induxerunt.

56. *Antiqua etſi figuræ realitates.* Hebr. 11.

Dicuntur autem illa antiqua umbra, & figura per reſpectum ad magnam perfectionem, ſublimitatem, ac celſitudinem, quam tales actiones obtinent, & conſecutæ ſunt ex adventu Chriſti Domini dicente ipſo: *Veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Ioan. 10. num 10 Syriacus: *Quod abundantius eſt habeant.* Arabicus; *Ut abundantius eis ſit*, ut exponunt à me citati tom. 4. in Evang. cap. 19. ex p. 4. n. 39 D. Chryſoſt. D. Auguſt Euthym Theophylact Beda gratiam, & vitam æternam abundantius, quam antea habebant Noſter D. Cyrillus Alexandr Abundantius habeant multiplicem Sancti Spiritus donorum copiam, & Ioannes-Baptiſta de ipſo clamat Ioan. 1. n. 16. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus gratiam pro gratia.* Explicat D. Chryſoſt. in Catena recepimus novam gratiam cum plenitudine eius, pro gratia, quæ dabatur antiquitus, non tamen cum plenitudine eius.

57. *Cur antiqua dicuntur umbra, & figura.* Ioan. 10. D. Chryſoſt. D. Aug. Euthym. Theoph. Beda. D. Cyril. Alexand. Arabic. Ioan. 1.

Chriſtus Dominus veniens in hunc mundum lux fulgentiſſima, quæ totum mundum illuminavit ſua præſentia, ſuaque doctrina, omnes direxit, & quantum eſt ex ſe omnes ſublevavit ad Cœlum exemplo ſuæ humilitatis, paupertatis, patientiæ, ac obedientiæ uſque ad mortem. D. Cyrillus Alexandr. D. Chryſoſt. D. Auguſt. D. Paſchaſ. notant ex illo, quod dicitur de Chriſto Domino moriente: *Tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.* Matth. 27. num 45. & 51. cuius erit mens, quæ conſiderata Chriſti morte non obſcuretur, ac tenebretur ad omnia temporalia, ut illa deſpiciat, cuius animus non tremat, ac contremiſcat tantum Dominum offendere, & cuius cor ex delictis

58. D. Chryſoſt. D. Aug. D. Paſch. *Chriſtus ad ſe traxit omnia ſæcula.*

delictis non ſcindatur contritione, ac pœnitentia.

59. Secundo. Nos modo in lege Evangelica ſumus tamquam in umbra, ac figura per reſpectum ad æternam Beatitudinem teſte Apoſtolo 1. Corinth 7. num. 31. *Præterit enim figura hujus mundi*, totum hujus mundi, ut denotant D Gregor. lib. 6. epiſt. 26. D. Hieronym in vita S. Hilarionis, D. Leo ſerm. 5. de jejun. 7 eſſe umbram, & figuram per reſpectum ad æternam Beatitudinem, nam, ut ait Paulus 1. Corinth. 13. num. 12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem*, & cum ſimus in figura noſtræ actiones ſunt veræ, & reales, ita & illæ in lege veteri.

1. Cor. 7. D. Greg. D. Hier. D. Hilar. *Nos in figura.* 1. Cor. 13

60. Tertio ut dixi citata quæſt. 9. quomodo fieri poteſt, ut Sancti Patres, ac Doctores argumentantes contra Hæreticos eis opponant ſtatum Religioſum in Elia, ac Eliſæo in figura, cum Hæretici diabolico, ac venenoſo ſpiritu, & ore, ut negent veram, & realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia dicunt, quod illa verba: *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt Calix ſanguinis mei*, per tropum, figuram, ac ſignum ſint accipienda: è contra vero omnes Catholici pugnant, eſſe accipienda: in legitimo, vero, ac connaturali ſenſu, aliàs tota veritas ſcripturæ deſtruitur, & ſic dicemus, quod per figuram, ut tropum Deus creaverit mundum; Adamus peccaverit, & omnis caro corruperit viam ſuam: ergo ut firma veritas perſiſtat, in ſuo naturali ſenſu accipienda ſunt verba, ac proinde ut argumentum habeat efficaciam in vera, ac reali acceptione intelligendi ſunt Patres, cum de Elia loquuntur, licèt non ea perfectione, ut in lege gratiæ.

Sancti Patres exponunt Hereticos.

Quartum fundamentum.

61. Zelus communiter definitur; Eſt præclariſſima virtus, quæ pro poſſe ac omnibus viribus quærit, ac intendit gloriam Dei, & deſtruere quidquid illi eſt contrarium, ſed magis quæritur, ac intenditur gloria Dei per virtutes voto firmatas, quam ſimplices: ergo cum Elias ſit ſummus Zelator honoris Divini ejus virtutes fuerunt voto firmatæ: Major eſt certa, & communis definitio: Minor eſt certa, per id magis, ac magis quæritur, ac intenditur gloria Dei, per quod magis obligatur homo ad illam quærendam; ſed magis obligatur per vota ergo, magis intenditur gloria Dei cum votis, quam ſine illis, per quæ magis corroborantur.

Quid ſit zelus.

62. Conſequentia eſt optima, & principalis; quia ſi virtutes Eliæ non fuerunt voto firmatæ, dabitur alius major Zelator, quam Elias, quod non eſt admittendum; Ipſe enim proponitur ab ſcriptura, ut ſummus Zelator honoris Divini 1. Matth. 2. n 58. *Elias dum zelat zelum legis receptus eſt in Cœlum*, & à Sanctis Patribus, ac Pontificibus, indeque ab ipſis omnes exhortantur ad imitandum ejus zelum, ut habetur ex jure Canonico c 23. q. 4 Cap. *Si illic* univerſus populus Chriſtianus ad pugnandum, & ſtandum pro honore Dei cap. *Quod Chriſtus*, & cap. *Giuliſarius* eadem quæſtione pro populi ſalute procuranda. Cap. *Cum ſcriptura* 1. quæſt. 1. Omnes Epiſcopi, & Prælati admonẽtur pro virtutibus plantandis, & vitiis propulſandis. D. Chryſoſtomus lib. 3. de Providentia, univerſi Reges, & Principes ad interficiendos, ac comprimendos hæreticos, ac ſacrilegos, D. Antonius Abbas, ut refert in ejus vita D. Athanaſius dicebat ad ſuos Monachos *Eliam, & Eliſæum, ac filios Prophetarum quos conſtat veracitèr veteris teſtamenti monachos imitari curate.*

Elias ſupremus zelator. *Loca juris.* D. Chryſoſt. D. Ant. D. Ath.

Quintum fundamentum.

Si aliquid obſtaret, ob quod non darentur vota, & maximè caſtitatis eſſet imperfectio illius legis; atqui hoc non obſtat, multo enim perfectius, & excellentius eſt martyrium, dicente Chriſto Domino: *Majorem charitatem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis* Ioan. 15. num. 13. & tamen in illa lege dabatur martyrium, ut conſtat ex Paulo ſupra citato, & ex D. Stephano Actor. 7. num. 52. *Quem Prophetarum non ſunt proſecuti Patres veſtri, & occidebant eos, qui prænuntiabant de adventu juſti*: ergo imperfectio legis non repugnat. Reſponderunt adverſarij perfectius eſſe martyrium; quàm votum, tamen quod votum pro illo tempore habebat multam repugnantiam ob affectum, quem omnes habebant ad generationem naturalem, ut fierent Patres Chriſti; Contra tamen ſic inſto: Multo magis repugnat cum generatione naturali martyrium, quod involvit mortem, quam votum, quo ſtante poteſt dari generatio licitè, vel illicitè interveniente diſpenſatione. 63. Ioan. 15. Act. 7.

Videntes adverſarij hujus inſtantiæ vim ad aliud confugiunt dicentes, quod Martyres tenebantur ad martyrium amplectendum ne fidem deſerent; nam eis data fuit optio, quod idolis ſacrificarent, vel iniquis Imperatorum mandatis obedirent, vel martyrio colla darent, & pro conſervanda fide martyrium ſunt amplexati. 64. *Reiicitur reſponſio.*

Sed contra: Imprimis, id, quod aſſumit non eſt verum; nec enim omnibus hæc optio data eſt; ut ſacrificarent idolis, vel morerentur; nam Abel mortuus eſt à Caïmo ex odio, & invidia: Eleaſarus mortuus eſt, ne ſuis malum præberet adoleſcentibus exemplum 2. Machab. 6. num. 24. Daniel, quia contra Regis edictum in domo ſua oraret januis apertis miſſus eſt in lacum Leonis cap. 6. n. 13. Duæ mulieres, quia delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe ſimul cum pueris ab uberibus ſuſpenſis præcipitantur ex muro 2. Machab. 6. num. 10. ſic omnes ferè Prophetæ Iſaïas: Ieremias Ezechiel, Zacharias, & alij occiſi ſunt; quia populum increpabant; Ioannes-Baptiſta, quia arguebat Herodem, ſic & noſter S Angelus Carmelita, qui inceſtuoſum Berengarium increpabat, & anno 1674. impreſſa eſt Madriti Hiſtoria Anglicana cum appendice multorum martyrum, qui ab Hæreticis occiſi ſunt, vel quia prædicabant fidem Catholicam, vel quia fuerunt in eorum domo Cruces, imagines & paramenta Sacra. 65. 2. Mac. 6. *Impugnatur ſolutio.* Dan. 6. 2. Mac. 6.

Alij vero Martyres, ſi vellent, poterant vitare Martyrium, ut de D Andrea dicitur, qui à populo liberari poterat, ſed ipſum cohibuit, ne exoptatam martyrij palmam impediret; alij ſancti poterant Deum exorare, ut eos à laqueo venantium eriperet, ut liberavit Apoſtolos à carcere Actor. 5. num. 19. Petrum à vinculis Actor. 12 num. 7. magnum Paulum de naufragio, ac de tot, & tantis periculis, B. Teclam à multis cruciatibus, ſed ab hoc ſe abſtinuerunt ſancti, vehementiſſimoque deſiderio properabant ad coronam Martyrij, ut diceret D. Ignatius; Vtinam fruar beſtiis quæ mihi ſunt præparatæ, quas oro mihi velociores eſſe, &c. 66. Actor. 5. Act. 12.

Sextum fundamentum.

Votum eſt voluntaria, & liberata promiſſio facta Deo de aliquo meliore bono animæ ſe obligandi Ita Bonacina tom. 2 q. 2. de voto, unica propoſitio & num. 2. citans multos Doctores, & addit 6. quod 67.

quod promiſſio tantum interior, & mentalis ſit, cum Deus intueatur cor noſtrum. Hæc autem promiſſio mentalis fit manifeſta dupliciter per verba externa v. g. voveo Deo vel per externam, & perennem oſtentationem factorum, ut in Apoſtolis, Ioanne Baptiſta, ut tenet D. Thomas, noſter Vualdenſis, & alij multi, quos citavi in opuſculis, opuſc. 3. quæſt. 5. num. 38. & etiam in illis, qui fuerunt in primitiva Eccleſia, ut tenet Suarius tom. 3. de Religione lib. 8. cap. 2. num. 17. & Lorinus, Cornelius, Sanches ad caput quintum Actorum, de Anania, & Saphita, atqui Elias per totam ſuam integram vitam obſervavit virginitatem, ut ait D. Ambroſius lib. de Virginitate: *Virgo erat Elias, ideo curru raptus ad Cœlum, & ideo cum Domino apparet in gloria.* Perennem paupertatem obſervavit per totam integram vitam, ut ait D. Chryſoſtomus: *quid pauperius Elia, qui nihil præter melotem habebat;* & ad illa verba Hebræorum 11. *in pellibus caprinis*, explicat Gloſſa & Septem expoſitores ut Elias, & Eliſæus & de perpetua conſtantia, obedientia ad Deum, & ejus miſſus. Conſtat ex ferventi zelo quo flagrabat in mandatorum illius obſervantiam.

Deinde dicitur Eccleſiaſt cap. 48. num. 1. Surrexit Elias tanquam ignis, qui conſumit, & comburit quidquid eſſet terrenum, tam in ſe, quam juxta ſe, & D. Ambroſius ait: *Elias aſcendit in Cœlum triumphator non barbarorum nationum, ſed propriorum appetituum* D. Chryſoſtomus ait, quod Elias ſit homo cœleſtis, Angelus terreſtris, id eſt tam purus erat in terra, ut videretur magis Angelus, quam homo, ſimiliter Apoſtolus Iacobus in ſua epiſtola Canonica cap. 5. num. 27. *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.* Cum eum hominem vocat, addit quod erat ſimilis nobis, paſſibilem, quia tanta erat ejus puritas, quod videbatur eſſe ſuper hominem, ut ne quis cogitaret aliquid eſſe ſuper hominem, ideo tantis explicat ejus humanitatem, de quibus multa dixi citato opuſculo 3 q. 6.

Atqui docet D. Thomas ſupra num. 44 non poſſe hominem ſervare per totam vitam niſi per voti obligationem, & cum aliàs Elias eſſet valde magnus, neceſſe erat ad obſervationem talia retinere niſi per voti obligationem, quæ colligitur ex factis, non tanta perfectione, ut Apoſtoli.

Et his omnibus vide citatum opuſc. 3 q. 5. 6. 7. 8. de his omnibus latius ibi.

68. Pro quo nota, quod virtutes Eliæ, virginitatis, paupertatis, obedientiæ, valde ſublimè, ac eminentiſſimè fuerunt à Deo remuneratæ: ergo in ſe fuerunt valde ſublimes, ac eminentiſſimæ; nam ex magnitudine præmij colligitur magnitudo meriti. D. Ambr. Virginitati Eliæ tribuit D. Ambroſius, *quod curru igneo elevatus ſit ad Cœlum, ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Dominici præcurſor eſt adventus*, quod nulli mortalium datum eſt, ut tanto triumpho aſcenderet in Cœlum: *Cum Domino apparet in gloria*, & tunc ipſe Elias viſus eſt in majeſtate, ut ſcribit D. Lucas 9. num. 30. *Et venturus eſt præcurſor Domini adventus*, ut Apoſtolus *reſtituens omnia* Matth. 18. ejus paupertas mirifice extollitur ab Apoſtolo Hebræorum 11. num. 31. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes:* Vbi expreſſe intelligit Eliam, & Eliſæum, ut nominatim dicunt Gloſſa Interlinealis, D. Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, Theodoretus, D. Remigius, D. Anſelm. D. Thom. Hugo, Cajetan Benedictus, Iuſtius, Cornel & alij, nota quod cum ibi Apoſtolus loquitur de virtutibus ſanctorum veteris teſtamenti Abel, Henoc, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſis, Davidis, ac Sanctorum Martyrum, eorum tamen virtutes non tanto celebrat encomio, ut Eliæ, ac Eliſæi paupertatem, adjungit quippe immediate! *Quibus dignus non erat mundus*, ejus obedientia ſupra modum eſt exaltata, obediens ipſe Angelo per longam viam ambulans, *vidit in Horeb Deum, quantum fas eſt homini*, ut ait D. Baſilius, quo nullum majus præmium poterat eſſe; Virtutes ergo tam ſingulares, ac admirabiles tam eminenti, ac ſublimi præmio remuneratæ valde ſublimes, ac perfectiſſimæ in ſe perfulſerunt, quæ tanta ſublimitatis excellentia ſine voto non poterat conſiſtere; nam ex præmij magnitudine magnitudo meriti bene deprehenditur. D. Baſil.

Luc. 6. Math. 18. Hebr. 11. *Virtutes Eliæ admirabiles.* Interlin. D. Chryſoſt. Euthym. Theod. D. Anſel. D. Thò.

69. Inſtabis, ut aliqui ex Adverſariis innuunt, quod Deus in lege veteri dederit uni, vel alteri viro illuſtri unam, vel alteram virtutem, v. g. vitam puram, votum caſtitatis, vel paupertatis, non tamen per modum ſtatus permanentis, quod requiritur ad ſtatum religionis.

70. Contra: In lege antiqua dabantur Nazaræi cum multis obſervantiis, ac caſtitatis voto, ut late probavi citata Reſol. 3. quæſt. 2. per modum ſtatus permanentis Dabantur Rechabitæ per modum ſtatus permanentis cum voto paupertatis, & obedientiæ, ut patet, ex Ierem. 35 & num. 6. 7. & 8. & late tractavi citata Reſol. 3 quæſt 3. Idem dicendum de Eſſenis, qui vivebant cum Religione: ac reformatione in vita, obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis, de quo latè agunt Philo, Ioſephus, Cedrenus, & alij Authores antiquiſſimi, quaſi eis contemporanei, & frequenter multi Patres, ut latè tractavi dicta Reſol 3. quæſt. 4. Tandem ſtatus Eccleſiaſticus, & Ordo Summi Pontificis, Sacerdotum, Levitarum Pſallentium, erat per modum parmanentis in lege veteri, non tamen ea perfectione, ut in lege gratiæ, cur & non ſic erit ſtatus Religioſus.

In lege veteri ſtatus per modum permanētis. Jerem. 35 Philo. Ioſeph.

SECTIO III.

Ex verbis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ probatur, & confirmatur noſtra ſententia.

71. SEmper in omni cauſa Carmelitana adeſt patrona Sanctiſſima Virgo Maria, ſic & in præſenti ait ipſa revelatione maximè approbata ab Eccleſia D. Petro Thomæ: Confidito, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſæculi eſt perſeveratura, ſic Elias, ejus namque Inſtitutor jam olim etiam à filio meo id impetravit. D. Petrus Tom.

72. Religio autem in communi in ſua latitudine ex communi Doctorum ſententia ait Bordoni tom. 5. cap. 1 de profeſſione regulari num. 1. tribus modis ſumitur, ſeu in tres ſpecies dividitur in Baptiſmalem, Clericalem, Regularem, Baptiſmalis per Baptiſmum homo ingreditur in Religionem Chriſtianam, & fit membrum Chriſti, de quo dicitur in Collecta Apoſtolorum: *Per quos religionis ſumpſit exordium.* Secundo Clericalis, per quem novo, & peculiari modo aſſumitur ad Chriſti obſequium homo, eique conſecratur, ac in ſortem illius eligitur. *Tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.* Tertio accipitur Religio pro regulari cum tribus votis firmata. Bordoni.

73. Cum ergo Sanctiſſima Virgo ait, quod Religio Carmelitana inſtituta eſt ab Elia, non loquitur de religione Baptiſmali, nec Clericali; quia neutra ab Elia derivatur, loquitur vero de Regulari cum tribus

Religio Carmelitana ab Elia cum votis.

tribus votis; reſpondebunt, quod Sacratiſſima Virgo loquitur latè, & impropriè, ſed dicam ego, quod ipſi magis latè, & impropriè loquantur, quàm quod ſuprema Regina totius ſapientiæ, ſcientiæ, ac intellectus aliquid improprium dixerit, & maximè cum ſint verba ſupremæ, atque ſublimis majeſtatis, in proprio, ac genuino ſenſu ſunt exponenda, ac intelligenda Mendoz. de Privileg. *Ad inſtans* quæſt. 2. num. 15. Menoch. de arbitr. cap 314. n. 13. Gama Luſit. deciſ. 123. num. 2. Cenedo & alij multi apud Barboſam in Diction. diction. 252. n. 2.

Mend. Menoch. Gama. Cenedo. Barboſ.

SECTIO IV.

Probatur noſtra ſententia auctoritate magnorum Patrum, ac graviſſimorum Doctorum.

74. AVthores, quos propoſui de hac re Opuſculo 5. reſol. 3 quæſt. 10. etiam hic repetam multis additis, ut magnum eorum numerum adimpleam. Et pro majori hujus rei intelligentia notanda ſunt illa verba Chriſti D. Matthæi 19. n. 12. *Sunt Eunuchi, qui de utero matris, ſic nati ſunt, & ſunt Enuchi: qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum Cœlorum* Tria Eunuchorum genera proponit Chriſtus Dominus ut latè explicavi tom. 6. in Evangelia cap 19 Matth. quæſt. 11 Primo ſunt Eunuchi ex utero matris, utpote valde frigidi, ac inepti ad generationem: Secundo arte ab hominibus facti: Tertio ſunt illi, qui mage caſtitatis voto ſe Deo dicant, & conſecrant, quia ut perbellè ex PP. D. Irenæo, D Auguſt. D. Fulgentio ſcribit Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 23. dicens: *Ipſa Eunuchorum appellatio perſpicuè indicat votum; non enim eſt Eunuchus, qui ſolum ſe continet, ſed qui non poteſt non continere.* Et etiam cum iiſdem Patribus, & D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D Anſelm. D. Thom. docet Suar. tom. 3. de Religion. cap 1. num. 16. & 17. ac proinde, ille eſt Eunuchus ſpiritualis, qui ex voto eſt impotens ad generandum, & ita ait D. Auguſt lib. de Virginitate cap. 23 *Quid veracius, quid lucidius dici poſſit; Ieſus Chriſtus dicit eos, qui pio propoſito ab uxore ducenda ſe continuerint caſtrare ſe propter Regnum Cœlorum* Hoc poſito.

D. Iren. D. Aug. D. Fulg. Bellarm. D. Chryſoſt. D Ambr. D. Tho. *Quid ſit Eunuchus ſpiritualis.*

75. D. Epiphanius hæreſi 63. ait: *Elias, & Eliſæus, & Ioannes, qui per magnam hanc formam, imitatores Angelorum, recte ſecundum Evangelicam Domini ordinationem ſe ipſos propter regnum Dei caſtraverunt.*

Tertulianus lib de Monogamia cap. 8. agens de Transfiguratione Chriſti ſic ait, *Moyſen, & Eliam ſecum vocat, alterum monogamum, alterum ſpadonem.* Explicant commentatores Eliam cum voto.

D. Anaſthaſius Sinaïta tom. 6. in Bibliotheca in quæſtionibus Scripturæ quæſt 66. ait: Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum Cœlorum, *hi ſunt præclari Apoſtoli, atque deinceps fuerunt Virgines, & Eunuchi, Ioannes quidem, & Iacobus filij Zabedæi, & poſt illos quot millia monaſticam vitam agentia, ſicut Elias, Daniel in veteri teſtamento.*

D. Ephrem Syrus quem citat, ac ſequitur Salianus anno 3123. num. 21. ait: *Sanctus Ephrem Syrus Eliam, & Eliſæum, & Ioannem, & Paulum Apoſtolum in eorum numero recenſet, qui ſe caſtraverunt propter regnum Dei.*

D. Amandus de laudibus Virginis cap. 11. referens: *Eunuchos propter regnum Cœlorum numerat Ioannem, Eliam, & Eliſæum.*

D. Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. ait: *Quiſque ſe ipſum caſtraverit propter regnum Cœlorum, in corde ſuo continentiam voverit*: Atqui Elias dicitur à ſanctis Patribus caſtratus: ergo cum voto.

D. Hieronymus epiſt. 28. quæ eſt ad Lucianum, ait: *Eliſæus boves, & juga prioris operis vertit in vota.* Arabat Eliſæus in duodecim jugis boum 3. Reg. 19. num. 14. Vt ſequatur Eliam eum vocantem iuga prioris operis vertit in vota: Nota, non ait votum, ſed vota, quia lucrum, quod ex tam copioſo aratro poterat comparare vertit in votum paupertatis, & dominium ex familia, & aratro acquirendo vertit in votum obedientiæ & uxorem, ac filios: quos poterat ex aratro obtinere, vertit in votum caſtitatis.

Cardinalis Hugo cap. 9. Lucæ ait *Eliſæus in aratro coxit carnes, mactavit boves, id eſt Religionis fecit votum.* Concremato aratro coxit boum carnes, & dedit pauperibus, dimiſſiſque omnibus ſequutus eſt Eliam: *Religionis fecit votum.*

D. Antonius Olyſſiponenſ. ſerm. in Dominica 5. poſt Trinitatem ait: *Eliſæus coxit carnes, id eſt carnales concupiſcentias in contritione cordis ſui*, ac proinde ex voto caſtitatis omnes ſuos contempſit appetitus.

D. Iſidorus lib. 2. de Officiis cap. 15. inquit: Quantum enim pertinet ad auctoritatem veterum Scripturarum huius propoſiti Princeps Elias, & diſcipulus eius fuerunt.

Ioannes Ieroſolymit. de Inſtit. Monach. per totum præcipuè cap 9. & 11. Clithoveus tom. 2. homil. 21 & ait: *Virginitatis perpetuæ votum ab Elia originem habet.*

Trithemius de laudibus Carmelit. cap. 2. *Fratres autem Carmelitæ ſancti Principis Eliæ exemplo inſtructi ad perpetuam caſtitatem voto Religionis ſe obligant.*

Rupertus Arborienſis de Cœlibatu fol. mihi 3. ait Etiam in Cathalogo eorum, qui virginitatem voverunt, Elias, & Eliſæus ſcribendi ſunt.

Illuſtriſſimus D. Ioannes Suares Epiſcopus Conimbricenſis in Matth. cap. 2. tit. 1. Vbi introducit ſanctiſſimam Virginem loquentem cum Angelo annuntiante: *Et ſi ſim deſponſata, votum habeo Virginitatis; habebat enim exemplum in Elia, & Eliſæo*, & ſubdit. *Licebat igitur, prout ex præcedentibus liquet, vota emittere, & caſtitatem ſervare, quod ſemper laudabile fuit.*

Magnus Ioannes Carthagena ex Seraphico Ordine tom. 4. lib. 2. object. 7. ait: *Elias tria vota ſubſtantialia Religionis emiſit.*

Ægidius Camartus digniſſimus Generalis Minimorum de rebus Eliæ cap. 6. ſect. 8. ait: *Elias omnium Monachorum parens fuit; quia tria eſſentialia vota Religionis primus ipſe opere implevit.*

M. Thomas Ferrari ex Societate Iesv in hiſtoria Imaginis del Monte de la Guarda cap. 1. ait: *Elias ad honorem B. Virginis emiſit votum in Carmelo Virginitatis perpetuæ.*

Doctiſſimus Salianus tom. 4. Annal. ad annum 3139. num. 12. ait: *Eliam tamquam Cathedra Moyſis loquentem audiamus, & in ejus manibus vota veſtra offeretis.*

Inſignis Mag. Suar. tom 3. de Relig. lib. 31. cap. 1. num. 2. ait: *Ante legem novam in uſu fuiſſe tria vota, in quibus ſubſtantia ſtatus Religioſi conſiſtit, veriſimile videtur.* Et quamvis ſapientiſſimus Doctor contrariam teneat ſententiam, noſtram tamen dicit veriſimilem.

Epiſcopus Dertuſanus ſerm. S. Thereſiæ ait: *Elias fuit*

fuit primus homo, qui castitatem vovit, ut infert Hieronymus, & Isidorus.

M. Vincentius Baron. ex Sacro Prædicatorum Ordine in serm. de S. Theresia ait: *Elias tempore legis scriptæ cæpit præstare eminentem perfectionem Evangelicam, vota fecit castitatis, & voluntariæ paupertatis.*

M. Petrus Valdenama ex sacra familia D. August. in Theatro Religion. serm. de S. Elia Propheta, ubi *Però sin duda Elias fue el primero que guardò virginidad, y la enseño a guardar en el testamento vicio a sus Religiosos.*

Onufrius saltus Valentinus in vita S. Onufrij Regis cap. 18. ita ait: *Frayle fue Elias, y el primero que entre los hombres hizo voto de Castidad.*

Iosephus Siguenda lib. 2. diverſ. 2. *de la Castidad*, & ait: *De los hijos de los Prophetas, que en la oscuela de Elias, y Eliseo vivian sin mugeres, sin haviendas, donde claramente estan calificados los tres votos.*

Petrus Lucius in Compendio Historiarum cap. 3. ubi expresè ait: quod *Elias, & Elisæus fecerint castitatis vota.*

Ludovicus Tena in serm. S. Theresiæ Matriti anno 1615. ubi ait: *La sagrada Religion del Carme tiene su principio en Elias, que fue el primero hombre, que hizo voto de Castidad.*

M. Fr. Ioannes Saguensis de virtutibus Moralibus lib. 4. cap. 3. num. 7. ait: *Præclarum de hac re habemus documentum, & maximè in Elia, & Elisæo, qui tribus votis Religionis se Deo consecrarunt.*

Vellosillus in advertent. ad Theologiam q. 13. ubi ait, maximè attendendum ad Religionis vota, quæ ediderunt Elias, & Elisæus.

Richardus Al. de proprietate Monachorum cap. 31. similiter idem habet apertis verbis de Elia, & Elisæo.

Petrus Ribera de la Orden de S. August. serm. de S. Theresia Matriti anno 1627. ait: *Elias fue el primero de los mortales, que en carne humana se consagrò à Dios spontanea, y voluntariamente en perpetua virginidad.*

Patres, qui eos Monachos appellant.

76. D. Machatius verus D. Pauli Eremitæ discipulus in serm. ad Monachos ait: *Fratres charissimi, Eliam & Elisæum, & filios Prophetarum, quos veraciter veteris testamenti monachos imitari curate, hos secuti sunt Paulus, Antonius,* & multi alij.

S. Odilo in vita S. Masoli in Bibliothec. & apud Lipomanum, ait: *Inde cœpit ordo Monasticus pullulare, & ut verius dicam revivisscere, quem à Beato Elia & Ioanne-Baptista novimus processisse*

S. Hieronym. epist. ad Rusticum ait: *Filij Prophetarum, quos monachos in veteri testamento legimus.*

Rupertus in exposit. ad cap. 4. Cantic. loquens de Elia, & Elisæo ait: *Quos fuisse monachos in veteri testamento consentit auctoritas Patrum venerabilium.*

Cassianus lib. 1. de Institutione Monach. cap. 2. ait: *qui in veteri testamento hujus professionis fundavere primordia, Eliam scilicet, & Elisæum Divinarum scripturarum auctoritate demonstratur.*

Bernard Cassinensis in expositione Regulæ S. Benedicti ait: *Attende bene, quod in veteri testamento, quod Elias, & Elisæus Monachorum inventores extiterunt.*

Ex nostris.

Doctissimus Thomas Vvaldensis lib. de Sacramentalibus 13. cap. 89. & lib. 3. doctrinalis fidei artic. 2. cap. 23.

Paleonidus Author antiquissimus & magnæ authoritatis lib. 1. de origine Ordinis Carmelitar. cap. 1.

Insignis Mag. Petrus Corneius in Regia Salmanticensi Academia publicus Cathedraticus in Conclusionibus habitis Romæ anno 1613. concluſ. 13. ita habet: *Forma monasticæ disciplinæ sub observantia trium votorum ab Elia primordialiter emanavit.*

Didacus Coria in Chronica Carmelitarum lib. 1. cap. 7.

Petrus Sarracenus in Menologio Carmelit. in vita S. Eliæ.

Ioannes Molina de Institutione Carmelitarum cap. 1.

M. Petrus Muñoz in doctissimo Propugnaculo Eliæ lib. 2. tit. 1 cap. 2 art 5. n. 4.

Thomas à Iesu Vir insignis Religione, ac virtute lib. de antiquitate Ordinis, ac super regulam Carmelit. 1. p. cap. 3 §. 4.

Thomas Aquinas de Patriarchatu Eliæ pag. 3. sect. 3.

Franciscus à S. Maria tom 1 in historia prophetica & in Apologia de hac re per totum.

M. Lezana valde promeritus de Religione tom. 1. Annalium in apparatu cap. 4. à n. 10.

M. Daniel à Virgine Maria magnus antiquitatum indagator in vinea Carmeli in Appen. fol. 705. à num. 226.

Petrus Vuestelius lib. 1. Vindicarum sect. 5. art 2. & 3.

M. Philippus à Sanctissima Trinitate Generalis nostrûm Discalceatorum in historia Carmelitana lib. 1. cap. 2.

Doctissimus P. Franciscus Bonæ Spei, cujus sapientiam prædicant ejus opera de visione Eliæ disp. 3. & in suo Armentario Carmelitano multa eruditione, ac studio elaborato per totum, maxime scuto 6.

M. Fr. Antonius ab Spiritu Sancto Episcopus Angolensis vir maximè eruditus tractatu de Primatu Eliæ.

Et ego tom. 1. in Evangelia lib 2. cap. 11. q. 10. & opuscul. 3. Resolut 3. per decem, & novem quæstiones.

Ecce hic in confirmationem nostræ sententiæ adduxi quinquaginta, & tres Doctores, triginta octo ex extraneis, & maxime aliarum Sacrarum Religionum, alios verò ex Domesticis, & quamvis Domestici, multam vim, & authoritatem habent ad probãdum, ut tenent Mentica de tacita, & ambigua conveniente lib. 8 tit. 14. n. 11. Mascardus de probat. 6. volum 1. concluſ 3. n. 1. ubi multos citat. 77. Mantic. Mascar.

SECTIO V.

Probatur nostra Resolutio ex duplici Decreto diffinitivo sanctæ Inquisitionis, & etiam authoritate Magistri Sacri Palatij.

CVm magna controversia fuisset excitata: An in lege veteri darentur tria vota substantialia Religionis, & res esset deducta ad Tribunal sanctæ Inquisitionis, convocatis viris doctissimis totius 78.

Hispaniæ

Hiſpaniæ in iudicio contradictorio, re prudentiſſimè, maturo conſilio, & alto, ac profundo examine diſcuſſa, per ſententiam diffinitivam, ſequentes propoſitiones inter alias approbavit die 9. Decembris 1639.

Quid in lege ſcripta fuit votum caſtitatis, & virginitatis voluntariæ?

Quid in lege ſcripta fuit votum obedientiæ perpetuæ?

Quid in lege ſcripta fuit votum paupertatis perpetuæ?

Quid in lege ſcripta fuit verus monachatus, & Religio?

Subdit ſententia: *Currant impreſſæ, ut jacent, & de novo poſſint imprimi, dummodo declaretur, non fuiſſe monachatum in lege ſcripta tum ſolemnitate, & perfectione, & cum poteſtate clavium ſicut in lege gratiæ, quia iſtius (in tota ſua perfectione) Author, & inſtitutor fuit Redemptor Ieſus Chriſtus, & illius in lege ſcripta fuit cauſa exemplaris, & meritoria.*

79. Cum tamen adhuc aliqui ſcrupuloſi non quieſcerent, ſed novis inſtantiis, ac difficultatibus res agitaretur, ac verſaretur in judicio contradictorio, res deducta ad ſanctum Tribunal Inquiſitionis, iterum convocatis magnis viris totius Hiſpaniæ re minutim, & altiſſimè diſcuſſa, & examinata, iterum prædictum decretum antecedens fuit confirmatum, ac corroboratum à ſupremo Senatu Sanctæ Inquiſitionis Matriti die 6. Martij anno 1673.

Approbatio Magiſtri Sacri Palatij.

80. Approbata fuit primo: In publicis Concluſionibus Capituli Generalis præſidente Doctiſſimo Petro Cornevo coram multis Cardinalibus Romæ anno 1613.

Secunda approbatio fuit data in Propugnaculo Eliæ edito à Sapientiſſimo Magiſtro Michaele Muñoſ prima die Octobris 1635.

Tertia approbatio in primo tomo Annalium Magni Lezanæ 23. Iunii 1644.

Quarta approbatio in publicis concluſionibus habitis in Capitulo Generali præſidente Sapientiſſimo Mag. Matthæo Orlando Generali digniſſimo anno 1666.

SECTIO VI.

Præoccupatur objectio de voto Virginitatis Sacratiſſimæ Deiparæ.

81. VEniamus jam ad argumenta adverſariorum diluenda, & primo opponunt contra nos multas Sanctorum Patrum authoritates, ut D. Ambroſ. D. Auguſt. D. Epiphanij, D. Bernardi aſſerentium ſanctiſſimam Deiparam fuiſſe primam, quæ virginitatem voverit.

Patres.

82. Ad quod primò reſpondet M. Soar. tom 2. ad 3. part. diſp. 6. ſect. 3. §. *Ad has obiectiones*; & ait, quod Beata Virgo votum virginitatis emiſerit, ad perfectionem ejus pertinet, *quod vero ante ipſam nullus hoc fecerit, ad ejus commendationem non admodum refert*, & poſtea ſubdit Sapiens Doctor: *Deinde dici etiam poteſt prima, quæ præpoſita eſt tamquam dux, & exemplar hujuſmodi voti, & hunc exiſtimo eſſe ſenſum Sanctorum Patrum.* Nota verba *præpoſita eſt tamquam dux, & exemplar, & hunc exiſtimo eſſe ſenſum Sanctorum Patrum*, & ſubdit etiam ipſe: *Hunc principatum Mariæ in Virginitate ſervanda ſufficienter ſalvari in eminentia, & ſpeciali prærogativa, qua in ipſa eluxit hæc virtus*, & de hoc iterum infra.

De hac re explicat ſenſum Patrum.

Secundò M. Muñoſ ait: Beatam Mariam Virginem fuiſſe primam in voto virginitatis in ratione cauſæ objectivæ, & exemplaris; quia cum Patres antiqui ex divina revelatione agnoſcerent myſteria vitæ Chriſti, & Deiparam ſanctiſſimam futuram ejus matrem cum voto virginitatis, ad ejus imitationem caſtitatis votũ emiſerunt, ſic ait jam à me datus in Opuſcul. 3 reſol. 3 q. 11. n. 69. D. Methodius homil. de Simeone, & Anna, ſeu de Purific. loquens cum Sacratiſſima Virgine: *Puritatis tuæ Elias Propheta præſcius, atque imitator in ſpiritu, cum eſſet vitæ illius ſignifera, ſibi coronam colligavit, per tui imitationem. Te quoque ejuſdem ſucceſſor Eliſæus à ſapiente Magiſtro his ſacris initiatus tanquam jam exiſtentem præfigurans*, & venerans ipſam Virginem objectivè tamquã jam exiſtentem. 83.

Prior objectivè, ut cauſa exemplaris. D. Method.

Quid autem Patres ea, quæ per revelationem de Myſteriis vitæ Chriſti agnoſcebant, intenderint imitari, conſtans eſt Patrum ſententia D. Ambroſ. ſerm 11. *David Evaangelica præcepta anterior licet Incarnationis Sacramento, jam tamen audiebat in ſpiritu, & quaſi Chriſti diſcipulus non ſubtrahebat ſe paſſionibus, ſed certaminibus ſe offerebat.* D. Hieronym. epiſt ad Demetriadem de Iob ait: *O præcepta, & diſcipulum Apoſtolorum!* Similiter D. Gregor lib. 1. Moral. cap. 4. D. Chryſoſt. homil. de Iob, & Abraham, D. Auguſt. tom. 6. lib 4. contra Fauſtum cap. 2. & patet ex Paulo Hebræor. 11. n. 26. dicente de Moyſe *Majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Explicat Ribera, opprobria paſſionis Chriſti, quæ per revelationem cognoverat, quibus ſe conformari voluit, illiuſque veſtigia imitari. 84.

Antiqui Patres, quæ myſteria vitæ Chriſti imitabantur. D. Ambr. D. Hier. D. Greg. D. Chryſoſt. Hebr. 2. Ribera.

Tertiò dicam etiam ego, ut iam dixi loco citato in Opuſculis, quod Beatiſſima Virgo extitit prima, quæ in re ipſa fecit votum Virginitatis, Elias, Eliſæus, ac filii Prophetarum ediderunt votum Caſtitatis, & inter votum Virginitatis, ac Caſtitatis, ut docent D. Thomas. 2 2. q. 552 art 3 in Corp. ibi, Caietan. Leſſius de Iuſt lib. 4. cap. 2 dub. 14. n. 99. Nam inter Virginitatem, & Caſtitatem magnum eſt diſcrimen, Virginitas enim dicit integritatem carnis, ſeu corporis, id eſt ſubjectum nunquam libidine contaminatum ac corruptum, quod Caſtitas non dicit, nec importat, multi viduati, & cum filiis ingrediuntur Religionem, & ad Sacerdotium, ac Epiſcopatum promoventur, & dicuntur vivere cum Caſtitate, non tamen cum Virginitate. 85.

D. Tho. Caietan. Leſſius. Diſcrimen inter Virginitatem, & Caſtitatem.

Ex quo patet, quod votum Caſtitatis nihil contrariatur primatui voti Virginis Mariæ; nam multi antecedentes præceſſerunt cum tali voto, Nazaræi tale votum faciebant D. Chryſoſt. homil 4 in Vigilia Epiphaniæ ait: *Nazaræi ſecundum legem nuncupabantur, qui Caſtitatem Deo inſigni voto mancipabant.* Sic & multi alij Patres, & Doctores, quos adduxi Opuſcul. 3. reſol. 3. q. 2. Idem de Eſſenis q 4. 86.

Nazaræi fecerunt votum Caſtitatis. D. Chryſoſt.

Deinde revelatum fuit venerabili ſorori Mariæ de Ieſu Abbatiſſæ Conventus Conceptionis Villæ Agrida, dicente ei Virgine Maria, quod cum eſſet quatuordecim annorum deſponſata fuit cum B. Ioſeph, cum ille ageret annum trigeſimum tertium, qui edidit votum Caſtitatis duodecimo ſuæ ætatis anno, ſeptem annis antequam Sanctiſſima Virgo naſceretur, ut ibi rectè expendit Reverendiſſimus M. Fr. Ioſephus Ximenes Samaniago digniſſimus Generalis Seraphicæ familiæ præclariſſimus Religione, ſcientia, ac reformatione 1. p. cap. 22. n 152. 87.

D. Ioſephus fecit votũ Caſtitatis antequã Virgo naſceretur. Samaniago.

Quartò duplicem agnoſco Virginitatem, unam ſupereminentem, & excelſam, quæ non ſolum dicit integritatem 88.

integritatem corporis, ſed etiam mentis, ut nulla etiam leviſſima cogitatio inordinata potuerit ejus mentem attingere; alia vero eſt, & inferior, quæ ſolum dicit integritatem corporis, non verò mentis. In prima, & ſupereminenti reſplenduit Sacratiſſima Virgo Maria, quæ nullum habuit peccatum veniale, ut definitum eſt in Tridentino, quod nulli alij puræ creaturæ eſt datum, quod votum proceſſit in ea ex radice gratiæ plena, & non vitiata culpa originali, ut in aliis, quod fecit in primo inſtanti ſuæ puræ conceptionis, & ab ipſo primo inſtanti uſque ad ultimum vitæ terminum perſeveravit ſine ulla interruptione ſive dormiens, ſive vigilans, ut explicabo ſectione ſequenti.

Duplex Virginitas.

SECTIO VII.

Sanctiſſima Virgo Maria habet ſingulare excellentiæ principatũ ſuper omnes puras creaturas in omnibus operibus, & actionibus ſuis.

89. *Supremo, & alio modo venit Spiritus Sanctus ſuper Virginẽ, quam ſuper alios ſanctos.*

AD gloriam, & honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ dicamus de ſingulari, ac excellẽtiſſimo ſuæ majeſtatis principatu in omni sãctitate, & virtute, pro quo audiendus eſt D. Athanaſ. ſerm de Deipara enucleãs illa verba Angeli: *Spiritus Sãctus ſuperveniet in te* Luc. 1 n 31. ſic ait Sanctus Pater: *Spiritus Sanctus in Virginem deſcendit cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationẽm Divini partus adſunt, imbuens eam in gratia.* Ad alios ſanctitatis proceres venit Spiritus Sanctus per ſua dona accidẽtaria, at ad Virginẽ Mariam venit Spiritus Sanctus per ſuammet eſſentiam ad operandũ ineffabile Incarnationis arcanum, ad alios venit cũ uno, vel altero dono: *Aliis datur gratia ſanitatum, aliis donum linguarum, aliis diſcretio ſermonis*: At ad ſanctiſſimam Virginem: *Cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus*; nam ſicut Spiritus Sanctus venit in Virginem cum ſua eſſentia, ſic ſecum affert omnia ſua eſſentialia, ad alios per dona accidẽtalia, at verò ad Virginem *cum ſuis virtutibus eſſentialibus*, ut ſingulari, ac peculiari afflatu eas imprimeret in anima, ſeu viſceribus Virginis, *Ut dignum Filij Dei habitaculum effici mereretur*, ut canit Eccleſia.

90. *Ratione maternitatis virtutes ſuprema.*

Ex quo conſidera, excellentia Maternitatis Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, ut ait D. Thomas attigit fines Divinitatis, tranſcendit omnem creaturã: ergo virtutes, & operationes ſanctæ, quibus ſe Virgo ad tantam dignitatem præparavit, ac diſpoſuit fuerunt ſublimes; & ſicut dignitas Matris Dei eſt ſuprema & ſingularis ſuper omnes puras creaturas, ſic & virtutes, quibus Sacratiſſima Virgo ad illã ſe diſpoſuit, ac præparavit, fuerunt eminẽtes, ac ſingulares ſuper omnes puras creaturas, earũq; operationes.

91. *Virgo ſanctiſſima emiſit in primo votum inſtanti.* Barrad. Morales. Novat.

Conſidera. *Primò*: Aliorum virtutes procedunt à radice vitiata originali, Virginis verò à radice plena gratia, & omni ſanctitate. *Secundo*: Aliorum virtutes inceperũt à natura infecta originali per multũ tempus annorum, vel menſium, At in ſanctiſſima Virgine ſine ũbra originalis, & à primo inſtanti ſuæ conceptionis cum ampla gratiarũ abundantia; Vnde mihi placuit ſentẽtia, quam jam alibi dixi, quam piè, & doctè aſtruunt Barradas tom 2 ſuæ concordiæ lib . cap 3. Morales ad c 1 Matth. lib 2. tract 6. n. 11. Novatus de eminentia Virginis cap. 7. q 8 quod in primo inſtanti ſuæ puriſſimæ Conceptionis fuerit votum Virginitatis; Dico ego quod non ſolum in illo primo inſtanti fecit votum Virginitatis, ſed etiam humilitatis, obedientiæ, aliarũque virtutum; nam Sacratiſſima Deipara in illo primo inſtanti perfectiſſimè ſe dedicavit ac conſecravit Deo, hoc autem fit per votum: ergo ita adimplevit.

92. *Virgo ſine peccato veniali, non ſic ſancti alij.* Trident.

Tertio: Alij ſancti etiam confirmati in gratia potuerunt peccare venialiter, ut tenet Suares t 2 ad 3 p. diſp 24. ſect 4 §. *Tertiò ex his*, ubi ait: *Apoſtolos etiam poſt Apoſtolatum, & confirmationem in gratia, ac plenitudine Spiritus Sanct interdum venialiter deliquiſſe*, quod etiam probat de S. Ioanne Baptiſta non caruiſſe omni veniali culpa: At Sanctiſſima Virgo ita reſplẽduit omni virtute ſuper univerſos, ut nec minimam perfectionẽ admiſerit, numquam enim peccavit venialiter, ut eſt definitum in Tridẽtino ſeſſ. 6 Can 23. ita exactiſſimè obſervavit ſua vota, & excellẽtiſſimè adimplevit. Quarto alij ſuas virtutes, & contemplationes per aliquas actiones, & dormitiones, ac ſomnia interruperunt; At Sanctiſſima Virgo à primo inſtanti ſuæ Immaculatæ Conceptionis uſque ad ſuum feliciſſimũ tranſitũ, ſive vigilans, ſive dormiens ſemper fuit vigilãs abſque ulla interruptione in alta, & profunda cõtemplatione divina. Ita docent Albert. Magnus lib. de B. Virgine c. 1. 6 & 177. Caniſius lib 5. c 1 D Bern ſerm 51 art 1. & ad hoc accommodat illud Ierem. 1. *Virgam vigilantẽ ego video*, & Rupert. Abbas l 5. in Cãt *Ego dormio, & cor meũ vigilat* cant. 5.

Virgo ſive vigilans, ſive dormiens ſemper in contemplatione. Albert. Magn. D Bern. Ierem. 1. Rupert. Abbas. Cant. 5.

Quinto Virgo Maria ſemper concipitur, ut Dei mater, ut ait D Chryſol ſerm. 146 ſic ut Dei mater prædeſtinata, concepta, nata, & ſic in omnibus ſuis actionibus, & inde omnia ejus dona, ut Virginitas in multum eſt adaucta, & multiplicata ſuper alia dona aliarũ omnium creaturarum, ut inquiunt D. Aug. t. 10. ſerm. 22. in natali Domini, & ſerm 15 de tẽpore D Chryſol. ſerm. 142 D. Hildephonſus ſerm. 2 de Aſſumptione: unde Sanctiſſima Virgo in omni ſumma perfectione virtutis extitit, unica ſingularis perſona, & non eſt in eodem ordine cum aliis.

93. *Maria ſemper mater.* D Chryſolog. D Aug. D Chryſolog. D Hild.

De virtutibus in particulari.

Deipara ſanctiſſima extitit ſingularis, & ſuprema in humilitate: Abrahamus oſtendens ſuam humilitatem dicebat de ſe: *Sum pulvis, & cinis.* Gen. 18 n. 27. & David, *quaſi tenerrimus ligni vermiculus.* 2. Reg. 23 n. 8 At Sãctiſſima Virgo nihilũ ſe reputat, ait ipſa; *Reſpexi humilitatem ancillæ ſuæ* Luc 1. n. 48 ex Hebræo legitur: *Nihilum ancillæ ſuæ*; Angelo annuntianti Incarnationem ait ipſa: *Ecce ancilla Domini*, offerebat ſe ad ejus obſequiũ, nõ ut mater, ſed ut ejus ancilla D. Tho. de Villanova ſerm 1. de annuntiat. ait: *Grandi myſterio, altiſſimo Deitatis inſtinctu Conceptum Deum ſui meminit ancillatus, ut orientem à ſe filium mundi obſequia manciparet.*

94. Gen. 18. 2. Reg. 23. *Virgo ſuprema in humilitate.* Luc. 1. Hebræ. D. Tho. de Villanova.

Singularis, & ſuprema in puritate: Veniẽs Angelus ad Ioſeph proponit illi Incarnatũ Verbũ in utero Virginali; & ait: *Ipſe ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorũ* Matth. 1 n. 21 Aliter verò ipſe Angelus dum ipſum arcanũ ineffabile proponit Deiparæ, tantũ illius magnalia prædicat *Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur* Luc 1 n 32 & de ſalute pro peccatis nullum facit verbum, ut cum magno Patriarcha: In præſentia Caſtiſſimi Ioſeph, & etiã Angelus purus, peccatũ tamen dicit, & nominat, at corã Beatiſſima Virgine, ita puriſſimã cõtẽplatur, & ab omni peccati cõtagione immunẽ, ut nõ audeat in ejus præſentia peccatũ ore dicere, ac nominare.

95. *Virgo ſuprema in puritate.* Matth. 1. Luc. 1.

Singularis, ac ſuprema in fide cum omnes virtutes in ſummo gradu in Deipara Sanctiſſima reſplendeſcerent, eam tamen ſolã de fide laudat Eliſabeth: *Beata, quæ credidiſti* Luc. 1 n. 45 in tam eminẽti culmine eius fides enituit, pro quo ait Richard. de S Laurent lib. 11. de B. Virgine: *Credidit Angelo*

96. *Suprema in fide ſuper Angelos.*

annuntiauit majori fide, quã Angelica. Major, & præ-
Richard. ſtantior extitit fides Virginis, quam Angelorum, Archangelorum, Cherubim, ac Seraphim in via, magnitudo fidei deſumitur ex objecto, ad quod terminatur, fides Angelorum tendebat in Deum, ut Authorem ſupernaturale, at fides Virginis reſpiciebat Deũ Incarnatũ cooperante tota Trinitate, quo nihil excelſius, ac ſublimius conſiderari poteſt ita nec majus ejus fide.

97. Singularis, ac ſuprema in charitate: Dũ de aug-
D.Tho. mento charitatis agit D.Thom 2.2 q 24.art 5.ad 3. ait: *Hoc eſt, quod facit Deus charitatem augendo, ſcilicet, quod magis inſit, & quod perfectius Spiritus Sanctus participatur.* Ex majori participatione Spiritus Sancti charitatis augmentũ deſumitur: atqui Sanctiſſima Virgo ſuper omnes puras creaturas maximè participavit Spiritum Sanctũ, non ſolum per ſua dona, ſed per ſuam eſſentiam cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, ut in limine quæſtionis dixi ex D. Athanaſio: ergo ex tanta participatione Spiritus Sãcti ſuprema charitas participatur.

Charitate omnibus ſublimior.

98. Et quis poterit illius virtutes, & magnalia ſingillatim referre ait ipſa in ſuo Cantico: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt* Luc. 1. n. 49 ſeu ut legit Textus Hebræus; *Fecit apud me mirabilia* per quæ intelligit dona gratiæ in ſe collata, & cur ea ſigillatim non nominat, ſicut Paulus, quod raptus fuit uſque ad tertium Cœlum, & quod de tot, tantiſque periculis eum Deus liberaverit 2. Cor. 11 n 23 & c. 12. n. 3. & David, & quod Deus ad clavem regni eum elevaverit: *Paſcere Iacob ſervum ſuum.* Pſal. 77. n. 75. Cur ergo etiam Sacratiſſima Virg dona ſibi collata non exprimit? Caietanus ait: *Et hæc tamquam inexplicabilia ſingillatim hoc unico nomine cuncta comprehendit,* & ideo tamquam in compendio, ac epilogo reducit, *Fecit mihi magna*, & addit; *Qui potens eſt.* Titus Boſtrenſis totum revocat in Dei potentiam, ut magnalia in ſe facta fide credantur.

Nullus intellectus poteſt explicare Virginis magnalia.
Luc. 1.
2. Cor. 11
Pſal. 77.
Caiet.

SECTIO VIII.

Oſtenditur quod noſtra ſententia de votis in lege veteri non ſit repugnans Chriſto Domino, nec Beatiſſimæ Deiparæ, nec ſacris Apoſtolis, nec legi Evangelicæ, nec veteri, nec ſanctis Patriarchis aliarum Religionum.

99. TErtio conglomeratus Orbis convocatur ab Adverſariis contra nos, ut patet ex titulo ſectionis, ſed ſi bene res expendatur, potius facit pro nobis, quam contra nos, & imprimis noſtra ſententia non eſt, ut ipſi dicunt, repugnans,

Chriſto Domino.

100. Dicuntque noſtram ſententiam pugnare cum ſuprema Chriſti majeſtate, dum illi negat eſſe primum Auctorem, & Inſtitutorem Statûs Monaſtici, dum hoc attribuit Eliæ priori tempore Chriſti.

101. Abſit hoc à nobis, dicimus enim, quod ſicut Chriſtus D. dicitur Auctor Sacramentorum tam legis novæ, quam veteris, quia ex præviſis meritis Chriſti Deus dedit illis Patribus Sacramẽta, & gratiam, ſic etiam ex præviſis meritis Chriſti dedit Eliæ gratiã, & lucem ad tãtum ſtatum initiandum. Deinde ſimpliciter, & abſolutè, qui rem antiquã reſtaurat, renovat, & ad meliorem ſtatum reformat, ac reducit, illius juris patronatum acquirit, illinſque inſtitutorque dicitur ſecundarius. Ita Maſcard. 3. q. p. 5 n. 33 & præcipue n 35. Gratian. t. 1. c 127. Caſtro Palaus tom. 3. tract. 13. diſp 2 punct. 2. n. 5. & multi alij cum Barboſa de poteſtate Epiſcop. Par 3 allegat. 10. n. 5. & 8. Vnde inferunt, quod ille, qui Eccleſiam antiquam renovat, ac reformat, & ad meliorem ſtatum reducit, dicendus eſt ſimpliciter illius auctor, ac Inſtitutor; atqui Chriſtus Dominus antiquum Monachatum renovavit, reſtauravit, perfecit, & ad perfectiorem modum reduxit: ergo ſimpliciter illius eſt auctor.

Chriſtus auctor, & inſtitutor ſtatus religioſi.
Maſcard. Gratian. Palaus. Barboſa.

Imo noſtra ſententia maximè exaltat ſupremam, 102.
altiſſimam, infinitamque Chriſti D. bonitatem; quia ut ait D. Thom. 1. p. q. 65 art. 3. *Quanto aliqua cauſa* D.Tho.
eſt ſuperior, tanto ad plura ſe extendit in cauſando, & 3. contra gentes cap. 24. ait: *Quanto aliquid invenitur melius, tanto ad remotiora bonitatẽ ſuam refundit:* Atqui nulla cauſa melior, ac ſuperior excogitari poteſt, quam Chriſtus Dominus: ergo infinitam ſuam bonitatem non ſolum diffundit in propinquos exiſtentes, nempe in lege gratiæ, ſed etiam ad remotiora, ad Patres nempe antiquos, & inde ſuam oſtentat bonitatem in cauſando, & ſic ait D. Thomas 3. contra gentes loco citato: *In quantum unumquodque bonitatem ſuam diffundit in alia, ſit altior cauſa.*

Ad excellentiam Chriſti pertinet ſtatus in lege veteri.

Virgini Mariæ.

Dicent noſtram ſententiam pugnare cum excel- 103.
lentiſſima prærogativa Virginis Mariæ, dum illi negat ducatum, ac principatum in voto caſtitatis; non talia dicimus, ſed libentiſſimè fatemur, ut ſatis eſt explicatum q. 6 & 7. imo hæc noſtra ſententia maximè inſervit ad ſupremum ejus principatum in virginitate, illiuſque ſummam bonitatem declarandam, ac explicandam.

Cum Deus conderet orbem, dixit prima die: *Fiat* 104.
lux, & facta eſt lux Gen. 1. n. 3. Commune, & vulga- Gen. 1.
re dubiũ, quænam lux eſſet illa lux, nam Sol creatus eſt quarta die? Communis ſolutio eſt D. Aug. D. Aug.
D. Tho Lyrani, & Abulenſ. quod prima die creata D. Tho.
fuit nubes quædam reſplendens, quæ ſuæ lucis ra- Lyran.
dios emittebat, ex qua quarta die creatus eſt Sol, Abulenſ.
unde inter illius encomia præclare dixit D. Hyſicus D. Hyſic.
Sol adhuc in matrice lucet, Sol nempe inter cauſas *Virgo antequam nata illuminat.*
antequam creatus prodeat in orbem jam lucet, ac fulget: O Sacratiſſima Virgo fulgentiſſimus Sol amicta Sole, *adhuc in matrice luces* tantus tui ſplẽdor, & fulgor, quod antequam nata, antequã exires ex maternis viſceribus tui cognitione illuminas, ac dirigis mortales ad virtutem, juſtitiam, & probitatẽ, cujus bene conſcius Elias te imitari conſtituit.

Beatiſſimis Apoſtolis.

Objiciunt adverſarii, quod noſtra ſententia mul- 105.
tum repugnat cũ ſuprema dignitate Apoſtolorum, ad quam pertinet, ut ipſi ſint primi Religioſi, & in hoc primatum teneant.

Reſpondemus, quod ſicut ad ſupremam digni- 106.
tatem Apoſtolorũ non pertinet, quod ſint ipſi primi iuſti, ſancti Martyres, prædicatores, ac Doctores, ſic *Apoſtoli in ſupremo perfectionum apice.*
non pertinet, ut ſint primi religioſi, ſed ad eorum dignitatem ſpectat, ut ſint in ſupremo, & altiſſimo apice omnium perfectionum juſtitiæ ſanctitatis Martyrij, prædicationis, ac religioſi ſtatus ſupra omnes, qui ante ipſos fuerunt, & erunt uſque ad finem poſt ipſos, quos omnes Sacri Apoſtoli in omni prærogativa, ac dono ſuperant.

Imo maxime ad eorum eminentiam, & gloriam 107.
pertinet, ut ſtatum Religioſum imperfectum, ipſi Apoſtoli ſua doctrina perficerent, illuſtrarent, & ad magnam, & ſublimem exaltationem elevarent Venit Ioannes-Baptiſta ante faciem Chriſti, *Prædicãs Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.*

Luc. 3.

Luc.3.n 3. Metito dubitant ſancti Patres D. Chryſoſt homil.10.in Matth.D.Aug. tract.4 in Ioan. D. Bonaven.in ſuis meditat.Quare Ioannes venit ante Chriſtum baptizans, cum Baptiſmus ille eſſet valde imperfectus,& ſolũ eſſet quædam diſpoſitio ad remiſſionem peccatorum? Alta Dei providentia ſic eſt ordinatũ,ut magis clareſceret,& irradiaret Divina Chriſti Majeſtas,quod aſcendente manu ejus Baptiſmus imperfectus,& rudis ſic eſt elevatus,ut fieret fons gratiarum,ac indulgentia peccatorum, & janua Cœli: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & aqua.* Matth.3.

Magna excellentia perficere imperfectũ.

Matth.3.

Legi Evangelicæ.

108. Opponunt adverſarij, quod noſtra ſententia tum pugnat cum lege Evangelica;nam cum ſtatus Religioſus ſit valde perfectus ad legem Evangelicam pertinet,& ad nullam aliam

109. Reſpondemus de fide certum eſſe legem Evangelicam perfectiorem,& excelſiorem eſſe omnibus aliis,ut patet ex Paulo Hebr.6.7.8.cum hoc tamen ſtat,quod cum Deus ſit Author omnium legũ omnes illuſtravit ſuis magnis donis,tamen Evangelicam multo ampliori,& illuſtriori modo,in antiqua duo Sacramenta,circũciſionem,& remedium legis naturæ,in Evangelica ſeptem,ex quo patet quanto cæteris eminentior ſit Lex Evangelica, ut per decem,& ſeptem prærogativas oſtendi opuſc.1. de Sacra Scriptura Reſol. 5.q. 11.

Hebræ. 6.7.& 8.

110. Vnde de lege Evangelica D Aug.ſerm.45.de diverſ.& in Pſ 130.D Ambr Beda,& alij *Multæ filiæ congregaverunt divitias,tu ſupergreſſa es univerſas.* Prov.31.n 4P.pro quo referam id,quod revelatum fuit venerabili SororiMariæ de Ieſus Abbatiſſæ ConventusConceptionisVillæ de Agrida,quod cum Chriſtus D.in ultima Cœna inſtitueret Sacrũ Euchariſticum Sacramentum aderan tibi Enoch,& Elias,& Divinum Sacramentum participarunt, & communicarunt,& ut ibi dicitur: *Voluit Chriſtus D.hoc divino Sacramẽto honorare omnes leges Naturalẽ in Enoch,ſcriptã in Elia,Evangelicã in duodecim Apoſtolis,qui tãquam filij erant in circuitu mẽſæ Domini.* Ita habetur 2 p.Revelat.lib.6.c.1.n 11098.

D.Aug. Beda.

Prov. 31 *Venerabilis Maria de Ieſus.*

111. Nam quamvis Deus,ut Author omnium legum omnes honoraret,tamen legem Evangelicam ſuper omnes;nam in lege antiqua habent numerum: *Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati, ex tribu Ruben duodecim millia ſignati,*&c At de lege Evangelica,*vidi turbam magnam,quam dinumerare nemo poterat.* Apoc.7.n.9.ut dicat Ansbertus, quod *nullus intellectus creatus poterat numerare.* In lege antiqua pauci martyres,ut prophetæ, at in lege gratiæ ampliſſimus numerus,ut in qualibet die poſſit Eccleſia celebrare triginta milliaMartyrum,& ſi cõputes omnem numerũ,efficiunt undecim milliones martyrum,ut ex multis graviſſimis Authoribus retuli tom 1.in Apocal c.7.q 17 n 156. & 157.antiquitus pauci Religioſi inCarmelo,Bethel,Iericho,ac modo in lege gratiæ ampliſſimus numerus,ut ex Procopio,D.Ambr.& Aug referat Leo à Caſtro ad c. 19.Iſaïæ n.18 quod in unaCivitateÆgypti fuerint viginti millia Monachorum unus Abbas *Or* habuerit tria millia,Noſter Sanctus Serapion decem millia Monachorum, & in pluribus aliis locis multa millia,*multiplicaſti gentem, magnificaſti lætitiam.* Iſaï

1.Revel.

Apoc.7. Ansbert.

Omnia multiplicata in lege gratiæ.

Leo à Caſtro.

Legi veteri.

112. Dicuntque noſtram ſentẽtiam repugnare cum lege veteri, quia in ea videtur extare præceptum de non ſervanda caſtitate,& conſequẽter de non vovenda caſtitate;totum eſt valde alienum à veritate, illud,quod Deus dixit Adamo,& Noë Gen.9. n.1. *Creſcite,& multiplicamini* erat in exordio Mundi, quando in Adamo erant tres,vel quatuor filij,ſimiliter & Noë,at poſtquam genus humanum eſt maximè adauctum non eſt neceſſe impleri per omnes ſed per magnam partem,ut notat D.Thomas in 3.

Gen.9. *In lege veteri nullum præceptũ contra caſtitatem.*

Illa autem verba,quæ adducuntur Exod.23,n.26. *Non erit ſterilis,neque infœcunda in domo tua,* non continent præceptum,ſed benedictionem obſervãtibus legẽ,ſic ait Textus: *Servietis Domino Deo veſtro,ut benedicam panibus tuis,& aquis, & non erit ſterilis,& infœcunda in domo tua,& numerum dierũ tuorũ implebo.* Similiter,& illa alia Deut 7.n.14.*Nõ erit apud te ſterilis utriuſque ſexus,tã in hominibus, quam in gregibus tuis*, apertè non continent præceptum,cujus non ſunt capaces pecora, ſed benedictione.

113. Exod.23. Deut.7.

Imo ipſa Virginitas in omni populo,& maximè Hebræo fuit in magno honore,ac æſtimatione, ut teſtantur multi Patres,ac Doctores,quos in magno numero citavi opuſc.3.reſol.3 q 13 n 117.& de virginibus tãquã de perſonis magnæ,& ſummæ æſtimationis dicitur in extrema afflictione populi l.2. Machab.c.3 n 19 *Sed Virgines, quæ conclusæ erant procurrebant ad Oniam*, & ut exaggeretur ſumma calamitas in populum diciturThren.1.n 4 *Sacerdotes ejus gementes,& Virgines ejus ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine,* ac ſi dicatur magnas,ac venerabiles perſonas apprehendit calamitas

114. Matth.2. Thren.1.

Sẽper Virginitas inter omnes eminet,ut maximè in ipſis progenitoribus populi Hebraïci viſitur.Cũ Ioſeph fratres ſuos exciperet convivio, *major pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet.* Gen.43.n 34 & unde illi tãta præeminẽtia,ac gloria ſupr cæteros D.Amb. lib de Ioſeph.c 10. ſic ait: *Ideo in convivio pars ejus quintupliciter major effecta eſt,quod haberet ſuperioribus anteferri,non ſolũ mentis prudentia,ſed etiam militia corporis,& gratia caſtitatis.* Expende ultima verba,gratia caſtitatis.

115. Gen.43. *Virginitas omnibus aliis præclara.* D.Ambr.

Sanctis Religionum Patriarchis.

Dicent magnam nos inferre injuriam Sanctis Patriarchis Religionum Baſilio,Auguſtino,Dominico,Franciſco, Ignatio, cum eis anteponamus Eliam, qui inferior eſt eis in meritis.

116.

Negari non poteſt,quod multum, & magnum obſequium præſtet Elias Sacris Religionibus;nam ſancti Patres, & Doctores refutantes hæreticos blaſphæmantes contra ſtatum Religioſum ſtatim eis objiciunt,& opponunt Eliam,ac filios Prophetarum,eorumque exemplo eorum errores trucidãt, & diſſipant,qui autem tuum ſtatum,dignitatem, ac præeminentiam cuſtodit, ac defendit, maximè à te venerandus ac recolendus eſt.

117. *Elias magnum præſtat obſequiũ omnibus Religionibus.*

Duæ illuſtriſſimæ mulieres ab imminenti mortis periculo liberarunt populum Iſraël Iudith.cap 13. Eſther c.8 tamen Eſther illuſtrius, ac magnificentius honoratur,ut dicatur Sol,& lux: *Parvus fons in lucem, & Solem converſus eſt.* c.10.n 6. quia non ſolum liberavit populum à morte,ſed etiam cuſtodivit,ac defendit à falſis criminibus, quibus infamabatur,ac deturpabatur,& accuſabatur, ut reus læſæ majeſtatis, illiuſque contemptor, legum, ac mandatorum tranſgreſſor; merito ergo Eſther, ut lux,& Sol acclamatur,qui luce ſuæ virtutis tenebras tantarum falſitatum diſſipavit,populorumque purum,& innocentem declaravit,ſic & Elias, qui merito Sol interpretatur luce ſuæ doctrinæ,vitę,ac exempli omnes maledictas hæreticorum blaſphæmias deſtruit, ac trucidat,& purum, ac ſanctum ſimat Religioſum ſtatum.

118. Iudith. 13. Eſther. 8. Eſth. 10. *Deum defendit honorem majus præſtat obſequiũ.*

De merito.

119. Inter ſanctos Patriarchas, Deus eorum eſt judex, ac diſcretor, ut iſti ſe facere volunt, tamen multorum mirabilium operator fuit primus, qui habuit poteſtatem claudendi, & aperiendi Cœlum, primus, qui mortuos ſuſcitavit, qui dejecit de Cœlo ignem ter, qui in monte Horeb *vidit Deum quãtum fas eſt homini*, fuit primus & unicus, qui curru magnifico raptus eſt in Cœlum, qui vocatus ad Myſterium Transfigurationis, qui in fine mundi teſtificãte Chriſto Matth. 18. *reſtituens omnia*. Poſtquam Chriſtus Dominus dixit multa magnalia de Ioanne-Baptiſta, dicit eum Prophetam, & pluſquam Prophetam, Angelum, nullumque majorem inter natos mulierum ſurrexiſſe, & concludit Chriſtus *Si vultis recipere Ioannes ipſe eſt Elias* Matth. 11. n. 13. alij legunt *Si vultis approbare*, cur tamen inter tot magnifica Ioannis elogia, tamquam ultima clauſula ponitur, *Si vultis recipere Ioannes ipſe eſt Elias*? ait ibi D Thomas: *Hic ponit excellentiam Ioannis*. Inter tot præexcelſas Ioannis laudes, cum hic dicitur *Ioannes ut Elias*, hic inſigniter nobis ejus excellentia tamquam in compendio proponitur, aceſi quid majus fortitudine, propheta, & Angelo dici viduatum. *Qui poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi*, ut de eo ait Eccleſiaſt. 48. n. 4. de quo multa dixi opuſcul. 3. Reſol. 1.

Matth. 18. — *Elias inſigniter magnus.* — Matth. 11. — D. Tho.

SECTIO IX.

Solvuntur alia argumenta.

120. ET ſit ſextum in ordine, & eſt totũ robur exercitus, & armatus Achiles in hunc modum: Monachatus eſt ſtatus perfectiſſimus, lex vetus extitit valde imperfecta: ergo in ea non fuit talis ſtatus, major eſt certa, conſequentia bona, minor probatur ex Paulo Hebr. 7. n. 19, *Nihil ad perfectum adduxit lex* & ad Galat. 4. n. 3. *Ita & nos cum eſſemus parvuli ſub elementis mundi hujus eramus*. Vbi tempus legis appellat tempus pueritiæ, & infantiæ, utpote imperfectionis.

Argumẽtum ex imperfectione legis. — Hebr. 7. — Galat. 4

121. Relictis multis ſolutionibus ad argumentum, concedo majorem, & diſtinguo minorem. Omnia in lege veteri erant imperfecta, quæ erant propria ipſius legis, & à lege veniebant, ut holocauſta taurorũ, & cæterorũ, ut præcepta judicialia, cæremonialia erant imperfecta, cõcedo minorem, & de his loquitur Paulus citatus; at vero quoad eos, qui erãt ſub lege, eſſet imperfecta, nego minorẽ. Innocẽtia Abel, juſtitia Noë, qui dicitur *juſtus, & perfectus*, fides Abrahæ maximè laudata ab Apoſtolo, Obediẽtia Iſaac, patiẽtia Iob, charitas Moyſis, ſanctificatio Ieremiæ, cõtritio Davidis, zelus Eliæ erãt valde perfecta, & non ea dictabat lex, de qua paulus loquitur, ſed emanabãt immediatè à gratia Dei, & ita exponit locum Pauli Benedictus Iuſtinianus ex multis Patribus; & maximè ex Gregor. Nazian. orat. de Machab. ubi ſic ait: *Lex nihil de ſe ad perfectũ adduxit, non quod in ea lege non fuerint plurimi valde perfecti, ſed propter fidem in Chriſtũ, ac ejus gratiã.*

Quæ à lege imperfecta, at à gratia Dei perfecta. — Iuſtin. Nazianz.

122. Quod breviter amplifico: Deus dedit Patribus antiquis dona valde magna, & perfecta, Martyriũ, Chariſmata Spiritus, donum ſapientiæ, ſcientiæ, intellectus in tot, & tantis Prophetis cum præclariſſimo dono Prophetiæ, item donum interpretationis ſermonũ diſcretio ſpirituum in Abrahamo, Ioſeph, Moyſe, Davide, Salomone, Daniele; Dedit Deus etiã gratiam, virtutem miraculorũ in multis, & magnis prodigiis, ut in Moſe tot, & tantis prodigiis in Ægypto, & diviſio maris, & Ioſuë detinente curſum Solis, & Ezechia retrahente, & in Elia, & Eliſæo mortuos ſuſcitãtibus, & tandem dedit Sacramenta remedium legis naturæ, ac circunciſionem, quæ cũ non cauſent gratiam ex opere operantis, cauſant ex opere operato, ut tenẽt Alexander, Bonavent. Paludanus, Major, Durãdus apud Vaſq. diſp. 184. & etiã Suares, Azor, Pereira, Barradas, Lorin. Valẽtia apud Card Lugo to de Sacram diſp. 5. n 4. mihi 86. Qui omnia, non erãt à lege, ſed immediatè à gratia Dei.

Multa valde magna Patribus antiquis collata. — Vaſq. Suares Azor. Bartad. Porin. Durand. Valent. Lugo.

123. Dicunt adverſarij, quod hoc argumentum de Sacramentis nihil convincit: quia Deus illa dedit tãquam media neceſſaria ad ſalutem, ſed contra, ſicut Deus ſuis electis dat media neceſſaria ad ſalutẽ, ſic & dat media convenientia, & efficacia ad ſalutem, ut decretum prædeſtinationis impleatur, & ad illa medium valde efficax eſt ſtatus Religionis, qui intendit finem, intendit, & media.

124. Ad confirmationem, quod *eramus tãquam parvuli ſub elementis*, id eſt, quod in lege veteri erant tamquam rudes, & imperfecti, ac tamquam pueri balbutientes, ſic & Paulus de ſuis diſcipulis incipientibus in fide ait: *Tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam*. 1 Corinth. 3. n. 2.

1. Cor. 3.

125. Septimo argumẽtãtur: Si daretur ſtatus Religioſus in lege veteri eſſet res valde celebris, ac notoria; & de tali ſtatu fieret aliqua mentio in ſcriptura; ergo cũ nõ fiat, nullus fuit talis ſtat⁹, & eſt quid fictitiũ.

126. Hoc argumentum multa dura involvit, ut bene notat Theophylus Raynaud de Scapulari part. 2. q. 1. §. Nimirum; qui cõmunes traditiones reprobat, & ſcripturas quærit multum favet Calvino. Deinde Sacri Apoſtoli fecerunt tria vota, ut eſt commune. Tres Sacri Evangeliſtæ narrant inſtitutionem diviniſſimam Euchariſtici Sacramenti Matth. 26. n. 26. Marc. 14. n 26. Luc. 22 n 16 & nullus explicat, quod Chriſtus miſcuerit aquam in Calice conſecrando, quam re vera miſcuit, ut docet Alexander Papa in Concilio Tribur. cap. 19. & etiam nullus Evangeliſtarum explicat, an Chriſtus conſecraverit in pane azymo, vel fermentato, de quo magna extitit controverſia inter græcos, & latinos, ut patet ex Concilio Florentino *in literis ſanctæ unionis*; de quo latè agit noſter Magn. Petrus Corneyo tom. 2. tract. 4. diſp. 2 art 4. & Chriſtus D. à ſua infantia uſque ad annũ trigeſimũ multa magna, & magnalia eſt operatus, de quibus nulla in particulari fit mentio in Evangelio, ſed tantũ quod cùm eſſet duodecim annorum apparuit in Templo Luc. 2. num. de quo extant multæ revelationes apud Sanctos Patres, & hæc cum non ſint ſcripta in aliquo libro Canonico ſunt falſa? nullus hoc dicet, & ad hoc multa alia exempla adduxi opuſc. 3. Reſol 3. q 15. n 132.

Multa magna de quibus ſcriptura non meminit. — Math. 26 Marc. 14. Luc. 22. Alexand. Papa. Corney. Luc. 2.

127. Octavo argumentantur, quod ſtatus Religioſus ſit perfectiſſimus, lex Evãgelica perfectiſſima: ergo ex Divina providentia talis ſtatus pertinet ad legem Evangelicam, & ad nullam aliam: Et confirmatur; quia voluntaria paupertas, caſtitas, & obedientia ſunt Conſilia Evangelica: ergo non fuerunt ante Evangelium.

128. Reſpondeo, ut dixi ſupra ſect. 2 num. & hic in ſolutione ad ſextum argumẽtum, quod Deus in entitate, & ſubſtantia Patribus antiquis multa majora dedit, quam ſtatũ Religioſũ, quia Deus omnes leges voluit honorare, ut dixi ſupra n. 110 in omniq; lege dare proportionata, & efficacia media ad ſalutem: Tamen Deus multo liberaliori manu hæc omnia dedit in lege Evãgelica, & majori, ac excellentiori perfectione, ut ait Chriſtus: *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant* Ioan. 10.

Deus omnes leges honorat. — Ioan. 10.

129. Ad confirmationem optimè reſpondet Medina 2. 2 quæſt. 108. art. 4. §. *Ut tamen*. Poſtquam aliquis imperfectiones legis veteris apponit, ſubdit:

Sed.

Sed non ex hoc inferat Theologus, quod viri justi & sancti in antiquæ legis statu non haberent ex instinctu Spiritus Sancti consilia à Deo tum virginitatis tum obedientiæ, ac etiam paupertatis, quæ & animo libenti & forti amplectebantur. Non reddere malum pro malo, sed bonum pro malo, & orare pro inimicis, consilium Evangelicum est. Ioseph benigne excepit fratres, à quibus venditus est, Moyses instanter rogavit pro populo, qui ipsum lapidare intentavit, *Aut dimitte eis hanc noxam, si non facis dele me de libro tuo* Exod. 32. n. 32. David Saulum, à quo sæpe requisitus fuit ad mortem, custodivit à suis militibus semel in spelunca 1. Reg. 24 n. 17. & iterum in tentorio Regio 1. Reg. 26. n 9.

Exod. 32.

1. Reg. 24
1 Reg. 26

130. Paul. Nono argumentantur, & in quo faciunt multam vim: *Omnia*, ut ait Paulus *illis in figura contingebant*, ac proinde ille status in Elia erat quædã figura sine ulla realitate, ergo falso assumitur ad probandum verum & realem statũ. Respondetur, quod illa antiqua licet essent figuræ, tamen in se vere, & propriissimè erant realitates, ut ostendi sect. 2. n. ... & ita multa adversariorum machina corruit.

131. *De regula.* Decimo argumentantur: Ad verum statum religiosum requiritur regula, nulla invenitur regula data ab Elia: ergo nulla Religio Respondeo, quod ad veram religionem pro regula sufficit observatio votorum tuum cum observatione mandatorum Dei. Ita Lessius lib. 2. cap. 41. num. 9. & ex eo Basseus Capucinus 11. Relig. 5. num 5 Deinde Elias pro regula dedit suis discipulis ejus vitam imitandam cum sua doctrina. Ita docent Ioannes Ierosolymit cap. 1. D. Cyrillus Constantinopol. lib. de processu Ordinis in principio Trithem de laudibus Carmelitar. cap. 3. & 4 Christus Dominus in sacris Apostolis instituit veram, & perfectissimã Religionem, nullamque aliam regulam eis dedit, nisi consilia Evangelica cum exẽplo suæ sanctissimæ vitæ, & sacri Apostoli magnam Religionem fundarunt in primitiva Ecclesia cum nulla alia regula, nisi exemplo suæ vitæ quæ eis erat pro regula, & ut notat Theophylus Raynaudus, quod D. Antonius, & Hilarius constituerũt religiones, & nullam aliam regulam eis dederunt, nisi exemplum suæ vitæ, & Apostolorum, & sic dicitur: *Cæpere vivere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam.* Et sunt etiam graves Authores, qui astruunt quod Elias ex instinctu Spiritus Sancti scripsit regulam, ita ex Origene, & multis Rabbinis tenet Malveda, doctissim. Hieronymus de Gavara ex sacra Societate Iesu, Caramatus dignis. Minim. General. Et alij, quos adduxi, & citavi opusc. 3 Resol. 3. q. 19. n. 170. 171.

Lessius
Basseus.
Ioan. Ierosol.
Cyril. Const.
Theoph.
Malved.
Hieron. de Gavara.
Caram.

132. *De permanentia status.* Vndecimo argumentatur, quod Deus dedẽrit valde magna uni, vel alteri viro vitam puram absque mortali, & ad facienda magna miracula v. g. Moysi, Iosuë, Eliæ, donum sapientiæ, ut Salomoni, non tamen illa fuerũt per modũ status permanentis, quod requiritur ad statũ religiosũ. Respondetur falsũ assumere argumẽtũ; nã Deus varios, & multos status permanẽtes cũ magna virtute ac observãtia cõstituit ac dedit in lege antiq. ut ostẽdi supra sect 2. n. ..

133. Duodecimo argumentantur: Oppositio exemplo Giezi, qui erat ex filiis Prophetarũ, & non habebat castitatem, dixit ei Elisæus ob accepta munera à Naaman: *Lepra Naaman adhæreat tibi & semini tuo usque in sempiternum.* 4 Reg 5. n. 27. Respondetur, quod Giezi non erat ex filiis Prophetarum, sed servus Elisæi, sic dicitur ibi n 25. *non ivit servus tuus* & 4. Reg 5. n. 20. Dixit Giezi puer viri Dei ex Hebræo legitur: *servus viri Dei* Deinde perfecti habebãt tria vota, alij minus perfecti unũ, vel duo, Rechabitæ, ut patet ex Ierem. 35. n. 6. habebãt tantum obedientiæ, & paupertatis, non verò castitatis votum, de quo dixi Opusc. 3. Resol. 3. q 3. per totum & in primitiva Ecclesia, perfecti faciebant tria vota, minus perfecti unum, vel alterum, v. g Ananias, & Saphira habebant votum paupertatis, non vero castitatis, ut ex communi Patrum sententia dixi supra n. Tandem Giezi poterat habere filios antequam esset adscriptus in numero filiorum prophetarum, ut hodie multi viduati habent, & ingrediuntur Religionem

De Giezi

4. Reg 5. n. 20.

SECTIO X.

Solvuntur alia quatuor argumenta.

134. DEcimo tertio argumentantur nobis opponendo D. Thomã, qui 3. p. q. 28. art. 4. in corpore ait: Mater Dei non creditur, antequã desponsaretur Ioseph, absolute virginitatem voviſſe, sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen virginitatẽ suam divino commisit arbitrio; *postea vero accepto sponso secundum mores, nota, illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit.* Vbi sanctus Doctor loquitur non ex propria sententia, sed ex sentẽtia aliorũ *juxta mores illius temporis*, ut exprimit, & ex eo magis patet, quod virgo ante desponsationem absolutè non emiserit votũ, cum cõtraria sententia sit verissima, eamque multis in locis doceat D Thomas, nẽpe, quod ipsa sanctissima Virgo à sua infantia ante desponsationẽ fecit votum perfectissimum, & absolutum virginitatis habita revelatione à Deo, quod in omni casu, & eventu custodienda erat à Deo. Ita tenẽt Principes Thomistæ, Sotus in 4. dist 30. q. 2 art. 1 ad primũ Albert. Magn. *de laudibus Mariæ*, Paludã. Cajet. & alii multi quos citãt, ac sequũtur Suar t. 2 ad 3 p disp. 124 c. 4. n. 46

D. Tho.

Virgo in omni casu custodienda.

Sotus. Albert. Magn. Suar. Paludan. Caiet.

Imo D. Thomas multis in locis nostræ sententiæ favet, nam 2. 2. q 187. art. 2. exemplo Elisæi probat Religiosis licitum esse adire palatia, & tractare negotia secularia, & eadem q art. 6. quærens an liceat Religiosis uti vestibus vilioribus, affirmativè respõdet cum loco Pauli Hebr. 11. *Circuierũt in melotis*, &c. in quo loco juxta ipsũ Angelicũ Doctorem in suo commentario intelligitur Elias, & Elisæus, si verò in aliquibus locis videtur innuere Christũ D esse Authorem status Religiosi, intelligendum esse, ut causam exemplarem, finalem, & cum tota sua perfectione, ac modo.

135. D. Tho.

Hebr. 11

136. Decimo quarto arguunt ad veram constituẽdam Religionẽ requiritur approbatio superioris cũ potestate claviũ, sed hæc tunc non dabatur: ergo nec vera Religio; nã ad verã Religionẽ requiritur traditio personæ, & acceptatio ex parte Dei, hæc autẽ acceptatio ex parte Dei nemo potest habere nisi per cõmissionẽ ipsius Dei, quæ facta est Ecclesiæ.

137. *Approbatio positiva vel negativa.* Basil. de Leon. Bellarm. Cast. Pallaus.

Respondeo nos loqui non post Canonicas sanctiones factas in Cõcilio Lateranẽsi sub Innocẽtio III. & Lugdunensi sub Gregorio X. sed antea quãdo licitũ erat Episcopis religiones approbare, quod poterat fieri duobus modis per actũ positivũ, vel negativum, videlicet dando, cõsentiendo, & non repugnando, quod sufficiens est ad approbationem Religionis, ut latè probat Basilius de Leone citato D. Tho. Bellarm. Medin. Sanch. Azor & aliis & idem tenet Castro Pallaus, ut late ex multis aliis ostendi opusc 1. Resol. 3. q. 16 n. 140. 141. & 142.

138. In populo autẽ Hebræo, idẽ poterat facere Pontifex ad quẽ spectabat discernere causas pertinẽtes ad mores, & Religionẽ juxta Deut. 17. n 8. ubi dicitur: *Si difficile, & ambiguum apud te judicium perspexeris, ascende ad locum, venies que ad Sacerdotes*

Deut. 17.

Malach.

Malach. 2. Malach. 2.n.7. *Labia Sacerdotum cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus.* De quo latè Bellamin. de Romano Pontifice Suar contra Regem Angl. Valen. Bannes, Abulenſ. & alij, quos adduxi citato loco, Deus ut optimus proviſor ſemper in Eccleſia ſua dedit regulam vivam ad determinandos caſus ſepè occurrentes, & talis approbatio poterat fieri à ſummo Sacerdote poſitivè, vel negativè.

139. Arguunt decimoquinto quod nos non habemus veră ſucceſſionem hæreditariam ab Elia, ſed tantum per denominationem, ac imitationem; quia Elias in ſe non habuit verum ſtatum Religioſum, nec illum potuit dare, nam hoc incepit in Apoſtolis Petro, Paulo, ut habet Eccleſia in eorum Collecta, 29. Iunii *Da Eccleſiæ tuæ eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos Religionis ſumpſit exordium.* Ergo non ab Elia Religio Carmelitana ſumpſit exordium.

Oratio Eccleſiæ.

140. Sanctiſſ. Virgo Maria Carmelitarũ Clypeus hoc deſtruit argumentum, ac totaliter diſſipat per ſuas apparitiones authenticas; nam Ioan. 22. apparens poſtulanti ab eo favorem ſuo Carmelitano Ordini ſubdit: *In monte Carmelo inchoato per Eliam, & Eliſæum.* Et ad D. Petr. Tho. ait: *Quod Carmelitana Religio duratura eſt uſque in finem ſæculi, ſic Elias ejus Inſtitutor impetravit à filio meo.* Ex duplici Virginis Mariæ teſtimonio habemus, quod Religio ſic inchoata ab Elia, ipſeque ſit illius inſtitutor, nec aliis verbis magis proprijs, ac expreſſivis poterat uti, quam præſentibus. Deinde Deipara loquitur de Religione, prout erat in præſenti, & de illa affirmat eſſe inchoatam, & inſtitutam ab Elia, illud autem de Collecta Apoſtolorum, per quos Religionis ſumpſit exordium loquitur de Religione Chriſtiana, ſicut, & Paulus per Evangelium. *Ego vos genui*, 1. Corinth. 4. n. 15.

Elias inſtitutor.

141. Decimoquinto nobis opponunt D. Hieronym. qui in vita S. Hilarionis ait, quod in Palæſtina ante Hilarionem nullum erat Monaſterium, vult ſignificare Sanctus Doctor, quod poſt perſecutiones Maurorum, ac devaſtationes, quas ipſi fecerunt, primum Monaſterium fuiſſe Sancti Hilarionis, nam ante dictam perſecutionem multa fecerunt Monaſteria Eſſenorum, D. Anton. & aliorũ, ut latè probat M Franciſc. Bona Spes in Armentar à n. 703.

D. Hier.

Bona Spes

142. Arguunt decimo-ſexto: Si Religio Carmelitana eſt tam antiqua, quomodo inter mendicantes ponitur in ultimo loco, tam in Capella Papæ, quam in Diplomatibus Apoſtolicis.

143. Ad hanc difficultatem latè reſpondi Opuſcul. 3. reſol. 2. q. 6. per totum cum tribus ſolutionibus, nunc breviter reſpondeo addendo, quod Religio Carmelitana ſemper gaudet præeminẽtia antiquitatis. Armacanus ſem. de Concept. ait: *Ordo Carmelitarum igitur gaudet præ cæteris Ordinibus antiquitatis honore.* Caſſanæus de gloria Mundi part. 4. conſ. 70. ait: *Carmelitæ præferendi ſunt fratribus prædicatoribus.* Anton. Gam. *deciſ. 4. n. 51.* Ordo Monachorum ratione antiquioris inſtitutionis cæteros præcedit. Genebrard. *in Chronic. circa annum* 1578. Carmelitæ primi ſunt mendicantium, quia eorum origo repetenda eſt ab Elia, & Eliſæo.

Armac. Caſſan. Gama. Genebr.

144. Tamen, qui prior eſt tempore *de Regul. juris in 6.* & juxta hæc refert Proſperus Fañanus utriuſque ſignaturæ Apoſtolicæ referendarius *ad cap. 10.* de Majoritate, & Obedientia n. 22. *Delata eſt ad Congregationem Concilij controverſia inter Dominicanos, Franciſcanos, Auguſtinianos, Carmelitanos, ſumpta fuerunt informationes, & repertum conſuetudine inoleviſſe, & obſervatum ſemper fuiſſe, ut ea Religio, quæ prius in loco habet Monaſterium, illa præcedat, quam conſuetudinem Sanctiſſimus juſſit obſervari, & nihil innovari, ſecundum hoc poſtea edita fuit conſtitutio ab eodem Gregorio XIII. incipiens Expoſcit* 15 Iulij 1583. Gregor. XIII.

145. *Quia definitum eſt inter Mendicantes, nec non inter Confraternitates Chriſti fidelium in proceſſionibus, tam publicis, quam privatis hi præcedere debeant, qui ſunt quaſi in poſſeſſione præcedentiæ, quod de quaſi poſſeſſione hujuſmodi non conſtet inter fratres quidem Mendicantes præcedere debent ij, qui antiquiores in loco controverſiæ, inter confraternitates vero inter ſe litigantes, qui prius ſacris uſi ſunt.* Et de hac re multa adducit ſapientiſſimus Mag. Franciſcus Bonæ Spei in ſuo doctiſſimo Armentario Pharetra 6. Telo 11. folio mihi 251 n 620. M. Bonæ Spei.

146. Cum autem noſtra Sacra Religio ſuum exordium habuiſſet in Syria, & noſtri Religioſi multis impugnationibus, ac perſecutionibus ſuſtinuiſſent à Mauris, & tranſiſſent in Europam, ubi Ordo erat ignotus inde novæ contradictiones, ac adverſitates contra eos inſurrexerunt, maximè cum tunc florerent magnis fratribus illuſtriſſimæ familiæ Dominicanæ, & Frãciſcanæ & omnium corda ad ſe attraherent, & noſtri Religioſi advenîſſent ex Syria, & ex deſerto tot, tantisque moleſtiis vexati, contentiones evitãtes præ ſua humilitate, ac modeſtia, in quolibet loco ſe ſe accommodarunt, nemini moleſtiam inferentes, ut eos à ſuis prioribus locis amoverent.

Denuo advenientes ex Syria.

147. Certi tamen de ſua præminentia, ac nobilitate, quod in quolibet loco, ſive primo, ſive ſecundo primatus excellentiæ ad eos pertinebat. In primo rerũ molimine tertia die dixit Deus. *Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, lignum pomiferum, lignumque faciens fructum*, Geneſ. 1 n. 11. Maximè addubitant D. Ambroſ. *lib. 3. Hexamer. c. 7.* D. Athanaſ. Sinaïta lib. 1. Hexam. Cur Deus prius terram exornavit floribus, roſis, herbis, plantis, quam Cœlum ſuis præſtantiſſimis luminaribus, ac ſtellis, videtur Cælo injuriam inferri, quod terra primas habeat, Cœlum vero ſecundum obtineat locum, cum tamen ſit Cœlum terrea antiquius: *In principio creavit Deus Cœlum, & terram:* Tamen in hoc nullam patitur injuriam Cœlum de ſua nobilitate valde ſecurum; nam in quocumque loco ſcribatur ſemper eſt Cœlum lucidum, ac reſplendens ſuaque influentia ac rore fœcundans terram, parturire faciens, ac creans cuncta, quæ germinat. Vide quæ dixi de hac re Opuſc. 3. reſol. 2. q. 6. & maximè n. 6. ad illa verba Pſal. 73. n. 16. *Tu fabricatus es Auroram, & ſolem.* Gen 1. D. Ambr. D. Ath.

SECTIO II.

Explicatur differentia inter vota legis novæ ac veteris, & magis explicatur noſtra ſententia.

148. REligio eſt ſtatus tendens ad perfectionem per tria vota Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis, & quamvis in aliquibus Religionibus antiquitus, & modo etiam, ut Divi Benedicti ſolum exprimatur Obedientia, ſub illa cætera includuntur. Hæc autem differentia, quæ datur inter vota legis gratiæ, & veteris jam explicavi Opuſc. 3. reſol. 2. q. ... & ea, quæ ibi dixi videntur reſpicere ſolemnitatem voti, quæ introducta eſt ab Eccleſia, ideo aliter rem modo explico. Solum obedientia.

149. Votum dupliciter edi poteſt, vel ore verbis prolaris,

latis, v. g. *Voveo, vel promitto Deo*, vel per internum affectum cordis, seu animi, quo homo immobiliter per totam vitam Deo consecrat, & dicat, sic tale primum fuit votum Sanctissimæ Virginis Mariæ, ut ex D. Augustin. dicitur 27. q. 2. cap. 3. *Beata Maria*, sic ait Textus: *Beata Maria proposuit se servaturam votum Virginitatis in corde, sed ipsum votum Virginitatis non expressit ore*, & postea subdit Textus: *Et quod corde conceperat, simul cum Viro labiis expressit, & uterque in Virginitate permansit.* Et D. Grego ius in Pastorali p. 3. cap. 22. tractans specialiter de voto Virginis, ac S. Ioseph, ait: *Decretum Ecclesiæ docet istum votum Virginis fuisse non solum promissum, sed prius corde, ac demum ore professum, imo ab utroque conjuge Ioseph, & Maria initum affectu cordis.* D. Fulgentius lib. 2. de fide ad Petrum cap. 3 ait: *Quisque se ipsum castraverit propter regnum Cœlorum in corde suo continentiam vovet.*

Votum fit etiam per internum affectum immobilem. D. Aug. Cap. Sãcta Maria. D. Greg. D. Fulg.

150. Vvald. Ex Patribus. Noster insignis Vvaldensis tom. 3. Doctrinalis fidei cap. 2. tradit ex Patribus: *Quisquis in corde suo continentiam Deo voverit & nubere voluerit, damnationem habebit, quia primam fidem irritam fecit*, & postea infra: *Intellige hic, quod votum obligat in corde celebratum, etsi non sit ore prolatum; sic enim dicit hic Augustinus quisquis se Deo castraverit, & in corde suo continentiam voverit, &c.*

151. Quod magis explicat ipse doctissimus Vvaldensis citato lib. art. 2. cap. 17. ait: *Religio Christi perfecta, est specialis, & stricta regula Charitatis voti solemnis emissione professa, vel æquivalenter.* Et magis se explicat: *Quid autem dicitur esse illud, quod æquivalet voto? Dico quod est immobilitas affectuum tendens in Deum, & talis pro certo fuit Elias, talis etiam erat Ioannes Baptista, qui quamvis non vovebant vocaliter aliquam regulam Charitatis, habebant tamen instinctum Dei immobilitantem eorum affectus conversos in Deum:* & optimè pergit ipse explicãs, quod ille internus affectus immobilitatis æquivalet voto vocali; quia tota ratio voti vocalis in immobilitate interioris affectus consistit: ergo optimè ipsa interior immobilitas, ipse interior affectus æquivalet voto etiam ad Religionem, aliquo externo signo manifesto, existimo necessarium.

152. Ioannes Baptista. Ex quo patet, quod optimo jure à Sanctis Patribus, & Doctoribus dicitur quod Ioannes Baptista fuerit Monachus ac Religiosus habens votum castitatis per immobilem affectum per totam vitam, qua se dedicavit, ac consecravit in perpetuo Cœlibatu, cum summa obedientia adimplente suam legationem ostendens Christum verum Deum, in
Matth. 3. summa paupertate de pellibus Camelorũ, Math. 3. n. 4 Nec obstat, quod aliqui objecerunt, quod ad vota Religiosa requiritur acceptatio, quæ maximè, & insigniter datur in operibus Ioannis, quæ eximiè fuerunt accepta, grata, ac perjucunda Christo, & ideo ab eo mirificè laudantur, ut Angelus, Propheta, plusquam Propheta, nullus major inter natos mulierum, Matth. 11. n 11.
Matth 11.

153. Suarez. Vnde agens de Ioanne Baptista, ac D. Paulo primo Eremita ait Suar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 2. n. 12. fuisse Religiosos apud Deum altiori ratione specialiter approbata, *peculiari Spiritus Sancti instinctu*, quod etiam videtur significare D. Thomas 2. 2. q. 188. art. 8. unde dicere possumus in eis fuisse statum Religiosum quasi eminenter per abundantiam gratiæ confirmantis illos quasi immobiliter in tali vivendi modo.

D. Tho. Eminenter.

154. Et talis professor fuit Elias; nam per internum affectum, & immobilem se Deo dedicavit, ac consecravit cum summa obedientia, qua se dicabat in conspectu Dei ad obediendum ejus mandatis; unde Reges non timuit, tyrãnos profligavit, & potentes dejecit de lectulo suo: Cum summa paupertate, & absque alicujus coitus labe: Vnde pro nostra sententia stat efficax confirmatio; negari enim non potest, quod in Elia extiterit ille affectus immobilis per totam vitam cum obedientia, paupertate, & castitate, ac proinde cum voto: nam ille affectus interior æquivalet voto, ab interiori enim affectu votum totum suum valorem desumit.

Elias ex voto.

Similiter Elisæus vocatus ab Elia statim intimo, ac immobili affectu se dedicavit, ac consecravit Deo per obedientiam, & secutus est Eliam, qui ut ultimum vale diceret suis parentibus postulat facultatem: *Osculer oro Patrem meum*, 3. Reg. 19. n. 20. cum eximia paupertate sic dicitur: *Relictis bobus cucurrit post Eliam*, n. 20. ad gustum illius Apostolorum: *Relictis omnibus secuti sunt eum*, Matth. 4. n. n. 20. cum singulari castitate, ideo in dis- Math. 4
cessu de patre, & matre facit mẽtionem, non verò de uxore, quam non habebat, ut notant Abulens. Lyran. & alij Commentatores; Hinc in suo officio nostra canit Ecclesia: *Elisæus namque virgo planè permanens.*

155. 3 Reg. 19

Abulens. Lyran. Michael. Muños.

156. *Filij Prophetarũ.* Sic & filij Prophetarum immobili, ac pleno spiritu repleti videntes, quod spiritu Eliæ requievisset in Elisæo in signum obedientiæ *proni in terrã eum adoraverunt*, quorum tanta erat paupertas, quod cum locus habitationis esset ãgustus pro eorum multitudine postulant facultatem: *Eamus usque Iordanem, & tollant singuli de sylva materias singulas, ut ædificemus nobis locum*, 4. Reg. 6. n. 2. Non vocant operarios; quia non habebant pecuniam, ut solverent, & ferrum ad hoc ministerium erat mutuatum, cum cecidisset in aqua maximè dolebat, quia non habebat unde solveret; multa etiam in eis erat castitas, nullum cum mulieribus commercium.

4. Reg. 6.

157. D. Aug. D. Greg. D. Fulg. Vvald. Cap. Sãcta Maria. Ex his omnibus constat cap. *Sancta Maria*. D. Augustin. D. Greg. D. Fulgent. Vvaldens. quod communiter in antiqua lege votum fiebat per intrinsecum affectum immobilem, ut patet in Sacratissima Virgine Maria, S. Ioseph, S. Ioanne Baptista, S. Elia, Elisæo, Filiis Prophetarum, & cum efficacia voti consistat in illo affectu interiori, ab illoque desumat totam obligandi vim, talem obligationem inducebat, ut dicunt D. Augustin & Vvaldens. tamen prout spectabat ad statum Religionis; ille affectus interior aliquo exteriori signo erat manifestandus, v. g. obedientia, paupertate.

Votum antiquitus per immobilem affectum.

158. Tamen in Lege gratiæ pro majori perfectione cœperunt vota labiis externis manifestari, quorum Dux, & Magistra fuit Sanctissima Virgo Maria cum suo Sponso Ioseph, ut colligitur ex citato cap. *Sancta Maria*, ubi dicitur. *Quod Virgo corde conceperat, simul cum viro, labiis expressit, & uterque in virginitate permansit.* Vnde antiquitus erat consuetudo, ut Virgines Deo se consciantes dicerent: *Ego in nomine Maria promitto castitatem*, ut ex D. Athanasio, Epiphanio, Abulensi, Vvaldensi, Canisio tradunt Petrus Morales in cap. 4. Matth. lib. 2 tract. 6. n. 12. Daniel à Virgine Maria Vinea Carmeli n. 1234.

Morales Daniel.

159. Cum hoc tamen stat, quod quãvis in Lege veteri communis modus vovendi extiterit per actum internum immobilem, tamen aliquando fieret in uno, vel altero per actum externum, sicut in Lege gratiæ vota fiunt ore, & labiis, ab aliquo tamen, ut à D. Paulo Primo Eremita fierent per internum affectum.

160. Secunda differentia. Illa antiqua vota causabant

Ex pretio solvendo. gratiam, ut ex pretio solvendo veluti *de fiado*, at vota legis gratiæ ex pretio soluto, & hæc est una ex præcipuis differentiis, quam assignant Theologi, qui dicunt Sacramenta veteris Legis causare gratiam ex opere operato, quos supra retuli n. 122. dicunt antiqua ex pretio solvendo, nostra vero gratiæ ex pretio soluto, quod est nobilior operandi modus.

161. *Prima lineamenta.* Tertia drfferentia; quia ille status antiquus extitit primum fundamentum, & delineamentum ædificij regularis, postea venit supremus artifex: ac Architectus Christus D. qui eum perfecit, & absolvit tribuens ei vivos, & absolutos colores sua præsentia, doctrina, ac exemplo, & ad summam perfectionem elevans, ac illustrans.

SECTIO XII.

Successio hæreditaria absque ulla interruptione perseveravit in familia Carmelitana ab Elia usque ad Christum D.

162. *Successio dicit continuationem.* SVmmi Pontifices Xistus IV. Gregorius XIII. dicunt *Carmelitas habere successionem hæreditariam ab Elia* Illa verba *successio hæreditaria* ex suo formali significato indicant quandã continuationem, generationemque spirirualem ad instar generationis naturalis sine interruptione; hoc importat verbum *successio*. Probo ex Sacra Scriptura. Mandavit Deus, ut in Tabernaculo esset semper Lucerna, ad cujus custodiam ordinavit, ut filij Aaron vigilarent noctu, dieque, & ait Textus Exod. 27. n. 21. *Perpetuus erit cultus, per successiones eorum à filiis Israël.* Explicat Beda; *Secundum ordinem suum*, tamquam per stationes militares succedentes quidam aliis, ut vigilia esset continua, & nũquam deficeret; & eodem sensu mandavit Deus fieri labrũ æneum, ut antequam Aaron, & filij ejus ingrederentur Tabernaculum lavarent manus, & pedes, & ait Textus: *Et hoc legitimum sempiternum erit ipsi, & semini ejus per successiones*, Exod. 30. n. 21. Erit illud perpetuũ, & perenne per cunctas generationes sine ulla interruptione, sic & dicitur de Achior, & filijs, quod observabat ritus Iudaïcos per successiones, Iudith. 14. n. 6. dicitur in præsenti ab Elia restitutore usque ad Christum.

Exod. 27. Beda. Exod. 30 Iudit. 14.

163. *Ex lectionibus.* Primò hæc veritas demonstratur ex præsentibus lectionibus toties ab Ecclesia approbatis, ubi dicitur: *Viri plurimi, qui vestigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisæi institerant, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant.* Ex quibus manifestè patet, quod in Christi adventu illa Eliæ disciplina, ac vivendi modus, quem illi Viri tenebant, ac sequebantur, perdurabat, ac vigebat.

164. Isai. 32. Ioseph. Andreas. D. Bern. 4. Reg. 2. Secundò ex Isaïa 32. n. 16. *Habitabit in solitudine judicium, & justitia in Carmelo sedebit, & erit opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas in sempiternum.* Quæ verba de Carmelitanis exponit sapiẽtissimus Doctor Ioseph us Andreas ex sacra societate in suo Decore Carmeli, Decore 49. & ait: *Habitabit in solitudine*, hoc est in deserto, in quo erat mons Carmeli. *Et justitia sedebit.* Per justitiam juxta phrasim Scripturæ omnem virtutum cumulum intelligit, ut observat etiam D. Bernard epist. 89. nota *sedebit*, Et hæc ampla virtutum copia in habitatoribus Carmeli non erit per breve tempus, sed valde per longum, ac multas ætates, sic & dicitur, *requievit spiritus Eliæ super Elisæum*, 4. Reg. 2. ac super ejus Religiosam familiam. *Et erit opus justitiæ pax:* Ex tanta justitia, ac virtute fiet pax generans animos concordes, & securitas conscientiæ cum silentio sine ulla cõtradictione: Carthusian ait: *Hæc videmus in Claustralibus præcipuè adimpleri, qui in observatione silentij cultum justitiæ statum*, & subdit, per longum nempe, & diuturnum tempus. *Virtus permanens in Carmelo.* Charthus

Probatur tertio ex illo Cantic. 4. n. 1. Vbi sic dicitur: *Cappilli tui sicut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad* Et quamvis communis consensus Patrum intelligat hic per capillos verè, & perfectos Religiosos, tamen D. Gregor. Nissenus homil. 7 in Cantic. Rupert. lib. 4. in Cantic. Gilibert. serm. 22. Abbas Vvolerus, Grilherius, Cornel. in secundo sensu, M. Alphonsus de Flores ad cap. 24. Eccles. p. 3. sect. 36. n. 1663. ex sacra Societate Iesu intelligunt particulariter filios Eliæ; quia ipse eorum Dux, & Princeps erat ex Galaad, *Dixit Elias Thebites de habitatoribus Galaad*, ut ait D. Gregor. Nyssen. citat. *Quia longo tempore versatus est in Galaad*, & subditur: *sicut grex caprarum*; nam Elias pellibus caprinis induebatur juxta illud Apostoli: *Circuierunt in melotis pellibus caprinis*, & dicitur: *Quæ apparuerant*; quia ut ait Rupertus: *Rectè dicuntur apparuisse; quia jam dictus institutor eorum Elias, sic repente illic introducitur, ut antea nusquam Scriptura meminerit, quis, & unde fuerit progenitus*, Repente enim ipse introducitur in Scriptura sine ulla generatione. Dixit Elias Propheta, 3 Reg 17. n. 1. 165. Cant. 4. Cant 6. Nyssen. Rupert. Gilibert. 3. Reg. 17

166. *Propriissimè locut de Carmelitis.* Et si per hos capillos intelligantur omnes Religiosi, tamen valde particulariter, ac insigniter Carmelitæ cum suo magno Parente Elia, qui erat de habitatoribus Galaad, qui & pellibus caprinis induebatur, qui subito sic apparuit, ac si antea non fuisset, quod nulli alteri Patriarcharum tam aptè conveniri potest.

167. Ierem. 31 *Rechabita ab Elia.* Ioan. Ierosol. D. Hier. Qnartò probatur ex Rechabitis, qui floruerunt anno mundi 3159. & ante Christum 894. de quibus loquitur latè Ieremias c. 31. n. 6. sic dicti sunt à patre Rechab, cujus filiꝰ Ionadab instructus est in vita Monastica ab Elisæo, ut tradunt Ioannes Ierosolymit. D. Hieronym. Ioannes de Molinis, quos citavi, & de his latè egi Opusc. 3. resol. 3 q. 3 per totum.

168. *Esseni ab Elia.* Ioseph. philo. Cedren. Quintò probatur ex Essenis, quorum vita Monastica magna cum observantia, ac votis obedientiæ, paupertatis, ac castitatis maximè laudabilis fuit apud Sanctos Patres, & Authores antiquos eis contemporaneos, Ioseph de antiquitate, Philonem Cedrenum, & alios, eorum exordium incipit anno mundi 3545 ante Christum 508. extiterunt soboles, ac progenies Rechabitarum sub disciplina Elisæi, ut docent D. Nilus Cedrenus, Villalpandus, Salianus, Cornelius, & dicuntur Esseni corrupto vocabulo, cum dicendi fuissent Elisæi, ut tenent Henriquez, Thomas de Iesu, Franciscus Lucas, quos citavi citato Opusculo 3. resol. 3. quæst. 4. per totum.

169. *Esseni perdurarunt usque ad Christum.* Lezana. Et certissimum est hos Essenos tempore Christi, ac Apostolorum extitisse, ut referunt Authores antiquissimi Ioseph. lib. 1. de bello cap. 3. & lib. 13. Antiquitat cap. 18. Philo lib. *Quod omnis probus sit liber*, & lib *de vita Contemplativa*, multique gravissimi Authores affirmant Ioãnem Baptistam, Iacobum Minorem, Simonem Cananæum, Iudam Thadæum, & Bartholomæum Natanaëlem fuisse Essenos, imo Boulducus, & Sararius defendere contendunt Christum D. Essenum institutum amplexatum fuisse. Hæc tamen sententia nullo modo mihi placet, & omnis rejicienda est. Dicendum existimo, Ioseph. philo. Boulduc.

exiſtimo, quod Chriſtus D. converſatus eſt, cum Eſſenis, eoſque docuit, ac illuminavit in magnis myſteriis ex eis aliquos elegit Apoſtolos, ut patet ex dictis de quo agit M. Lezana tom. 1. Annal. Apparat. 8. num 8. & 9.

170. Pro hac veritate comprobanda aliqua Sacræ Scripturæ loca adducunt, pro illa ſtant multi, & Camart. graves Doctores Ægidius Camartus Generalis Minimorum *in libro Elias Thebites cap. 5. ſect. 10.* ſcribens quomodo Eliæ diſcipuli perſeverabant in ejus doctrina, ſubdit: *Donec ad Chriſti diſcipulos, atque Evangelicam doctrinam confluxerunt.* M. Ioã- Carthag. nes Carthag. *t. 4. lib. 17. homil. 2 obiect. 10.* ait: *Sine dubio Ioannes degit in deſerto inter filios Prophetarum, tunc dictos Eſſenos, qui Monaſticam Eliæ diſciplinam profitebantur.* Ex ſacra ſocietate Ieſu quatuor doctiſſimi Viri, magnus Salianus ſtatim Salian. referendus, Antonius Fernand. in viſion. 6. veteris Anton. Fern. Teſtamenti verſ. 9. n. 8. viſion. 6. *Spiritus verò Eliæ continuata ſerie in deſerto per homines religioſæ vitæ denique in Ioannem tranſmiſſus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum parentem.* Alphonſus Flo- Flores res in cap. 24 Eccleſiaſt. n. 1682. Ioſephus Andreas Andreas. *Decore Carmeli* 32. & omitto in hac re omnes Authores noſtræ Religionis.

171. Vltimo in hac re coronidem imponat Prophetia magni Parentis Eliæ, quam refert Magnus Salianus tom. 4. anno Mundi 3139. n 14. qui ante- *Prophetia Eliæ.* quam abiret in Cœlum multa documenta dixit diſcipulis ſuis, & inter cætera ait illis: *Credo ut non deficiat in vobis, poſteriſque veſtris obſervationis ſanctæ propoſitum, donec veniat is, qui eſt expectatio gentium.* Illius Meſſiæ ſacroſanctam faciem videamus, cujus eximij vultûs ſplendor vos illuminabit, & in magnos, ac uberes fructus germinabit.

QVÆSTIO VII.

Qualiter Carmelitæ ſe habuerint tempore Chriſti, ac Apoſtolorum, quorum fuerunt Coadjutores.

172. CVm verus Sol Chriſtus Deus noſter jam reſplendeſceret in Orbe, ejus Aurora jam eluceret Ioannes Baptiſta, qui inter Eſſenos vivebat, imò eorum Princeps erat, ut cum multis tenet Boulducus lib. de Eccleſia poſt legẽ cap. 7. §. *alij ſcientes.* Ille etiam cum Apoſtolis eos baptizavit, & in fide inſtruxit: Eſſeni ergo Apoſtolis adhærentes, utpote virtuoſi aſtiterunt cum illis in adventu Spiritus S. ut colligitur ex illo Actor 2. n. 5. *Erant autem in Ieruſalem Viri Iudæi Religioſi*, in quibus intelligunt noſtri Authores filios Eliæ, & favet Laurentius Beyerlinck *in Theatro vitæ humanæ tom 6. verbo* Laurent. *Religio § In lege autem gratiæ*; & Ioannes Veneta Veneta. *de prædicat. Chriſti cap. 2.* Lezana *tom. 1. in Appa-* Lezana. *rat. cap 8. n. 14.* Vuraſtellius *lib. 1. Vendicar. ſect. 5.* Vuraſt. *art. 8. §. 7.* Doctor Ioſephus Andreas *Decore* 42 & Ioſeph. inde dicunt immemorabilem conſuetudinem in Andreas. Religione, quod ante MiſſamConventualem quotidie flexis genibus dicatur Antiphona: *Veni ſancte Spiritus* Et confirmatur, quia ubi nos habemus *Viri Religioſi* Interpretes exponunt: *Viri pij*, atqui inter pium, & Religioſum eſt magnum diſcrimen; nam pius dicit hominem bene affectum, ac benignum, tam quoad divina, quam ad humana, Religioſus vero ſub regula hominem viventem.

173. Quomodo etiam extiterunt Coadjutores Apoſtolorum, ut exponunt Ioannes Ieroſolymit. *lib. de* Ioan. Ieroſol. *Inſtit. Monach. cap. 36.* Petrus Vuraſtellius *lib. 1. vindic. ſect. 5. art. 1. §. 7.* In ſecunda Concione air D Petrus veluti converſus ad filios Eliæ tamquam exhortans eos, ibi: *Vos eſtis filij Prophetarũ c. 3. n 25.* Vuraſt. ait Vulaſtel *Alioquin puto, quod in univerſa Scrip-* Actor. 3. *tura non reperies ubi vocabulo filiorum Prophetarum totus ipſe intelligatur populus, vel non ipſa poſteritas Sanctorum Eliæ, ac Eliſæi*: Quod confirmatur ex his, quæ dicuntur Actor. 11. n. 27. *In his autem* Act. 11. *diebus ſupervenerunt ab Ieroſolymis Prophetæ Antiochiam.* Apud Hebræos Prophetæ non ſolum ſignificabant eos, qui futura prædicebant, ſed etiam Viros pios, & probos, qui docebant, & prædicabant: Iſti autem in Lege gratiæ dicuntur Apoſtoli, Diſcipuli, Magiſtri, Doctores, Prædicatores; Illi autem dicuntur Prophetę ex nomine antiquo, quia erant ex Schola, & Ordine Prophetarum Eliæ, & Eliſæi.

Ex præfatis verbis optimè deducitur, quod filij 174. Eliæ fuerint Coadjutores Apoſtolorum in prædi- *Filij Eliæ* catione Evangelica, nam dicitur: *Viri Prophetæ* *Coadjutores Apoſtolorum.* *ſupervenerunt Antiochiam*, nempe ex Ordine Pro- Ioſeph. phetico ad prædicandũ, ſic apertè aſſerit Ioſephus Antioch. Antiochenus ſtatim in hac quæſtione referendus, Euſeb. idem affirmat Euſebius Cæſarienſ. etiam hic illico Cæſar. citandus, & Sigisbertus in Hiſtor. Ieroſolymita- Sigisb. na, Ioachinus Abbas in Concordia novi, & Ve- Ioach. teris Teſtamenti, ut habetur apud RR Eſpin. in Eſpinol. epiſtol. prævia ad Conſulta n. 72 Harmachanus Harmac. Hiberniæ Primas apud Vvaldenſ. tom. 3 tit 9. c. 89. Vvald. P Antonius de Quintanadueñas in libro Sancto- Quintana- rum Imperalis Eccleſiæ Toletanæ, & Ioannes Bo- nad. nifacius lib. 2. de Hiſtoria Virg. cap. 1. Doctor Io- Ioſeph. ſephus Andreas Decore 46. omnes noſtri Magiſtri Andr. Ioannes Ieroſolym. Coria, Lezana, Vinea Carmeli, Coria. D. Franciſcus Bonæ Spei, quod confirmant etiam Lezana. ex aliis Actorum locis cap 15 n. 32. *Iudas autem*, Franc. *& Silas, & ipſi cum eſſent Prophetæ verbo plurimo* Bonæ *conſolati ſunt fratres, & confirmarunt*: & cap. 13. Spei. n. 1. *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores.* Dicuntur autem Prophetæ, non quia prophetizarent in Eccleſia primitiva, ſed quia erant ex Ordine Prophetico ad diſtinctionem aliorum, qui non erant ex tali Ordine, quod maximè confirmatur in limine ſequentis quæſtionis in primo ſæculo. Act. 13.

QVÆSTIO VIII.

Oſtenditur continuata ſeries Carmelitarum abſque ulla interruptione à tempore Chriſti uſque præſens.

175. VT clarius, & evidentius rem oſtendam, per ſingula ſæcula ſigillatim procedam, brevitatis tamen gratia unum, vel alterum apponam Virum ex magnis, & graviſſimis Authoribus, & ferè alienis.

Primo ſæculo, ſeu tempore Apoſtolorum floruerunt in Carmelo S Enoch de quo minimè eſt dubitandum, cum id exprimant Summi Pontifices in ſuis Bullis Sixtus IV. Iulius II Gregorius XIII. & Sixt. IV. *Sanctorum Prophetarum Eliæ, Eliſæi, & Enoch, nec* Iulius II. *non aliorum Sanctorum Patrum, qui montem ſanctum* Gregor. *Carmeli inhabitarunt ſucceſſionem hæreditariam te-* XIII. *nentes*, & præter Pontifices id ipſum affirmant Luitp. Luitprandus, Euſebius Cæſarienſis ſtatim citandi. Euſeb.

Agabus, de quo fit mentio Actor. 11. n. 27. 28. di- 176. citur: *In his autem diebus pervenerunt ab Ieroſoly-* Act. 11. *mis Prophetæ Antiochiam, & ſurgens unus ex eis nomine Agabus ſignificabat per ſpiritum famem magnam.*

gnam. Fuisse autem ex Carmelitana familia constat ex Luitprando, & constat ex Eusebio Cæsariense lib. 2. Historiar. Ecclesiast. cap. 3. postquam dixit apud Antiochiam florentissima congregata Ecclesia, in qua erant etiam *Prophetici Ordinis quamplurimi*, & post pauca subdit: *Agabus unus ex eis*. Id etiam constat primo ex testimonio S. Paginæ apud Carthagenam tom 4 homiliar. ex Dorlando in vita S Annæ cap.6 ex Honophrio, & aliis Sanctus Enoch supracitatus, & S Agabus comites fuerunt cum D Marco in Ægyptum ad prædicationem Evangelicam, ubi D. Enoch. martyrio est coronatus, Agabus rediit Ierosolymam, & in Monte-Carmelo sanctissimè mortuus est, ut tradunt iidem Authores.

Eusebus. S. Brig. Carthag.

177. Thom. Thamay. S Elpidius, de quo sic scribit Thomas Thamay de Vargas Regis Catholici Historicus antiquitatis magnus indagator in sua Bibliotheca n. 101. ex fragmentis Luitprandi sic ait: *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem Carmelita Monachus fuit, & in prima Petri concione conversus ad fidem, puta Novi Testamenti cum sociis multis venit in Hispaniam*, & postea subdit n. 171. *Magna pars eorum, qui dispersi sunt in persecutione Sancti Stephani, & ad varias partes transierant, & ad Hispaniam plurimi venerant, & erant ex Monachis; Montis-Carmeli prædicationibus Christi, & Apostolorum, ad fidem conversi, in quibus Elpidius, & socij Pontifices à S. Iacobo creati, & postea martyres effecti* Cum his consonant Sigilbertus, Gemblacensis in Historia Ierosolymitana, Iulius Perez Archipresbyt. S. Iustæ Toletanæ tract. de Eremitis n. 15. Hæc dixi ut videas quanto fundamento, ac veritate dicitur, quod Carmelitæ fuerunt Coadjutores Apostolorum in prædicatione Evangelica.

Sigisb. Iulius Perez.

178. Ioseph. Antioch. Secundo sæculo anno Christi 130. Ioscphus Antiochenus *lib. Speculum perfectæ militiæ, & Ecclesiæ primitivæ*, sic scribit: *Perfectorum militum Christi Apostolorum Coadjutores surrexerunt strenuissimi Viri Solitarij contemplationi dediti, Sanctorum Eliæ, & Elisæi imitatores, qui de Monte-Camelo descendentes per Galilæam, Samariam, & Palestinam fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem in Montis-Carmeli declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri specialissimè servierunt.* De cujus tanti Scriptoris eminenti auctoritate ex gravissimis Authoribus multa affert Lezana tom. 1. Annal. cap. 6 n. 2.

Lezana.

179. Eusebus. Tertio sæculo anno Christi 320. Præclarissimus Author, & magnæ notæ Eusebius Cæsariens. lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 8. in quo videtur de filiis Prophetarum multa agere, ac tandem subdit: *Apud Antiochiam florentissima Congregatio Ecclesiæ, in qua etiam erant Prophetici Ordinis Viri quamplurimi.* In hoc sæculo vixit S. Spiridon Carmelita, ut testatur Ruffinus Histor Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. & alij multi, & ad firmandam hanc veritatem sat est Divinum Officium, quod in festo S. Spiridonis die 14. Decembris ita in Collecta dicitur: *Sancti Spiridonis Confessoris tui, atque Pontificis nos Domine festa tueantur, & sicut ille Religionis à Propheta Elia institutæ fuit fidelis imitator*, &c. Adfuit in Concilio Nissæno, quod celebratum fuit anno Christi 320 in quo etiam adfuit S. Serapion, ac multi alij ex Ordine Carmelitano, ut ex multis gravibus authoribus probat M Lezana tom. 2. Annal ad prædictum annum 325. n. 23 & 4.

Rufin. Spirid. Lezana.

180. Quarto sæculo anno Christi 409. & hac ætate floruit ille magnus, ac præclarissimus Author Ioannes Ierosolymitanus quadragesimus quartus Antistes, & scripsit librum de statu Monachorum, in quo toto agitur de statu Monachorum Carmelitarum, & pro defensione libri latè scribunt M Lezana tom. 1 Annal. in Apparatu cap. 9 & M Franciscus Bonæ Spei in libro de visione Eliæ ad finem.

Lezana. Bonæ Spei.

In hoc sæculo anno 460 magna persecutio exorta est à Mauris contra Carmelitas, ex quibus multi martyrio coronati sunt; & quia Maurorum Satrapæ albis induebantur vestibus, coëgerunt, ut Carmelitæ pallio barrato, seu variis coloribus uterentur. Ita D. Cyrillus de processu Ordinis c. 2.

D. Cyril.

Quinto sæculo anno Christi 578. venit renovatio antiqui Monasterij Carmelitarum facta à Recarendo Principe, ut refert insignis Chronologicus Vrbis Toletanæ Iulianus Perez Archipresbyter Sanctæ Iulianæ tract. de Eremitis n. 15. ex antiquissimo exemplari sic habet: *Toleti in suburbio S. Mariæ de Alf. à temporibus antiquissimis templa Toletanorum, quo venerunt olim Monachi Carmelitæ*, Idem habet Petrus Sanctius S. Ecclesiæ Toletanæ Portionarius in sua Historia ad annum 719. Ægidius Gelenus Canonicus Historiogus lib. 3. Syntag. 43. §. 1. & multi alij.

181. Iulian. Perez. Petrus Sanct. Gelenus.

Sexto sæculo ad hoc sæculum pertinet id, quod D. Ildephonsus de Flores ad cap. 24. Ecclesiastici n. 1683. quod Hispali, quod Vrbs exactis trabibus ad Christianos rediit, dum novo substruendo ædificio alta effoderentur fundamenta, inter egerenda rudera, extrahendas parietinas: *Marmoream inventam fuisse Statuam Monachi Carmelitæ.* Omnium sententia eo loco Gothorum Imperio occlusam testis est Morgadus lib. 5 de Historia Hispalensi cap. 15. Tempus autem Gothorum, & perditio Hispaniæ juxta probabiliorem sententiam sequitur D. Bernardus de Britto 2. p. Monarch. Lusitanæ lib. 7. cap. 2. contigit anno Christi 713. proinde illa imago fuit elaborata ad minimum anno 600.

182.

Septimo sæculo anno Christi 707. fuit fundatus, ac ædificatus Conventus Carmelitarum Senensis, ut constat ex multis instrumentis authenticis antiquissimis, & ex monumentis in lapidibus exaratis, instrumenta authentica habentur in Transpontia, copiam instrumenti authentissimi cum illius reædificatione affert M Lezana tom. 3. Annal. ad annum 796. n. 8.

183. Convent. Senens.

Octavo sæculo Stephanus V anno 816. concessit multas indulgentias visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Beatissimæ Virginis de Monte-Carmelo. Similiter Leo IV. anno 847. Adrian. II. anno 868.

184. Steph. V. Leo IV.

Nono sæculo Sergius II anno 97. concessit multas indulgentias visitantibus Ecclesias Carmelitarum Ioannes X. anno 913. & Ioannes XI an. 931.

185. Serg. II. Ioan. X. Ioan. XI.

Decimo sæculo Alexander. II. anno Christi 1061. multas concessit indulgentias visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Beatissimæ Virginis de Monte-Carmelo, quæ omnes concessiones referuntur in diplomatibus authenticis Sixti IV. Gregorij XIII. & Clementis X.

186.

Vndecimo sæculo Concilium Lugdunense Lugduni celebratum die 7 Maij anno Christi 1274. sub Gregorio X expressè facit mentionem de Carmelitanis; ait enim: *Cæterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum: quorum institutio, dictum Concilium generale* (scilicet Lateranense) *præcessit in solido statu volumus permanere.*

187.

Et deinceps non solum per singula sæcula, sed per singulos annos multa magna, & mirabilia in Ordine Carmelitano contigerunt, & Summi Pontifices magnis favoribus illustrarunt, quæ valde prævia sunt omnibus, & ad me non pertinet ea referre

188.

ferre, ſicut & in ſuperioribus ſæculis ex multis dicendis in unoquoque unum, vel alterum retuli, ut alcius rem explicarem, & facilius memoria retineretur.

QVÆSTIO IX.

Oſtenditur regula Alberti valde ſublimis, & perfecta.

189. *Aliquorum ora etiam Sanctis non parunt.* 2. Cor. 6.

DE quibuſdam contumelioſis ait Regius Vates Pſ. 72. n. 9 *Poſuerunt in Cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terram. In Cœlum nempe poſuerunt os ſuum.* Explicat Lorinus denotans per contemptum, nempe in Sanctos Dei, in quibus Deus inhabitat, 2. Corinth. 6. n. 16. *Et lingua eorum tranſivit in terram,* nempe in homines habitantes in terra, ſunt aliqui ita infenſi noſtræ Sacræ Religioni, ut nos calumnientur, & etiam in præclariſſimos noſtros Sanctos cum Chriſto regnantes invehantur, eiſque non parcant.

190. *Obiectiones contra regulam Alberti.*

Dicuntque regulam, quam nobis tradidit S Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus Legatus Sedis Apoſtolicæ *eſſe brevem, imperfectam, diminutam, nihilque in ea agitur de ſubordinatione Prælatorum, nihil de regimine Monialium, nihil de ſtudio, nihil de cantu, nihil de Choro.* Sanctiſſimi Patriarchæ Religionum in ſuis regulis tradendis fecerunt verbum abbreviatum, ut ſe habuerunt D. Auguſt. D. Baſil. D. Benedictus, D. Ignatius, cujus regula tot ferè capita habet, ac regula Alberti, & unumquodque caput tres, vel quatuor regulas habet, & poſtea in unaquaque Religione prodierunt conſtitutiones, Statuta, Decreta, & quotidie in Capitulis generalibus creantur prout occaſio, ac tempus poſtulat.

191. *Patriarcha in regulis, verbum abbreviarunt.*

Ad quod dicitur, quod in regula nihil de regimine Monialium, nihil de ſtudio, ac cantu habetur: S. Albertus tradebat Eremiticis, ut expreſsè dicitur in prologo Regulæ: *Albertus Dei gratia Ieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha dilectis filiis Brocardo, & cæteris fratribus Eremitis, qui ſub ejus obedientia vivunt.* Eremitæ, qui vivunt in deſerto, ac ſolitudine ſeparati à ſæcularibus, & totum eorum ſtudium eſt meditatio, ac contemplatio Divinorum, quid illis cum Monialibus, cum ſtudio, cum cantico, & etiam de his nihil agunt in ſuis regulis D Anton. D. Hilarion. D Baſilius, D Benedictus, D. Auguſt. ergo omnes iſtæ regulæ ſunt imperfectæ, nullus hoc dicet, imò ad hæc omnia datur poteſtas Priori generali in regula, ut ſtatim explicabo.

Albertus dabat regulam Eremitis

192. *In facultate cuncta agendi poteſtas ad omnia.* Ioan. 21.

Id autem, quod dicitur nihil eſt in regula de ſubordinatione Prælatorũ, hoc autem nullo modo poteſt dici; nam de priori dicitur cap. 6. *de arbitrio; ac diſpoſitione ipſius poſtmodum quæ agenda ſunt cuncta procedant* ſcilicet, quæ fuerint convenientia ad bonum regimen Religionis, ſicut ex eo, quod Chriſtus D. dixit Petro, ejuſque ſucceſſoribus: *Paſce oves meas,* Ioan 21. n. 17. dedit eis amplam poteſtatem ad regendam, & gubernandam Eccleſiam in omnibus, quæ fuerint convenientia, & neceſſaria, & ad faciendã ſubordinationem Prælatorum ad creandos Legatos, Cardinales, Patriarchas, Epiſcopos, &c ut latè probat Sebaſtianus Cæſar de Hierarchia Eccleſiſtica contra hæreticos q. 1. proœmiali, prout tempora, & occaſiones poſtulant

Cæſar.

193. *ut de arbitrio ipſius cuncta procedant,*

Sic etiam cum in regula datur poteſtas priori datur ei facultas ad omnia, quæ fuerint neceſſaria, & convenientia ad paſcendas ſuas oves; ut ad ſubordinationem Prælatorum, & etiam ſtudium, & Moniales & Legiſlatores in ſuis legibus numquam potuerunt cõprehedere omnes caſus futuros, & ideo noſtræ ordinationes Regni Portugalliæ, quæ fuerunt diſpoſitæ, & ordinatæ à viris doctiſſimis, juris peritis. Ita habent lib. 3. titul. 64. *Si aliqui contigerint caſus de quibus in Ordinationibus non diſponitur, tunc obſerventur leges Canonicæ, & Imperiales, & ſi in his adhuc non fuerint teneantur Gloſſa Acurri, deinde deciſiones Bartoli, ac id quod magis accedit ad communem praxim*: quam doctrinam communiter tenent omnes juriſperiti Gregor Azevedus, Valaſcus, Caldas, Perez, Gratianus, & alij multi quos citat Emanuel Barboſa in Deciſionibus ad Ordinationes citato loco fol. 421. & ideo in Religionibus in Capitulis Generalibus fiunt paſſim nova decreta, & ſtatuta prout occaſiones temporis poſtulant, ut jam notavit D. Baſil. *in Regulis Brevioribus q.* 48. & eſt ſecundum jus commune ut tenet Navarrus *in cap. Nullam* 18. *q.* 2. *n.* 10 & 15. Bellar. *tom.* 1. *tract. de Romano Pontif.* poſt initium. Thom. de Ieſu ſuper Regul. Carmel. cap. 1. Gloſſa. 1.

Gravida cum conſilio.

Ordinatio Portugalliæ.

Legiſlator non comprehendit omnes caſus. Barboſa. D. Baſil. Navarr. Bellar. Thom. Ieſu.

194. *Chorus expreſſus in Regula.*

Id autem, quod dicitur ab Adverſariis nihil de Choro, hoc nullo modo poteſt dici; nam expreſsè dicitur in Regula cap. 10 *Oratorium conſtituatur in medio Cellularum*, cap. 8. dicitur: *Hi, qui cum Clericis horas Canonicas dicere norunt, eas dicant.* Quod dicatur Oratorium, vel Chorus quæſtio eſt de nomine, & hoc eſt, quod ait D Auguſt. *Novis nominibus, res autem ipſæ ante nomina ſua erant.* Et fortè antiquitus quod dicitur Chorus Oratorium vocabatur, ſicut & Eccleſia etiam ab aliquibus Oratoria dicebatur, & patet ex Breviario die 9. Novembris in Dedicatione Baſilicæ Salvatoris in quarta Lectione, ubi dicitur; *Nam etſi jam ab Apoſtolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quæ à quibuſdam Oratoria ab aliis Eccleſiæ dicebantur.*

195. *Ex multis oſtenditur regula Alberti perfectiſſima.* Thom à Ieſu Lezana.

Quàm autem perfectiſſima, ac ſublimis ſit regula Alberti, conſiderat multum in ea abſtinentia carnium per totam vitam, *à carnibus abſtinebis*, c 13. In ea multum jeiunii per ſeptem menſes *à feſto Exaltationis S. Crucis uſque ad diem Dominicæ Reſurrectionis cap.* 12 In ea multum de oratione, ac meditatione *In lege Domini meditantes die, ac nocte*, cap. 7 & ut notant Thomas à Ieſu, & M Lezana ibi n. 8. In nulla alia regula tam continuè, ac ſtrictè commendatur Oratio, ac meditatio, ut in hac regula multum in ea de omnimoda ſeparatione, à converſatione, negotio, ac contractu cum ſæcularibus cap. 7. *Maneant ſinguli in Cellulis ſuis die, ac nocte in lege Domini meditantes.* In ea multum de recitandis Horis Canonicis *ſecundum inſtitutionem Sanctorum*, cap. 8 tam quoad Breviarium, tam quoad tempus diei, & noctis per varias ſtationes, & hoc eſt quoad eos, qui Horas Canonicas dicere norunt, quo vero ad laïcos etiam Horas Canonicas per multiplicatas vices Pater noſter mandatur.

196. *Act. 5.* Ioan. à Ieſu.

Multum in ea de non habendo proprio cap. 9. *Nullus aliquid ſibi proprium dicat, ſed ſint vobis omnia communia*, ut erat in primitiva Eccleſia, & Apoſtolica, Act. 5. *Nullus aliquid ſibi eſſe proprium dicat.* In ea multum de communi refectione in Refectorio, extra quod, ut tenet Ioannes à Ieſu non licebat aliquid manducare; multum de humilitate ac reverentia erga Prælatos, ac de omnibus virtutibus in particulari.

197. iſtius

Pro clauſula huius, & magnæ præeminentiæ

istius Regulæ attente considera, quod tradita fuit à Sanctissimo Viro Alberto Patriarcha Ierosolymitano, humiliter susceptа ad custodiendum, ac gubernandum à Sanctissimo Viro Bocardo tertio Generali Et cum Seraphica Mater Theresia de Iesu cum Sanctissimo Viro Ioanne à Cruce, cum de reformatione Religionis agerent, nullam aliam regulam dedetunt, nisi ipsam regulam Alberti. Et cum etiam ipsa Seraphica Mater Theresia cum Sanctissimo Viro Petro de Alcantara de promotione Religionis agerent eadem in regula perstiterunt. Ecce hæc Regula firmata, ac corroborata est anthoritate quinque Illustrissimorum Sanctorum, & non desunt, qui eam corrodant, ac vellicare cõtendant, ut diminutam, & imperfectam, ac si illi majorem gratiam, & spiritum à Deo accepissent, quam illi quinque illustrissimi Sancti, pro quo tanto spiritu multas referant Deo gratias.

Textus. *Et peculiari quodam affectu Beatissimam virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuerunt) adeo venerari cæperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nubeculam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint.*

EXPOSITIO.

198. CVm illi primi Carmelitæ in summa reverentia haberent sacratissimam Virginem Mariam, exhibitio operis probatio est amoris, eidem purissimæ Virgini sacellum constructerunt ea diligentia, ac servitute, qua eo modo potuerunt.

QVÆSTIO X.

Consideratur summa felicitas eorum, qui digni habiti sunt Sanctissimam Virginem Mariam videre, & audire.

199. OCentum millies millium felicissimi, & centum millies millium vestram fecilitatem invideo, qui digni habiti fuistis videre *Illud magnum miraculum Divinæ potentiæ*, ut eam appellat D. Damascenus Orat. de Domnit. Virg. nam ut rectè ait D. Amadæus homil. 7. de laudibus B. Virg. Mariæ: *Mira denique pietate primitivæ Ecclesiæ provisum est, ut quæ Deum in carne hac præsentem jam minimè cerneret, matrem ejus visu jucundissimo recreata videret; quid enim tam jucundum, quid tam decorum, ac delectabile, quam Matrem Salvatoris, & Redemptoris videre.* Cujus præsentia non solum est perjucunda, ac delectabilis hominibus, sed etiã ipsi Deo, & Angelis, ut revelatum legitur B Brigittæ serm. Angelico cap. 13. ubi dicitur: *Quemadmodum Deus, & Angeli de ejus animæ venustate gloriabantur in Cœlis, ita etiam glorioſissima ejus corporis pulchritudo, omnibus eam cernere cupientibus utilis fuit, & consolatoria in terris.*

D. Amad. *Præsentia Virginis gratissima Deo, Angelis, & hominibus.*

S. Brigit.

200. Postquam Elias idololatriæ triumphator populum obcæcatum, ac per multos annos errantem in adoratione Baal, ad cultum, & venerationem veri, & Divini Numinis adduxit, & ut fides fortius plantata permaneret, 3. Reg 18 n. 40 Omnes Magistros, & promotores malorum Prophetas Baal interfecit, ut ait D Basilius homil. 10. de ira: *Hoc fecit justa, sapientique indignatione in populi utilitatem.* Ascendit deinde in verticem Carmeli, & *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari* Ibidem n. 44. in qua tamquam in typo sacratissimam Virginem meruit videre, ut dicitur in Lectione, & est communis satis sententia; sed cur modo ad tantam visionem elevatur, quia ait D. Augustinus contra Manichæum: *Nõn tardat Deus reddere mercedem servis suis.* Magnum obsequium præstitit Elias Deo, ut populum errantem, atque idololatrantem ad ejus cultũ advocaret, in eoque firmaret interfectis criminum auctoribus tam magnum obsequium magna remuneratione exoptabat, quæ valde magna, & sublimis extitit; dũ ipse sublimatur præsentia, ac visione supremæ, & omnium Reginæ.

3. Reg. 18

D. Basil.

D. Aug.

Pro magno merito datur Elia videre umbrã Virginis Mariæ.

201. Si pro remuneratione magni obsequij pro præmio, ac summa felicitate datur Eliæ videre sanctissimam Virginem in typo, exinde considera quantum gratiæ auspicium sunt assecuti, qui ejus præsentiam videre meruerunt, ac ejus colloquiis feliciter frui potuerunt, quod bene agnoscebant sodales filiæ Sion, & ab ea postulabant: *Revertere, revertere Sunamitis, Revertere, revertere, ut intueamur te*, Cantic. 6. n 12. Non requirunt ab ea dona, bona, ac rerum multiplicationem, sed ejus intuitum, & hoc cum magna instantia, ut per quaternas vices repetant, ut notat Iustus Orgelitanus; sciebant enim, quod omnium bonorum affluentia ab ejus intuitu dimanabat; sic de Elia dicitur Eccles. 48. n. 11. *Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt*, quanto majori, altiori, ac potiori jure acclamandi sunt Beati, qui Sanctissimam Virginem viderunt, ejusque amicitia decorati sunt.

Cant. 6.

Eccl. 48.

Nil postulant à Virgine nisi ipsã videre.

202. Sacratissima Virgo: *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus*, Cant. 4. n. 13. Cuncta, quæ à te emanabant, opera, verba, gestus, incessus, odor exhalabant cœlestem Paradisum gratiarum, ac divinorum donorum, *malorũ punicorum*; explicat Theodoret summæ charitatis rubentis cum unione omnium virtutum, *sicut malum punicum multa grana in se complectitur*: Vnde additur: *cum pomorum fructibus.* Verba, & opera Virginis redolebant fructus, virtutes, gesta omnium iustorum, ac Sanctorum; quæ omnia in B. Virgine, tamquam in compendio recapitulabantur. Vnde merito ad illam ait Divinus Spiritus: *Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora*, Cant 2. n. 14. Vox dulcis tam interna orationis, meditationis, ac contemplationis: & externa, quia eius verba exhalabant quendam divinum, ac lætificum odorem: *Facies tua decora*, ut ait Origen. apud Cornel. *Quia in illa, quasi in speculo imaginem suam repræsentatam Sponsus aspiciat.* Theodoretus: Eius facies tota expolita cœlestium gloriam ac veluti repræsentabat quandam cœlestem beatitudinem. Vel D. Ambros. serm. 6. in Psalm 118. *Ostendit faciem suam signaculum crucis præferens.* Eius facies repræsentabat victoriam, ac trophæum, quod Christus sua cruce obtinuit O suprema omnium felicitas, qui talem vocem audierunt, & talem divinam faciem viderunt!

Cant. 4.

Theod. *Verba, opera Virginis cœlestis Paradisus.*

Cant. 2.

Origen.

Theod.

D. Ambr. *Eius facies beatitudinẽ ac victoriam crucis repræsentabat.*

Merio D Bernard serm. de Aquæductu: *Te ô Virgo appellat Solare corpus, quo mundum illuminas.* Et ad illa verba *Amicta sole*, Apocalyps 12 n 1. Richard de S. Laurentio lib 1. Sol iste tenebras dẽfugat, cuncta illustrat, ac germinare facit in fructus: *O Sanctissima Virgo splendidior Sole tua luce tenebras errorum, ac peccatorum depellis, præsentia tua universa illuminas, ac in gratia, ac iustitia fructus parturire facis.*

203. D. Bern. Richard. à S Laurent *Virgo suo aspectu producebat fructus gratia.*

Quos Sanctissima Virgo Maria aspiciebat ferventes 204.

Ildeph. ventes in charitate efficiebat, ait D. Ildephonſus ſem. de 1. Aſſumpt. *Vide Beatam Mariam, quam velut ignis ferrum Spiritus ſanctus totâ decoxit, incanduit, & ignivit tanto amore Dei, & hominum.* Veniens Spiritus ſanctus in Virginem totam eam igne divino inflâmavit, reddiditque eam tamquam ferrum ignitum, qui ſuum calorem non in ſe cõtinet tantum, ſed in circunſtantes diffundit, & ſpargit, ejus præſentia Virgines creabat, ita ait D. Ambroſ. lib. Inſtitut. Virg. ſic ait: *Beatæ Mariæ tanta fuit gratia, ut non ſolum in ſe Virginitatem ſervaret, ſed etiam his, quos viſeret, integritatis inſigne conferret.* De ejus humilitate, modeſtia, ac manſuetudine audi eloquẽtem Idiotam, qui ait de ipſa: *Cum multa gravitate ejus præſentia ſchola erat humilitatis, modeſtiæ, ac manſuetudinis.* Schola, in qua omnes diſcerent, tot tantaſque virtutes.

Ignis charitatis. D. Ambr. *Virgo faciebat.*

204. Actor. 8. Maxima expanſione dignum eſt, quod mortuo Sancto Stephano, ut dicitur Actor. 8. n. 1. *Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ, & Samariæ præter Apoſtolos.* Ita ut exiſtiment Dorotheus, & alij, ut ibi retuli q. 1. n. 6. quod in illa die occiſi fuerint duo millia, ex his, qui Chriſti nomine dicebantur, præter omnes alios diſperſos fugientes per varias regiones, exceptis Apoſtolis, qui fuerant incarcerati, & flagellati, Act. 5 n. 17. & 40. & tamen cum Sacratiſſima Virgo eſſet valde cognita, ut Chriſti Mater, Matth. 13. n. 55. nec modo in hac occaſione, nec cum ſtetit apud Crucem, aliquid factum, vel dictum inordinatum, ac incompoſitum contra eam actum eſt, nec in minimo verbo ullam paſſa eſt offenſam.

Doroth. Act. 5. Math. 13

205. Clamant ſodales ad Sacratiſſimam Virginem Mariam: *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris,* Cantic. 4. n. 11. Quænam ſunt iſta Virginis Mariæ veſtimenta? Caſſiodor. S. Gregor. Beda, ſunt virtutes externæ, quæ in omnium oculis apparebant, ut modeſtia, humilitas, verecundia, reverentia, obedientia, mira doctrina in docendo: Sicut odor thuris, cur non alterius, ut balſami? Thus inter omnia aromata, & maximè dedicatum eſt Deo, ac tamquam divino cultui pertinens; Inde virtutes, quæ in Sanctiſſima Virgine relucebant maximè videbantur ad divinum Ordinem pertinere, quam humanum, divinumque odorem ex ſe exhalabant, unde merito ait D. Amadæus citatus, *Quo ſe verteret, Paradiſus erat,* ſua præſentia virtutum Paradiſum plantabat.

Cant 4. Caſſiod. D. Greg. Beda. *Virtutes Virginis dabant odorem divinitatis.*

206. D. Dion. Areopag. Ex quo præclarè D. Dionyſius Areopagita cum veniſſet in Ieruſalem ad eam videndam, & cum ad ejus præſentiam adveniſſet exclamavit: *Niſi fides me doceret, te ut verum Deum crederem, & adorarem.* Tanta ea majeſtas, ac ſublimitas relucebat, ac radiabat.

QVÆSTIO XI.

Qualiter ſe habuit Sanctiſſima Virgo Maria cum ſuis devotiſſimis Carmelitis, & ipſi erga eam ſupremam Reginam?

207. 3. Reg. 18 COnſtans, ac firma doctrina erat inter filios Eliæ, quod ipſe in vertice Carmeli in nubecula parva vidiſſet Sacratiſſimam Virginem Mariam, eamque ſummo cultu veneraſſe: *Pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua* 3. Reg. 18. n. 42. utpote Matrem Redemptoris, in ejuſque honorem ædiculam ei ædificaſſe; Hac doctrina educati filij Eliæ paterno quodam affectu æſtuabant, ut ipſam Virginem Matrem Dei viderent, & adorarent; Cum autem advenisſet tempus conſtitutum noſtræ ſalutis, & Ioannes Baptiſta, & Apoſtoli prædicarent fidem Chriſti, eorum vocibus filij Eliæ confeſtim Catholicam fidem ſunt amplexati, & illico tamquam paterno, ac hæreditario impulſu ſe conſtituerunt ad oſculandos pedes Sacratiſſimæ Virginis, ut viderent, & adorarent *illud magnum miraculum,* ut ait D. Damaſcenus de dormit. Virginis *Divinæ Omnipotentiæ,* quod per tot ſæcula magno deſiderio flagrabant.

Filij Prophetarum deſiderabant. Virginem videre.

208. Eoſque Sanctiſſima Virgo tamquam eorum affectibus vicem rependens, materno, ac benevolo amore excepit, & ut D. Hieronymus, Caniſius, lib. 1. de Virgine inquiunt: *Ipſa eſt ſcientiarum illuſtratrix.* Et Divus Eſophonius ſerm. de aſſumptione eam appellat *Normam, & formam diſciplinæ Chriſtianæ.* Et ut ſuprema omnium Doctrix, ac Magiſtra ſuos Eliæ filios in multis, magniſque fidei myſteriis illuſtravit, diſciplinam, ac doctrinam Chriſtianam docuit, multa, & alta documenta præbuit ad perfectionem virtutis, & ad implendum prædicandi Evangelium miniſterium.

D. Hier. Caniſius. Eſoph.

209. Inſuper honoravit Sacratiſſima Virgo præſentia ſua viſitans Carmelum, ut Sancta Emerentia, Mater Sanctæ Annæ, Araque Sacratiſſimæ Virginis frequenter viſitabat Carmelum, ut teſtantur Petrus Dorlandus apud Ludolphum de Saxonia *in fine vitæ Chriſti.* Trimerus *de Scriptoribus Eccleſiaſtic.* Paleonidorus *de antiquitate Ordinis Carmelit. lib. 1. cap. 5.* Ioſephus de Ieſu Maria *in Hiſtoria Virgin. lib. 1. cap. 6. n. 4.* quod faciebat S. Emerentia ob magnas, & præclaras virtutes, quæ in filiis Prophetarum ibi, ut latè deſcribit inſignis Author Ioſeph. *lib. 18. antiquitat. cap. 18.* & poſt multa ſubdit: *Quod ita reſplendebant in omni perfectione, ac exercitio omnium virtutum perſeverantes per multa tempora, ut ſuperexcederent cæteras nationes.* Similiter Plinius de eis agens lib. 1. naturalis Hiſtoriæ cap. 17. ait: *Gens Sola, & toto Orbe præter cæteras miranda.* Euſebius de præparatione Evangelica libro 8. cap. 4.

S. Emerentia. Ludolph. Trimer. Paleod. Ioſeph. Plinius. Euſeb.

210. Sanctiſſima Virgo ex ſua ſumma benignitate, ac clementiſſimo affectu in filios Eliæ, paternis inhærens, eximiaſque illorum virtutes honorare, ac condecorare volens, ut magis in virtute creſcerent, ac proficerent, Carmelum viſitat, eiſque ſuam ſalutiferam benedictionem impendit, ut tutantur Ioannes Groſſus *in ſuo Viridario clavi 1.* Ioannes de Cimento *in Speculo Ordin. cap. 4.* & canit Mantuan. *in Parthenic. lib. 3.* Adrianus Lyræ *in Triſagio Mariano lib. 1. ſon. 15.* ex familia Prædicatorum Iuſtinus Michovienſis *tom. 2. ſup. Litan. Lauret. diſcurſ. 251. num. 6.* ex Seraphica M. Carthagena *lib. 17. homil. 3.* ex Sacra Societ. Doctor. Ioſephus Andreas Decore Carmeli 11. Illuſtriſſ. Epiſcop. Armach. apud Vvaldenſ. tit. 9. cap. 83. qui dictus Epiſcopus rectè conſiderat, quod Carmelitæ cum vidiſſent Sacratiſſimam Virginem venientem ad eos ipſam exceperunt verbis S. Elizabeth, *Unde hoc mihi, ut mater Domini mei veniat ad me.*

Virgo viſitat Carmelum. Ioan. Gloſſ. Ioan. Ciment. Mant. Adrian. Michov. Carthag. Ioſeph. Andr. Armach.

211. Cur Carmelitæ Coadjutores Apoſtolorum eſſent profecturi per totum Orbem cum ipſis Apoſtolis, ut Sanctus Elpidius, & ſocij ejus cum S. Iacobo in Hiſpaniam, S. Enoch cum D. Marc. in Ægyptum, ut dixi ſupra q. 8. n. 176. Oſculantes pedes Sanctiſſ. Virgin. ipſa dedit eis ſuam benedictionẽ, quæ ipſis fuit tamquam fœcũdiſſimum germen ad

Virgo benedixit Carmelitis.

uberes fructus in prædicatione procreandos, & præsidium in omni labore, ac pressura, in omni necessitate, & angustia. Mittens Christus D. suos discipulos ad prædicandum *præcipit eis ne quid portarent in via, nisi virgam*, Marc. 6. n. 8. Quænã est hæc virga, quæ portari mandatur? Est illa, de qua agitur, Isai. 11. n. 1. *Egredietur virga de radice Iesse*, quæ est Sanctissima Deipara, cujus umbra portanda est ab omnibus ad illuminãdum in doctrina, & prædicatione, & umbracula in omni labore, & tribulatione. Richard. de S. Laurentio lib. 12. de laudibus Virgin. ait: *Maria est via prædicationis, ac doctrinæ, quæ sola datur Prædicatoribus, ac Doctoribus ad portandum in via, qui enim habere posset hanc virgam comitem, non deesset ei gratia, non doctrina, vel aliquid necessarium.*

Marc. 6.

Isai. 11. *Maria Virga ad illuminandum, & custodiendum.* Richard. de S. Laur.

QVÆSTIO XII.

Expenditur visio Eliæ in Monte-Carmelo.

212. *Montis-Carmeli magna opinio.*

MOntis-Carmeli semper fuit alta, & sublimis opinio, ac veneratio illius excellẽtiæ ob virtutem, ac probitatem morum habitantiũ in eo non solum apud Hebræos, sed etiam apud cæteras nationes, ut jam notavi superiori quæst. & etiam tradunt Iosephus *lib. 2. de Bello Iudaico cap. 7.* Sueton. *in Vespasiano n. 5.* ibi: *Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum consulentem.* & Tacitus *lib. 2. Historiæ ad finem*, Iamblicus *apud Eugubinum lib. 2. cap. 2. ad quæstionem.*

Ioseph. Sueton. Tacit. Iamblic.

213. *Præparat se Elias ad sanctam visionem.*

Post peractum sacrificium illud magnum, ac Releamites errorum, ac malorum Magistros occisos, ascendit Elias ad verticem hujus sancti Montis-Carmeli tamquam omnia terrena ad se dimittens, ac super illa se elevans: *Pronus in terram posuit faciem suam inter genua*, flexisque genibus prostratus totus in faciem suam super terram cum summa humilitate, ferendo, ignito, ac modesto animo, Deum exorat, tot tantisque præparationibus Divino Spiritu inspirante, ut se præpararet, ac disponeret ad tam sublimem, & altam Virginis Mariæ visionem, quam Deus ordinabat illi manifestare in remunerationem tam magni meriti idolatriæ per eum destructæ.

214. 3. Reg. 18. *Revelatio Conceptionis.*

Cum Elias esset in vertice Carmeli, qui est contra mare dixit puero suo: Respice, & vide, an aliquid ascendat de mari, quod cum contemplatus esset per sex vices, & nihil videret, quod ascenderet, *In septima autem vice ait: Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis ascendebat de mari*, 3. Reg. 18. n. 44. In qua nubecula ei repræsentata fuit, ac revelata Sanctissima Virgo Maria in sua pura, & immaculata Conceptione, ut habet gravissimorum Authorum consensus.

215. Ioan. Ierosol.

Antiquissimus, & magnus Author Ioannes Ierosolymitanus floruit anno 400. lib de statu Monachor. cap. 32. & sic ait: *Per illam nubeculam revelavit Deus Eliæ, quod quædam infantula, scilicet Beata Maria per illam nubeculam significata est, & instar illius nubeculæ per humilitatem parva nasceretur de humana natura peccatrice designata per mare, quæ infantula jam in suo ortu esset munda ab omni peccatorum sorde, quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro, tamen sine aliqua amaritudine, licet tamen nubecula illa esset originaliter à mari, alteriusque proprietatis; mare quippe ponderosum est, & amarum, sed nubecula illa levis fuit, & dulcis, sic etiam Beata Maria de Mari, scilicet natura humana, aliter tamẽ fuit orta.* Idem astruunt, & affirmat Episcop. Armac. *serm. de Concept.* & similiter rem explicant, & docent Vvaldens. *tom. 3. de Sacram. tit. 19. cap. 86.* M. Carthagena *tom. 4. homil. pro Carmelit.* Petrus Ozeda *in forma pro illibata Conceptione Virginis.* Ægidius Lusit. *de Concept. Virg. lib. 3. quæst. 4. art. 1. §. n. 8.* Fernand. de Salazar *de Concept. Virg. cap. 38. n. 11.* D. Anton. Escobar de Mendoza *ad 3. Reg. 18. n. 4.* D Alphonsus Flores *in Ecclesiast. n. 577. & 1668.* Adrianus Liræus *Trissag. Maria lib. 1. sono. 30.* Laurent. Chrysogonus *in suo mundo Mariano discurs. 17. num. 49.* Mæratius *de fundatoribus Marian. cap. 1.* Iodochus Clithoveus Canon. Colonienſis *in serm. pro Ordin. Carmelit.* Iustinus Michovienſis Ordin. Prædicatorum *in oper. super Litanias Lauretanas discurs. 222.* Doctor Iosephus Andreas *Decore Carmelit. 30.* Ecce tot Doctores ex omnibus Sacris Religionibus, ac ex sacra Societate Iesu.

Armac. Vvald. Carthag. Ozeda. Ægid. Lusit. Salazar. Escobar. Flores. Liræus. Chrysog. Mæra. Clithou. Michov. Ioseph. Andr.

Ex nostro sacro Ordine omnes, qui scripserunt, & præter Vvaldens. jam allegatum quinque citabo Doct. Ioan. Bachon. *in 4. dist. 2. q. 3. art. 1.* M. Lezan. *de Concept. c. 2. fol. 7. & 1. tom. Annalium ad ann. mundi 4037. n. 8.* M. Vvastal. *Vindic* Mag Daniel à Virgine *Vinea Carmeli n. 77 & 230.* M Franciscum Bonæ Spei *lib. de Concept. disp. 3. Præsuppos. 2. n. 130. & deinceps*, & ego ipse *tom. 1. in Evang. lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 5. & opusc. 3. resol. 1. q. 3. per totum.* Rem tamen altius expendamus. 216. Vvald. Bachon. Lezana. Vvastal. Bona Spes.

In Septima autem vice ecce nubecula. Per illam septimam vicem significantur septem Spiritus dona quæ in Virgine eminent, sed ante ipsam nubeculam, seu Virginem septẽ dona divini Spiritus apparent, quia prius fuit in illa gratia, quam natura, D. Damascen. de Nativit. Virg. ait: *Natura progredi non est ausa, sed paruμper expectavit, donec gratia, fructum suum peperisset.* ad hoc pertinet illud, quod dicitur in Psal. 77. n. 69. *Ædificavit sanctificium suum in terra, quam fundavit in sæcula.* Arabic. D. Hieron. Chaldaic. *Sanctuarium suum.* Humanus artifex in construendo ædificio, prius cogitat de fundamento, & postea de tecto componẽdo; at in magno Mariano construendo, prius ordinat illius Sanctuarium omni gratia, ac cœlesti dono, deinde illius fundamenta ponit, ac creat, scilicet humanam naturam, ita totum locum explicat D. Bonavent. in Speculo de Sanctiss. Deipara adducens etiam illud *sanctificavit tabernaculum Altissimus*, Psalm. 45. n. 5. 217. *In Virgine prius gratia, quam natura.* D. Damasc. Psal. 77. Arabic. D. Hier. Chald. D. Bonavent. Psal. 45.

Ecce nubecula, Ecce, rem grandem denotat, nubecula parva per humilitatem. Et cur Sanctiss. Virgo apparet in nube, cur non potius in nebula, vel radio? Ioan. Ierosol. *Quia prius dictum erat: Ecce gloria Domini apparuit in nube*, Exod. 16. n. 10. quæ tota in hac Mariana nube maximè resplendet. 218. Ioan. Ierosolym. *Gloria Dei resplendet in Maria.* Exod. 16.

Ascendebat. Non ait, exibat, tamquam aliquid secum ferens de mari, sed ascendebat super omnem naturalem conditionem, Isai. 53. n. 2. *Ascendet sic radix de terra sitienti* quod de B. Virgine exponunt Procop. D. Aug D Hieron quod ego sic explico ad nostrum intentum: Ipsa Deipara radix, ac mater Filij Dei, ac omnium *ascendet de terra sitienti* sicca absque aliquo terreno humore, nihil illius participans in sua Conceptione, sed super omnia ab illis libera ascẽdebat de mari hujus vitæ peccaminosæ. 219. Isai. 53. *Ascendebat de sitienti sine peccato.*

Mare salsum est, & amarum, Virgo tota suavis, & dulcis, & ita de ea canit Ecclesia: *Mater misericordiæ, vita, dulcedo.* Vnde de ea dicitur Cantic. 4. n. 11. *Favus distillans labia tua, mel, & lac sub lingua tua.* Ecclesiastic. 24. n. 27. *Spiritus meus dulcis.* Hugo: *Pro omnibus exorans.* Vnde D. Ambros. in Ps. 21. eam Manna appellans, ait: *Quin potius ipsam* 220. Cant. 4. Eccl. 24. Hugo. D. Ambr.

Mariam

Maria veluti Manna.

Mariam manna dixerim; quia est subtilis, & splendida suavis Virgo, quæ vel è Cœlo veniens, cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, tam in filio suo Iesu, quam in suis orationibus exorans pro omnibus nobis in omnium necessitatibus subvenit.

221. D. Hier. D. Cyril. Alex. D. Ambr. Procop. Isai. 19.

Mare grave, & ponderosum est, ipsa vero levis sine pondere peccati, & in hoc sensu D Hieronym. D. Cyril. Alexand. Procopius, S. Ambros. in exhortation. ad Virginem intelligunt Isai. 19. n. 1. *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum.* Per nubem levem intelligunt Sacratissimam Virginem levem sine pondere peccati, & in hoc sensu dicuntur etiam Sancti nubes: *Qui sunt isti, qui ut nubes volant.* Isai 6. n 8. utpote, non gravati sarcina peccati, ex quo profundè nota, quod Sancti semel dicuntur sine onere peccati, ut appellentur nubes, at Virgo Maria bis, semel in significato, quod denotat nubes, secundo dum exprimitur levis: *Ascendet Dominus super nubem levem.* Alij Sãcti leves semel sine onere peccatorum actualium, at Sacratissima Virgo bis, sine onere peccati originalis, & actualis.

Isai. 6. *Virgo sine peccato originali, ac actuali.*

222. Ecel. 24. Græcus. *Pax valde decora.*

Mare tempestuosum, & valde fluctibus agitatum est; at Sacratissima Virgo tota benigna, & pacifica, tam cum Deo, cum quo semper extitit in sua gratia, & pace, à primo instanti Conceptionis, & etiam cum hominibus, in quibus pacem, & omnem tranquillitatem procurat, & exoptat. Ecclesiast 24. n. 19. de Deipara dicitur: *Quasi oliva speciosa* Græcus: *Decora in campis.* Valde notum est, quod oliva tam secundum literas Divinas, ac humanas, sit symbolum pacis, & cum Virgo hanc secum asportet se decoram exhibet, quod nomen sibi non appropriat cum dicitur Rosa, Platanus, Palma, nihil magis decorum, quam pax. Dicitur *in campis* in plurali, quia ejus affectus quærendi, ac sollicitandi pacem non in uno coarctatur, sed in omnes se extendit, ac exundat. Sic ait Petrus Damianus serm. 3. de Nativit. Virginis: *Per Evam potus mortis porrigitur, per Mariam vitæ, & pacis poculum exhibetur.*

Petr. Damian.

223. Chrysip. Ezech. *Deipara plus lucet, quàm Sol, Luna, ac Stellæ.* D. Bern.

Mare tenebrosum, & obscurum est, Maria tota lucida, ac resplendens, hinc Sancti Patres variis Epithetis celebrant, Chrysippus Presbyter *serm. de laudibus Mariæ* sic eam salutans clamat: *Ave fons lucis omnem hominem illuminantis, Ave Solis ortus, qui nullum ferre, potest occasum.* Ezichius eam veneratur, ut *Matrem lucis* S. Thomas de Villanova Concion de Annuntiat. inquit: *Tolle Solem, quid est in Mundo nisi tenebræ? Tolle Mariam ab Ecclesia, quid restat nisi caligo?* De his Stellis, ac hoc Sole ad Mariam dirigens sermonem pulchrè loquitur D. Bernardus serm. 7. de Maria, dicens: *In capite ejus corona stellarum duodecim: Dignum sane stellis coronari caput, quod ipse longè clarius micans ornat eas potius, quam ornatur ab eis; quidnam coronant sydera, quam Sol vestit.* Alta, & divina Providentia Deipara apparet in Apocalypsi 12. num. 1. *Amicta Sole, Luna sub pedibus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Quæ sunt magna Mundi luminaria; quia ipsa Deipara altius, ac sublimius fulget, & resplendet, & potius ipsa lumina illustrabat, quam ab eis exornaretur: *Ipsa longè clarius micans ornat eas potius, quàm ornatur ab eis.*

224. *Vestigium hominis Christi.*

Quasi vestigium hominis. Et cujusnam hominis? explicat D Augustin. serm. 201. de Tempore, ubi sic ait: *Ne fortè aliquis dubitet nubem illam vestigium hominis habuisse dixit illius utique hominis, qui dixit: Quem dicunt homines esse filium hominis.* Semper Deipara Christi vestigia est secuta, ille purus, & Sanctus per essentiam, & naturam, utpote verus filius Dei, illa vero sancta, & pura per gratiam & summam benignitatem.

De Sanctissima Virgine dicitur Ecclesiastic. 24. n 14. *Sicut plantatio Rosæ in Iericho* Ex Græco legitur: *Sicut Achantus in Iericho*; quæ est herba ad Solem semper conversa, semperque ipsum sequens Beatissima Maria veluti Acanthus semper filium suum Solem justitiæ sequebatur, & quocumque convertebatur ipse, illa adhærenter ei inhærebat.

225. Eccl. 24. *Virgo adhærenter Christum sequebatur.* Græcus.

QVÆSTIO XIII.

Circa sacellum in Monte-Carmeli arguitur quorundam dicendi modus.

226. *Aliquorum dictum.*

NOn defuerunt, qui ita scriberent: *Dicere oratorium in Monte Carmeli est quid fictitium, & sine fundamento.* Rectè scio, quod graves sunt Authores, qui non sequuntur historias prout habentur in Breviario v g prima die Maij in festo S. Iacobi in 6. Lectione dicitur: *Vnam scripsit Epistolam, quæ de septem Canonicis est*, tamen aliqui sunt Authores, qui dicũt scriptam à D. Iacobo Zebedæo, seu ut dicitur Majori, ut Gaspar Sanchez, Iacobus Daza, Philippus Bergomens. lib. Supplementi ad annum 43. Laurentius Ramires in Comment. Luitp. Sebastian Ferra 2. p. discurs. prædicat & alij, qui dicunt sanctum Breviarium loqui juxta valde probabilem, & communem sententiam magnorum Authorum, & ita reverenter loquuntur.

Breviar. Sanchez. Daza. Bergom.

227. *Quæ sunt in Breviario cũ reverentia tractanda.*

In Officio Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo 16. Iulij multipliciter ab Ecclesia Sancta approbato, ut dixi quæst 2 & dicam quæst. sequenti in 4. Lectione ita habetur: *Vt primi omnium in eo Carmeli montis loco, ubi Elias olim ascendentem nubeculam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissimæ, Virgini sacellum consecrarunt.* Et cum ita sint, non defuerunt, qui affirmarent *dicere Oratorium in Monte Carmelo est quid fictitium, & sine fundamento.* Qui sermo non solum mihi visus est durus, sed etiam viris doctissimis, ac Religiosis, & multa cum admiratione, & quod ipsi dixerunt Deus scit, & ego modestiæ causa subtaceo.

228. Math 12. D. Chrysost. Beda. Albert. *Error discipulorum retorquetur in Magistrũ.*

Tamen injuriam, quam in nos impingere intendunt, etiam in patrocinantes, ac approbantes retorqueri videtur; cum sacri Apostoli præ fame colligerent spicas in Sabbatho videntes Pharisæi accedunt ad Christũ dicentes: *Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere in Sabbatho*, Matth. 12 n. 1. quod ut explicavi tom. 2. in Evang. cap. 3. n. 27. & 30. juxta D. Chrysost. Bedam, Albertum Magnum, quod fecerunt non tantum, ut arguerent discipulos, sed ut calumniam retorquerent in Magistrum, qui talia patiebatur, ac permittebat in discipulis suis, & non increpat eos.

229. Math. 15. D. Pasch.

Eodem maligno, ac perverso spiritu ducti accedunt ad Christum D dicentes: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditione Seniorum, non enim lavant manus cum panem manducant*, Matth. 15. n. 1. D Paschasius lib. 7. in Matth. sic ait: *Mira Pharisæorum, Scribarumque stultitia Dei filium arguunt, quoniam quidquid in discipulis reprehenditur ad calumniam Magistri insidiosè ab eis refertur.* Cum Pharisæi Christum apertè arguere non auderent, discipuli criminantur, ut eorum crimen in Magistrum refundatur.

QVÆSTIO XIV.

Firmo, ac ſtabili veritatis fundamento aſtruitur ſacellum in Monte-Carmelo Deiparæ conſecratum, ut veroſimile ſub titulo Conceptionis.

230. LEctiones Deiparæ de Monte-Carmelo teſtantur, quod Carmelitæ eidem puriſſimæ Virginis in eo Carmelis montis loco, in quo Elias illius typum conſpexerat, ſacellum ædificaverint, quæ Lectiones multipliciter ſunt approbatæ à ſancta Sede Apoſtolica, & confirmatæ, ut oſtendi q. 2. quia tanta, ac tam ſublimi auctoritate ſatis firmæ, ac ſtabilitæ ſunt, deinde adſunt pro hac re graviſſimi Authores.

Primus ſit Ioſephus Antiochenus vicinus tem-
231. pori Apoſtolorum floruit anno à Nativitate Chri-
Ioſeph. Antioch. ſti 130. in Speculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ cap. 12. & 72. ſic ait: *Præfectorum militum Chriſti Apoſtolorum Coadjutores ſurrexerunt Viri ſtrenuiſſimi Solitarij, contemplationi dediti Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi, ſequaces, qui de Monte-Carmeli deſcendentes Galilæam, Samariam, & Palæſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt.* Nota ſequentia: *Quippe Virginis Mariæ honore in Carmeli montis declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt.* Quæ verba habentur in Conſtitutionibus approbatis à Clemente VII anno 1524 Aprilis 2.

232. Secundo Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Hiberniæ
Armach. Armacanus an. 1342. in quodam ſerm. Conceptionis B. Virginis Mariæ de Carmelitanis inter alia ait: *Illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt converſi, & in latere ipſius montis primò Eccleſiam, ſeu Oratorium in honorem Beatæ Mariæ Virginis conſtruxerunt, & ob hanc cauſam Dominæ noſtræ primitùs ſunt adſcripti, ut dicerentur fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte-Carmelo*, ut refert
Vvald. Thomas Vvaldenſis tom. 3. de Sacrament. titul. 9. cap 83.

233. Trithemius de ortu, & laudibus Carmelit. c. 7.
Trith. ait: *Enim vero non dici poteſt Domini paſſionem creſcente per Iudæam fide Chriſtiana fratres Montis-Carmeli Cappellam in ejuſdem montis latere in Dei genitricis honorem conſtruxerunt.* Idem habet
Iodoc. Clithou. Iodocus Clithoveus *in quadam Concione pro Ordine Carmelitarum.* Ecce valde antiquiores.

234. Deinde Doctor Navarrus *tractat. de Horis Ca-*
Navarr. *nonicis cap. 21. n. 27. adducens Mantuani verſus.*
Yeſpes. Didacus Yeſpes Tireſonienſis Epiſcopus *in vita*
Caſſar. *Sanctæ Thereſiæ cap. 1.* Alphonſus Caſſarrul. *in Compend. Privileg. Mendicant. dum de Ordine*
Tapia. *Carmelitarum agit.* Carolus Tapia *in Authentic. Ingreſſi, verbo Monaſterium cap. 17. n. 2.* Ioannes
Carthag. Carthagena *tom. 4. homil. Homil. pro Carmelitanis lib. 13.* Paulus Moriga *de origine Religionis*
Plant. *lib. 5. cap. 30.* Hieronym. Plantus *de bono ſtatu*
Beyerl. *Religioſo lib. 2. cap. 22. n. 2.* Laurentius Beyerlinx. *in Theatro vitæ humanæ lit. R. verbo Religioſus, ſeu Religio cum de Ordine Carmelitano agit §. In lege autem* Reverendiſſimus Ægidius Camatus Generalis Minimorum *de rebus Eliæ cap. 6. ſect. 8. vel. 10.*
Rodrig. Emmanuel Rodriguez *tom. 1. qq. Regul. quæſt. 2. ar-*
Miræus. *tic. 5* Ansbertus Miræus *tract. de Ordine Carmelit* Hieronym. Rodriguez *in Compend. reſol. 23.* Pe-
Calvus trus Calv. Dom. *in defenſ. Religion. lib. 2. cap. 13.*
Ferr. Ex ſacra Societate Thomas Ferrarius *in Hiſtoria Imaginis de la Guardia.* Doctor Idelphonſ. de Flo-
Flores. res *in Eccleſiaſt. n. 1665.* Doctor Ioſephus Andreas
Ioſeph. Andr. *Decore Carmeli 33 altàs 227.*

Ex noſtris Ioannes Ieroſolymit. *de Inſtitut. Mo-* 235.
Ioan. Ieroſol. *nachorum cap. 36. altàs 43.* D. Cyril. Conſtantino-
D. Cyril. polit. *de proceſſu Ordinis cap. 3.* Thom. Vvaldenſ.
Vvald. modo citatus ſupra, perilluſtris Ioan. Bacco Anti-
Bacco. quus Author habetur *in Speculo Ordinis c. 5.* Ioan.
De Mal. de Malinis vetuſtus Author *in Speculo Ordinis c. 5.*
Ciment. Ioannes de Cimento *in Speculo Ordinis c. 4.* Ioan.
Oleriius. Olerius Generalis *pro quadam informatione Reli-*
Venera. *gionis ad Summum Pontificem art. 1.* Ioannes Vine-
Groſſus. ta *in tractatu, qui incipit: Cum quidam fratres.*
Mant. Ioannes Groſſus *in Viridario Clavi 1.* Mantuan. *lib. 3. Parthenices*, & ſic canit:

Propterea, Montana Viri ſpelæa colentes
Audito illius fato ſublime ſacellum
Apricis poſuere jugis, atque quotannis
Sacra inſtaurantes hymnos, & thura ferebant.

in eadem ſententia eſt Martinus Italus apud Paleo- 236.
Ius. Paleod. nydorum *lib. 1. cap. 8.* & ibidem ipſe Paleonydorus,
Muños. Michael Muños *in propugnaculo Eliæ ad finem.*
Lezana. Mag Lezana *tom. 2. Annal. in Appar. cap. 6. à n. 7.*
Vinca. referens multorum Authorum verba. M. Daniel à Virgine Maria *Vinea Carmeli c. 113. n. 33.* M. Bona-Spes *de Viſion. Eliæ diſp. 3. dub 3. fol. mihi 99.* Et ego ipſe *tom. 1 in Evang. lib. 1. cap. 3. q. 2.*

Hoc ſacellum in Monte-Carmelo multa, & ma- 237.
gna auctoritate tam Eccleſiaſtica, quàm Hiſtorica corroboratur, & ſtabilitur, Ecclaſiaſtica, quia de prædicto ſacello mentio in Lectionibus Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo, quæ Lectiones
Bellar. fuerunt examinatæ & approbatæ ab Eminentiſſi-
Torres. mis D. Cardinalib. Bellarmino, & Torres, qui tanquam duo luminaria magna fulgebant in Eccleſia Dei. Deinde prædictum Officium approbaverunt & recitandum conceſſerunt pro Carmelitis Sanctiſſimi Domini Paulus Quintus, & Vrbanus
Paul. V. Vrban. Octavus, & etiam Sanctiſſimi Domini Clemens X-
VIII. & Innocentius XI. conceſſerunt recitandum ab
Clem. X. omnibus perſonis utriuſque ſexus, qui ad Horas
Innoc. I. Canonicas tenentur pro Regnis Hiſpaniarum, Portugalliæ Algraborum, cum ampliſſimis ſuis dictionibus ab Oriente uſque ad Occidentem. Deinde hæc ſententia hiſtorica eſt ſtabilita auctoritate trigintaquinque Doctorum, ex quibus multi ſunt antiquiſſimi, viginti extranei: quindecim ex noſtris, & bonæ notæ; & cum hæc ita ſe habeant, nam defuerunt, qui ſcriberent, dicere Oratorium in Monte-Carmeli, eſt quid fictitium ſine fundamento *ſit nomen Domini benedictum.*

Sacellum in Carmelo ſtabilitur multa auctoritate.

Duo hic maximè notanda ſunt. Primum val- 238.
de probabile eſt mihi quod hoc primum ſacellum à Carmelitis erectum fuit, ab eiſque conſecratum Virginis Mariæ ſub titulo Conceptionis; nam Elias in nubecula parva agnovit in typo Deiparam puram, & Immaculatam in ſua Conceptione, in cujus honorem ædiculam conſtruxit, ut oſtendi ſupra quæſt. 12. ubi cum cæteris Eremitis ejus laudes canebant, & cum in hac traditione retinuiſſent filij Eliæ videntes, ac venerantes præſentem Virginem Sacratiſſimam, morem paternum ſequentes, ac imitantes ſacellum in honorem ejus Conceptionis ædificarunt.

Sacellum in honorem Conceptionis.

Et quanto affectu tenebantur Carmelitæ ad ce- 239.
lebrandum Conceptionis Myſterium Sacratiſſimæ Virginis declarat Richard Rodulphus Archiepiſc. Armacanus in ſerm. Conceptionis apud Vvalden-
Armac. ſem

ſem de Sacramental. titul. 9. cap. 89. ubi ait Archiepiſcop. *Utique hanc illuſtrationem in ſuo ortu ille antiquus ordo ſuus Carmelitarum prætendit in habitu, qui hoc feſtum ipſius Conceptionis ſingulariter ſolemnizat candorem habitus ſui, ut exiſtimo prudenter, & devotè referens ad hoc feſtum.* Si enim antiqui Carmelitæ alba pallia ſibi aſſumunt ad celebrandam albedinem, ac candorem Conceptionis quantò magis conſequens eſt, ut Oratorium ab eis fabricatum eſſet totum ad myſterium Conceptionis celebrandum.

Pallia alba ob puritatem Conceptionis.

240. Secundo nota, hoc Oratorium, ſeu ſacellum dupliciter fuiſſe à Carmelitis ædificatum. Primo poſt Chriſti Aſcenſionem, ſecundo ad annum 83. de quo facit mentionem Ioannes Ieroſolymit. lib. de Inſtitut. Monachor. cap. 43. iterum reædificarunt, vel quia primum injuria templum collapſum eſt, vel fortè ſub Tito Veſpaſiano, qui anno Chriſti 69. deſtruxerunt Ieruſalem cum omnibus ſuis ſuburbanis, & ut aliqui Authores referunt, ſuum collocarunt exercitum in Monte-Carmelo, & deſtruxerunt omnia, & ſacellum reædificatum eſt citato anno 83. ut notarunt D. Cyrillus de proceſſu Ordinis cap. 5.

Ioan. Ieroſol. *Duplex readificatio.*

QVÆSTIO XV.

Carmelitæ primi omnium ædificarunt templum in honorem Beatiſſimæ Virginis?

241. *Lectiones.* HOc apertè probatur ex prædictis Lectionibus ſæpè à Sacra Congregatione approbatis, ac confirmatis, ub ſic habetur: *Ut primi omnium in eo Carmeli loco, ubi Elias aſcendentem nebulam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſtruxerint.*

241. Ioſeph. Probatur etiam ex Authoribus citatis ſuperiori quæſtione, Ioſephus Antiochen. lib ſupra citato de perfecta Militia cap. 12. ait: *Viri Prophetarum Eliæ, & Eliſæi ſequaces, qui de Monte-Carmelo deſcendentes per Galilæam, &c. Conſtantiſſimè ſparſerunt, quique Virgini Mariæ honore, in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt.* Omnia connectit connexione temporum. Armachanus Armach. Vvald. *ſupra citatus* apud Vvaldenſ. de Carmelitis agens ait: *Inter cæteros ſunt converſi ad fidem, & in uno latere montis ipſius primò Eccleſiam, ſeu Oratorium in honorem B. Virginis conſtruxerunt.*

243. Trithe. Trithemius citatus ait: *Non diu poſt Domini paſſionem in latere Montis-Carmeli idem fratres Capellam in Dei Genitricis honorem conſtruxerunt.* Carthag. Carthagena citatus ait: *Graviſſimi Authores tradunt, nempe quia fratres Carmelitæ fuerunt primi, qui in Eccleſia Dei Templum, ſeu ſacellum in honorem B. Virginis Mariæ erexerunt.* Sic & cæteri Authores loquuntur.

244. *Obiectio ex D. Iacobo.* Contra hæc objicitur; quia ut referunt omnes Annales Hiſpaniæ, Sanctiſſima Maria Virgo adhuc vivens Ieroſolymæ apparuit inſiſtens in columna B Iacobi Cæſarauguſtæ, & præcepit ſe ibi fieri Oratorium, ſeu Capella, quod à multis dicitur fuiſſe primum in toto Orbe.

245. Tamen facta temporum computatione res fit manifeſta, Apoſtoli à Ieroſolymis ad ſuas Miſſiones, & Provincias anno Chriſti 37. ſunt profecti, ut dixi ad cap. 12. Actor. quæſt. 5. n 30. Similiter D. Iacobus profectus eſt in Hiſpaniam anno Chriſti 37. tribus annis cum dimidio ab Aſcenſione Chriſti, quod oſtenditur; quia Paulus in ſua Epiſtola ad Galatas cap. 1. n. 19. teſtatur, quod triennium poſt ſuam converſionem, quæ contigit anno Chriſti 35. ſe aſcendiſſe Ieroſolymam, & ex Apoſtolis ſolum vidiſſe Petrum, & Iacobum fratrem Domini: ergo tribus annis cum dimidio Iacobus erat in Ieroſolymis, & adhuc non erat profectus in Hiſpaniam, ac proinde ad illam non acceſſit, niſi poſt tres annos cum dimidio ab Aſcenſione Chriſti. Imo Doctor Bernard. de Britor magnus antiquitatum indagator tom. 2. Monarch. Luſitan lib. 5. cap. 3 cum alij teneant veniſſe in Hiſpaniam anno Chriſti 41. filij autem Eliæ facta prædicatione Evangelica agnoſcentes, & venerantes Sacratiſſimam Virginem more paterno eidem ſtatim Oratorium conſecrarunt, ut tradunt Authores modo ſupra citati non diu poſt paſſionem. 246.

Proh quantum, & ſublime eorum meritum, qui primi omnium dedicaverunt Deo altare, & templum. Tranſacto diluvio benedixit Deus Noe, & filiis ejus ſuper omnia, quæ dederat Adamo, dans eis, ut notant D. Ambroſ. D. Auguſt. Hilarius, & alij: *Omne, quod movetur, & vivit erit vobis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia*, Geneſis 9. n. 3. Dantur ei carnes in cibum, & quod totum mundum repleat, & promiſſione facta quod amplius non erit diluvium, & in hujus rei firmitatem datur ei ſignum: *Arcum meum ponam in nubibus.* Vnde illi tantum meritum, ut tantam recipiat mercedem? ait Textus: *Ædificavit Noë Altare Domino tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare*, Geneſ. 8 n. 20. quod altare non legimus feciſſe, nec Abel, nec Adamum, quamvis Deo ſacrificaverint pro beneficiis acceptis, ſed primus extitit Noë, qui ad Dei honorem erexit Altare, quod maximè gratum extitit Deo, ut pro mercede omnem benedictionem ei contulerit, quod Claudius Marius lib 3. in Geneſ. canit. D. Aug. D. Ambr. Hilar. Gen. 9. *Primus erexit altare ad Dei honorem.* Marius.

Non prius officij quicquam ſervatur inire
Conſtituit, quam ſacra Deo, laudeſque rependat,
Grateſque evaſo referat diſcrimine Noë
Mox niveo ſacra exurgunt altaria ſaxo,
Agnovitque hæc prima recens Altaria ſaxo.

247. Facit Deus Davidi illam magnam, & ſupremam omnium benedictionum benedictionem: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*, Pſalm. 131. num. 11. Promittitur Chriſtus Dominus è ſemine tuo, quo nullum aliud majus donum poterat excogitari, quam quod Filius Dei fieret Filius Davidis, & quonam merito ad tantum donum evectus eſt? In Abrahamo legitur illud præclarum, & magnum opus, ut pro Dei obſequio ſuum primogenitum, quem diligebat, offerret ei in ſacrificium, Geneſ. 22. n. 16. At in Davide quid relucet, ut tanto dono reſplendeat, imò in ſerie generationis Davidis proponitur Abrahamo: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij David, filij Abraham*, Matth. 1. n. 1. Vnde ergo David in tam altum ſublimitatis apicem evehitur? Recole eundem Pſalm. 131 n 4 *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Id eſt, ut explicat Euſebius, & Ruffinus, nec die, vel nocte habeam ullam requiem, donec erigam, & ædificem templum, & tabernaculum Deo. Ecce magnum illius præclarum meritum. Primus extitit David, qui inter omnes toto animi affectu templum intendit conſtruere, & tabernaculum Deo, tantum ſublimatur, ut pro mercede accipiat, ut in ſanguine ejus Deo faciat

Pſ. 131. Gen. 22. Matth. 1. Euſeb. Ruffin. *Pro primo templo ſummæ mercedis datur.*

tabernaculum filio ſuo. Noſter Incognitus : De
Incogn. *fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam , iſtam exaltationem humani generis promiſit Deus ipſi Davidi, qui domum fecerat Domino.*

Textus. *Ad novum verò ſacellum ſæpè quotidie convenientes ritibus piis precationibus, ac Laudibus, Beatiſſimam Virginem, velut ſingulam Ordinis tutelam colebant. Quamobrem fratres B. Mariæ du Monte-Carmelo paſſim ab omnibus appellari cæperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, ſed Indulgentias peculiares iis , qui eo titulo, vel ordinem , vel fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere.*

EXPOSITIO.

248. COnſtructo , & ædificato templo Carmelitæ, multique alij devotiſſimi Sacratiſſimæ Virginis conveniebant ad Laudes celebrandas, offerentes thura, & alia cultus monumenta , canentes Hymnos & Pſalmos, multis effuſis precibus , & multoties die , ac nocte ſequentes Parentis Eliæ exemplum, qui poſtquam habuit in nubecula parva illam Beatæ Virginis viſionem , ipſe Elias cum filiis,ut ex multis teſtatur ſapientiſſimus Doctor Fr. Leo à D.Thoma Primarius Sacræ Theologiæ Lector in Regia Conimbricenſi Academia Benedictinus in prima parte ſuæ benedict. præludio 1. §. 1. quod in quadam Carmeli Montis concavitate,mane , veſpere , & meridie conveniebant ad laudes Dei decantandas.

QVÆSTIO XVI.

De Auguſtiſſimo , & magnificentiſſimo nomine Virginis Mariæ de Monte-Carmelo.

249. VT jam alibi notavi ex D. Methodo lib. 1. de Virg. qui ait : *Varia ſunt nomina, quibus Sanctiſſima Virgo ab omnibus appellatur.* Quibus ejus tributalia dona, quibus hominibus ſubvenit , deſignantur,& hac de cauſa dicitur Virgo Sanctiſſima pietatis,miſericordiæ,conſolationis , mercedis , & ſimilium at quod dicatur Regina Carmeli , à nullo in alio datum eſt hoc nomen ei , niſi tantum ab Spiritu S.*Caput tuum, ut Carmelus.* Cant.7. n.5.

D. Method. *Nomen datum ab Spiritu ſancto.*

Cant. 7.

250. Paſſim mandatur Ioanni in Apocalypſi : *Scribe quæ vidiſti* cap.1.v.11.& 19 & *Angelo Epheſi , & Angelo Smyrnæ ſcribe,*cap.2.n 1. & 8. & ſic multoties; at cum venitur ad ſcribendum nomen Dei , & Civitatis Ieruſalem ait Chriſtus D. *Scribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen Civitatis Dei mei novæ Ieruſalem,* Apoc.3.n 12. & cætera , & valde magna,quæ pertinebant ad Eccleſiæ regimen mandantur Evangeliſtę ſcribere,& denuntiari, cur vero nomen Dei , & Civitatis Ieruſalem literis mandandum ſibi Chriſtus appropriat,ac reſervat? Sunt quædam,quæ ab humano intellectu capi, & intelligi poſſunt,ſunt tamen alia adeo excelſa, & ſublimia,ad quæ mens humana evolare nequit , & ſolum ab infinita Dei ſcientia comprehenduntur, & ſi alia concedantur homini ſcribi , non tamen altiora,quæ ſolum ad infinitumDei intellectum pertinent Ansbertus Abbas ait : *Solus ille agnoſcit quæ ſunt Dei,& Spiritus Dei :* Nomina Virginis Victoriæ, Salutis,& Vitæ imponantur , & dicantur ab

Apoc. 2.

Apoc. 3. *Suprema, & alta à ſolo Deo ſcribuntur.*

Ansbert.

hominibus , at nomen Reginæ Carmeli , cætera omnia excedit, & tranſcendit,ut ejus magnalia ſolum infinito Dei lumine comprehendantur , & ab eo dicantur : *Caput tuum ut Carmelus.* *Nomen Reginæ Carmeli à ſolo Deo datũ.*

Hanc celſitudinem Regiæ Carmeli prævidens Deus in primo mundi molimine creavit montem Carmelum ſublimiorem, ac excelſiorem ſuper omnes Iudææ montes, ut notat Theodoretus ad citata Cantic. verba : *Caput tuum,ut Carmelus* , & ſic ait : *Sicut Carmelus ſuo capite eminet ſuper cæteros Iudææ montes,ſic Sanctiſſima Virgo capite omnium virtutum extollitur , & ſublimatur ſuper cæteras omnes puras Creaturas.* Mons Carmeli ſuper omnes Iudææ montes , ſic nomen Reginæ Carmeli ſuperextollitur, ac ſublimatur ſuper omnes ipſius Virginis appellationes,v.g pietatis,vitæ ſalutis , ac bonæ mortis,quæ omnes nomenclaturæ deſumuntur ab illius donis, & virtutibus , quibus maximè refulget. 251. Theod. *Mons Carmeli excelſior ſuper cæteros Iudææ montes.*

Secunda excellentia nominis Reginæ Carmeli extitit primum illius nomen Scriptor Canonicus ait Gen. 1. *In principio creavit Deus* , in Hebræo legitur *Elohim*; id eſt *Iudices* , & in ſcriptura hoc eſt primum Dei nomen , & obſervant Tertullian. lib.2. adverſus Marcion. cap. 12. Caietan. ibi ; & ex tantis Dei nominibus, hoc eſt primum Dei nomen. Vſulmus lect. 3. ait : *Quamobrem dicerem, Moyſen nunc voluiſſe nobis hoc nomine Dei declarare præexcellentem,& indicibilem in creando Mundo majeſtatem.* In hoc primo Dei nomine veluti in compendio recapitulantur omnia Dei magnalia attributaria. *Juſtitia* , ut ipſum nomen importat ; *Miſericordia* prout occaſio poſtulat , *Bonitas* , qua diviſit lucem à tenebris : *Scientia* , qua cuncta videt, & penetrat : *Fortitudo* , qua non eſt acceptor perſonarum : *Providentia* , qua cuncta prævidet , & diſponit : *Potentia*,qua univerſa operatur, & ſicut juſtitia omnes virtutes involvit , ſic juſtus. 252. *Secunda excellentia.* Geneſ. Tertul. Vſelmus. *In quo recapitulãtur cætera.*

Præclarum ſanè fundamentum , ſicut primum Dei nomen denotat omnes illius attributales perfectiones , ſic & primum nomen Reginæ Carmeli omnia ſecum involvit dona , ac nomina , quibus nobis ſuccurrit ad decantandam , ac declarandam ſupremam Virginis Mariæ magnificentiam in ſuis donis,ac favoribus confertur , ac comparatur cum illuſtrioribus arboribus , & plantis totius Iudææ, & ait : *Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano , & quaſi Cypreſſus in monte Sion , quaſi palma exaltata ſum in Cades , & quaſi plantatio Roſæ in Iericho : quaſi oliva ſpecioſa in campis ; & quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam* , Eccleſiaſtic. 24. num. 17. Deſcribuntur fructus , quos per nobiliora loca , proferabant illuſtriores arbores , Cedrus , Cypreſſus , Palma, Roſa , Oliva , Platanus , & quid proferat Carmelus non dicitur , nec ſcribitur , meritò ſanè referuntur, quæ particularia germinant : At Carmelus , utpote fertiliſſimus , & abundantiſſimus omnia ſuppeditabat , omnibuſque impinguabatur : *Sicut Cedrus in Libano* , qui ob incorruptibilitatem denotat fortitudinem : *Sicut Cypreſſus in monte Sion.* Tendens in Cœlum per contemplationem innuens. *Sicut palma in Cades.* Victrix in tentationibus : *Quaſi Roſa in Iericho* ; gratiarum dono lætificans : *Quaſi Oliva in Campis* , dans nobis pacem ; *quaſi platanus exaltata ſum* , ramis , & foliis protegens , ac defendens à calore , ac frigore : ſi hæc omnia germinabantur per varios montes , & campos Iudææ , & tamen ſuprema Regina Carmeli univerſa fœcundabat 253. *Omnia in nomine Reginæ Carmeli recapitulantur,* Ecc. 24.

fœcundabat,& parturiebat in ſuo monte Hæc prævidens Propheta Michæas cap.7. n. 14. obnixe exorabat Deum: *Paſce populum in virga tua, in medio Carmeli*, & ait in Virga tua Theodoretus divina Providentia *in medio Carmeli*, utpote largienter affluentis omnia, ut explicat D. Hieronymus, ita ut dicat Cornelius. *Symbolum fertilitatis, ac abundantiæ*, & nominat etiam Propheta, Baſan, & Galaad, qui à Carmelo participabat.

Mich. 7. Theod. Cornel.

254. Id ipſum confirmatur ex Iſaïa 32. n.15. *Habitabit in ſolitudine, judicium, & juſtitia in Carmelo ſedebit*, quem locum ſupra explicans q. 12. n. 163. per juſtitiam denotatur in Scriptura omnium virtutum amplitudo Iſaï.11.n.5. *Erit juſtitia cingulum lumborum ejus.* Pſ. 26. n. 15. *Ego autem in juſtitia apparebo in conſpectu tuo.* Hæc autem omnium virtutum copia *ſedebit in Carmelo.* Ibi omnium virtutum nexus perdurans, & conſiſtens,ut indicat verbum *ſedebit.*

Iſaï. 32. Iſaï. 11. Pſal. 16. *Omnium virtutum cumulus in Carmelo.*

255. Tertia excellentia nominis Reginæ Carmeli ſecum importat ſummum bonum, ſupremamque felicitatem,nempe viſionem Dei, conſidera, ac expende textum: *Datus eſt ei decor Carmeli, & Saran ipſi videbant gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.* Iſaï.35.n.2. Cui enim datur decor Reginæ Carmeli elevatur ad ſupremum donum, ad videndum gloriam, & pulchritudinem illius Divinæ majeſtatis, & nota, quod eodem nomine, ac verbo, quo dicitur, & explicatur elegantia, ac pulchritudo Reginæ Carmeli, exprimitur, ac declaratur Dei gloria. De Virgine appellatur, *Decor Carmeli*, Gloria Dei acclamatur: *Decorem Dei noſtri*, maximè Sanctiſſima Deipara Deo adhæret, de illoque in omnibus participatur.

Iſaï. 35. *Regina Carmeli elevat ad viſionem Dei.*

256. Orans Sanctiſſimus Parens Elias in monte-Carmelo: *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* 3. Reg 18. n. 44. In nubecula ſeſe oſtentabat Sacratiſſima Virgo Maria, ut eſt communis ſententia, *quaſi veſtigium hominis*, Chriſtus Ieſus, ut tenet D. Auguſt. citatus ſupra q. 12. valde enim conſequens erat, ut ubi Maria Virgo apparebat ſecum dilectiſſimi Filij ſui Ieſu Chriſti repræſentationem aſportaret, *Vidimus gloriam ejus quaſi unigenitum à Patre.* Ioan. 1.

3 Reg.18 D. Aug. Ioan. 1.

257. Quarta excellentia, nomen Sacratiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo efficacius, & fortius ad impetrandum, quàm ſub quocumque alio nomine cum ob contumelioſa, & incompoſita Nabalis verba irâ, & indignatione exarſiſſet David, ut ipſum, totamque ejus familiam perdere decreviſſet, audiens Abigail occurrens de Monte-Carmeli, deprecanſque Davidem ſtatim ejus, militumque furorem pacavit, dixitque ei David: *Vade pacifice in domum tuam, ecce audivi vocem tuam, & honoravi faciem tuam* 1. Reg.25. n. 35. quod ita quieſceret furor David non provenit ex ipſa Abigail,ſed ex ipſa Maria Virgine, quam repræſentabat. Ita ait D.Bonaventura in ſpeculo cap 13. *Abigail manſuetam Mariam ſignificat.* At etiam Rebecca de ſuorum filiorum ſalute valde ſollicita agens adumbrat ſanctiſſimam Deiparam, ut ex Petro Damiano probat Ioannes Lahay cap. 27. Geneſ. verſ. 46. n 240 & non valuit mitigare indignationem filij ſui Eſaü adverſus fratrem Iacob, & Abigail potuit compeſcere rabiem Davidis,illiuſque exercitus, cum eſſent extranei, Rebecca innuebat Virginem in multis, & magnis operibus ſuis, at Abigail cum eſſet de Monte-Carmelo Virginem Carmelitam denotabat, & ideo ob excellentiam,ac præſtantiam tanti nominis ſuper cætera omne quod intendit, impetrat & aſſequitur.

1.Reg.25 D. Bon. Gen. 27. Lahay. *Regina Carmeli valde potens ad mitigandam iram Dei.*

QVÆSTIO XVII.

Arguitur,& reprobatur quidam fabuloſus dicendi modus de origine montis fratrum Virginis de Monte Carmelo.

ALiqui ſomniarunt, ut aſtruerent nos dici fratres Mariæ Virginis de Monte-Carmelo à S. Brocardo, qui floruit circa annum 1200.hoc profecerunt abſque Authore,fundamento, ac ratione, vel conjectura,ſed tantum ex ſuo affectu,& qualis ille ſit, Deus videat. 258. *Somnium aliquorum.*

Et ad eorum ora obturanda ſufficiebant præſentes lectiones officij Divini multoties à Sancta Eccleſia Romana viſæ, examinatæ, approbatæ, ac confirmatæ,in quibus aperte dicitur,quod hoc nomine inſigniti ſumus vivente adhuc Sacratiſſima Virgine, quam *ut ſingularem ordinis patronam colebant, quam ob rem fratres B. Mariæ de Monte-Carmelo cœperunt,paſſim ab omnibus appellari.* Et ad hujus rei confirmationem poterant referri multæ fundationes multorum Conventuum per inſtrumẽta authentica, in quibus fit mentio expreſſa hujus nominis fratrum B. Mariæ de Monte-Carmelo, brevitatis gratia tamen propono diplomata ſummorum Pontificum, quæ ab omnibus fidelibus ſummè debent venerari. 259. *Lectiones Virginis Mariæ.*

Stephanus V. floruit anno 816. Leo IV. anno 847. Adrianus II. anno 868. Sergius III.anno 907. Ioannes X.anno 913.Ioannes XI. anno 931. Alexander II anno 1061. qui omnes Summi Pontifices conceſſerunt multas, & varias indulgentias viſitantibus Eccleſias fratrum Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo in certis, & peculiaribus feſtivis diebus, vel dantibus eleemoſynas fratribus Ordinis Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo, quas conceſſiones Apoſtolicas refert Sixtus IV. *in ſua Bulla ſecunda* pro Religione Carmelitarum,quæ incipit: *Dum attenta, quod glorioſiſſima* & etiam eas refert Gregor. XIII. in ſua Bulla *Vt laudes*,quæ habentur authenticæ in noſtro Conventu Tranſpontino, & in hoc Vlyſſiponenſi Carmelo,& in Bullariis Carmelitarum Diſcalceatorum *fol.*117. *& fol.*326.& apud Bull.Rodrigues. 260. Stephan. V. Leo IV. Adrian. II. Sergius. III. Alexand. II. Sixtus IV. Gregor. XIII. Bull. Diſcalceatorũ. Rodrig.

Has omnes Summorum Pontificum antiquorum conſtitutiones refert, & approbat, & confirmat Sanctiſſimus Dominus Clemens X in ſua Bulla data proCarmelitis anno 1673.die 8 Maij,ex quibus aperte conſtat,quod ſex Summi Pontifices ante annum milleſimum nos vocant fratres Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo, & Stephanus V. & Leo IV. fere per quadringentos annos ante Brocardum tali magnifico nomine nos condecorãtur,& per lectiones B. Virginis de Monte-Carmelo multoties à Sede Apoſtolica approbatas conſtat nos tali nomine gaudere à tempore Apoſtolorum, ac primitivæ Eccleſiæ. Vnde recte ait Iodocus Clitoveus in quadam concione: *Nomen ſibi vendicant fratres B. Mariæ, qui quidem titulus non novus eſt, neque arbitraria recentiorum inſtitutione, ſed Apoſtolorum tempore illi adſcriptus.* Ex quibus advertant Auctores omnia cautè,& cum multa indagine ſcribere timeant id,quod ait Menochius de arbitrariis:*nulla major injuria Authoribus,quam quod mendaces,ac falſi deprehendantur.* 261. Clem. X. Clitov. Meno.

QVÆSTIO XVIII.

Quam ſublime, ac magnificum ſit nomen dici fratres Ordinis Beatiſſimæ Virginis de Monte-Carmelo.

PRo hujus rei commendatione maxime omni conſideratione notanda, ac exponenda ſunt verba, quibus ſummus Pontifex Sixtus IV loquitur in hac re in ſua Bulla, quæ incipit. *Dum attenta meditatione penſamus*, ſic ait: *Virgo Dei genitrix glorioſiſſima, cujus pulchritudinem Sol, & Luna mirantur..... ineffabili Spiritus ſancti cooperante virtute nota genuit, produxitque Sacrum Ordinem B. Mariæ de Monte-Carmelo à Sede Apoſtolica, pluribuſque Romanis Pontificibus approbatum.* Et poſtea ſubdit: *Quem Ordinem ejuſdem glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis ſpeciali titulo voluit inſigniri, ut ob ejuſdem Virginis reverentiam Ordo ipſe à Chriſto fidelibus, meritoque amplius veneraretur.*

162. Verba Sixti IV.

Multa, & valde magna in noſtram laudem dicit ſummus Pontifex, & ait, quod Virgo: *Genuit, produxitque Sacrum Ordinem de Monte-Carmelo*, & in omnibus ſe exhibuit, ut vera Mater in multis donis, ac favoribus, ut patebit ex infra dicendis, & quia valde commune erat, ut Matres filiis nomina imponerent, ſic Eva primogenitum ſuum vocavit Caïn Gen. 4. n. 1. ſic & Rebecca nomen dedit Eſaü, & Iacob, ut multorum eſt ſententia Gen 25. n. 22. ſicque Samſonis mater nomen ei impoſuit Iudic 13. n. 24. ſic & Anna Samüelis mater filio ſuo nomen dedit 1. Reg. 1. n. 20. ſic & mater Salomonis ei nomen indidit 2. Reg 12. n. 24. ſic & Sanctiſſima Virgo, ut ſe vere Matrem oſtenderet nobis nomen impoſuit, ut ait citatus Pontifex: *Quem Ordinem ejuſdem gloriosæ Virginis Dei Genitricis ſpeciali titulo voluit inſigniri*, ob ejudem Virginis reverentiam.

163. *Matres dant filiis nomina.* Gen. 4. Gen. 25. Iudic. 13. 1. Reg. 1. 1. Reg. 23 2. Reg. 12.

Dicitur Gen. 6. n. 2. *Videntes Filij Dei filias hominum*, quinam ſunt iſti Filij Dei? vera, & communis ſententia eſt, quod ſunt filij Seth, Enos, Enoch, Lamech, ut tenent D. Chryſoſtom. Noſter D. Cyrillus, Theodoret. Rupert. D. Hilarius in Pſal. 132. qui ob ſuam ſanctitatem, juſtitiam, ac reverentiam, & cultum erga Deum, ita ut Enos fuerit primus, *qui cœpit invocare nomen Domini* Gen. 4. n. 26. qui ergo in veneranda, ac recolenda ſuprema Dei majeſtate ſunt primi, primi nominis ſplendore gaudeant, & exultent, ut Filij Dei dicantur; Carmelitæ in cultu, ac veneratione Virginis Mariæ cum in ejus honorem omnium primi Sacellum conſtruxerunt, ac ædificarint, inde ex ejus ſingulari benignitate habent, ut filij, ac fratres Beatæ Virginis de Monte-Carmelo dicantur.

164. G 6. D. Chryſoſt. D. Cyril. Theod. Rupert. D. Hilar. Gen 4. *Carmelitæ primi in cultu Virginis, primi ejus nomine nobilitantur.*

Magnis, & altiſſimis donis condecorat Deus Abrahamum conſtituens eum Patrem multarum gentium, ut ſemen ejus poſſideat portas inimicorũ ſuorum, & init pactum cum eo in carne ejus in fœdus ſempiternum, datur ei ſupremum donum, ut ſit, & dicatur Pater filij, ac Virginis Mariæ, & in ſignum tantorum magnalium mandatur ei: *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham.* Gen. 17. n. 5. in quo ut notant D. Hieron Lippomanus, & alij; antiquo nomini *Abram*, addidit Deus unam literam *H*, ex ſuo magno nomine *Tetragrammaton* Lippoman. *In quo magnam prærogativam ei concedit.* Si una litera nominis Dei data Abrahamo eſt illi in magnam prærogativam, quanta, & valde ſublimitate, ac honore nos condecoramur à Sanctiſſima Virgine Maria, cum non una tantum litera, ſed ejus nomine gloriamur, ut dicamur fratres Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo.

165. Gen. 17. D. Hier. Lyprom. *Virgo non unam literam, ſed totũ ſuum nomen nobis dat.*

Quem ordinem, ait Pontifex, *ipſa Virgo genuit, & produxit*, & ideo ſuum eximium amorem erga nos declarat ſæpe filios dicens, ut oſtendam infra q. 20. filij autem nomen ſupremum, & eximium amoris affectum importat, & manifeſtat In ultima Cœna ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Ioan. 13. n. 33. Chriſtus ſẽper intimè dilexit ſuos Apoſtolos, numquam eos dixit filios, niſi modo in ultima cœna, quando miro, & admirabili modo omnes amoris exceſſus prodierũt, tunc *lavit pedes diſcipulorum ſuorum*, eiſque promiſit ſupremũ donum Spiritus Sancti, *Cum autem abiero mittam eum vobis.* Ioan. 15. pro eis ad Patrem orat cap. 17. *Pater, tui erant, tu mihi eos dediſti*, alta, & ſublimia præbet documenta, & quod maximum, & majus eſt omnium, inſtituit Diviniſſimum Sacramentum, in quo ut ait, Tridentinum declaravit divitias ſui amoris, & tunc, & non antea eos dicit filios niſi modo inter tantos amoris exceſſus, non occultatur, ſed prodit nomen filij; quia in eo exundat omnis amoris affectus Rupertus Abbas ibi: *Uno, eodemque nomine.*

166. Ioan. 13. *Exuberãtia amoris in nomine filij declaratur.* Ioan. 15.

Maxime exaggeratur Divini Patris amor erga homines, ut notat D Aug. tract. 2. in Ioan. ponderans illius ſublime, & altum arcanum illius Evangelij: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, id eſt: *In principio:* In Patre Æterno, qui per excellentiã eſt principiũ ſine principio, & eſt principiũ totius entis tã increati, quam creati. *Et Verbum erat apud Deum* per intimam, ac ſubſtantialem identitatem, ac ſubſtantialem naturam cũ Patre. *Et Deus erat Verbum.* Et ipſum Verbũ erat verus Deus æqualis cum Patre: Deinde pergit Evangeliſta per altiſſimos, ac ſublimes diſcurſus, & deſcendit agens de generatione adoptiva, quam Æternus Pater conſtituit in hominibus: *Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri his, qui credunt in nomine ejus.* Ad quid ſublimis Aquila cum incipias agere de generatione æterna, ad quid divertis ſermonem ad filios adoptivos? Vt declararet, ac exprimeret ſupremam exabundantiam Divini paterni amoris erga nos. Inter homines datur filiatio adoptiva ex defectu generationis naturalis; at tantum in exceſſu crevit amor Æterni Parentis, quod cum haberet unicum filium perfectiſſimum, & naturalem, utpote verum Deum ſibi æqualem, ſic tantum dilexit homines, ut etiam per gratiam eos filios crearet, ſic in præſenti in perſona Chriſti exaggerans ejus amorem loquitur D. Aug. citatus: *Magna benevolentia, unicus natus eſt, & noluit manere unicus.* Ex quo conjice quàm magna, ac ſublimis extiterit benevolentia Sanctiſſimæ Virginis, quæ multoties apparens cum unigenito filio ſuo Ieſu in brachiis, ut dicam infra q. 20 in præſentia tanti, ac talis filij per ſuum eximium favorem, ac gratiam nos etiam filios appellat, ac dicit.

167. Ioan. 1. D. Aug. *Eximius amor Virginis Mariæ, quæ nos etiam vult habere filios per gratiam.* D. Aug.

In primo rerum opificio ſupremus Artifex dixit: *Fiat lux, & facta eſt lux.* Gen 1. n. 3 Quæſtio eſt, quæ erat lux? nam quarta die Deus fecit *duo luminaria magna luminare majus, ut præeſſet diei, luminare minus, ut præeſſet nocti, & ſtellis.* Gen. 1. n. 11. Communis eſt ſententia, quod iſta luminaria creaverit Deus ex illa nube lucida creata primo die. Vnde eleganter dixit Magnus Hyſicus: *Primogenitus lucis Sol*, poſtea vero creata ſunt alia; nubes lucida, ac refulgens totius Eccleſiæ eſt Virgo Maria, ſic etiam appellant Sancti Patres *luminare corpus, quod totam Eccleſiam illuminat*, ut dixi ſupra q. 10 *Primogenitus autem lucis Sol*, Primogenitus autem filius, ac primogenita Religio Sacratiſſimæ Virgini Mariæ dedicata, ac

168. Gen. 1. Hyſicus. *Sol primogenitus lucis.*

ac conſecrata eſt ReligioCarmelitana, quæ ejus luce illuſtrata, ejuſque favoribus fomentata, uberes fructus protulit in Eccleſia Dei, ut dicunt Summi Pontifices infra citandi.

QVÆSTIO XIX.

De Indulgentia conceſſa ab Vrbano VI. nominantibus OrdinemCarmelitanum, vel fratres Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo.

269. *Titulus fratrum B. Mariæ per multos Pontifices cõfirmatus.*

IN præfatis lectionibus dicitur, quod hunc titulum fratres Ordinis B.Mariæ de Monte-Carmelo Summi Pontifices *non ſolum confirmarunt, ſed & indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel fratres ſingulos nuncuparent conceſſere.* Quod Summi Pontifices hunc titulum fratrum Ordinis B Mariæ confirmarunt, patet ex multis Bullis conceſſis à Sede Apoſtolica ſub hoc nomine, ut vidimus q. 17. quod vero attinet ad dicentes hoc nomen, de quo eſt quæſtio.

270. *Multi inimici contra Religioſonem.*

Multi invidioſi inique ferentes quod tanto nomine eſſemus inſigniti, variis calumniis illud auferre intendebant, dicentes nos dici fratres cujuſdam Mariæ peccatricis, ac pœnitentis, & ut talis error contra conſtitutiones Apoſtolicas, ac diplomata Summorum Pontificum extingueretur, & omnino expurgaretur ab hominum memoria Procurator Generalis Ordinis M.Fr. Nicolaus de Luca per Eminentiſſimum D. Cardinalem Bartholomæum tit. S.Marcelli protectorem Ordinis, hanc fecit ſuæ ſanctitati ſupplicam

271. *Supplica Procuratoris Generalis.*

Supplicat igitur ſanctitati veſtræ Fr. Nicolaus de Luca Procurator Ordinis B.Virginis de Monte-Carmelo, & omnium, & ſingulorum veſtræ ſanctitatis devotorum fratrum, Ordinis prædicti, quatenus ſanctitas veſtra dignetur opportuno remedio providere contra talia obloquentes, & detrahentes in favorem, & honorem Ordinis prædicti, & omnibus Chriſti fidelibus, qui ordinem ipſum, & fratres ejuſdem ordinis; Ordinem & fratres Beatiſſimæ Mariæ Genitricis Dei vocaverint, nominaverint, ſeu appellaverint, ſi in gratia extiterint Indulgentiam trium annorum, & tot quadragenarum concedere gratioſe perpetuis temporibus duraturam.

Indultum.

Indultũ Vrbani VI.

Cui ſupplicationi de benignitate Sedis Apoſtolicæ annuens, ipſam liberè in eandem formam conceſſit. Data Romæ in hoſpitio habitationis noſtræ. Septimo Kalendas Maij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Vrbani Papæ Sexti anno ſecundo, qui fuit annus 1378. *nam Vrbanus VI. creatus fuit Pontifex anno* 1378.

272. *Singulare beneficium.*

Quod eſt valde ſingulare beneficium hujus Ordinis, quod ſolum ex *ejus nomenclatura concedatur Indulgentia, in quo videntur Summi Pontifices imitari teneriſſimam*, ac ſingularem Virginis benevolentiam erga hunc Ordinem, ut notat Theophylactus, Reynald.de Sacro Scapul.& ait: *Ideo Summi Pontifices merito conſueverunt tantæ Matris affectum, ea gratitudinis ſignificatione eſſe recolendum.*

Theoph. Reynald.

273. *Indulgẽtiæ nõ revocantur.*

Quæ indulgentia licet fuerit vivæ vocis oraculũ per dictum Cardinalem ſancti Marcelli, tamen non eſt revocatum per conſtitutionem Vrbani VIII. Primo quia gratiæ, quæ ſunt merè favorabiles, & nullum Eccleſiæ conferunt detrimentum, non ſunt revocatæ per talem conſtitutionẽ, ut ex verbis ipſius conſtitutionis conſtat, ut valde probabiliter tenent Sapiẽtiſſimus ac digniſſimus noſter Generalis Theodorus, Statius de Inſtructione noſtræ Religion.c.20. n.7. M.Lezana in ſumma verbo Oraculum n. 5. & ego opuſc 2.reſol.46 cũ Bellizario, Bordono, & aliis.

Statius. Lezana. Bellizar. Bordon.

Secundo, & fortius: Illa, quæ erant vivæ vocis oracula, & poſtea per alias conceſſiones Pontificias habentur tamquam in Bulla publica non ſunt revocata; quia jam exuerunt naturam oraculorum, ut communiter tenent Doctores circa quandam Bullam Pauli V anno 165. die 23. Maij & alteram conceſſam pro noſtris Diſcalceatis ab eodem Paulo V. 1610. die 3. Aprilis, ut dixi citato opuſc. citat. Reſol. 46. q 2. v. 13.

274. *Aſſignãtur alia Bulla.*

Tunc ſic probo: Vrbanus VI. dedit illud vivæ vocis oraculum anno 1380, poſtea verò Sixtus IV. in ſua Bulla, *Dum attenta meditatione.* Datum Romæ anno 1473 & ſua ſanctitas approbans, & ex certa ſcientia omnia nobis conceſſa, & ſic ait: *Ex certa ſcientia, & motu proprio approbat, innovat omnes gratias plenarias, & gratias ſpirituales, & temporales ordini veſtro, veſtriſque domibus, aut fratribus in genere; vel ſpecie quomodolibet conceſſas.* Illa dictio *quomodolibet* valde latè comprehendit, ut late probat Barboſa diction 330.n 1. Omniaquocumque modo ſub quacumque verborum forma fuerint cõceſſa, & n 2. comprehendit omne jus, ſive directum, ſive indirectum, ſive proprium, ſive improprium, pro hoc citat multos, & magnos Doctores. Cum ergo dictio: *Quomodolibet* comprehendat omnia, nullamque patiatur exceptionem, & Sixtus IV. in ſua Bulla innovet & confirmet omnia quocumque modo Religioni conceſſa, hoc non ſolum ad Bulla, ſed etiam ad oracula pertinet, quæ omnia ſunt innovata, & inſerta in Bulla Sixti IV. & non comprehenduntur in revocatione facta in oraculis

275. Sixt. IV.

Barboſa.

Incorporatum in Bulla.

Tertio, quia multorum graviſſimorum Doctorum Fr.Antonij ab Spiritu Sancto, Bellizarij, Hurtadi, Perinis, quos adduxi citata Reſol.46. q 2.n.11. ſententia, que tenet, & docet privilegia Regularium vivæ vocis non eſſe revocata per generalem revocationem oraculorum, ſed eſſe in ſua viridi, & valida obſervantia.

276. *Religionũ non revocata.* Anton. Hurtad.

Textus. *Ne vero nomenclaturam tantũ magnificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam, verũ etiã inſigne Sacri Scapularis, qui dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur, ac demum cũ olim in Europa ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium Tertiũ, non pauci pro illius extinctione inſtarẽt, aſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria planèque juſſit ut inſtitutum, & homines benignè complecteretur.*

EXPOSITIO.

277. Valde vulgare eſt apud sãctos Patres, & Doctores quod nomina à Deo impoſita magnã important ſignificationem in multis mirabilibus, & magnis operandis prodigiis; ſic cum olim Magnus ille Patriarcha diceretur Abram, mãdat illi Deus, ut dicatur Abrahamus, id eſt Pater multarum gentium, ſic & Princeps Apoſtolorum cum diceretur Simon Ioannis præcepit Chriſtus, ut diceretur Petrus, utpote petra, ac fundamentum totius Eccleſiæ, ſic & cũ noſtri Religioſi antiquitus dicerentur filij Prophetarum, nutu Virginis dicũtur fratres B Virginis de Monte-Carmelo, utpote Sactatiſſimæ Virginis conſecrati, ac ſub ejus tutela, quã in multis ſunt experti, & hoc ab exordio, ac à primitiva Eccleſia.

Gen. 12.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XX.

De multis, ac magnis mirabilibus, quibus Sacratiſſima Virgo ſe præbuit matrem, ac Tutelarem Carmelitarum.

278. Pſ. 105. Chald. *Nullus poteſt.* AIt Regius Vates Pſalm.105.n.2. *Quis loquetur potentias Domini,& auditas faciet omnes laudationes ejus.* Chaldæus explicat : *Quis poteſt tot ejus mirabilia declarare, ac annuntiare*, quibus Sacratiſſima Virgo Maria voluit ſuum Ordinem Carmelitanum condecorare, ac nobilitare, quæ tot, & tanta ſunt numero, magnitudine,ac excellentia, ut noſtrum intellectum excedant, ac ſuperent.

279. *Eos filios, fratreſque appellat.* In illa primitiva Eccleſia ; promulgato Evangelio,noſtri antiqui Patres illud amplexati ſunt ſine ulla mora,ad pedes Sacratiſſimæ Virginis convolarunt,ipſam venerantes,ac adorãtes,ipſoſque benignè excepit,& ut omnium Magiſtra illos docuit, & illuminavit in multis,& magnis fidei myſteriis,eoſque viſitare,ac honorare dignata eſt in Monte-Carmelo,ut ſupra dixi q.11.eoſque ſua eximia benignitate fratres,ac filios B. Virginis Mariæ de Monte-Carmelo vocari conceſſit,ut inquit Sixtus IV. in ſua Bulla prima,& ſecunda pro Carmelitanis: *Ipſa Sacratiſſima Virgo,cujus pulchritudinem Sol,& Luna mirantur, immenſa ſancti Spiritus cooperante virtute genuit,produxitque Sacrum Ordinem Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo.* Et poſt pauca ſubdit Pontifex : *Prædicti Ordinis profeſſores in firmamento Catholicæ fidei militantes,tamquam Religionis ſpeculum, & exemplar,ſpeciali Charitate fulgentes.* Et tandem apponit dictus Pontifex : *Fructus quoque uberes, quos dictus Sacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ in propagatione Religionis, & fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, & producit, ac in futurum producetur in fore indubitanter ſperamus.* Quæ omnia luculenter explicat Gregorius XIII. *in ſua Bulla ad laudes* dicens : *Beatiſſima Virgo Maria viſceribus ſuis Carmeliticum Ordinem ſpiritualiter genuit, & ad ubera lactavit.* Ex tanta Virginis gratia, ac peculiari protectione innumerabilium, quæ nobis contulit,pauca videamus.

Sixt. IV. *Carmeliticum ordinem genuit Beata Virgo.* Gregor. XIII.

280. *Admonet Virgo trãſeundum ad Occidentales plagas.* Primo : Cum in Syria magna perſecutio à Turcis, & Mauris eſſet exorta in Chriſtianos, & maximè in Carmelitas, qui crudeliter vexabantur, ac multis cruciabantur, à Priore Generali convocato Capitulo multi dicebant,quod tranſeundum erat ad partes Occidentales,eo quod ibi nullo modo poterant conſervari, ſed quotidie minuebantur. Alij è contra dicebant non eſſe recedẽdum à ſuo antiquo loco, milites fortes terga non vertunt, ſed ad mortem uſque perſiſtunt.Cum res maximè verteretur in dubium Sanctiſſima Virgo apparuit Sancto Priori Carmeli; *Admonuitque ut petitioni fratrum, qui Orientale lumen tenebris occiduis inferre volebant nequaquam obſiſteret, innuens à ſe, & à filio ſuo hunc egreſſum eſſe ſermonem, quatenus Carmeli flores, non ſolum Paleſtinam & Syriam, ſed orbem adornent univerſum.* Ita referunt Guillelmus Samucus Paleonyd. Arnoldus, Boſtius apud vineam Carmeli n. 497. fol mihi 251.

Guillel. Samuc. Paleon. Arnold. Vinea Carmel.

281. S. Cyril. *Voique auxiliat.* Thom. Et jam Sanctiſſima Virgo hanc tranſmigrationem revelavit S. Cyrillo Eremitæ Montis Carmeli promittens ei *ubique Religioni ſuæ auxiliaturam.* Ita referunt Guillelm. Mamc de multiplicit.Ordin.c.3. Arnold.cap.5.Paleonyd.lib.3. cap.4. Thomas de Ieſu lib.2. de frater. Carmeli cap. 11.

282. Hon. Secundo ut dicitur in lectionibus: *Cum ordo eſſet ignotus in Europa,& apud Honorium III. non pauci pro illius extinctione inſtarent. Aſtitit noctu puriſſima Virgo, planeque juſſit, ut inſtitutum, & homines benignè complecteretur.* Et tunc mirabiliter contigit,ut illa, eadem nocte duo Palæſtini crudeles adverſarij Religionis perierint, & mortui fuerint ; quod cum audiſſet Honorius, dato diplomate, dictum ordinem, ac ſtatum confirmavit,& approbavit, Bullam integram refert Cherubinus Bull. tom.1. in Honorio III. Conſt. 8. & de hoc magno miraculo ſcripſit Caſſanæus *de gloria Mundi 4. p. conſid.* 8. Pineda in Monarch. *cap.* 23. Rodrigues *tom.1.q.2. art.5.* Bellarm. *in ſua Chronolog a lib de Scriptoribus Eccleſiaſticis.* Ægidius Luſit. lib. Cui titulus *Primas Auguſti lib.1 cap.* 3. Abraham Brovius *tom.13. Annal. anno Chriſti 1217. n.12.*

Caſſan. Pineda. Bellarm. Ægid. Luſitan. Brovius.

Tertio : Cum in Europa multi Conventus Carmelitarum ædificarentur quod valde ægrè ferebant quidam Prælati,qui omni acerbitate moleſta,ac vexatione perſequebantur Carmelitas, illi ad ſolitum Virginis Mariæ patrocinium recurrentes, eamque invocantes ipſa puriſſima Virgo apparuit Sancto Simoni Anglico Generali,& ait : *Vade ad Innocentium quartum intrepidè, qui juxta ſui nominis interpretationem partem innocentium fovere debet, inflictis gravaminibus remedium imponat.* Generalis divinæ Virginis monitis obediens ad Innocentium abiit, ſua mandata expoſuit, & à Pontifice valde benignè exceptus, multis remedium impoſuit, & veluti ex Divino afflatu omnia quieverunt. Ita ſcribunt Boſtius *lib.de patron. Virg. cap.* 9. Abraham Brovius *tom.13. Annal. an.1245.* Trithem. *de laudibus Carmeli.* & alij.

283. *Ex Innocentio mitigantur tempeſtas.* Boſtius. Brovius. Trith.

Quarto:Valde in hac re celebri eſt Bulla Ioannis XXII. vulgo dicta Bulla Sabbatina, ut ipſe teſtatur: *Mihi flexis genibus viſa fuis Virgo Carmelita,* id eſt Carmelitano habitu induta, *Sequentem efflata ſermonem ô Joannes, ô Joannes, Vicarie dilecti filij mei à tuo te eripiam adverſario*, ſcilicet diabolo, *iſtam gratiam, & amplam meo ſancto, & devoto Carmelitano Ordini confirmationem debes præconcedere per Eliam, & Eliſæum in Monte Carmelo inchoato.* Quam Bullam confirmarunt alij Pontifices ſucceſſores Alexander V. eam integram refert in ſuo diplomate cujus initium : *Tenore cujuſdam.* Clemens VII Paulus III Gregor. XIII & de hoc multi omnes noſtri Authores Ioannes XXII.

284. Ioannes XXII. *Virgo mandat dare confirmationem.* Alexand. V. Clemens. VII. Paulus III. Gregor. XIII.

Quinto:ad annum 1264. In quodam Conventu Tholoſanæ Provinciæ cum quidam Religioſus valde devotus Virginis Mariæ, qui ab ea multas viſiones receperat : *Vidit Sacratiſſimam Virginem geſtantem filium ſuum Ieſum Chriſtum ſuper brachia, erat autem veſtibus albis induta ad modum Sororum Ordinis,excepto quod in capite gerebat coronam, vidit & Angelos duos, unum à dextris, & alium à à ſiniſtris eius tenentes pallium album, & extendentes, ſub quo videbantur nec non viros albos, & mulieres nitido indutas, ſub quo etiam ipſe frater recipi videbatur, & quaſi à vento, & turbine videbantur omnes defendi*, nempe ab omni adverſitate, ac contrarietate, ita referunt Arnoldus Boſtius Hiſtoriali ſpeculo, Balduinus, Leſſius, *In collectaneo exemplorum.* Doctor Ioſephus Andreas decore Carmeli 11 n 22 & alij apud ipſum.

285. *Virgo ſub pallio ſuo recipit.* Arnald. Boſtius. Leſſius. Ioſeph.

Sexto : In conventu Barbatiæ, in Alemania miſſa ſolemniter celebrata cum fratres ſtarent in Choro in fervida oratione quidam magnæ, & inſignis virtutis vir vidit Beatiſſimam Virginem habentem filium ſuum in brachiis,quæ & fatres benignè reſpiciebat,& procedens per chorum flores per fratres dividebat, cuidam rubicundos in ſignum fervidæ charitatis, alteri lilium candidum in ſignum puritatis,

286. *Dividit flores.*

tatis,& alteriſimiliter,quod cum dictus frater aliis narraſſet,omnes glorificaverunt Deum,& ejus ſanctiſſimam Matrem, ex aliis refert Lezana *Maria Patrona* cap. 5. n 38.

Lezana.

287. Septimo: Cum in Anglia multi ſæculares duriſſima, & crudeli infeſtatione noſtros Religioſos omni modo vexarent,ac perſequerentur,ita Dei venit ſuper eos,& divinitus puniti ſunt, multique ſubitanea morte perempti, & propter hæc,& alia ordinata fuit quædã proceſſio,in qua noſtri Religioſi Carmelitæ cùm incederent accedẽtes ad quãdã imaginem ligneam B. V. inclinantes ſe fratres ad illam, & dicentes: *Ave Maria* (ô rem mirabilẽ)Ipſa imago lignea inclinavit caput, & ter alta voce dixit: *Ecce ſunt fratres mei.* Refert ex multis Daniel à V.Maria vinea Carmeli n. 528.alias f.269.

Clamat Virgo ecce ſunt fratres mei.

Daniel.

288. Octavo valde mirabile eſt illud, quod contigit in noſtro Conventu Bononiæ, quod cum fratres decantarent Antiphonam *Salve Regina.* Cumque perveniſſent ad illa verba : *Et Ieſum Benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende.* Proh magnum miraculum ! adfuit Sacratiſſima Virgo, dicens: *Pſallite devotè filioli,vobis enim filium meum Ieſum & in præſenti, & in futuro ſæculo oſtendam.* Et illis puerum, quem in ulnis geſtabat, videndum tradidit. Palæonyd. lib. 3. c.11. Ioſeph Andreas decore 11. n. 22.

Virgo oſtendit filium ſuum.

Palæon. Ioſeph.

289. Nono : Valde mirabile, quod apud Toloſam contigit,cum noſtri Religioſi ædificarent conventum in certo loco,à quodam Iudæo converſo dato cum durè, ac ægre tuliſſet Dux, ſeu Capitanus illius loci monaſterium circundedit tamquam muro,ut de victualibus nihil poſſent habere Religioſi, ſed perirent. Illi ad devotiſſimam Imaginem exorantes cantantes illam Antiphonam: *Ave Stella matutina, peccatorum medicina , tu nos in hoc carcere ſolare propitia.* Circulus factus à Duce, tãquam muri Iericho,cecidit,& oculi ducis ceciderunt uſque ad maxillas,qui tamen facti pœnitens confugiens,ac orans ad B.Virginem cum Religioſis, oculi redierunt ad ſuum locum,& ipſe ſumpſit habitum Religionis : Ita ex multis refert Lezana *Maria Patrona* cap.5. n.21.

Mirabiliter. liberantur Religioſi canentes antiphonam.

Lezana.

290. Decimo anno 1578. die 12. juxta Viluordiam, cum quidam milites hæretici invaderent Monaſteria Monialium B. V. de Monte-Carmelo , viſa fuit quædam matrona valde mirabilis , & venerabilis albo induta pallio ambulans ſuper muros Monaſterij,injectas flammas, & prædones aſcendentes abigebat,quorum plures in terram conſternati ceciderunt,& ſimul idem paſſi ſunt, qui dormitorij ingreſſum tentarunt ; Ita refert Antonius Sanderius in Britannia illuſtrata lib.7. c.74.

Moniales liberantur.

291. Vndecima,& duodecima ſint duo illa & valde particularia beneficia,ac ſingularia, unũ revelatio facta ſancto Petro Thomæ de perſeverentia Ordinis uſque in finem ſæculi,de quo multoties eſt dictum,alterum Sacrum Scapulare , de quo pauca pro dignitate à nobis dicenda ſunt

S. Petrus Thom. S. Simon Stoch.

292. Sicut de multis; & magnis beneficiis , quibus noſtra ſacra familia à Virgine Maria eſt nobilitata de quibus latè noſtri Authores,duodecim hic tantum appoſui, qui eſt numerus certus,ſub quo cæteri comprehenduntur numeri.

293. Dicitur Cantic.5. num 11.*Caput ejus aurum optimum*, id eſt coronatum corona aurea cap. 7. n. 5. *Caput eius, ut Carmelus*, id eſt coronatum Carmelo,ſeu floribus Carmeli, nam omnes virtutes , & illuſtria merita ſanctorum Carmeli ab interceſſione, ac favore Virginis procedunt, & ideo in eorum operibus ipſa coronatur.

Cant. 5. Cant. 7. *Merita ſanctorũ Carmeli ex Virgine.*

Apparet Virgo ſanctiſſima amicta Sole , & in capite ejus corona ſtellarũ duodecim. Apocalypſ. 12. num. 1. per quas duodecim ſtellas , duodecim Apoſtoli intelliguntur, quia eorum illuſtria facta per Virginem ſunt exhibita , & adimpleta. Carthuſian. de laudibus Mariæ art.16. ubi ſic ait.*Virgini attribuitur tota Corona duodecim Apoſtolorum, quoniam meritis ejus fuerunt vocati , ac per ejus inſtructionem edocti, per ejus quoque ſuſpiria , & orationes Spiritu ſancto repleti; Vnde & Virgini ſanctæ ſingulariter attribuitur tota per Apoſtolos facta mundi victoria.* Merito Apoſtolis coronatur , quia per interceſſionem Virginis habuerunt Apoſtoli,ut replerentur Spiritu ſancto,& illuſtria facta ederent.

294. Apoc.12. Carthuſ. *Merita Apoſtolorum ex Virgine.*

Et in hoc convenit id, quod dicitur Apocalypſ. 19. num. 12. de Chriſto Domino : *In capite ejus diademata multa.* Sicut dictum fuerat per Zachariam 6.n.11.*Facies coronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſedech Sacerdotis Magni*,ad quem locum ſic ait D. Hieronymus : *Imponuntur Coronæ Ieſu filio Ioſedech, quia nobis proficientibus,& reverſi ad meliora per ſingulas virtutes noſtras Dominus coronatur:imo nobis per pœnitentiam coronatis Salvator in ſingulis coronam accipit* Rupertus : *Scimus per ſingulas virtutes noſtras Dominum coronari,& multa in capite ejus diademata.* De his multa dixi citato cap. 19. q. 26.

295. Apoc.19. Zachar.6 D. Hier. *Chriſtus noſtris operibus coronatur.*

QVÆSTIO XXI.

De circunſtantiis , quibus Sacrum Scapulare fuit datum,ac receptum à Sancto Simone, ac de nomine Scapularis?

296. AB hoc ſecundo incipio relictis iis , qui dixerunt ſignificare tegumentum capitis.Duæ ſũt probabiliores expoſitiones.Prima tenet deduci *ab Scapulis* obumbrantibus juxta illud Pſalm.90. n.4. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi.*Explicant D. Auguſt. noſter Incognitus, Eſtetius tamquam brachiis,ſeu alis extenſis, veluti gallina,quæ ſub alis ſuos pullos cuſtodit, ac defendit.

Pſal. 90. D. Aug. Incogn. Eſtetius. *A cuſtodiendo.*

297. Secunda,& probabilior, quam tenent Theophylus Raynaud.in proœmio tractatus Scapularis. quod Scapulare deſumitur ab Scapulis,ſeu humeris,eſt veſtis monaſtica, ſeu Religioſa deſcendens ab humeris, ſeu Scapulis in totum corpus, ut ipſum ſuo monaſtico ſigno cuſtodiat, & defendat, veniamus ad circunſtantias.

Theoph. Raynaud *Veſtis ab Scapulis.*

298. Cum noſtra Religio eſſet ignota in Europa , & denuò adveniſſet ex Syria, multi apud Honorium inſtabant, ut Religio extingueretur , Honorio apparet Virgo Sacratiſſima, præcipitque Religioſos benignè excipere, ut habetur in lectionibus , & ſæpe dictum, & in illa nocte crudeles adverſarij mortui ſunt, quibus viſis Honorius valde benigne excepit Religioſos,& multis , magniſque favoribus eos condecoravit, cum tanta Virginis Mariæ miraculoſa cuſtodia , ac protectio eſſet nota in Religione Sanctus Simon Stock tunc generalis de conſilio aliorum fratrum ann.1226. ut quotannis die 16. Iulij fieret in tota Religione Solemnis Commemoratio B. Virginis Mariæ pro tanta protectione; Ita refertur in lib. Flores Carmel. in feſt. commemorationis n. 23.

Solemnitas ab antiquo celebrata.

299. Quia vero Deus beneficiis beneficia addit eadem die 16. Iulij anno 1251 cum totam noctem tranſiſſet Sanctus Simon in fervida oratione,ut ipſe teſtatur,inter cætera rogabat,ac exorabat multis cum ſuſpiriis : *Flos Carmeli, vitis florigera , ſplendor Cœli , Virgo puerpera , ſingularis mater mitis,*

viri

Virgo dat Scapulare.

viri neſcia, Carmelitis dat privilegia, ſtella maris Virgo apparuit mihi cum grandi comitatu, & tenendo habitum Ordinis dixit: Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis privilegium. In hoc moriens æternum non patietur incendium. De hac magna gratia, privilegio, & favore, innumeri ſunt Authores, qui illud celebrent, & ſcribant, quos refert Lezana Maria Patrona cap. 5. num. 10. de illo faciunt mentionem in ſuis diplomatibus (octo) vel novem Summi Pontifices, de quibus infra cum de Bulla Sabbathina fuerit ſermo.

300. Et ſicut Sanctiſſima Virgo cum magno comitatu Angelorum, tamquam valde feſtivè dans Sacrũ Scapulare B. Simoni, ſic ille cum magno applauſu feſtivo illud excepit cum omnibus Religioſis gratulantes tam eximium, & magnum beneficium B. Virgini, & tunc compoſuit illam Antiphonã: *Ave ſtella matutina peccatorum medicina contra tela inimici clypeum pone*, quæ antiphona juxta noſtrum breviarium dicitur in Sabbatho, ac in officio commemorationis, etſi antiquitus à tempore Honorij feſtivè celebrabatur, poſt verò acceptum Sacrum Scapulare pro tam ingenti beneficio multo majori applauſu, ac pompa recolitur.

Excipitur cum feſtivitate.

301. Quæ ſolemnitas commemorationis Sanctiſſimæ Virginis inde oſtenditur, quod ſit ei maximè grata ex facto, quod contigit anno 1619. in noſtro Conventu de Burgos, cum à noſtris Religioſis ſolemniter, & devotè veſperæ ejuſdem ſolemnis commemorationis cantarentur, quædam perſona magnæ, & inſignis virtutis vidit ad latus majoris altaris adeſſe B. Virginem Mariam habitu Carmelitano indutam, & pallium album habentem multis ſparſis ſtellis apparebat, ad cujus latus dexterum aderat S. Ioſephus ad ſiniſtrum S. Simon Stock tamquam feſtivitatis author, & tamquam ſua præſentia honorantes illam feſtivitatem. Ita refert Fr. Alfonſus à Matre Dei lib. de Sacro Scapulari.

Solemnitas commemorationis valde grata Virgini.

Flores Carmeli.

De hoc Sacro Scapulari tria ſunt agenda

I. Magnitudo doni

II. Illius prærogativæ

III. Illius obligationes.

QVESTIO XXII.

Suprema Regina Carmeli in Sacro Scapulari nobis adminiſtrat Divinum cibum, cœleſtem veſtem, ac victricem trophæum de inimicis.

302. MAximè alta indagine notandum, quod cum dicitur Cantic. 7. num. 5. *Caput tuum, ut Carmelus.* Subjungitur: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ* merito Sanctiſſima Virgo Carmeli dicitur *aſſimilata palmæ*, nam inter cætera, palma, quatuor prærogativis illuſtriſſimè ſublimatur, *Prima* ſua altitudine, ut notat D. Hieronymus *in cap.* 31. Iob, excedit, & extollitur ſuper omnes alias arbores plantas, & flores. *Secunda* dat fructum ſuaviſſimum, ac dulciſſimum, tanquam mellis. *Tertia prærogativa* dat etiam indumẽtum; nam ex ejus foliis apud antiquos multæ veſtes componebantur. D. Paulus primus Eremita togam, quam in ſolemnibus diebus induebat, de foliis palmarum ſibi intexerat, ut teſtatur D. Hieronym. in ejus vita. *Quarta* palma datur inſignum victoriæ: Tum ob ejus ſublimitatem, tum quia multum durabilis, & vincit quodammodo corruptionem; Vnde ait Iob 29. n. 18. *Sicut palma multiplicabo dies.* Tum quia ejus folia ſunt tanquam radij, quibus denotatur victores radiare, ac reſplendeſcere ſuper ſuos inimicos.

Cant. 7.

Palma quatuor prærogativis illuſtriſſima.

D. Hier.

D. Paulus Eremita.

D. Hier.

Iob. 29.

Hinc Chriſtus D. cum ingrederetur Ieruſalem Pueri cum Ramis Palmarum, ac Olivarum obviarerunt ei Matth. 21. n. 8 Marc. 11. n. 9. triumphum applaudentes, quem Chriſtus D. ſuo ingreſſu de principe tenebrarum reportabat, ut notat D. Iſidorus de Divinis officiis, quæ omnia mirificè reſplendent in Sereniſſima Regina Carmeli.

Mat. 21. Marc. 11.

D. Iſid.

Primò. Pulchrè ſuprema Regina Carmeli dicitur *aſſimilata palmæ*; quia ſicut palma ſua altitudine, ac ſublimitate, excedit omnes arbores, & plantas, ſic nomen Reginæ Carmeli ſuperat omnes alias ejus invocationes & nomenclaturas, ut pacis, ſpei, victoriæ, ut dixi ſupra q. 16. per totum.

303. *Nomen Reginæ Carmeli cæteris ſublimius*

Secundo Regina Carmeli aſſimilatur palmæ, prout nos adminiſtrat, properat, ac diſponit ad cœleſtem cibum: Cum Parens Elias dormiret ſub Iunipero: Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit: Surge, & comede: Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis 3. Reg. 19. n. 6. qui panis datus eſt Eliæ in figura Divinæ Euchariſtiæ, ut eſt valde communis vox Patrum: Cur panis iſte potius adumbrat Sacram Euchariſtiam, quam ille, quem Angeli ſub ſpecie corvorum, ut vult Abulẽſ. 3. Reg. c. 17. q 15 miniſtrabant ei in Charith, vel potius, quam alius panis, qui miraculosè datus eſt ei in domo viduæ Sarephtanim 3. Reg. 17. n. 9 Si panis datus eſt ſub Iunipero miniſtratus ab Angelo eſt typus Sacræ Euchariſtiæ, cur etiam tantum myſteriũ non adumbrat ille, qui apud Charith eſt oblatus, cum ejus miniſtri fuerint etiam Angeli, vel cur tantum honorem non obtinet panis à Divina potentia datus in domo viduæ? Cur tanto decore ſublimatur panis ſub Iunipero oblatus? Ad Iuniperũ venit Eliæ deſcendens de Monte-Carmelo, ubi in nubecula parva adoravit, vidit, magnoque cultu reveritus eſt Reginam Carmeli, & ex ejus apparitione, ac venerationis cultu ſe diſpoſuit, ac præparavit, ut particeps fieret tam altiſſimi miſterij in figura, & typo.

304. 3. Reg. 19

Abulenſ.

3. Reg. 17

Ex adoratione Reginæ Carmeli præparatur Elias ad figuram Euchariſtiæ.

Cum terra promiſſionis divideretur à Ioſuë per ſingulas tribus, dicitur: *Cecidit ſors quinta filiorum Aſer per cognationes, fuitque ſors eorũ uſque ad Carmelum maris* Ioſuë 19. n. 24. & cur Carmelus venit potius in ſortem Aſer, quam Rubem Simeonis Iſachar, & notanter dicitur, quod terminus ſortis Aſer eſt uſque ad Carmelum maris, & non ad quãlibet ejus partem, ſed uſque ad illam, quæ reſpicit mare *uſque ad Carmelum maris.* In illa parte Carmeli, quæ reſpicit mare orans Elias: *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari* 3. Reg. 18. in qua Elias Reginam Carmeli agnovit, & adoravit reverenter. *Aſer panis pinguis, & præbebit delicias Regibus* Geneſ. 49. n 20. In quo pane pingui cœleſtes Euchariſtiæ deliciæ denotantur, ut docent communiter Patres Euchoricus, Paſchaſius, Angelonus, deliciæ autem Euchariſtiæ in nullo alio participantur, ac guſtantur niſi ubi Regina Carmeli apparet, ſub ejus nempe umbra, ac protectione tales deliciæ habentur, & comedentes Reges conſtituuntur: *Præbebit delicias Regibus.*

305. Gen. 49.

Gen. 49. *Sub umbra Reginæ Carmeli delitеſcit Euchariſtia.*

3. Reg. 18

Gen. 49.

Euchor. Paſchaſ. Angel.

Tertio *aſſimilata eſt palmæ* Regina Carmeli prout nobis hanc cœleſtem veſtem dat, quæ nos liberat, ac cuſtodit, inde optimè comparatur cum palma, nam ut ait Amalarius lib. 1. cap. 20. *Cæleſtes radij, ac fulmina, dum magno impeto cadunt palmam non tangunt, nec lædunt*, ſic veſtis data à Regina Carmeli abſque ulla offenſa nos cuſtodit ab igne.

306. Amalar. *Ignis non tangit palmam.*

Vidit Moyſes illam viſionem grandem, quod *Rubus arderet, & nõ comburetur.* Exod. 3. n. 2. Quomodo Rubus inter ardentiſſimas flãmas non ardet, ſed integer perſeverat? quomodo ab igne ne leviſſimum

307. Exod. 3.

mum quidem patitur damnum? Vnde ligno tantæ vires contra voraces flammas, quibus nihil ſublunare poteſt reſiſtere? Rubus adumbrabat ſanctiſſimam Virginem Mariam, quæ concipiens Æternum Verbum lumen de lumine nec in corpore, nec in virginitate paſſa eſt aliquam minimam læſionem. Ab umbra Mariæ manavit virtus ad refræ-
German. nandam ardentem ignis flammam. Ita Germanus Conſtantinopolit. orat. de adorat. Crucis, & ſic ait: *Non ſua virtute rubus inconſumptus, & illæſus ſuavi igne perduraviſ, ſed propter Mariam, quæ in mortali, & ad corruptionem prona natura ignem*
Damaſc. *Deitatis portavit.* Ioannes Damaſcenus orat. 2. de Aſſumptione ait: *Ardens Rubus illæſus manet per ſimulachrum quoddam, & umbram Mariæ.* Si per
Vmbra Virginis liberat ab igne. umbrã Mariæ à vorace igne cuſtoditur Rubus intactus, bene infertur, quod per cœleſte donum ſacris ejus manibus compoſitum, ac datum, à flammeſcente igne ejus adoptivi filij erunt liberi, ac immunes, maximè, & præcipuè cùm ipſa Virgo in Sacro Scapulari adumbretur: quia, ut ait D.
D.Hier. Pſal. 71. Hieronymus ſerm. de Aſſumptione: *Beata Virgo eſt lana mundiſſima.* Vnde dicitur in Pſalm. 71 n. 6. *Deſcendet ſicut pluvia in vellus.* Virgo eſt veluti lana mundiſſima, quæ in ſe recepit rorem, Divini Verbi, ad cujus umbram Sacrum Scapulare Carmelitanum ex pura lana compoſitũ ſuo nativo colore ſine aliqua mixtura cœleſti rore Virginis Mariæ fœcundatum tot, & tanta mirabilia operatur.

Cum ex crudeli mãdato Nabuchodonoſoris tres
308. illi ſancti pueri Sidrach, Miſach, Abdenago eſſent miſſi in medio fornacis ignis ardentis, *Angelus autem Domini deſcendit, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit.* Daniel. 3. num. 50 Ignis non offendit nec eo-
Daniel. 3 rum corpora, nec veſtimenta, nec calceamenta, ut
D.Hier. Carthuſ. Hugo. notant D Hieronymus, Carthuſ. Hugo, & alij: Majus tamen miraculum videretur, ſi intactis corporibus eorum veſtimenta, & calceamenta eſſent conſumpta ab igne, cur ergo permanent illæſa, cur ab igne non devorantur? Ad majorem oſtenta-
D.Paſch. tionem Divinæ Omnipotentiæ. D. Paſchaſ. in Thren. cap. 3. ait: *Ignis non tetigit corpora ſanctorum, nec eorum veſtimenta, quæ ſua erant.* Si veſti-
Ignis veneratur veſtimẽta ſanctorum. menta cum eſſent illorum ſanctorum, ita veneratur ignis, ut inter voracia flammarum incendia maneant intacta, & illæſa, quanto magis venerabitur ignis Sacrum Scapulare Virginis Mariæ indumentum, ab illa confectum, ejuſque manibus impertitum.

Cum ſuis militibus Ioſuë ingrederetur civitatẽ
309. Iericho, eamque totam incenderet, ac deſtrueret; at domus Rahab cum ſuis parentibus, fratribus, omnibuſque cognatis manet libera, & ſuperſtes à tanto incendio ex dato ſigno appenſo in feneſtra; nam ob beneficium præſtitum exploratoribus, quos recepit in domo ſua promittunt illi domum ejus eſſe cuſtodiendam appoſito illo ſigno: *Si ingredientibus nobis terram, ſignum fuerit funiculus coccineus, & ligaveris eum in feneſtra, per quam dimiſiſti nos, & patrem tuum, & matrem, fratreſque, omnem cognationem tuam congregaveris in domum tuam.* Ioſuë 2. num. 18. omnes iſti ſalvi
Ioſue 2. erunt: Cur pro defenſione domus Rahab ab univerſo incendio, ac devaſtatione nullum aliud ſignum datur, niſi tantum funiculus, cur non potius ſanguis ſuperliminaribus, ut in domibus Hebræo-
Exod. 12 rum in Ægypto Exod. 12 n. 22. vel cur pro ſigno non datur gladius, lancea, vel ſcutum appenſum? Rahab gerebat figuram, vel umbram Virginis Mariæ, ut ait D. Bernardus ſerm. 2. de Aſſumptione: *Felix mulier, quæ jam non exploratorem Iericho, ſed potius illum fortiſſimum exploratorẽ meruit ſuſcipere Ieſum Filium Dei.* Et idem clarius tenet Se-
D.Bern. Serarius. rarius in Ioſuë q. 4. Rahab repræſentat umbram Virginis Mariæ, inde unum filum in domo ejus appenſum ſignum ſalutis eſt ab incendio, ac omni devaſtatione; quanto magis unum integrum veſtimentum atque Sacrum hoc Scapulare tutamen erit ab omni voraci flamma, ac incendio omnia devaſtante.

Signum veſtis Mariæ cuſtodit ab omni malo.

Hinc recte dicitur de Regina Carmeli: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* Olim dies indulgentiarum 310.
apud ſanctos Patres dicebantur dies palmarum, ut teſtatur Theatrum vitæ humanæ tom. 1. verbo *Benedictio* fol. 190. lit. E. dies Reginæ Carmeli dies
Theatrũ vitæ humanæ. ſunt omniũ indulgentiarũ nõ pro tempore determinato, ſed pro omni temporũ univerſitate, ut notat Heropolus lib. cap. 3. *Quod palma in omni Lunæ ortu ſingulis menſibus ramum novum profert*, &
Herop. inde Eccleſia de ſancto, ac juſto decantat: *Juſtus, ut palma florebit.* Lunæ curſus Symbolum univerſitatis, Regina Carmeli aſſimilata eſt palmæ, ipſa
Regina Carmeli multa profert dona. enim pro omni temporum univerſitate novos ramos, novoſque fructus cœleſtium donorum, ac beneficiorum producit, ac creat.

Quarto: *Statura, tua aſſimilata eſt palmæ.* Palma 311.
victoriæ ſignum, quæ maximè per Reginam Carmeli aſſequitur, & obtinetur: Devaſtato, ac deſtructo Amalech per Regem Saül: *Nuntiatum eſt Samueli quod veniſſet Saül in Carmelum, & erexiſſet ſibi fornacem triumphalem.* 1. Reg. 15 n. 12 Expli- 1 Reg. 15
cat Lyra *arcum triumphalem ex palmis, & olivis,* Lyran.
& dicitur fornax, ait Abulenſis, quia in eo deſcripta erat victoria Saülis de Amalech. Tamen maxime inquirendum, cur ad hunc arcum triumphalem Abulenſ.
erigendum nullus alius mons eligitur, niſi Carmelus, qui erat in tribu Aſer, cur non potius alius mons Libanus, vel Thabor? maxime cum Saül eſſet de tribu Benjamin? Ad tantum triumphum
Vbi Regina Carmeli ibi certa victoria. magno, & alto impulſu præ cæteris deſignat Saül Carmelum, nam eo ſpecialiter demonſtratur, ac fulget Regina Carmeli, & inde præ omnibus aptior erat mons Carmeli ad triumphum; nam ſub umbra hujus ſupremæ Reginæ maxime trophæa, ac victoriæ de inimicis reportantur, & glorioſè triumphatur.

Vt daretur adoratio vero Deo Creatori Cœli, 312.
& terræ, & deſtrueretur omnino cultus, qui impio Baal deferebatur convocat Elias totum Iſrael ad Montem Carmeli 3. Reg. 18 n. 19. ibi illo admira- 3. Reg. 18
bili ſacrificio igne de Cœlo adveniente: *Quod cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus Dominus ipſe eſt Deus.* Ibi- 4. Reg. 2.
dem n. 39. Deindè apprehenſis omnibus Sacerdotibus Baal: *Duxit eos ad torrentem Ciſon, & interfecit eos* ibi n 40. Cur Elias ad tantum triumphum de Idololatria, & Baalitis, de Rege Achab, ac Ieſabele non alium eligit locum, niſi Carmelum, cur Baalitis non dat optionem, ut eligant locum, ſicut eis dedit, ut primi facerent ſacrificium, vel cur Elias non eligit alium locum, v g Thabor? quia
Abulenſ. ut notat Abulenſis citato cap. 18 q. 34 erat prope torrentem Ciſon, ubi interficit Prophetas, vel potius cur non eligit Galgata, Bethel, vel Iericho, quæ loca Elias frequẽtabat 4 Reg 12. n. 4. Cur tantum Carmelum? Divina inſpiratione repletus Elias præ omnibus ad certamen eligit Carmelum, quia cum ibi adeſſet Regina Carmeli, certa victoria, indubitabileque magnum tropheum reportaretur.

Sub umbra Reginæ Carmeli certa victoria.

QVÆSTIO XXIII.

Sub auſpicijs Reginæ Carmeli omnia felicia, & proſpera.

313. CVm Populus maxima premeretur ſterilitate ob negatam pluviam,& per tot annos orante Elia: *Ecce nebucula parva aſcendebat de mari.* Seu ut ex Hebræo legitur *vola hominis*, vola autem idem eſt, ac alma manus,vel pedis, qua viſa pro certo habuit Elias magnam aquarum abundantiam citò,ac feſtinè exundare, ita ut per puerum mandaret Achab: *Iunge currum tuum, & deſcende, ne ocuppet te pluvia* 3 Reg 18.n.34 ideſt concitatis,ac agitatis equis curre,ut explicant Lyranus,& Abulenſis: Quomodo Elias ex tam parvula nubecula veluti *vola hominis* cum Cœlum eſſet ſerenum,aër quietus,nullaque ventorum commotio agitaretur, tam feſtinam aquarum exundantiam deprehendit? Aqua totius felicitatis ſignum eſt *Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ* Pſalm. 66. num.10. In illa nubecula veneratus eſt Sacram Reginam Carmeli,& inde pro certo ſtatuit, quod omnis ſterilitatis præſſura extincta erat, & omnium felicitatum, ac donorum copia reviviſceret citò,& velociter ad majorem doni illuſtrationem.

3 Reg. 18 Lyra. Abulenſ. *Regina Carmeli omnem felicitatem annuntiat.* Pſal. 66.

314. Ierem. 2. Cum Ieremias deſcriberet latè cap.2 quomodo Deus traduxiſſet populum ſuum de ergaſtulo Ægyptiorum per deſertum,& terram inhabitabilem, terramque inviam ſitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non habitavit homo, nec ambularet vir ſubdit num.7. *Induxi vos in terram Carmeli,ut comederitis fructus ejus.* Quæ verba explicans D.Hieronymus ait: *Pro duriſſimo labore itineris dedi vobis abundantiam omnium rerum, quam ſignificat Carmelus.* Pro tot, & tantis laboribus ante toleratis in itinere ex Ægypto, volens Deo facere oſtentationem ſuæ multitudinis gratiarum, largamque exhibere recompenſationem tot calamitatum,ac laborum eos introduxit in Carmelum tamquam in omniũ felicitatum abundantem copiam,ac ſi in terrenis nil majus eſſet deſiderabile, quia cum ibi peculiariter dominetur Regina Carmeli, ibi ſub ejus umbra ommnium fertilis viget pinguedo, amænitas omnium deſiderabilium, ac profluentes cunctarum deliciarũ rivuli dimanant.

D. Hier. *Vbi adeſt Regina Carmeli omnia abundãt.*

315. Cum Eliſæus iter ageret, ut aſcenderet in Bethel,pueri illudebant ei dicentes; Aſcende Calve, aſcende Calve, tunc Eliſæus divino furore repletus maledixit eis in nomine Domini; *Egreſſique ſunt duo urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros, abiit autem in Montem Carmeli.* 4 Reg. 2. num. 25. Si Eliſæus dirigebat viam in Bethel,modo poſt pueros occiſos ipſo itinere relicto aſcendit in Carmelum, Menochius: *Indignationem populi propter mortuos pueros declinavit.* Et cur Eliſæus magis exiſtimavit declinare iram populi in Carmelo, quam in Bethel? Carmelum aſcendit tamquam ad tutiora loca; Cum enim ibi regnet Regina Carmeli omnia ſub ejus patrocinio ſunt ſecura ac valde munita, ut nulla adverſariorũ armata manus poſſit illuc irrumpere.

Menoch. *Sub protectione Regina Carmeli omnia ſecura.*

316. Cum Rebeca audiſſet Iſaac dicentem filio ſuo primogenito Eſaü,ut pergeret in campum, & afferret ei de venatione ſua, ut comedat, & benedicat ei, Rebecca coxit duos hædos, *Et veſtibus Eſaü valde bonis,quas apud ſe domi habebat,induit eum.* Geneſ.27. n.15.Et Thomas Anglicus: *Veſter valde bona, quæ ope Rebeccæ fuerant contextæ &* [illegible] ſuadet Iacob ut ſe præſentat patri,ad obtinendam benedictionem Nonne magna matrona,vides in quantum periculum tuum dilectum filium exponis,poteſt Iſaac cognoſcere,quod non ſit filius ſuus Eſaü, & quod ſit Iacob, & inde indignationem patris incurrere,& quod dum Iſaac comedit cibum,ſuperveniat Eſaü, unde multæ diſcordiæ pullulabunt, cur hæc non prævidit? Rebecca, ut jam ſupra dixi gerebat typum Virginis Mariæ, & ut dedit Iacob veſtem à ſe compoſitam, & intextam ſecurus ibat, quod Iſaac ſentiens illius odorem,ſeu fragrantiam, nulla erit maledictio, ſed ſumma omnium rerum benedictio.

Vbi veſtis Mariæ omnia felicia.

317. At vero ſi ob peccata, & ſcelera noſtra hujus cœleſtis Reginæ affluens benignitas divertitur,ac deeſt, ibi omnium malorum ſæva tempeſtas fuit, ac debacchatur. Maximè deplorat Amos cap.1.n.2. *Luxerunt ſpecioſa paſtorum exſiccatus eſt vertex Carmeli.* Communiter per verticem Carmeli Reges Iſraël intelligunt Theodoretus,vel alij Ieruſalem civitatem primariam totius Regni Iudææ;non incongruè per verticem,& ſupremum Carmeli intellige ſupremam Reginam Carmeli. In Scriptura *exſiccare* denotat negationem divini auxilij,ac adjuvaminis. Ioël.1.n.20. *Exſicati ſunt fontes aquarum.* Oſeæ 9.n 16. *Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exſiccata eſt.* Per radicem intelligunt D. Hier. & alij divinum auxilium,& adjuvamen, Cornelius Menochius intelligunt eorum Patres Abraham, Iſaac,& Iacob,qui ob eorum peccata,eos non adjuvabunt ſua prece, ac merito: Si Regina Carmeli non influit ſua prece,ac adjuvamine, *Omnia amæna paſcua paſtorum lugebunt.* Omnia, quæ noſtra ſunt, & quæ ſub paſcuis noſtris paſcebantur exſiccata,& conſumpta ſunt,ſolum enim illius rore omnia germinant, & fœcundantur.

Amos. 1. Theod. Ioel 1. Oſeæ 9. D Hier. Cornel. Menoc. *Si non adſit influxus Reginæ Carmeli omnia pereunt.*

QVÆSTIO XXIV.

Sacrum Scapulare ſignum amoris,fœderis, ac ſalutis.

318. VAlde notum eſt,quod Deus ſuos electos, ac ſervos per aliquod externum ſignũ vult notari,ac ſegregari à reprobis,ac damnatis,quod facit Deus ob ſingulem amorem erga ſuos ſervos, & ut cuſtoditi ſint ab omni malo,indeque ut ſalutem aſſequãtur,ſic in univerſali lege omnium primogenitorum Ægypti mandat Deus,ut filii Iſraël: *Sumant de ſanguine agni,ac ponant ſuper poſtem in ſuperliminaribus domus* Exod 12.n.7.& poſtea ſubdit: *Videbo, & tranſibo,* ſic ne ut dilecti involvantur in communi excidio Ieruſalem, & quod ſint liberandi à cæde Chaldæorum,mandat Deus Ezechieli cap. 9.n 4. *Tranſi per mediam Civitatem, in medio Ieruſalem: ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium.* Illud ſignum *Than* Crucem denotari communis eſt Patrum ſententia,D.Hieron. Tertullian.Origines, D Ambroſ. D Auguſt. ſic & Angelus habens ſignum Dei vivi clamat ad quatuor Angelos, *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quouſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum:* quod ſignũ erat Crux ſanctiſſima. Apocalypſ.7.n.13.tenent D. Chryſoſt.D Cyrillus, Hilarius,& alij,quos citavi tom.1.in Apocalypſ. c.7. q.4.n.75.& 76.

Deus ſuos electos vult agnoſci ſignis. Exod. 12 Ezech. 9. D.Hier. Tertull. Origen. D. Ambr. D. Aug. D. Chryſoſt. D. Cyril. Hilar. Apoc. 7.

QVÆSTIO XXV.

Sacrum Scapulare ſignum amoris Virginis Mariæ.

319. APparet Sacratiſſima Virgo Maria magno Angelorum comitatu Sancto Simoni afferens in manibus ſacrum Scapulare, illudque ſuis manibus dat Sancto Vito: Deus ſignans ſuos electos hoc facit per ſuos miniſtros, ut ipſi homines ponant ſanguinem ſuper utrumque poſtem in Ægypto, Ezechiel in Ieruſalem, & Angeli ſignacula ponant per totum Orbem; at Sacratiſſima Virgo dum Carmelitis dat ſignum licet multi adſint Angeli, non Angeli deferunt, & dant Scapulare, ſed Sacratiſſima Virgo ſuis aſportat manibus, ſuiſque manibus in humeris ſervi ſui impoſuit pro eximio ſuo amore ipſa totum præſtat.

Virgo ſuis manibus dat veſtem.

320. Sic dicitur de Anna Samuelis matre, 1. Reg. 1. n. 19. *Et tunicam parvam faciebat ei mater ſua quam afferebat ſtatutis diebus*, in quibus accedebat ad templum: *Faciebat*, alia litera habet intexerat. Ibi Mendoza exiſtimat quod pro eximio amore erga filium ipſa proprijs manibus tunicam faciebat, & ipſa eã aſportabat, ſic & Sanctiſſima Virgo fecit tunicam inconſutilem Chriſto, ut ex communi Patrum traditione tenet Euthymius, Ioan. 19. n. 23. & ibi multa dixi ad hujus rei aliqualem umbram, ac veſtigium, ſuis dilectis filiis adoptivis dat veſtem, quam faciebat.

1. Reg. 1.

Mendoza.

Pra amore facit tunicam, & fert.

321. Poſt peccatum primorum Parentum ait Textus: *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos*, Geneſ. 3. n 2. Maximè notandum, quod primis parentibus peccatoribus faciat Deus veſtes, non vero ſummo Sacerdoti, qui ad magna, & alta myſteria diſponebatur, ſed eam mandat fieri per miniſtros, ait Deus Moyſi: *Facies veſtem Sanctam Aaroni fratri tuo*, Exod. 28. n. 2. & latè inde procedit; Summus Sacerdos tanta ſua dignitate certo ſe cognoſcebat in Dei gratia, & benignitate; at primi Parentes videbãt ſe peccatores, multiſque miſeriis repletos, & è Paradiſo ejectos indeque ſe ſuſpicabãtur ejectos à Dei benignitate, ac favore, & omni pœna repletos, ut ergo benignius eos Deus conſolaretur, eoſque animaret, & certos faceret de ſua providentia erga eos, eis dat veſtimẽta, eoſq; induit, quo nullũ majus poterat eſſe benevolentiæ, ac amoris ſignũ. Caiet. *Vide divinam benignitatem erga primos parentes (quamvis inobedientes ei) quod nec inter puniendum omittit providere ſingulariſſima cura, ut qui ſe ipſos reddiderant indigentes veſte, nec habebant unde ſe veſtirent, habeant veſtes divinitus factas.* Sic Sanctiſſ. Virgo nos miſeros voluit habere veſtes divinitus factas.

Gen. 3.

Exod. 28.

Benevolentia perſeverans.

Caietan.

Signum fœderis.

322. De perpetua, ac conſtanti perſeverantia Religionis ſub protectione Beatiſſimæ Virginis Mariæ uſque ad finẽ ſæculi, ut ipſa revelavit S Petro Thomæ, ut ſæpè dictum eſt, & jam antea hoc manifeſtavit D Cyrillo Conſtantinopolit. quod Religio ob Turcarum perſecutionem à Syria, & Palæſtina diſcederet, ut ad Occidentales plagas tranſiret, & quod maximè ibi Religio erat amplianda, & dilatanda. Hoc etiam ipſa Virgo revelavit prædicto Priori Generali, ut altercaretur inter fratres, an ob adverſarios Mauros eſſet tranſeundum in Europã, quod non contradiceret, ibi enim ipſa futura erat adjutrix, & propitia: & hoc apertè corroboratur ex magnis mirabilibus exhibitis ab ipſa Virgine cum Summis Pontificibus Honorio III. Innocentio IV. Ioanne XXII. ut retuli ſupra q. 20. & ibi etiam retuli alias tempeſtates contradictionum contra Religionem exortas à multis Principibus, Prælatis, ac Ducibus, quas omnes Sacratiſſima Virgo deſtruxit, ac diſſipavit: Vnde hic venit illud dicendum: *Bellabunt adverſum te, & non prævalebunt, quia ego tecum ſum, ut liberem te*, Ierem. 1.

Virgo ſuper patrona defendens Carmelitas.

Ierem. 1.

323. Et ideo in ſignum tantæ protectionis, ac auxilij tamquã memoriale perenne dat nobis ipſa Virgo ſuæ providentiæ, ac amoris erga nos memoriale. Mandat Deus filijs Iſrael, ut ponant ſanguinem Agni ſuper utrũque poſtem in ſuper liminaribus: Quia: *Tranſit Dominus percutiens Ægyptum, cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari in utroque poſte, non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere*, Exod. 12. n. 23. ſic & Deus ait Noë: *Arcum meum ponam in nubibus, & recordabor fœderis mei*, Geneſ. 9. n. 14. Nunquid Deo ſunt iſta neceſſaria, ut recordetur, & videat, cui omnia ſunt præſentiſſima; hæc autem omnia facta ſunt non propter Deum, ſed propter nos, ut nobis tamquam memoriale perenne, ac ſignum perpetuum ante oculos, ejus eximiæ providentiæ, curæ, & amoris erga nos, ut tantorum beneficiorum memores illa veneremur. Theodoret ad citatum locum Exodi: *Notandum quod Deus juſſerit poſtes ſanguine tingi, ut cum exterminator tranſierit, ut Ægyptiorum primogenita perderet, ſanguinem ſuper poſtes Hebræorum aſpiciens, domos illæſas ſervaret, non quia his natura illa corporis expers indigeret, ſed ut illi hoc ſigno docerentur, quanta erga illos eſſet Dei cura, ac providentia.* Nota ultima verba.

Exod. 12.

Gen. 9.

Memoriale beneficiorũ Dei.

Theod.

Signum ſalutis.

324. Hoc apertè oſtenditur per innumera miracula, quæ auxiliante Sanctiſſ. Virgine Maria facta ſunt. quæ per omnes caſus facile diſcurri poſſunt, tam inaqua, igne, ruina ædificiorũ, ſcopulorum trajectu, à gladijs, lanceis, furia, feris, ac beſtijs indomitis, morbis inſanabilibus, ac etiam à morte, quod referunt Tilocalus Caputus *in lib. Monte-Carmelo.* Cyprianus à Sancta Maria *in Theſauro Carmelitar.* Leo à S. Ioanne *in lib. Gallico*, & aliqua attigit Theophyl. Raynaud *tom. 7. tractat. de ſacro Scapulari cap. 7.* Lezana Maria Patrona *cap 5. n. 16. & cap. 9. n. 4. & 5.* & deinceps Daniel à Virgine Maria Vinea Carmeli *n. 616. & 617. & 840 & 605. 606.* de quibus nos aliqua diximus ſupra quæſt. 20.

Innumera miracula per Scapulare.

Tilocal. Cypr. Leo à S. Joanne. Rayn. Lezana. Vinea Carm.

Dicitur Cantic 7. n 5. *Caput tuum, ut Carmelus, & ſtatim ſujungitur, Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in delicijs.* Vltima verba vertit Vatablus: *In delicijs primatum obtinens*, & quænam ſunt hæ deliciæ, in quibus primatum obtinet? Explicat Philo: *Delicia meæ eſſe cum filiis hominum*, Proverb. 8. n. 31. Et quomodo cum eis habet ſuas delicias *Pulchra, & decora.* Exponit Honorius *Pulchra* in operibus externis tot, & tantorum miraculorum, ac mirabilium, quibus eos adjuvat, patrocinatur ac defendit *Decora* in internis, dum ſuis orationibus, ac precibus pro eis exorat, & rogat apud ſuum ſacratiſſimum Filium: *Caput tuum ut Carmelus.* Regina Carmeli primatum tenet eſſe cum filijs ſuis adoptivis, & devotis Carmelitis. Pulchra in tantis mirabilibus, quæ pro eis operatur, & Decora in perpetua, & continua oratione, ut de ſua benignitate confidimus. Vide ſupra q. 16. n. 167 & q. 22. & 23. per totam, tom. 3. 4. & 6. in Evangel. primo, & 2. in Apocalipſ. verbo Carmeli, ubi multa.

Cant. 4.

Vatabl.

Prou. 8.

Honor.

Regina Carmeli patrocinatur in externis, & internis.

QVÆSTIO XXV.

Quomodo intelligenda ſint illa verba: In hoc moriens æternum non patietur incendium.

326. QVæ verba dicta ſunt à Sacratiſſima Virgine ad ſanctũ Simonem cum præberet Scapulare: *In hoc moriens æternum non patietur incendium,* quæ quidem verba non ſunt unde accipienda ſed cum ſua expoſitione intelligenda, ut exponunt Reverendiſſimus Generalis Stratius in tract. de Indulgent. Scapulat. Thomas à Ieſu lib. de cõfraternitate Carmelitana Lezana t. 4. ad an. 1251. Leo à S Ioanne; Irenæus à S. Iacob. Theoph. Raynaud. to 7. tract. de Scap. Marian. p. 2 q 7. Vinea Carmeli à an. 804. & triplex eſt expoſitio, quæ altius eſt explicanda.

Stratius. Thomas à Ieſu. Lezana. Leo. Irenæus. Rayn.

327. Prima: Quod prædicta verba ſunt exponenda, ſicut, & alia multa Sacræ Scripturæ, ut Ioã. 6. *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Ioan. 3. ait: Chriſtus D. *Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam* Marc ult. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit.* Rom. 10. *Si cõfitearis ore tuo Dominũ Ieſum & toto corde credideris, ſalvus eris.* Quæ omnia, & ſimilia, ut ſuo loco dixi exponenda ſunt, ſi Dei mandata adimpleveris, & feceris, quæ præcepta ſunt, ſic ait ſanctiſſima Virgo. *Æternum non patietur incendium.* Si obſervanda obſervaverit.

Ioan. 6. Ioan. 3. Marc. ultim. Rom. 10. *Si obſervanda obſervaverint.*

328. Dices: Ergo Sacrum Scapulare nullum dat privilegium, negatur illatum; magnum quippe eſt privilegium, tunc enim Sacrum Scapulare eſt veluti pignus, ac veluti teſſera ingentis gratiæ, & auxilij, ut ſi in peccatis es, ad pœnitentiã exciteris, ſi in gratia, ut in illa perſeveres, & removẽdo omnia, quæ te ab illa poſſunt detrahere: Sanctiſſima Virgo in omnibus imitabatur, & ſequebatur filium ſuum Ieſum, Chriſtus D. ut eſt communis ſententia Patrum, & Doctorum, ut dixi multis in locis, quos ſanabat in corpore, ſanabat in anima, eoſque gratia ſua illuſtrabat. ſic Sanctiſſima Virgo innumeros geſtantes ſuum Scapulare ſua interceſſione ſanavit in corpore, & eadem interceſſione in anima ſanavit impetrans illis gratiam, & pœnitentiam peccatorum Adoleſcens furibũdus geſtans Scapulare præ furore ter pugione evaginato ſe percutit in pectore, nulloque vulnere inflicto tãto miraculo compunctus confitetur, & agit pœnitentiã. Quidã famoſus latro ſuſpẽditur in furca impœnitẽs, & per tres dies ſuſpenſus permanet, poſtea extractus inventus eſt vivus, quod virtute Sacri Scapularis, quod geſtabat, teſtatur, recepit Sacramẽta, & moritur. Quidã infans mortuus prodit ex matris utero, & dolentibus ſummopere parentibus, eò quod non ſolum corpore, ſed anima moreretur, impoſito illi Sacro Scapulari revixit puer, baptizatuſque poſt undecim dies moritur, ſicque in multis aliis.

Sacrum Scapulare magnum adjuvamen.

Virgo quibus impetrat ſanitatẽ corporis, & animæ conciliat.

329. Secunda expoſitio: Prædicta verba intelligenda eſſe, quantum eſt ex parte Virginis, illiuſque interceſſione, niſi per nos ſteterit, ſicut intelligũtur illa verba: *Deus vult omnes homines ſalvos fieri,* quantũ eſt ex ſe, obſtaculum, & impedimentũ eſt ex nobis, ac ex noſtra malitia. In Bethſaïda offerebant Chriſto D. hominẽ cæcũ, & deprecabantur ei, ut imponeret ſuper illũ manus ſuas, ut viſum reciperet: *Ieſus verò impoſitis manibus ſuis interrogavit eum, ſi quid videret, reſpondens ait: Video homines velut arbores ambulãtes; deinde impoſuit manus ſuper oculos [illegible] & cœpit videre* Marc. 8. n 25. Cur quãdo Chriſtus primo imponit manus ſuas, in quibus *omnia dedit Pater,* non bene vidit; quia fides hominis nõ erat perfecta, at poſtquam fides crevit, & perfecta, tunc vidit, ut ex Vict. Antiocheno, D. Chryſologo dixi t. 6. in Evang ad c. 8. Marc q. 3 ſic ex parte Virginis promptum eſt auxilium, cùm ejus interceſſione, ne quis patiatur incendium æternum, & in hoc ſenſu ipſa dicitur janua Cœli, porta Paradiſi, Scala Iacob. Ita Stratius, & Lezana, & in hanc ſententiã magis inclinat Theophilus Raynaud. citat. Tertia expoſitio de Purgatorio dabo infra q. 27.

Virgo quãtum eſt ex ſe.

Vict. Antiochen. D. Chryſolog.

Textus. *Nomen hoc tantũ ſæculo Ordinem ſibi tam acceptũ multis prærogativis Beatiſſima Virgo inſignivit, verũ & in aliis (cum ubique, & potentia, & miſericordia plurimũ valeat) filios in Scapularis ſocietatẽ relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ratione ſui ſtatus caſtitatem coluerunt, materno plane affectu, dũ igne Purgatorij expiãtur ſolari, ac in cœleſtem patriam obtentu ſuo quantocyus piè creditur afferre.*

Bulla Pauli Papæ V.

FRatribus Ordinis Carmelitarũ permittatur prædicare, &c. quod populus Chriſtianus poſſit piè credere de adjutorio animarum fratrum, & confratrum ſodalitatis B. Virginis Mariæ de Mõte Carmelo, videlicet Beatiſſimã Virginẽ animas fratrum, & confratrũ in Chriſto decedentiũ, quæ in vita habitum geſtaverint, & caſtitatẽ pro ſuo ſtatu coluerint, officiũque parvũ recitaverint, & feria quarta, ſexta & Sabbatho à carnibus abſtinuerint, niſi ubi in iſtis diebus Nativitas Domini inciderit, ſuis interceſſionibus continuis, piiſque ſuffragiis, ac meritis, ac ſpeciali protectione poſt eorum tranſitũ, precipuè in die Sabbathi, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini Mariæ dedicatus eſt adjuturam.

Romæ 11 Februarij 1613.

EXPOSITIO.

330. ACcedamus jam ad explicandam magnam illã, & valde ſingularem, particularemque Indulgentiã de ſolari adjutorio Virginis Mariæ pro animabus fratrum, ac confratrum Ordinis B. Virginis de Monte-Carmelo, ob cujus ſpecialem gratiam, ac excellentiam geſtarunt Summi Pontifices Ioannes XXII. Alexand. V. Greg XIII. Greg XIV. Clemens VII Clemens VIII Greg XV Paulus V. Alexander. VII Vrbanus VIII. omnes fere Reges Hiſpaniæ, ac Galliæ, & Sereniſſimus noſter Rex Sebaſtianus in hac noſtra Olyſſiponenſi Eccleſia coram optimatibus multa cum devotione ſuſcepit.

Summi Pontifices, & Reges.

QVÆSTIO XXVI.

Sanctiſſima Virgo Maria vehementer exorat, ac intercedit pro animabus Purgatorij.

331. IN hoc imitata eſt Sanctiſſima Virgo filium ſuũ Ieſum Chriſtum, qui frequenter pro animabus Purgatorij orabat ad Patrem, ut dixi tom. 5. in Evangelia lib 8 c. 2 q. 5. n. 4 ex D Paſchaſ. explicante illa verba Matth. 26. 27. *Triſtis eſt anima mea.* Sic ait S. Pater: *Ea omnia ferè mala in momento vidit Chriſtus*

D. Paſch.

Chriſtus, quæ imminent generi humano, & mũdus per partes admittit; pro quibus omnibus non ſibi, ſed pro nobis gemuit. Quæ verba non ſolum de hominibus in hoc ſæculo, ſed etiam de animabus Purgatorij intellige, de malis pœnæ, quæ ibi ſuſtinent; quia ut docet D Aug. tom. 10 ſerm. 44. ad fratres in Eremo ſummæ pietatis Chriſtianæ eſt orare pro animabus Purgatorij; at Chriſtus D. eſt ſupremus Magiſter totius pietatis, ac clemẽtiæ, & eam docuit; ergo etiam pro his animabus oravit; Deinde, quia ut ibi dixi, & tenent Recentiores, Salmeron, Cornelius, Eſtiũs, & alij Chriſtus triſtatus eſt, & oravit pro laboribus, & afflictionibus, quas Martyres, Confeſſores, Virgines; & ſervi ſuſtinent: ergo etiam pro pœnis, & moleſtiis, quas animæ in Purgatorio patiuntur, quæ maxime indigent.

D. Aug. *Chriſtus orabat pro animabus Purgatorij.*

332. Tum ex ſumma, ac intrinſeca pietate, ac viſceribus Miſericordiæ explicãs D. Bernardinus Senenſis tom. 3 ſerm. 3. art. 2. c. 3. Illud Eccleſiaſt. 24 n. 8. à Virgine Maria dictum pro animabus Purgatorij exiſtimat: *In fluctibus maris ambulavi*, ac ſi dicat: *In Regno Purgatorij Dominus tenet. Pœna ſiquidem Purgatorij ideo dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt, ſed additur maris, quia nimiũ amara eſt, & ab his tormẽtis liberat Beata Virgo maximè devotos ſuos.* Et rectè Purgatorij pœnæ dicentur fluctus maris, quia perpetuo ſine intermiſſione agitantur, ac concutiuntur, & ab his tantis pœnis Beatiſſima Virgo animas in Purgatorio ſua liberat interceſſione.

Eccl. 24. *Virginis pietas in animabus Purgatorij.* D. Bern. Senenſis.

333. Ut ipſa revelavit S. Brigittæ lib. 4 Revelat. c. 138. dicens: *Sum mater omnium, qui ſunt in Purgatorio; quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis ſuis, in qualibet hora propter preces meas quodammodo mitigantur.* Mater ſe dicit eorum, quia ut pia mater non ceſſat pro eis agere, ac rogare, præcipuè, cum, ut ait D. Aug. *Chriſtiana pietatis eſt pro eis orare*, quanto magis ipſa pro eis orat cum ſit mater totius pietatis.

Revelatio facta B. Brigittæ. D. Aug.

334. Hanc ſummam ejus pietatẽ voluit ejus Filius Ieſus Chriſtus maximè honorare, nam & ſicut ille deſcendens ad Limbum, ut educeret animas ſanctorum Patrũ, ad majorem majeſtatẽ declarandam ſecũ etiam adduxit animas Purgatorii, ut ex D. Aug tenet Doctiſſimus Bellarm. lib. 1 de Purgatorio c. 4. ex illo Zachariæ loco c. 9. n. 15. *Eduxiſti vinctos de lacu, in quo non eſt aqua.*

Chriſtus traxit animas Purgatorij. Bellar. Zach. 9.

335. Sic etiam cum Sacratiſſima Virgo aſcenderet in Cœlum magno Angelorum comitatu ei conceſſum fuit à filio ſuo ad maiorem diei feſtivitatem, ut omnes animas Purgatorii ſecum deferret in Cœlũ. Ita affirmãt Gerſon tr. 4 in Magnificat, & Boſtius part. 11. Marial ſer 1. de Aſſumpt. ex aliis ait: *Piè creditur Dei privilegio in Virginis aſſumptione evacuatum eſſe Purgatorium.* Et hãc ſingularem pietatem in animas Purgatorii exiſtimat citatus Bernardinus de Buſtio eſſe unam ex duodecim ſtellis, quibus coronatur Sacratiſſima Virgo, cuius nomen Mariæ pronuntiatum, ac auditum magnum conſolationis levamen eſt ipſis animabus, ut ex aliis tradit Fr. Anton. à Nativitate Sylva ſuffrag. lib. 5. cap. 12 n. 19. & 21.

Gerſon. Boſtius *In die aſſumtionis evacuatus eſt Purgatorius.*

QVÆSTIO XXVII.

De magno, ac inſigni adjutorio animarum Purgatorij erga Carmelitas.

336. SAnctiſſima Virgo Maria apparens S. Simoni dat ei Sacrum Scapulare, & ait: *Hoc erit ſignum tibi, & cunctis Carmelitis privilegium, quod in hoc piè moriens æternum non patietur incendium*, & eſt pars Bullæ Sabbathinæ, quã dedit Ioannes XXII. & ad integrum refert, & confirmavit Alexand. V. Clem. VII. duplici diplomate, Paulus III. Pius V. Gregor. XIII. Paul. V. Clem. X & habentur in Officio Divino in feſto S. Simonis 16. Maij, & circa dicta verba iam dedi duas expoſitiones graviſſimorũ Authorũ.

De indulgentia Purgatorij. Ioannes XXII. Alex V. Clem. VII. Paul. III. Gregor. XIII. Paul. V. Clem. X. Pius V.

Tertio: *Non patietur incendium æternum.* In Purgatorio nempe, & hæc mihi videtur vera, & genuina, & eam etiam tradit Generalis Stratius, & M. Lezana, & altius explicemus: nam *æternum* non ſemper dicit tempus, ſeu durationem ſine termino, ſed etiam frequentiſſimè dicit tempus finitum, & determinatum, vel longum.

337 Stratius. Lezana. *Æternũ aliquando pro tempore determinato.*

Poſtquam Deus caſtigavit primos Parentes ob ſuum peccatum ejiciẽs eos de Paradiſo ait. *Ne forte Adam mittat manum ſuam, & de ligno vitæ comedat, & vivat in æternum* Geneſ. 3. n. 22. Iam contra eum erat promulgata ſentẽtia mortis, *vivat in æternum* id eſt longum tempus Ita Rupert. Lyppom. Lyran. Abulenſ. Hugo Cajet. Pereïra, Cornel. Lahay, & ſic explicant illud dictum à Deo Abrahamo Geneſ 17. n. 7. *Dabo tibi, & ſemini tuo terram Canahan in poſſeſſionem æternam*, nempe uſque ad Chriſtũ, nam poſtea ejecti ſunt ab illa, ſicque dicitur eodẽ c. 17. n. 13. *Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum*; Eſt ſermo de Circumciſione, ut ait Interlinealis quæ duravit uſque ad Baptiſmũ Baruch. 4. n. 1. *Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum*, & duravit uſque ad Evangelium, & eodem ſenſu idem habetur Exod. 31. num. 17 Idem docet D. Auguſt. q. 43. ſuper Exod cap. 12 num. 14. *Et facietis diem hunc in progenies veſtras, legitimum æternum*, quod erat legis veteris, quæ in morte Chriſti finita, & extincta eſt.

338. Gen. 3. Rupert. Lippom. Lyra. Abulenſ. Hugo. Cajetan. Gen. 17. Interlin. Baruc. 4. Exod. 31. D. Aug. Exod. 12.

Sicque dicitur de ſervo Deuteron. 15. n. 17. *Perforabis aurem ejus & ſerviet tibi uſque in æternum.* Origenes apud Gloſſam per multum tempus ſicque Ioſuë. 4. n. 7 in Iordane: *Poſiti ſũt iſti lapides in monumentis filiis Iſraël uſque in æternũ*, hoc eſt in multum tempus, ſicque acclamabat David 3. Reg. 1. n. 31. *Vivat Dominus meus Rex David in æternum.* Sic etiã Tho. 1. p. q. 10 art. 2 ad 2. explicans illud Exod. 15. n. 18. *Dominus regnabit in æternum & ultra.* Vbi advertit *Æternum* ibi ſumi pro tempore certo, & determinato, quod etiam habet Suar. lib. 9. de leg. c. 10 n. 19 cum ſupra æternum additur ultra.

339. Deut. 15. Origen. Gloſſa. Ioſue 4. 3. Reg. 1. D. Tho. Exod. 15 Suarius.

Senſus ergo eſt, quod illi Carmelitæ, qui in gratia decedunt, quorum animæ ſunt in Purgatorio, non patientur incendium æternum, id eſt per multum tempus, ſed per interceſſionem Virginis Mariæ liberabuntur, ad quod nobis maximè perſuadet eius ingens pietas, & etiam ſuo dato verbo æternum non patientur, & ad hoc dedit in ſignum ſui amoris Sacrum Scapulare. Cum Iudas non agnoſcens mulierem fornicatus eſſet cum Thamar; & ob id ei dediſſet annullum, & armillam, & cum inventa eſſet concepiſſe, & accuſaretur à Iuda iudice mandata eſt comburi; Illa vero armillam, & annulum miſit oſtendere Iudæ, dicens *de viro, cujus hæc ſunt concepi.* Ille verò cum vidiſſet ſui amoris ſigna eam ab igne liberavit. Geneſ. 38. num. 25. Vide ſupra q. 24. num 219. Si Iudas, & alii ut Angeli in Apocalyp. 7. ut iam dixi ſupra, viſo ſui amoris ſigno liberant ab igne, ac communi devaſtatione, quanto magis ipſa pietatis, ac Miſericordiæ Regina ſuos devotos, ac filios tanto ſui amoris ſigno, Sacro nempe Scapulari adjuvabit, & defendet, ut ab igne exeant.

340. *Virgo clement ſigno amoris viſo.* Gen. 38. Apoc 7.

Pro filiæ ſanitate clamat Chananæa, ob cuius importunitatem pro ea rogant Apoſtoli: *Dimitte eam quia clamat poſt nos*, quibus Dominus reſpon-

dens ait: *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël.* Matth. 15. n. 24. In quo ut ait D. Paschasius: *Israëli declaravit se valde propitium,* & quomodo in hoc tam affabilis Dei benignitas in Israël resplendet? Cum ipse sanaverit valde mirabiliter filiam mulieris: maximè sanè, si ipse tam clementer se exhibuit cum aliena muliere, inde apertè fiebat manifestum quanto meliori, ac affabiliori modo se exhiberet cum filiis populi sui: Si ipsa Misericordiarum Mater tanta indulgentia prosequitur omnes animas Purgatorii, ut vidimus superiori quæstione, quis poterit dubitare de extensa eius benignissima manu erga nos, quos ipsa suos voluit vocari filios.

Math. 15 D. Pasch.

Benignissima in filios.

QVÆSTIO XXVIII.

Quare hoc tantum Virginis patrociniũ animabus Purgatorij dicitur præcipuè in die Sabbathi.

342. HOc Virginis adiutorium erga animas fratrum Carmelitarum dicitur in diplomatibus Summorum Pontificum: *Præcipuè in die Sabbati.* Quia hic dies ab antiquissimis temporibus dedicatus, & consecratus fuit Beatissimæ Virgini; Vrbanus II. anno 1096. in Concilio Claromontano instituit officium B. Virginis in Sabbatho, ut ex aliis refert Gavant. lib. 8. de communi dedicationis Eccles. cap. 6 fol. mihi 147. Rationem, & fundamentum huius dedicationis in Sabbatho quærimus.

Vrban. II.

Gavant.

343. Primo Alensis 3. p. summæ q. ult. mem. 5. art 1. & Augustt Vuichmans lib. cui titulus Sabbathinus Marianus cap. 4. existimant, quod sicut feria sexta Passioni Christi dicata est, sic & Sabbathum angustiis, & doloribus ejus matris, dicam etiam desideriis, quæ Sanctissima Virgo patiebatur de filio suo, quæ solemnitas desideriorum Virginis multa devotione celebratur in Hispania, ac Portugalia.

Alensis. *Celebrãtur dolores, ac desideria Virginis.*

344. Secundo Petrus Damianus lib. 2. epist. 14 Græ- Dam an gor. Calvenerius Kalend. Virg. in principio cap. 7. Quia Sabbathum dies est requies Dei, quia in Gen 2. eo *requievit ab universo opere, quod patrarat.* Gen. 2. num. 3. Sic Sanctissima Virgo est Divini Verbi. requies, ut ipsa de se testatur. Eccles. 24 num. 12. Ecclc 24. *Qui creavit me requievit in tabernaculo meo.* Sic ait *Virgo requies Dei.* D. Bernard. serm. de B. Maria: *Altissimus sibi Mariam, quasi mundum specialissimum condidit, hæc* D. Bern. *est unica illa salutaris fœmina, in qua sola quæsita in omnibus requiem invenit.*

345. Tertio ait Durandus in Rationali Divin offic. Durand. lib. 4. cap. 1. num. 35. Sabbathum proximum, ac *Virgo porta ad Deum.* juxta Dominicam diem, ideo consecratum est Virgini, quia ipsa est janua, & porta, per quam introimus, ac habemus accessum ad Deum, & per illam pervenimus ad Dominicam Resurrectionem.

346. Quarto hanc rationem desumo ex doctissimo Idiota, qui ait: *Manus Mariæ perennes Canales omnibus diebus, horis, & momentis cœlestium donorum in nos.* Ideo Ecclesia Sancta Divino Spiritu gubernata ultimam diem totius hebdomadæ consecrat B. Virgini Mariæ, tamquam celebrans, ac gratificans tot, & tanta dona, quæ continuò recuperat per totam habdomadam, ac per ipsum Sabbathum; sicut Deus in primo rerum opificio, benedixit diei septimo, & sanctificavit illum, quia in eo cessaverant omnia opera quæ creavit. Genes. 1. num. 3. & dabat hominibus; sic Ecclesia sanctificat diem septimum in honorem B. Virginis ob præclara dona per tot illos dies ab ipsa facta, hominibusque elargita.

Gratitudo.

Quinto ut habet Costerius meditat. 38 de B. Virgine ab Ethnicis Sabbathum dicatum erat Saturno Prothoparenti suorum falsorum Deorum; Ecclesia sancta omnia reformans in melius, & ad cultum Dei, ipsum Sabbathum consecrat B. Virgini Mariæ Matri Vnigeniti Filij Dei, sicut dicitur in Breviario 1 die Augusti de Catenis D. Petri ob magnum ejus miraculum, *honor, qui eo die Augusto Cæsari tribui solitus erat, Petri vinculis haberi cœpit.*

347. Coster. *Ecclesia vertit in cultum Dei.*

Ad calcem hujus quæstionis notandum est id, quod refert M. Lezana Maria Patrona cap. 5. num. 29. ad finẽ, ex gravibus Authoribus Cæsario Heuterbachensi, Vincẽtio Bellovacensi, Thoma Cantipratano, qui omnes, & alij meritò nobis fratribus, ac etiam fratribus Carmelitanis applicant illud Job. 5 n 19. *In sex tribulationibus liberabo te: In septima,* (scilicet Sabbatho) *non tanget te malum* ob singulare Virginis Mariæ patrocinium in Sabbatho, quo non amplius tanget te malum ignis.

348. Lezana.

QVÆSTIO XXIX.

Quæ conditiones requirantur ad has Indulgentias lucrandas?

PRimo juxta Cõstitutiones Ioannis XXII. Alexand. V. Clement VII Greg. XIII. Debet portare Scapulare Religionis, coloris grisei, seu uvæ passæ, qui pro prima vice debet esse benedictũ à Prælato Religionis, vel de ejus commissione, quam Generalis potest dare pro tota Religione, Provincialis pro sua Provincia, Prior pro suo conventu. Ita Rodrigues tom. 1. qq. Regul q. 58. art. 1 Luc. *In compend. H. stor. Carmelit.* Thomas à Iesu *lib. 2. confr. cap. cap. 4.*

349. Ioan. XXII. Alex. V. Clem. VII. Gregor. XIII. *Scapulare benedict.*

Secunda cõditio est juxta nostras Constitutiones *p. 2. c. 28. n. 7.* ac Bullã Pauli V ac *Decretum sanctæ Inquisitionis* cum sit ultima constitutio, scribi in libro, quamvis Bulla Greg. XIII loquatur sub disjũctione, ingredi confraternitatem, vel confratrũ numero adscribi, sicut in confraternitate corde S Frãciscí debet scribi in libro, ut tenet Rodrig. to. 1. qq. Reg q. 58. art. 1 Cherub. comp. Bull. in Sixto V. n 13.

350. Paul. V. *Scriptum in libro.* Rodrig. Cherub.

Tertia conditio servare castitatem pro ratione sui præsentis status, ad quod non requiritur votũ, sed simplex animi dispositio, & de uno statu bene potest transire in alium, ut Virgo quæ servabat castitatem Virginalem, postea transiens ad matrimonium, debet servare castitatem conjugalem.

350. *Servare castitatem.*

Pro hac tamẽ re id notandum est, quod si aliquis ex humana fragilitate, ter, vel pluries contra castitatem deliquerit, si tamen ex corde pœniteat firmiterque proponat iterum servare castitatem hujus Indulgẽtiæ fit particeps; Ita Thom à Iesu citatus, M. Lezana Maria Patrona cap. 12 n. 23. & optimè fundatur in illo Ezechielis 18. *Si impius egerit pœnitentiam de omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor.* De quo D. Thom 3. p. q 89 art. 5

352. *Si pœniteat* Ezec. 18. D. Tho.

Quarta conditio est in lectionibus apposita *Preces paucas.* Paulus V. apponit officium parvum B. Mariæ recitare, quæ cõditio bene suppletur & adimpletur per recitationẽ magni officii Divini iuxta Breviariũ approbatũ ab Ecclesia, nam una, eadẽque actione potest quis satisfacere pluribus præceptis, & præcepto & Indulgẽtiæ, v. g. Qui cõmunicat in die Paschatis satisfacit præcepto Ecclesiæ, & potest lucrari in indulgẽtiã. Ita Sãctarellus, Comitol. Laym. Fernãd. & alii, quos citat, ac sequitur Diana Ordinatus

353. Paul. V. *Cum officia satisfacit.* Diana.

natus tom.4. tract. 4. *de Iubilæo resol.* 34. *aliàs p.*5. *tract.*12.*resol.* 54. & 55. Qui autem Officium parvum B.Mariæ nesciunt, vel non possunt recitare, potest in aliud opus commutari, ut statim dicam.

354. Quinta & ultima conditio est,ut à carnibus se abstineant Feria quarta,sexta, & Sabbatho, quod ad lucrandam hanc indulgentiã obsevandum est, ut in Hispania, Gallia, Brabantia, ex quibus ex consuetudine in Sabbatho libet aliquid carnis manducare,tamen ad hanc indulgentiam lucrandam tenentur illis diebus à carnibus abstinere,excepto si in illis incedat festum Nativitatis, sicut adolescentes, qui non attingunt annum vigesimũ primum,si volunt lucrari Iubilæum præcipiens jejunia, tenentur jejunare. Ita Alphons. de Leone *tract.de Iubil.p.*2.*q* 4.*sect.*3. *n.* 144. & Azor, Graffis, Bonacin.Tolet.& alij Fagundez *Præcept. lib.*1. *cap.*8.*n.* 5.

Adolescentes tenentur jejunare diebus Iubilæi.

Alphons.

Fagund.

355. In hac abstinentia carnium ratione infirmitatis, indispositionis,debilitatis,ac senectutis potest fieri aliqua dispensatio,vel melius commutatio judicio Confessoris, ac Prælati ut tenent communiter citati Doctores de jubilæo precipiente jejunia.

Dispensatio.

Textus. *Tot ergo tantisque beneficiis Ordo cumulatus solemnem commemorationem Beatissimæ Virginis ritu perpetuo ad ejusdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.*

EXPOSITIO.

356. CVm Sacratissimæ Viginis Mariæ sint perenniter perpetua beneficia in hanc suam Religionem, & quotidie illius dona in nos defluant, hanc solemnem commemorationem ad illius gloriam, & honorem instituit, quæ commemoratio 16.Iulij jam habuerat suum initium sub Honorio III. anno 1226. & instituta fuit in gratiarum actionem ob magna beneficia,& miracula,quibus per intercessionem Virginis Mariæ Religio liberata est à multis persecutionibus,ac adversitatibus, ut dixi supra q.20.Cum vero Beatissima Virgo eadem die 16.dederit sacrum Scapulare Sancto Simoni, inde majori pompa, ac solemnitate cœpit rècoli, ac venerari.

Festum Iulij.

QVÆSTIO XXX.

Proponuntur aliqua obsequia ex parte Religionis Carmelitanæ erga Sacratissimam Virginem,quæ omnia dimanant ex ejus singulari auxilio, gratia, & patrocinio.

357. MVltis, & amplissimis verbis in hoc intento spatiatur Bostius de Virginis patronatu c.15. ubi multa verborum copia se habet, & ex eo Lezana Maria Patrona cap.11.ex quibus aliqua dicemus, & aliqua addamus

Bostrius. Lezana.

358. Primò Elias in vertice Carmeli in nubecula parva Sanctissimam Virginem cognovit,& adoravit,suam purissimam Conceptionem venerans,eique filios suos dedicavit,ut ostendi supra q.12.per totum. Secundò Elias in eodem Monte-Carmelo in honorem ejusdem Virginis sacellum ædificavit ut magno Authorum numero probavi q.14.& 16. n.148. ut valde probabile dixi sacellum fuisse erectum sub titulo Conceptionis Virginis.

Sacellum ædificant.

359. Tertiò Carmelitæ fuerunt primi omnium, qui adhuc ipsa Sacratissima Virgine vivente, ei ædificaverunt;atque consecraverunt Templum in ejus honorẽ, ut dixi supra q.15 in quod quotidie conveniebant vespere, & mane,ac meridie ad decantandas Virginis laudes,ut dixi supra n.158.

Carmelitæ primi omnium.

Quartò, in illa sacra domo Ierosolymis juxta portam auream,in qua Beatissima Virgo fuit concepta,& nata,sic de illa scribit antiquissimus Ioãnes Hildensinus discipulus Sãcti Petri Thomæ lib. de principio Ordin Fratrum B.Mariæ de Monte-Carmelo cap.14.ubi ait: *Traditum tenemus à Patribus,quod primus Conventus Ordinis,post Montis-Carmeli Collegium, fuit in loco, qui porta aurea dicitur, in quo Ioachim, & Anna convenerunt, & in illam conjunctionem consenserunt, ex qua Virgo fuit concepta,& nata.*Expende verbum *Traditum habebemus.* Idem scribunt Balduinus,Laërtius Atrebatensis Author ferè à ducentis annis, *in collectanea exemplorum, & miraculorum cap.*1 Ioannes Veneta etiam Author antiquus,tract.de Carmelit Palæonyd. lib.2.cap 1.Petrus Lucius Belga *in Compend. cap.*8.Reverendissimus Generalis Ioannes Grossus *in suo Viridario cap.*1.Arnold. Bostius *lib.*5. *Histor. cap* 23,Iosephus Andreas *Decore Carmeli* 15 *n.*45. quod postea à Sancta Helena Constantini matre fuit reædificatum.

360. *Domus in qua concipitur B. virgo.*

Hildensinus.

Balduinus Laërt. Ioan. Vener. Palæon. Petr. Lucius. Grossus. Arnold. Ioseph. Andr.

Quintò illud magnum beneficium in nos Sacratissimæ Virginis non est prætereundum, supposito quod de illis templis egimus mentionem, quod illa sacratissima domus Nazareth,in qua facta fuit Annuntiatio Angelica, & illud ineffabile,& sane admirabile Incarnationis Mysterium in virginali utero Sacratissimæ Deiparæ celebratum fuit, plusquam per mille annos extitit in Galilæa sub Cura Carmelitarum,& restituta est ab Innocentio VIII. anno Christi 1489. ubi cum multis Authoribus Bzovius *n.*17.Lezana *in suis Annalibus n.*3. & plures citat de patronatu,& hæc est illa præclarissima Domus,quæ hodie Lauretana dicitur, & in toto Orbe veneratur.

361. *Domus Nazareth.*

Bzov. Lezana.

Sextò Carmelitæ extiterunt propugnatores excellentiarum Sacratiss.V.Mariæ. D. Dionysius Papa Paulum Samosatenum negantem Christi Divinitatem, ac consequenter Deiparam esse Dei Matrem duplici Antiochiæ coacto Concilio condemnavit S.Cyrillus Alexandrin. Nestorium,illiusque sequaces asserentem Virginem Mariam non esse dicendam Matrem Dei,ipse Cælestini I.Legatus in Concilio Ephesino eorum pestiferũ dogma damnavit, ac delevit; ac B Virginem Mariam Dei Matrem veram esse definivit, ac confirmavit D.Ioannes Damescenus contra pravos ac pestiferos hæreticos,qui Virginitatem Mariæ diabolicè negabant doctissimè multa scripsit de Virginitate Mariæ,fortissimisque argumentis eorum errorem convicit, unde illi exacerbati in ejus Cellam ingrediuntur, manum dexteram amputant, & inter stercora, ac faces abscondunt, divinitus illi restituitur, ut ex ejus vita ad finitium suorum operum constat.

362.

D.Dion.

D.Cyril.

D. Damasc.

Septimò: Cum nostra sacra Religio sit valde ampla, & diffusa per totum ferè Orbem, omnes nostræEcclesiæ majori ex parte sunt sub titulo Virginis,Mariæ,&ejus honori dedicatæ,ac consecratæ,quod sibi beneplacitum esse testificans per has sacras Imagines multa edidit miracula,ut per sacram Imaginem Neapoli, Olyssipone, Vidiguera & aliarum, & in hoc Regali Conventu Olyssiponensi in ejus magnifico Templo sunt viginti tres Capellæ,seu Altaria, & in omnibus resplendet Imago Sanctissimæ Virginis Mariæ sculptæ, seu depicta.

363. *Nostri Conventus ferè omnes sub Virginis titulo.*

364. Antiphona *Salve Regina.*

Octavò, magna repetitione Antiphonarum *Salve Regina,* decies in die dicitur, ſepties in fine ſeptem Horarum Canonicarum, octavo in fine Miſſæ, nono dum terminatur Miſſa Conventualis, decimo in gratiarum actione poſt prandium, quando redduntur in Choro, & quam grata ſit Beatiſſimæ Virgini repetitio hujus Antiphonæ conſtat ex his, quæ dixi ſupra quæſt. 20. n. 198. eamque dicimus flexis genibus, exceptis diebus Dominicis ob reſurrectionem Chriſti.

365. *Author illius.*

Quis fuerit illius Author, ac Compoſitor dubitatur, Durandus in Bethleem tribuit Petro Epiſcopo Compoſtellano. D. Anton. 4. p. ſum. D. Ioanni Damaſceno, Ægidius Aureæ Vallis in geſtis Pontificum D. Bernardo.

366. *Regina Cœli* D. Greg.

Tempore Paſchali totidem, decies dicimus *Regina Cœli,* quæ compoſita fuit ſimul ab Angelis, ac D. Gregorio tempore peſtis, Durand. *in Rational. lib. 6. cap. 89. n. 3.* D. Anton. Caniſ. & alij multi apud Loërium *lib. 1. cap. 29. & lib. 7. cap. 7.*

367. *Feſtivitates Virginis*

Nono Officium Divinum omnes ferè Feſtivitates Beatiſſimæ Virginis Mariæ inſtitutæ in Breviario Romano celebramus Octavario, excepto Feſto Annuntiationis, ne Quadrageſimale Officium impediatur, ſic etiam, & Feſtum ſolemne Commemorationis cum illa Antiphona : *Ave Stella Matutina.* Quæ etiam dicitur in Officio Sabbathi, & compoſita fuit à Sancto Simone Stoch, ut ſæpe dictum eſt ſupra quæſt. 20 n. 210. in omnibus Miſſis Votivis Beatiſſimæ Virginis ad Majorem ſolemnitatem dicimus Hymnum *Gloria in excelſis, &c.* In fine cujuſlibet Horæ Canonicæ Romanum dicit *Pater noſter,* nos vero *Pater noſter,* & *Ave Maria.*

368. *Feſtivitates Sanctorum Annæ, & Ioachim.*

Decimo licet hodie per totam Eccleſiam celebrentur feſta S. Annæ, ac Ioachim; feſtum S Annæ repoſuit in Breviario Gregor. XIII. feſtum S. Ioachim Gregor. XV. tamen à multo antiquiſſimis temporibus reſpectivè ad B Virginem Mariam eorum feſta ſolemniſat Religio in Breviario, & hodie ut duplex majus, quod apud Romanum dicitur totum duplex.

369. *Corona Virginis*

Vndecimo Corona Virginis, quæ compoſita tribuitur Petro Ambianenſi Eremitæ, ſeu Accola Carmeli, vel ut alij volunt, noſtro P. Cyrillo, alij B. Bertholdo; unde anno 1468. Venerabilis Ioannes Soreth Generalis, Bruxellis ac per totum Belgium, ita commendavit Coronæ devotionem, ut ab eo tempore maximè in uſu, ac frequentia fuerit. Lezana Maria Patrona *cap 11. n. 17.*

370. Coſma, Veſtitor Palbart.

Duodecimo. Ad tranſitum feliciſſimum Beatiſſimæ Virginis Mariæ convenerunt Carmelitæ, ut ex Mantuano, & aliis tenet Ioſephus Andreas *Decore Carmeli 16. n. 148.* Qui omnes cum Apoſtolis dum ſacrum Corpus deferretur ad ſepulchrum in itinere canebant illam Antiphonam ab Apoſtolis compoſitam: *Ave Regina Cœlorum, Ave Domina Angelorum,* ut ex antiquiſſimo Coſma Veſtitore habet Palbartus *in Stellario Coronæ Virginis lib. 10. p. 5. art. 5. cap. 2.* Et cum perveniſſent ad tumulum, illud ſacratiſſimum omniũ vitæ cadaver Apoſtoli, ac Carmelitæ sũmè venerantes, ac profundiſſimè adorantes, & centum mille illius pedes oſculantes dicebant illam aliam Antiphonam ab Apoſtolis etiam compoſitã, *Alma Redemptoris Mater, quæ pervia Cœli,* &c & terminabatur : *Sumens illud Ave peccatorum miſerere.* O Sacratiſſima Virgo omnis pietatis Mater mihi omnium peccatorum miſerrimo miſerere.

FINIS.

Laus Omnipotenti Deo, ac Sacratiſſimæ Reginæ Carmeli. Meiſque Patrinis Sanctis Thereſiæ, & Magdalenæ de Pazzi.



INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM,
Quæ in hoc Tomo continentur.

Litera C. indicat Caput. N. Numerum marginalem. A. Apologiam, & P. Paginam.

A

Abſcondere.

ABSCONDERE magnitudinem, & manif ſtare ſimiter valde ſublime. c. 14.n.17.18. p.314

Abſentia.

Præſentia vileſcunt, abſentia venerantur,c.12.n.99. & 100. p.293

Academia.

Academia literarum dicitur Civitas literarum, & Solis.c.11.n.44.45.46.47 p.278

Accommodare.

Vt Prælatus, ac Prædicator omnes ad ſe alliciat, debet omnibus ſe accomodare. c. 16.n. 10.11. 12.13.14. p.330

Audacia.

Ex multa audacia magna timiditas. cap. 5. n. 174. p.137

Adulatio.

Adulationes fugiendæ, & execrandæ. cap.8.n.58. p.200

Æthiops.

Æthiopia unde dicta.c 8 n.135. p.209

Affectus.

Ex terrenorum affectu ingreſſus diaboli. c.5. n.20. p.121.

Albertus Patriarcha.

Dedit regulam Carmelitis valde ſublimem & perfectam A.n.191.192.193194. p.467.

Ejus regula multa reformatione plena. A. n. 195. p.467

Prædicta regula à multis Sanctis approbata.n.193 ibidem.

Alimentum.

Qui dat documenta det etiam alimentum, & panem c.4 n.16.17. p.101

Amor, ſeu Amans.

Amor Dei contemnit omnia pericula & expellit timorem.c 2 n.54. p.47

Homo debet diligere Deum pluſquam ſe c.2.n.73. pag.50

Amor inimicorum im[illegible]rtat omnes virtutes.

Amor,ac illius ſigna [illegible]etanda.c.12. n. 48. p. 287

Amor inimicorum. Vide *Inimicus.*

Amicus.

Solus amicus cognoſcit tuas laudes non verò inimicus.c.1.n.123. p.18

Bonum præſidium vitæ.c.21.n.41. p.386

Ambitio.

Ardor,ac ambitio dominandi omne divinum contemnit.c.4 n.30.31. p.103

Ananias.

Mors Ananiæ inflicta eſt à Deo, & à Divo Petro promulgata.c.5.n.38.39. p.123

Mors Ananię ob multas,& varias rationes illi contigit c.5.n.41.42.43.&c. p.123

Ananias, & Saphira an in æternum damnati quidam affirmant; probabilior ſententia negat c.5. n.54.55.56.57. p.125

Ananias,qui Paulũ baptizavit quis & qualis fuit; c 9 q.17.per totam. p.228

Ananias fecit votum Paupertatis.c.5.n.4. p.119

Angelus.

Angeli noſtras orationes offerunt Deo .c.10. n.38. pag.149

Angeli primi prædicatores Evangelij. ibid. n. 34. p.250

Angeli dicuntur oculi Dei ad magna negotia agenda.n 35. ibid.

Angeli in auxilium, & in obſequium hominum n.36. ibid.

Angeli dantur nobis à Deo ad cuſtodiam contra Dœmones.n 37. ibid.

Summa ſollicitudine ſe Angeli habent erga nos.

Angeli dati à Deo, ad noſtram cuſtodiam volant. c 12.n.115.116. p.295

Angeli pugnant pro ſuis clientibus. c 12. n. 116. p 295

Angeli dant gratias pro beneficijs in nos collatis. c.12.n.125. p.296

Angeli omnimodo procurant noſtram ſalutem. c 12.n.118. p.295

Angelus tutelaris peccatorem adverſatur. cap. 12. n.146. p.298

Angelus humilium defenſor.n.149. ibid.

Angeli habent diverſa nomina à modo quo ſe habent ſeu habuerunt in via c.13.n.27.28. p.304

Apollo.

Apollo,id eſt vibrans radios c 18.n.84. p.360

Extitit doctiſſimus diſcipulus Pauli.n 85. ibid.

Inter Sanctos adſcribitur. ibid.

Apoſtoli.

Magno affectu Chriſtum ſequebantur. c.1. n. 151. pag.22.

Benignitas Apoſtolica triumphat de pœna peccati. c 2.n.48 [illegible]

Summa paupertas Apoſtolica.c.3.n.41. p 86

Index Rerum

Apoſtolica virtus magis oſtenditur patiendo, quàm impugnando c.4.n.15. p.101
Apoſtoli dum impugnabantur, magis augebantur. n.18.19. ibidem.
Apoſtoli fecerunt tria vota Religionis. cap.5. n.3. p.119
Apoſtolorum præſentia ſanctitatem exhalabat. c.14. n.15. p.313
Cur Chriſtus ordinavit ut ſui diſcipuli non eſſent in amore, ſed odio. c.14.n.43. p.316

Aquila.

Quis eſſet Aquila de quo Apoſtolus loquitur. c.18. num.2. p.353

Athenienſes.

Apud eos in Areopago erat tribunal magnæ auctoritatis, & ſeveritatis. cap. 17. q. 7. n. 65. 66. 67. p.346.
Athenienſes ſub ignoto Deo colebant verum numen. c.17.n.73.74. p.347

Avarus, Avaritia.

Avaritia plus dementiat, quàm ebrietas. c.7.n. 72. p.163
Avaritia Eccleſiaſticorum ruina totius Regni. c. 8. n.94. p.204
Avarus quamvis multum habeat, idem eſt, ac ſi nihil haberet c.8.n.102. p.205
Avaritia corrumpit miniſtros. c.9. n.241. p.241
Avarus crudelior Diabolo. c.16.n.55.56. p.334

Audire.

Ille verba Dei audit, qui opere adimplet. c.2 n.82. pag 51
Auditoribus Verbi Dei multa bona. cap.20.n. 34. p.376
Principes tardè audiunt ſibi neceſſaria.
Prædicatores non audire. *Vide Prædicator.*

Auctor.

Tota pœna criminis convertitur in auctorem illius c.9.n.54. p.221

Aulici.

De nullo recordantur. c.7.n.149. p.172

B

Baptiſmus.

IN adulto ante baptiſmum dolor peccatorum neceſſarius. c.2.n.267. p.75
Vbi aqua Baptiſmi, ibi Dei benedictio. c.15. n. 53. p.325
Vbi umbra baptiſmi, ibi Dei benedictio, & nulla maledictio n.54. ibid.
Ab aquis mirabiliter naſcuntur filij Dei. num. 55. ibidem.
Multa differentia inter baptiſmum Chriſti, & Ioannis. c.19.q.1. p.362

Beatitudo, ſeu Beatus,

Beatitudo cœleſtis non poteſt explicari verbis. c. 1. n.155.156. p.23
Ad cœleſtem beatitudinem obtinendam, operandum eſt à nobis. c.4 n.54.55.& 56. p.106

Bellum.

Bella afferunt ſecum omnia mala. c.18.n.13. & 14. 354
Inferentes bella ſunt carnifices divinæ juſtitiæ. itidem.

Beneficium, ſeu Beneficus.

Idololatriæ cauſa ex beneficiis. c.14.n.44. p.316
Chriſtus manifeſtat ſuam gloriam benefaciendo. c.2.n.19. p.43
Deus ſpontaneus ad beneficia, invictus ad ſupplicia. c.2.n.25. p.44
Deus beneficia dat largè; ſupplicium in menſura. c.2 n.56.57.58. p.48
Liberalis occultat beneficia c.2.n.64. p.49
Facere beneficium, abſcondens ſe benefactor, magna excellentia benefaciendi. cap.5. n.89.90.91. p.128
Hæc tanta ratio benefaciendi non eſt hominis, ſed Dei n.91. ibid.
Sæpè beneficia fiunt à Rege contra Regem. c. 7. n.124. p 169
Vale rorum in benefactorem inſurgere. c.9.n. 71. p.223
Per id, quod fit obſequium recipitur beneficium. c.9.n.260 261. p 243
Divina bonitas per beneficentiam demonſtratur. c.10.n.215.216. p.269
Benefacere gratis ſine mercede, Divinum eſt. c 14. n 16. p 313
Animus magis trahitur Beneficijs, quàm verbis. c.14 n.25.26.27. p.314

Benignitas.

Plus devincitur benignitate, quàm fortitudine c.2. n 164.165. p.61
Plus trahitur benignitate, ac clementia quàm potentia c.2 n 274. p.74
In prælato benignitas cum rigore. c 7.n.13.14. 15 p.156
Benignitate, ac ſuavitate omnia vincuntur.

Bona.

Dei gloria apparente temporalia nihil ſunt. c. 7. n.17.17.18. p.157

Barnabas Apoſtolus.

Cur dicatur filius conſolationis. c.4.n.143. p.116
Diſtinctus eſt ab eo, qui cum Divo Matthia propoſitus eſt ad Apoſtolatum c.4.n.154. p.117
Fuit Levita n.155. p.118
Natus eſt Cypro n.156. ibid
Fuit unus ex 72. Diſcipulis eodem numero.
Magna laus, quod dicatur à Spiritu ſancto bonus. c 2.n.28.29. p.44
Vnus Barnabas pro omnibus. n.11 n.31. p.277

C

Claudius Imperator.

CVm præcepit Iudæos exire à Roma. c.18.n 10 & 11. p.353

Cor.

Deus non quærit externa, ſed Cor. c.7.q.8.n.57.58
Cor verum, & ſincerum quærit Deus ſine ullâ fictione. c.23.n.59.60. p.404

Carcer.

Epilogus omnium malorum. c.12 n.39. p 286
Carcer ſecum importat omnia ludibria. n.40. ibid
Carcer extremum omnium malorum. n. 41. ibid

Carmeli Regina.

Lectiones B. Mariæ Virginis de Monte-Carmelo multa auctoritate Apoſtolica ſunt corroboratæ. A q.2. per totam. p.446
Conſideratur ſumma felicitas eorum qui fuerunt digni Sanctiſſimam Virginem videre, & audire. A p.468
Qualiter ſe habuit Sanctiſſima Virgo cum ſuis devotis Carmelitis. A n.207. p.469
Virgo ſine peccato originali oſtenditur in Nubecula Eliæ. A n. 212. p.470
Sacellum Virginis Mariæ dedicatum in Carmelo firmo oſtenditur fundamento. A.n.230. P 472
Multa de auguſtiſſimo nomine Virginis Mariæ de Monte-Carmelo. A. n. 249. p.474

Multis

Index Rerum.

Multis ac magnis mirabilibus Sanctiſſima Virgo ſe præbuit Matrem ac Tutelarem Carmeli. A. n.278. p.478

Sub auſpiciis Reginæ Carmeli omnia felicia, & proſpera. A.n.313. p.482

Sanctiſſima Virgo vehementer intercedit pro animabus Purgatorij. A.n.331. p.484

De magno, ac inſigni adjutorio Virginis, animarum erga Carmelitas. A n.336. p.485

Quare hoc patrocinium Virginis dicitur præcipuè in die Sabbati. A n.342. p.486

Carmelitæ.

Habent ſucceſſionem ab Elia continuatam abſque ulla interruptione. A n.162. & ſeq. p.464

Qualiter ſe habuerunt Carmelitæ tempore Chriſti, & quomodo fuerunt Coadjutores Apoſtolorum A.n.172. & ſeq. p.465

Carmelitæ primùm & primi amplum ædificaverunt templum Virgini. A n 241. p.473

Per Bullam Apoſtolicam authenticam demonſtratur Carmelitas dici fratres Beatiſſimo Virginis Mariæ de Monte-Carmelo. A n 258. p.475

Valde ſublime, & magnificum eſt nomen dici fratres de Monte-Carmelo. A.n.262. p.475

De Indulgentia ab Vrbano IV. pro nominantibus fratres B. Mariæ de Monte-Carmelo. A. n. 269. p.477

Referuntur aliqua obſequia Carmelitarum erga Sacratiſſimam Virginem, quæ omnia præcurrunt ex ejus patrocinijs A n.357. p.487

Carmelitarum Scapulare.

De multis circumſtantijs quibus ſacrum Scapulare fuit datum, & receptum à ſancto Simone. A. n.326. & ſeq. p.484

Suprema Regina Carmeli in ſacro Scapulari nobis adminiſtrat verum cibum, ſalutem, veſtem, ac trophæum de inimicis. A. n.302. p.480

Sacrum Scapulare ſignum amoris, fœderis, ac ſalutis. A.n.318. p.482

Quomodo intelligenda ſint illa verba in hoc moriens æternum non patietur incendium. A.n.326. p.484

Quæ conditiones requiruntur ad Indulgentias Scapularis lucrandas A.n.349. p.487

Caſtitas.

Neceſſaria in Prælato ad bene gubernandum c.24 n.59.60.61.62. p.412

Catenæ.

Catenæ pro Chriſto maximè nobilitant. c.12.n. 43. 44. p.287

Petri Catenas maximè Deus condecoravit. c. 12. n.46.47.48. p.287

Charitas.

Perfecta Charitas non ſeneſcit, ſed ſemper floreſcit c.2.n.148. p. 58

Perfecta Charitas vult omnia bona eſſe alijs communia. c 2 n.314.315. p.79

Charitas vult omnes ſuorum donorum participes fieri. c.3.n.74. p.90

Per Charitatem amputantur omnia mala. cap. 4. n.146. p.116

Vbi fraterna charitas nullus neceſſarius Iudex. c.7. n.147. p.172

Vbi Charitas magis æſtimatur ſalus proximi, quàm propria c.18.n.36.37.38.39. p.356

Vbi Charitas magnus dolor, & compaſſio de aliorum peccatis. c.20.n.51.52.53. p.375

Iuſtus ex charitate vult ſocios in meritis. cap. 21 n.42.43. p.387

Iuſti ex charitate magis volunt inſervire Deo, quàm frui. c.25.n.31.32.33. p.417

Vide *Communicare.*

Character.

Eſt quædam qualitas, quæ in anima imprimitur in tribus Sacramentis c.19.n.10. p.363

Chriſtus.

Chriſtus quod aſſumit ad ſui decorem communicat ſuis. c.1.n.115. p.18

Chriſtus & ſi abſconditus, ſui cœleſtem rorem dat. c.1.n.119. ibid.

Chriſtus maximè vult exaltari ſuos Sanctos. c.1. n.125. p.19

Chriſtus manifeſtat ſuam gloriam benefaciendo. c.2.n.20. p.43

Summa Chriſti clementia; ac humilitas. c.1.n.147. p.22.

Chriſtus ſuavis, ac benignus. c.1.n.161. p.23

Chriſti Aſcenſio, ac de ejus myſteriis. c.1.n.176. 177.178. p.25

Chriſtus in Cruce tamquam ebrius amore divino. c.2.n.144. p.58.

Qualiter Chriſtus aſcendit. c 1.n.96.97.98. p.15.

Chriſti paſſio nos excitat ad lacrymas. c.2.n.161. 162. p.60

Efficaciter oſtenditur Chriſtum Dominum verum eſſe Meſſiam. c.2.n.207.208. p.65

Efficaciter oſtenditur Chriſtum Dominum verum eſſe Deum. n.209.210. & 211. p.66

Corpus, & Caro Chriſti dicenda eſt Sancta. c 2. n.228. p.68

Magna differentia inter regnum Chriſti, & Davidis. c.2.n.159.

Chriſto ſepulto inſervire magnorum ac principum c.2 n.253.254.255. p.72

Chriſtus in ſua paſſione, ac Cruce maximè manifeſtat ſuam divinitatem. c.2. n.253.254.255.

Quare Chriſtus Dominus dicitur ſedere ad dexteram Patris. c.2.n.261. p.72

Chriſti humilitatem Deus Pater exaltavit. c.3.n.57. p.88

Nec omnes, quos Chriſtus ſanabat corpore, anima juſtificabuntur. c.3.n.99. p.93

Chriſtus quamvis ſit in Cœlo, multoties apparuit in terris. c.3.n.122. p.96

Chriſtus Dominus fuit verè Propheta. c.3. n. 129. p.97.

Chriſtus dicitur petra, ſeu lapis angularis. c.4.n.51. 52. p.105

In Chriſto omnia pleniſſima, & perfecta bona. c.4. n.57.58.59. p.106

Ab umbra Chriſti convertitur Sanctus Latro c.5. num. 98. p.130

Chriſti magnum imperium in Dæmones. c.5.n 104. 105. p.130

Tempore Nativitatis Chriſti Iudæi benè intelligebant eſſe tempus adventus Meſſiæ. c.5. n.170 p.137

Chriſtus ita purus, ut ad ſui obſequium requirat pura inſtrumenta. c.7.n.43. p.160

Valdè diverſimodè Chriſtus æſtimatur ab hominibus, ab uno diligitur magis quam ab alio c.7. n.77.78. p.164

Ex Chriſti præſentia omne peccatum deſtruitur. c.7.n.161.162.163. p.173

In Chriſto Domino duæ naturæ inconfuſæ. cap.7. n.180. p.175

Chriſtus valdè promptus in noſtris adjutoriis; & delectus certamine ſuorum c.7.n.290.293. p.187

Gaudet Chriſtus videre fortitudinem ſervorum ſuorum. n.293.294. ib.

In

Index Rerum.

In Christi nomine suavizantur omnes lepores. c.7. n.324.325.326. p.191
Christi sanguis postulat misericordiam. c.7.n. 340. pag.193
Christus nostra peccata in se portavit. cap.10.n.88. p.255
Christus Iudex vivorum, ac mortuorum. cap. 10. p.270
Christus cedit ut sui discipuli præcedant in magnalibus, morte, & passione; ipse omnes præcellit.

Christianus.

Nota veri Christiani alios adducere ad Christum. c.18.n.87.88.89. p.360
Omnes Christiani; ac fideles dicuntur fratres. c.1. n.204.205.206. p.29
Verus Christianus solus intentus in Deum. cap. 2.
Magna celsitudo nominis Christiani. c 11 n.51.52. p.279
Christianus cum nomine respondeat operibus. c.11 n.56.57. p.279
Malus Christianus Antichristus. n.59 p.280

Cælum Cæleſtia.

Vt videas cœlestia claudito oculos à terrenis c. 9. n.103.104. p.226
Vt Cœlestia contemplentur, dimittantur terrena. c.9.n.193.194. p.137
Qui se Deo dedicant superna petunt. c.10.n.66.67. pag.253
De Cœlestibus, non de temporalibus agendum. c.10.n.214. p.269
Ad Cœlestium intuitum omnia temporalia disperount c.7.n.17.18.19. p.157
Ad Cœlestia percipienda dimitte temporalia. c. 7. num.199. p.177
Qui vult impleri cœlestibus dimittat temporalia. c.7.n.203. p.178
Vt Christum habeas dimitte terrena quære cœlestia c.7.n.261.262.263. p.184
Ex Cœli aspectu multa bona. c.9.n.35. p.219

Circumcisio.

Cur data fuit. c.7.n.50. p.161
Cur cum Sanguinis effusione. n.54. ibid.

Cognitio.

Qui se agnoscit peccatorem, non invidet aliorum fœlicitates. c.2.n.277.278.279. p.75
Defectus propriæ cognitionis occasio multorum malorum. c.10.n.177.178. p.265

Communicare.

Iusti volunt omnia sua bona alijs communicare. c.4 n.147 148. p.116. & c.2 n.314.315. p.79.
Iusti volunt alijs fidem communicare. c. 18. n. 87 88.89. p.360

Confessio.

Vbi deest confessio, ibi damnatio. cap. 5. n. 41. pag.123
Respicio peccatorum valde sterilis. cap. 26. n. 18. & 19. p.422
Labor nos ducit ad peccatorum confessionem. c. 5. num 72. p.127
Ex Confessione corona, ac salus vitæ. num.74.75. ibidem.
Confessio maximè Deo placet, & multa bona adducit. c.10.n.127.128.129. p.260

Confirmatio.

Conformitas cum divina voluntate. c.9.n.84. p.224
Confirmationis Sacramentum à Christo institutum in ultima Cœna, ejus materia, forma, effectus. c.8.n.70.71.72.73. p.201

Conscientia.

Bona, quieta, mala perturbata. cap. 12. num. 53. 54. pag 288.
Deus magis versatur in corde puro, quàm in quolibet alio loco. c.17.n.94 95.96. p.349

Concilium.

Concilium Senerdim. ad quid, & de quibus constabat. c.4.exp.2. p.102

Consilium.

Magna multo consilio facienda c.1.n.209. p.29
Prudentis est mutare consilium c.11.n.13. p.275
Maiorum consilium inferiores ad se trahunt. c. 20 n.46.47. p.375

Cooperatio.

Vt dona Dei permaneant, requiritur nostra cooperatio c.9.n.99. p.226

Contemptus.

Ex contemptu temporalium, magnus proventus c.4.n 149. p.117
Valde durum cum se homo existimat contemptus. c.6.n.8. p.141
Maximè evitandus alicujus contemptus. num. 9. pag.142
Qui se Deo dedicat cætera contemnit. c. 10. n. 67 p.253
Temporalium contemptus. Vide *Cœlestia.*

Conservatio.

Deus alta providentia nos conservat. c. 17. n. 110 & 111. p.351
Deus minima animalia conservat. ibidem.

Contritio.

Multi in diluvio, ac ultima hora per contritionem salvantur c 5.n 58. p.125
Quod homo ex peccato veniat ad contritionem, ex Deo est c.9.n.45. p.210

Contemplatio.

Contemplativi Ebrij amore divino. cap. 2. n. 139. pag.61
Plus cognoscitur de Deo contemplatione, quàm studio, ac scientia c.8.n.164.165.166. p.212

Conversio.

Vt peccatores convertantur, eorum culpæ extenuandæ c.3.n.111.112 113.114. p.95
In Conversione gentium, non homo, sed gratia Dei operatur. c.4.n.14. p.101

Cornelius.

Vir nobilissimus Centurio ex prima cohorte, ac ferens vexillum Romanorum c.10 n.10. p.247
Iustus fide viva antequam veniret Petrus num.12. 13.14. ibid.
Cornelius multis virtutibus insignis. c.10.n.15.16. p.248

Correctio.

Ibi danda, ubi est spes emendationis. cap. 5. n. 49. p.124
Vide *Reprehensio.*

Credo.

Vide *Fides.*
Homines difficile credunt, quæ sunt contra suam voluntatem c.1.n.91.92. p.14
Aliena laus difficiliter creditur secus ignominia. num.93.94. ibid.

Cor

Cor ut in principio litteræ C.

Crudelitas.

Frequenter in Regibus, c. 7. n. 168. p. 174

Crux.

Chriſtus magis vult ut veneremur ſuam Crucem, quàm ſe. c. 1. n. 125. p. 19

Crucis effigies protegit, ac defendit. c. 8. n. 76. p. 202

A ligno Crucis ſalus mundi. n. 77. ibid.

A Cruce initium omnium mirabilium. num. 78. ibidem.

Fortiſſima tutela à cruce Chriſti. cap. 8. num. 82. p. 202

A cruce Chriſti, victoria, ac triumphus.

Crux cuncta illuminat. c. 9. n. 183. p. 235

Crux dat fortitudinem n. 184. p. 236

Eccleſia fundatur, ac firmatur in Cruce. c. 10. n. 92. p. 256

D

Dare.

ILluſtrius eſt dare, quàm accipere, cap. 20. n. 111. p. 381

Magnificus Dominus commemorat, quod dat non quæ recipit c. 28. n. 10. 11. p. 436

Deſiderium juſtorum ſine voce clamat. c. 9. n. 226. 227. 228. p. 240

Defenſor. Vide *Patronus.*

Defectus.

Defectus aliorum, etiam publici, ſunt tacendi, & non vulgandi. c. 5. n. 68. 69. 70. p. 126

Defectus in magnis Viris, ægrè, ac durè permittuntur. n. 118. 119. 120. p. 207

Defectus prælatorum ſunt occultandi, & tegendi. c. 9. n. 187. 188. 189. p. 236

Deus.

Deus ſpontaneus ad beneficia, invictus ad ſupplicia. c. 2. n. 29. p. 44

Vox Dei efficax ad omnia trahenda. cap. 2. n. 38. pag. 45

Vbi adeſt divina virtus, non eſt neceſſaria lingua humana. n. 39. p. 46

Deus prius in ſe demonſtrat formam quam in ſuis amat. n. 40. ibid.

Deus requieſcit in Sanctis ſuis, ut in throno. c. 2. n. 84. 85. p. 51

Deus à ſuis ſervis nomen habet. c. 1. n. 260. p. 36

Qui aliquid accipit de Deo, jam totum habet. c. 2. n. 300. 301. p. 78

Deus laudatur verbo, & opere. c. 3. n. 73. p. 90

Ex opere bono Deo danda gloria, nobis verò humilitas ſemper. c. 3 n. 94 95. 96. p. 93

Noſtra bona opera Deo referenda. cap. 4. num. 98. p. 111.

Ad Dei præſentiam omnia timore moventur. c. 4. n. 119. p. 113

Deus ſcelerum principum agnitor, & vindicator c. 5. n. 39. p. 123

Deus pro parvo multum dat. c. 7. n. 47. p. 160

Id quod inimicus fabricatur ad mortem; Deus convertit in ſalutem, & remedium. c. 7. n. 118. 119. p. 168

Deus de juſtis, & bonis ſervis ſuis gloriatur. cap. 7.

Cur Deus dicitur ignis. c. 7. n. 170. 171. 172.

Deus cum vulnerat, ſanat. ibid.

Ira Dei eſt ad noſtram ſalutem. ibid.

Qualis homo Deo, talis Deus eſt illi. c. 7. n. 183. 184 185. p. 175.

Quiſquis fuerit Deo, talem ſibi Deum inveniet. ibidem.

Deus omnia diſponit ſuaviter. c. 9. n. 29. p. 218.

Deus ſuos cuſtodit ab omni malo, ſed etiam ab omni timore. n. 31. p. 219

Deus noſtrum bonum reputat ſuum. cap. 9. n. 147. p. 231

Deus per ſuam beneficentiam innoteſcit. c. 10 n. 215. 216. 217 p. 269

Deus nos trahit ſuis donis ſuaviter. c. 13. n. 56. 57. p. 307

Abſcondere divinitatem, & manifeſtare humanum valde ſublime.

Deus cuſtodit ſuos juſtos, & non permittit ut Tyranni exequantur omnem rabiem ſuam in eos. cap. 16. num. 81. 82. 83. p. 338. & cap. 17. n. 14. 15 p. 342

Deo ſerviendum integro corde, & non partito. c. 17. n. 78. 79. 80. 81. p. 347

Deus ut abſconditur, bene veneratur. c. 17. n. 75. 76. p. 347

Deus magis veneratur in corde puro, quàm in alio loco. c. 17. n. 94. 95. 96. p. 349

Deus ita ſollicitus de unoquoque; ac ſi illum ſolum haberet. c. 17. n. 102. 103. p. 350

Deus habitat in juſto, ut in magnifico palatio c. 18. n. 40. p. 356

Deus omnia facit juſto, ne aliquid illi deſit. n 41. ibidem.

Deus ante inflictam pœnam monet. c. 21. n. 22. 23. p. 384

Diabolus.

Diabolus per terrarum affectum ingreditur in animam. c. 5. n. 20. p. 121.

Per vanitatem, ac vanam gloriam diabolus in animam, ac eam in perditionem adducit. n. 21. 22. 23. ibid.

Diabolus ſuos decipit, & illis mentitur. c. 5. n. 124. p. 132

Miniſtri diaboli priores, quàm diabolus. c. 14. n. 7. p. 313

Diabolus ſi dicit verum eſt cum dolo. c. 16. n 52. 53. p. 334. n. 58. 59. p. 335

Diabolus laudat, ut vehementer accuſet. ibid.

Quare diabolus dicitur mendacij pater. cap. 16. n. 60. 61. p. 335

Hinc diabolus multis, & variis nominibus dicitur. n. 61. ibid.

Diabolus, quos ad peccandum adducit eos pœna afficit. c. 19. n. 54. 55. 56. p. 367

Diaconus.

Quales nam fuerint ſeptem Diaconi. cap. 6. n. 38 p. 145

Diaconatus ordo Sacer. c 6. n 53. 54. p. 146

Diaconi creantur ad adminiſtrandum in ſactis. num. 55. ibid.

Dignitas.

Iniquus rapinis comparat dignitatem, & rapinis vult illius bona dare. c. 8 n. 92 93. 94. p. 204

Dignitas ex benemerito honoratur. c. 1 n. 285. 286. pag. 39

Ad dignitates homines non eligant niſi ſapientes. n. 288. ibid.

In dignitate cognitio propriæ vilitatis. c. 1. n 140. 141. p. 21

Dignitas electorum redundat in eligente.c.1.n.258 pag 36.
Indignus in dignitate idem est,ac si illam non haberet c.1.n.276.277. p.38
Iusti volunt in dignitate alios secum habere.c.1. n.243.245. p.34
Iniqui in nulla dignitate sunt apud justos.c.3.n 94 pag.93.

D.Dionysius.

Mirabiliter convertitur.c.17.n.119. p.351
Adest morti,ac funeri Beatissimæ Virginis Mariæ n.120. ibid.
Illustris per Martyrium.n.120. ibid.
Distributio donorum, vel dignitatum, res valde periculosa. c.6.n.10. p.142
Vt in distributione dignitatum evitatur murmuratio signum de Cœlo. n.11. ibid.
In dignitatibus majora majoribus, minora minoribus danda sunt. c 6 n.17.n.18. p.143.
Quos Deus vocat ad dignitates, eis dat vires ad suas functiones.c 6.n 76.78. p 148
Dignitas indebita non est ad honorem,sed ad vilipendium. c.7.n.221 222. p.180

Discipulus

Discipuli Christi reputabantur ab infidelibus, tamquam ebrij. c.4.n.29. p.102
Ex malo Magistro peior,discipulus. c.14. n.6. 7.8. p.312.

Discere.

Discant potentes suam ignorantiam noscere, & fateri. c 8.n.149. p.210
Sapientiæ non est numerus, ideo semper discendum ibid n.50. ibid.
Divus Augustinus vult multa discere. ibid.n.149. n.151. ibid.
Ille bonus Doctor,qui vult doceri.n.152. ibid.
Paulus Doctor gentium fit etiam discipulus.n.153 ibidem.

Discordia.

Discordiæ, ac querimoniæ sunt evitandæ in electione c.1 n.267. p.37.
In multis discordia, in paucis unitas. cap.6. n.7. p.141.
Ignobiles, & viles quærunt discordias ac divisiones. c.15.n.8 & 9. p.321.
Vna discordia,ac divisio multas parit,ac generat. c.15.n.11. 12.13. p.321
Vbi discordia nulla est Dei benedictio. c.15. per totam. p.326.

Disputatio.

Cum se Doctores mali vident convictos in disputationibus, ad convitia, ac opprobria confugiunt.c.4 n.90.91.92. p.110

Doctor, seu *docere*. Vide *Disputatio.*

Sæpe majores illuminantur, ac docentur à minoribus. c.7. n.22.23. p.158
Doctor deponat carnis affectus.c.7.n.200. p.177
Deus vult nos instruere perMagistros,& Seniores. c.9. n.96.97. p 226
Doctrina cum humilitate percipitur. cap.22. n.11. p.393.

Dona.

Dei dona ad multos se extendunt.c.4 n.53.p.105.
Dona Dei non sunt danda intuitu lucri. c.9.n.273. p.244.
Dona Dei amplissima.c.3 n.78. p 91.

Dolor.

Dolores mortis, & inferni quid significent. cap.2. per totum p.68.& maximè.n.218.219.273.
Dolor dilecti sui magnum dolorem causat.cap.21. n.27.28.29. p.385.

Divitiæ.

Sint in potentibus ad pietatem. cap.10. num.18. pag.248
Divitiæ malis sunt ad condemnationem, bonis ad salutem.c.10.n.19.20.21. p.248

E

Ebrietas.

EBrietas corporalis secum adduxit omne malum. c.2.n.36.37. p 57
Ebrietas detestanda c.5.n.135. p.134

Ecclesia & Ecclesiasticus.

Christus, & Ecclesia sub eodem nomine veniunt. c.9. n.62. p.222
Ecclesiastici fugiant colloquia multorum,& non habitent cum eis.c.9 n.274.275.276. p.245
Ex rebus Ecclesiasticis,nec filum, seu corrigia sit ad stipendium militum,cap.12.num.83. 84. 85. p.291
Ecclesia Dei inter contrarietates fundatur, & extollitur. c.17.n 68.69. p.346
Ecclesiæ, & templa maximè laudanda. c.17. n.95. p.349.
Ecclesiastici vocantur Clerici.c.1.n.213. p.30
Arguuntur Ecclesiastici,qui cum habeant multa bona non dant Eleemosynas cap.3. n.62.63.64. pag.89.
Ecclesia vult esse in vulneribus Christi. c.3. n.76. pag.90
Maximè dolendum de Ecclesia Dei polluta c.4.n. 9. p 100
Pro custodienda Ecclesia contemnenda est vita. num.11. p.101
Angelus D.custodit Ecclesiam. ibid.
Perit Orbis destructa Ecclesia n.12. ibid.
Ecclesia dum impugnatur, magis crescit, & augetur.c.4.n.18.19. p 101
Ecclesia magnum Imperium habet in Dæmones. c.5.n.106. p.130
Ministri Ecclesiæ habent potestatem, & authoritatem super Diabolum c 5.123. p.132
Ecclesia persecutionibus non minuitur sed crescit c.7.n.177. p.275
Christus diligit Ecclesiam ut animam suam. Vide *Templum.*

Educatio.

Homo educatus in Civitate habet urbanitatem, non vere Educatus in campo c.22.n.8. p.392
Bona Educatio in pueritia perficit ad totam vitam.c.22.n 12.13.14 p.393
Id,quod homo bibit in pueritia retinet per totam vitam.c.22.n.13.16.17. p.393

Electio.

Ad dignitates,& Ecclesiam non sunt eligendi,nisi bene cogniti c.1 n.248.249.250. p.34
Deus vult ut sui Ministri venerentur,& sint venerabiles. c.1.n.258.259 p.36
Multa puritas ad Electionem faciendam. n.264. pag.56.
Ad eligendum Prælatum magna consideratio. n.265. ibidem.
Discordiæ, ac querimoniæ in Electione sunt evitandæ n.267. p.37
Ad evitandam invidiam in Electione signum de Cœlo.c.1.n.271.272. p.37

Indignus videtur habere dignitatem, ſed non habet. c.1. n. 276. 277. 278. p. 38
Ignobilis etiam eligitur à Deo. c. 7. n.175. p.175

Eleemoſyna.

Qui dat Eleemoſynam magis accipit quàm qui accipit. c. 4. n. 149. 140. p. 117
Eleemoſyna in pauperes theſaurus omnium bonorum. c. 9. n. 238. p. 141

Eloquia. Vide *Verbum.*

Elias.

Dux Pater, & Fundator Carmeli. A. q. 3. p. 447
Refutantur aliquæ opiniones.
Elias fecit tria vota Religionis, non tamen ea perfectione,& poteſtate clauſus, ut in lege gratiæ. A. n. 43. p. 450
Elias ſemper ſe conſiderat in Dei præſentia,ut perfectiſſimo modo operetur. A. n. 48. p 450
Elias lumine cognoſcit melius eſſe ſervire Deo cum voto, quàm ſine illo. ibid. n. 47. ibid.
Virtutes Eliæ valde ſublimes. ibid. n.67. 68. p.453
Vide *Carmel.*

Epiſtolæ.

Faciunt abſentes ut ſint præſentes. cap. 8. num.65. p. 201

Epicurus.

Epicurus cujus diſcipulus. c. 17. n. 42. p. 344
Quanti eorum errores. ibidem.

Epiſcopus.

Epiſcopus unde dicatur. c. 1. n. 231. p. 32

Euchariſtia.

Sacra Euchariſtia in corde avaro non perſiſtit. c.1. n. 224. p. 31
Majus peccatum indigna Euchariſtiæ ſuſceptio, quàm venditio Chriſti facta à Iuda. cap.1.n.225 p. 31
In Euchariſtico poculo omne bonum. c. 2.n.142
Miniſtrare Sacræ Euchariſtiæ tam ſublime eſt, ut Chriſtus per ſe ipſum præſtet,& non alteri committat. c. 2. n. 265. p. 73
In Sacra Euchariſtia triplex unio. cap. 2. nu. 287. pag. 76.
Per Euchariſtiam omnes unum ſumus in Chriſto. n. 288. ibid.
Chriſtus in Euchariſtia omnia ſua nobis communicat n. 290. p. 76
Per Euchariſtiam floret in nobis imago Dei. n. 291 ibidem.
Vbi non eſt unio, non datur participatio menſæ Euchariſtiæ. ibid. n. 292. p. 77
Illi benè ſumuntEuchariſtiam,qui perfectè uniuntur cum Chriſto. c. 2. n. 298. p. 77
Euchariſtia turris fortiſſima ad defenſionem. ibid. n. 299. p. 77
Cibo Euchariſtico confortatur Paulus. c. 9. n.178. p. 235

Evangelium.

Doctrina Evangelica lux, ſine illa tenebræ. c. 13. num. 39. p. 305

Eunuchus.

Græcè idem eſt, ac princeps, & perfectus. cap. 8. n. 134. p. 209
Miniſtri Regij dicebantur Eunuchi. n 135. ibid.
Eunuchus Reginæ Candacis proſelitus Iudæus religione. n. 136. ibid.
In multis partibus Chriſtum prædicavit, & ob fidem patitur. n. 139. ibid.

Exemplum.

Iniqui malorum exemplum ſequuntur. cap. 8. n. 92. p. 204

Exorciſma.

Fuerunt in lege antiqua. c. 19. n. 47. p. 366
Poteſtas ejiciendi dæmones datur in Eccleſia.n.48 ibidem.
Cur aliquando dæmones non exeunt. num. 51. 52. pag. 367

F

Fames.

CVm diſcrimine vitæ fameſcentibus ſubveniendum c. 11. n 47. p. 281
Qui ſubvenit fameſcentibus à Deo veneratur.n.75. ibidem.
Fames omnium malorum congeries, civitates, & regna deſtruit, c. 11. n. 67. 68. 69. p. 280
Pro magno ſupplicio, ac pœna infligitur à Deo. ibid. n. 70. 71. p. 281

Felix.

Præſes Cæſareæ ex ſervo ad tantam fortunam,c.23 n. 83. 84. p. 406
Adulter & valdè libidinoſus. c.24. n.67. p.412

Felicitas.

In felicitate modeſtia, in adverſitate animoſitas. c.1. n. 163. 164. p. 24
Qui in felicitate,ac fortuna bona eſt de aliis non recordatur.

Fides.

Fides nos facit ſecuros, & firmos in omni preſſura, & labore. c. 3. n. 104. 105. p. 94
Vbi fides nullius rei eſt timor. ibid.
Fides miniſtrat id,quod quilibet deſiderat. n. 106. ibidem.
Fidei myſteria attendenda,non ſecundum ſenſus, ſed ſecundum Dei verba,c.7. n.198. p.177
Fides ſine operibus otioſa. c 10. n.46. p.251
Novellæ plantationes in fide ſunt fovendæ. c. 14. n. 3. p. 312
Fides non comparatur diſputatione, nec humana ratione,ſed Dei gratia. cap. 17. num. 45. 46. 47. p. 345

Filius.

Arguuntur Filij degeneres à parentum virtutibus. c. 7. n. 66. p. 163
Filij debent imitari, & ſequi parentum virtutes. c. 7. n. 67. 68. 69. ibid.

Fortis.

Deus vult ſuos miniſtros fortes. c.1. n.139. p.21
Fortitudo, ac ſapientia devincit. c.6. n. 83. 84. 85. p. 149
Vir fortis, & ingenuus in omni adverſitate tenet animi robur, c.12. n. 52. 53. p. 288

G

Gallio.

QViſnam eſſet. c. 18. n. 49. p.357
Dat exemplum judicibus ſæcularibus ne ſe intromittant in rebus Eccleſiaſticis. n.56. p.358

Gamaliel.

Fuit Vir Sanctitate inſignis. c.5. n. 159. p.136
Magnus,& inſignis Doctor. n. 160. ibid.
Multum favebit Apoſtolis, ac Chriſtianis. n. 161. ibidem.

Gaudium.

Magnum gaudium ex præcedenti triſtitia. c. 2. n. 12. & 13. p. 42

Gaudium internum exterius erumpit. cap. 7. n. 299 p. 188.

Gaza.

Duplex Civitas, una in terra Philiſthiim, altera in Perſide. c. 8. n. 127. p. 203

Gens.

Quilibet magno amore afficitur ad gentem ſuam. c. 3. n. 129. 130. 131. p. 97

Gloria vana.

Diabolus per vanitatem ingreditur in animam, & eam perdit. c. 5. n. 21. 22. 23. 24. p. 121

Vana gloria excludenda, ut Chriſtus animam ingrediatur. n. 24. ibid.

Vana gloria vitanda. cap. 10. num. 172. 173. 174. p. 265

Gloria vana ad ſe trahit omnia ſupplicia. cap. 12. n. 151. 152. p. 299

Gloria Dei.

Apparente Dei gloria, temporalia nihil ſunt. c. 7. n. 17. 18. 19. p. 157

Vide *Beatitudo.*

Gratia.

Per Dei gratiam renovamus in nova vita, ac Dei ſervi. c. 2. n. 293. p. 77

Gratus vult eſſe cum ſuo benefactore. cap. 3. n. 75. p. 90

Gratia Chriſti perſeveravit in Apoſtolis, c. 5. n. 98. p. 130

Gratia Dei reſpuit otium & quærit exercitium, & operationem. c. 14. n. 68. 69. p. 319

Gratiarum actio.

Gratiarum actio valde perjucunda. cap. 11. n. 122. 123. 124. p. 296

Gratiarum actio valde utilis. c. 7. n. 79. 80. p. 164

Boni Viri invicem gratificantur. c. 8. n. 9. p. 195

Gula.

Voracitas gulæ multa mala infert. c. 1. n. 233.

Generoſus.

Vide *Homo.*

H

Hæreticus.

HÆretici, ut peſtilentes fugiendi ab eorum converſatione, & halitu.

Herodes.

Quatuor fuerunt. c. 12. n. 5. & 6. p. 282

Homo.

Multa mala maximè invigilant contra hominem. c. 3. n. 12. p. 83

Qualis Homo fuerit Deo; talis Deus eſt illi c. 7. n. 183. 184. 185. p. 175

Qualis homo fuerit Deo, talem ſibi Deus inveniet. ibidem.

Homo ab humo, ſeu terra dictus, ut humilietur. c. 10. n. 174. 175. p. 265

Homo ſuum principem habeat ante oculos. ibid.

Homo generoſus in utraque fortuna tenet ſui animi robur. c. 12. n. 52 53. p. 288

Homo bonæ indolis nulla mala ſocietate corrumpitur. c. 13. n. 8. 9. & 10. p. 301

Quilibet homo alliciendus eſt ſua conditione. c. 17. n. 82. 83. 84. p. 348

Hiſpania.

Hiſpania fidei, ac Eccleſiæ columna. cap. 12. n. 17. p. 283

Honor.

Honor indebitus non eſt ad honorem ſed ad vilipendium. c. 7. n. 221. 222. p. 180

Hoſpitalitas.

Prudens non vult eſſe gravis, ac moleſtus hoſpitio. c. 18. n. 18. 19. p. 354

Humilitas.

In proſperis humilitas, in adverſis animoſitas. c. 1. n. 164. 165. p. 24

Sapientia, & fortitudo in humilitate devincit. c. 6. n. 83. 84. 85. p. 149

Multum requiritur ad celebrandas humilis laudes, non ſic ad excelſi. c. 9. n. 68. p. 223

Humilitate vincitur ſuperbia. ibid. n. 69.

Deus prælatos humiles vult. c. 10. n. 175. 176. 177. p. 265

Humilitas nos elevat, ac diſponit ad magnam dignitatem. c. 10. n. 179. 180. p. 265

Valde ſublime manifeſtare infirmitatem, & abſcondere magnitudinem. c. 14. n. 17. 18 p. 314

Humilitas ad ſe trahit Angelos. cap. 12. num. 148 p. 298.

In eo, quo quis ſe humiliat, exaltatur. cap. 13. n. 60 p. 308.

Hypocrita.

Hypocriſis maxima deteſtanda. cap. 23. n. 60. p. 404

Longè abeſt à Chriſti diſcipulis. n. 61. 62. 63. ibid.

I

Jacobus.

ZElo fervidus. c. 12. n. 11. & 12. p. 283

Iacobus, & Ioannes Alpha, & Omega Collegij Apoſtolici. n. 13. ibid.

Iacobus primatum tenet. n. 14. ibid.

Iacobus devotiſſimus Virgin. Mariæ. num. 16. ibidem.

Ejus nomen fecit Deus celeberrimum, ut ad eum omnes gentes devotionis cauſa confluant. n. 18. p. 284.

Iacobus magnæ Sanctitatis, ac auctoritatis Vir c. 21. n. 44. p. 387

Iactantia.

Vide *Gloria vana.*

Idolōlatria.

Idololatriæ cauſa hominum benefactorum. cap. 14. n. 43. 44. p. 316

Chriſtus in ſuis Apoſtolis voluit amputare idololatriæ cauſam. n. 44. ibid

Jeſus.

Ieſus nomen proprium filij Dei, & impoſitum eſt non ab hominibus, ſed à Deo Patre. c. 2. n. 209. 210. 211. p. 66

In nomine Ieſu omnia miracula facta. c. 3. n. 59. pag. 88.

Ieſus nomen maximè venerabile ſuper omne aliud nomen. c. 3. n. 108. p. 94

Tres rationes pro magna excellentia nominis Ieſu. n. 109. p. 95

Ieſus nomen ad nos defendendum. num. 110. ibid.

Magna, & excelſa ſublimitas Nominis Ieſu. c. 3. n. 111. ibid.

Magnitudine nominis Ieſu confunduntur ejus inimici. c. 4. n. 44. p. 104

In Ieſu omnia ſunt pleniſſima, & perfecta bona. c. 4. n. 57. 58. 59. p. 106

Ieſus Nomen corroborat ad martyrium. c. 7. n. 282. p. 136

Ieſus Nomen allicit, & vincit omnia. c. 9. n. 73. 74. 75. p. 223
Plus Ieſus gloriatur de Nomine Salvatoris, quàm Dei. n. 72. ibidem.
Ieſus Nomen dat robur, & fortitudinem ad omnia vincenda, & nihil timendum. c. 9. n. 74. 75. ibidem.
Ieſus nomen ſalutiferum, & omnia bona ſecum importat c. 9. n. 268. 169. 270. p. 234
Ieſus Nomen etiam feræ belluæ venerantur. n. 171. ibidem.
Ieſus Nomen omnes tenebras depellit. c. 9. n. 172. ibidem.
Omne malum propulſat, & advertit. n. 173. 174. ibidem.
Majora operatur per ipſum Nomen Ieſus, quàm ipſe Chriſtus egerit in vita per ſeipſum. c. 16. n. 37. 38. 39. p. 333
Ex lectura Nominis Ieſu convertitur Latro. c 19. n. 73. p. 369

Iejunium.

Dat alas orationi, & facit eam exaudire. c. 21. n. 56. 57. 58. 59. p. 388
Eſt adjuvamen orationis. c. 10. n. 72. p. 254
Iuſtus currit ad labores, ad oblectamenta moroſus. c. 21. n. 25. 26. p. 385

Ignis.

Cœleſtis ignis non comburit, ſed vivificat. cap. 2. num. 69. p. 49
Cur Deus dicitur ignis. c. 7. n. 170. p. 174

Ignobilis.

Etiam eligitur à Deo c. 7. n. 175. p. 175

Inimicus.

Cum inimicis cautè agendum. cap. 3. num. 67. pag. 89
Vt inimicus pro amico habeatur multum requiritur. c. 5. n. 87. p. 128
Magna pulchritudo, ac formoſitas, benevolentia in inimicis. c. 7. n. 330. p. 192
Qui inimicos diligit de aliorum malo ſuam juſtitiam cumulat. c. 7. n. 335. p. 192
Diligere inimicum de Spiritu Dei venit, c. 7. n. 336. ibidem.
Indulgentia inimicorum facit filium Dei. cap. 13. num. 62. p. 308

Ingratus.

Ingrati pro beneficio accepto referunt malum. c. 24. n. 22. 23. 24. p. 403

Ignorantia.

Potentes agnoſcant, & fateantur ſuam ignorantiam, ut diſcant, c. 8. n. 149. p. 210

Ingenium.

Ingenium, ac indoles propria maximè conducit ad magna. c. 9. n. 15. 16. p. 217. & n. 137. p. 230
Vnuſquiſque trahendus ſuo ingenio.

Innocens.

Innocens dum condemnatur, innocens cognoſcitur, & prædicatur. c. 25. n. 7. p. 415

Injuria.

Injuria, & contumelia gravior viro ingenuo, quàm mors c. 8. n. 158. p. 111
Injuria illata in ſervos Dei, eſt in ipſum Deum. c. 9. n. 60. 61. 62. p. 222
Injurias ſuſtinere forti animo, magnum miraculum. c. 12. n. 50. p. 287
Injuria illata in una lingua in multis deletur. c. 2. n. 109. 110. p. 54

Invidia.

Invidia fratrum in fratres crudelis. c. 7. n. 133. p. 170
Ob evitandam invidiam multa ſunt diſſimulanda. c. 1. n. 267. 268. p. 37
Ad evitandam invidiam in electionibus ſignum de Cœlo neceſſarium. n 270. 271. ibid.
Qui conſcius eſt ſui criminis, non invidet. cap. 2. n. 277. 278. 279. p. 75
Invidia tenaciſſima nullo miraculo miteſcit, ac frangitur. c. 5. n. 119. 120. p. 132

Intellectus.

Lux in intellectu neceſſaria, ne depravetur à voluntate. c. 2. n 73. p. 50
Vexatio dat intellectum. c. 7. n. 107. & 108. p. 227

Ioannes Apoſtolus.

Ioannis admirabilis conſtantia, ac generoſitas. c. n. 64. p. 107

Iſraëlita.

Tempus captivitatis in Ægypto c. 7. n. 36. 37. p 159
Cur Ægypti tam crudeliter perſequebantur Iſraëlitas. c. 7. n. 101. p. 166

Ioſeph.

Ioſeph in multis exiſtit Chriſti figura. cap. n. 71. 72 73. 74. p. 163
Quare tam diverſimodè ſcribitur de pretio venditionis Ioſeph ibid. n. 75. p. 164
Quare Ioſeph non fecit certiorem patrem ſuum de ſuo ſtatu in Ægypto. c. 7. p. 164

Interpres.

Sub interprete aliquando falſitas. c. 2. n. 109 p. 54

Iudicium finale.

Dies magnus, & horribilis c. 2. n. 189. p. 63
In omni feſtivitate de judicio finali ſemper habenda eſt memoria. c. 2. n. 191. p. 63
Memoria judicis univerſalis maximè conducit ad ſalutem. c. 2. n. 193. 194. 196. 197. p. 64

Ira.

Vbi ira nulla eſt ſapientia, ſed ſtultitia. c. 7. n. 106. p. 166
Ira Dei ad noſtram ſalutem. c. 7. n. 172. & 173. pag. 174
Inter magnas iras affectus charitatis reſplendet. c. 7. n. 243. 244. p. 182
Dandus eſt locus iræ. c. 18. n. 51. 52. p. 357

Iudas Galilæus.

Quis fuerit, & cujus ſectæ Auctor, & quomodo periit.

Iudas proditor.

Iudas fecit ſigna, & miracula. cap. 1. num. 224. pag 30
Iudas ſtrangulatus occubuit. c. 1. n. 219. p. 30
Extraordinarius fœtor ex corpore Iudæ. num. 221. pag. 31
Iudæ viſcera diffunduntur per medium. num. 222. ibidem.
Omnia contra Iudam inſurgunt. n. 226. ibid.
In Iudam triginta maledictiones. c. 1. n. 232. p. 32

Iudæi.

Iudæi, ac Hæretici adumbrantur. cap. 3. num. 72. pag. 90
Iudæorum crudelitas. c. 7. n. 160. p. ---

Iudex.

Sit integer affectu, ut peculiares suos affectus valeat domare. c. 25. n. 22. p. 416
Iudicet cùm veritate, ac prudentia. c. 25. n. 22. ibid.
Nullum majus testimonium veritatis quàm adversarios appellare in judicio. cap. 4. n. 93. 94. & 95. p. 111
Vbi fraterna charitas, nullus necessarius Iudex. c. 7. n. 147. p. 172
Iudex suarum actionum det rationem. cap. 11. n. 8. p. 274
Iudex sæcularis non se intromittat in rebus Ecclesiasticis. c. 18. n. 50. p. 357
Iudex sit integer affectu, ut non corrumpatur. c. 25. n. 20. 21. 22. p. 416
Iudex, ut puniat. Vide *Supplicia.*

Judicare.

Quilibet ex se judicat de aliis. c. 4. n. 29. p. 103. & c. 8. n. 96. p. 104
Iracundus abstineat se à judicando. c. 9. n. 5 p. 216
Homo non judicat secundùm præsentia, sed præterita. c. 10. n. 137. p. 261

Iuramentum.

Grandis pœna mendaciter jurantis. c. 5. n. 28. 29. pag. 122

Iustitia.

Vna puerilis vox pro justitia sufficit pro toto orbe. c. 4. n. 65. 66. 67. p. 107

Iustus.

Iustus nihil timet. c. 4. n. 65. p. 107
Iustorum præsentia arguit, & confundit iniquos. cap. 4. n. 74. p. 108
Iustus semper quærit majorem argumentum gratiæ. c. 4. n. 129. 130. p. 114
Deus maximè providus abundantissimè in suos justos. c. 3. n. 11 & 12. p. 82
Vir justus alienus à fallacia, & dolo. c. 5. n. 23. p. 121
Iustus unus, & fortis, iniqui multi, & invalidi. c. 6. n. 79. 80. 81. p. 149
Iusti pauci, iniqui multi. n. 82. ibid.
Iustus habet bellum cum carne, & sanguine. cap. 7. n. 53. 54. p. 161
Iusti laboribus non consumentur, sed crescunt. c. 7. n 176. p. 175. & c. 28. n. 19. 20. p. 436
Iustus de aliorum malo suam justitiam accumulat. c. 7 n. 33. p. 192
Injuria illa in justos, ac servos Dei est in ipsum Deum. c. 9. n. 60. 61. 62. p. 222
Iustorum desiderium, & affectus sine voce clamat. c 9. n. 226. 227. 228. p. 240
Iusti quærunt loca separata à tumultu.
Iustis est Dei virtus, iniquis est maledictio. c. 10. n. 210. 211. p. 269
In mundo justi vexantur incarcerantur, iniqui splendent, & sublevantur. c. 12. n. 95. 96. p. 293
Quod justi eximantur in mundo à vexationibus videtur somnium. n. 97. 98. ibid.
Iustus omnia impetrat.
Si Deus in peccatoribus multa peccata dissimulet; non sic in Iustis, quos vult expolire. c. 8. n. 118. 119 120. p 207
Deus maximè punit crimina in suos servos, quàm contra se. c. 13. n. 42. 43. 44. p. 305
Iustitia, & Sanctitas in dissimilibus actionibus ostenditur. c. 14. n. 48. p. 317
Deus custodit suos justos, & non permittit ut iniqui excitent in eos omnem suam rabiem. c. 17. n. 14. & 15. p. 342
Deus habitat in justis, ut in palatio amplissimo. c. 18. n. 40. p. 356
Deus omnia fit justo, ne quid illi desit. num. 45. pag. 357
Deus suos justos in laboribus recreat. Vide *Labor.*

L

Labor.

DEus permittit Labores, ut per eos justi exaltentur. c. 2. n. 233. 234. p. 68. & c. 27. n. 62. 63. p. 431
Labores catervatim veniunt. c. 3. n. 13. p. 83
Labores vigilant contra hominem. n. 12. ibid.
Labor ducit nos ad confessionem, ac ad remedium peccatorum. c. 5. n. 72. p. 127
In laboribus magna dulcedo; solùm Sanctis nota. c. 5. n. 189. 190. p. 139
Labor pro Christo prælibatio vitæ æternæ. ibid.
Gaudium patiendi pro Deo, noctem vertit in diem. n. 191. ibid.
Magis gratificandum in laboribus, quàm in præmio. n. 197. p. 140
Labor, ac afflictio prognosticum felicitatis, quæ sequitur. c. 7. n. 38. 39. 40. p. 159. 160
A laboribus danda est requies. c. 27. n. 15. 16. p. 427
De Laboribus nascitur fructus justitiæ. c. 27. n. 61. 62. p. 431
In aliorum labore time tuum. c. 7. n. 113. p. 167
Iusti Laboribus non consumuntur, sed crescunt. c. 7. n. 176. p. 175
Ex Christi nomine suavizantur omnes labores. c. 7. n. 324. 325. 326. p. 191
Non judicatur malum; ac labor, quod parturit magnam gloriam. c. 8. n. 156. 157. p. 211
Labores aperiunt oculos, & dant intellectum. c. 14. n. 107. & 108. p. 227
Deus non finit suos justos diu in laboribus vexari, sed citò subvenit. c. 16. n. 91. 92. 93. p. 338
Iustos in suis laboribus maximè Deus recreat, ac fovet. c. 18. n. 33. 34. p. 355
Deus dat laborem ad majorem gloriam. c. 18 n. 56. 57. 58. p. 358
Labores, quos sustinemus pro Deo, etiam pro mundo, sunt majores. c. 23. n. 57. 58. 59. p. 403

Lachrymæ.

Lachrymæ custodiunt ab omni periculo, & exaltant c. 7. n. 123. p. 169
Per lachrymas evaporatur dolor animi. cap. 8. n. 33. p. 197
Orator cum lachrymis valde efficax. c. 20. n. 50. p. 375
Iusti, & pij dolent, & lachrymantur de aliorum peccatis ibid. n. 52. p. 376
Lachrymæ dilecti visæ dolorem causant. c. 21. n. 27. 28. 29. 30. p. 385

Laus.

Aliena Laus difficiliter creditur; secus ignominia. c. 1. n. 92. 93. p. 15
Illa præclara Laus quæ non fit ab homine obligato. c. 3. n. 48. 49. 50. p. 87
Deus laudatur, verbo, & opere. c. 3. n. 73. p. 90
Multum requiritur ad humilis Laudes credendas. c. 9. n. 68. p. 224
Qui verè Deum laudat; alios ad ejus laudes convocat. c. 11 n. 17. p. 275
Virtus Laudata maximè impugnatur. c. 23. n. 78. & 79.

Index Rerum.

Lex.

Lex gratiæ multas excellentias habet ſupra legem veterem c.2. n.6.7. & 8. p 41
Spiritus ſanctus venit in obſervantes legem. c. 2. n.14. & 15. p. 43
Lex vetus tranſivit; Lex nova permanet. c.2. n.82. pag. 51
Lux antiquæ legis obcæcabat, lux legis Evangelicæ illuminat. c.6. n.105. p. 152
Lex Evangelica ponit ſignum in anima & corde. c.7. n. 56. 57.58. p. 161
Lex vetus valde gravis ac ponderoſa multitudine peccatorum. c.15.n.27.28. 29. p.323
Lex Evangelica valde ſuavis, & levis. c.15.n. 33. p. 323.
Inter legem novam, & veterem multum diſcrimen. c.15 n. 35. 36.37. ibid.
Leges novæ non ſubito introducendæ ſed paulatim. c.16.n.15. 16.17. p. 321
In lege veteri ſigna corporalia, in lege Evangelica, ſpiritualia.c.19.n.12 & 13. p. 363

Liberalitas.

Liberalitas dona dat largè pœnam cum menſura c. 2.n.55.56.57. p. 48
Summa liberalitas occultat beneficia exhibita.c.2. num. 66. p. 49
Dei liberalitas pro parvo multum dat. cap.7.n. 47. p. 160

Libertini.

Erant nati ex illis qui fuerunt captivi per Romanos; poſtea libertate donati ſunt. cap. 6.n.67. pag. 148

Liber.

Liber malæ doctrinæ comburendus. c. 19.n.66.67. p. 368
Libris malæ doctrinæ pereunt regna. n 68.
In Libro malæ doctrinæ interiùs latet venenum. num. 69. ibid.
Libri bonæ doctrinæ faciunt homines Sacros & Sanctos. c.19.n.70. ibid.
Libri Sacri, ac bonæ doctrinæ valde utiles. n. 71. 72. 73. ibid.

Locutio Linguæ.

Lingua ex ſe malum, gubernata à Spiritu ſancto quid optimum. c.2.n.72. p. 50
Maledicus,& mala Lingua ſemper invenit quid ad murmurandum.c 2.n.150.151. p. 59
Malevola Lingua etiam contra Deum armatur. n. 52. ibid.
Aliquando laudabile tacere, aliquando loqui.
Qui loquitur contra voluntatem irridetur. cap.17. num. 39. p. 344
Donum linguarum quatuor importat. cap.2. n.99. p. 53
Donum linguarum in B. Virgine Maria. n. 100. ibidem
Et in aliis perſonis ſtantibus in Cœnaculo. n.101. ibidem.
In quibus Linguis Apoſtoli loquebantur. n.102. 103. 104. ibid.
Quot ſunt Linguæ in Orbe.ibid. n.106. p. 54
An linguæ,quæ poſtea ſubcreverunt,fuerint infuſæ Apoſtolis n. 107. ibid.
Quod una mala Lingua finxit in multis compenſatur c.2. n. 109. p. 54
Varietas Linguarum multum convenit ad ornatum Eccleſiæ Dei. n.110. ibid.

Lucrum.

Ob Lucrum temporale,magis volunt homines habere ſecum Diabolum, quàm Deum.c.16. n.66. 67. 68. p.336.
Ob lucrum homines adorant Diabolum. n.67.69 ibidem.
Lucrum pecuniæ impedimentum ad Cœlum c. 3. num. 32. p.85
Reprobantur Sacerdotes,qui non de ſpirituali,ſed de lucro agunt c 3 n.37.38. p.86
Lucri acquiſitio diviſionem parit c.4 n.133. p.115
Mundialis non agit de anima,ſed de lucro. cap.8. n. 95.&c. p. 204
Valde execrabile ex divinis lucrum quærere. c. 8. n.103. 104. p.205
Multa diligentia ad lucrandum, illius perditio. c. 12.n.104.105. p. 293

Luxuria.

Deus maximè nos vult liberos à Luxuria. c 7.n.44. p. 160
Diaboli eſt vires frangere, luxuriam fomentare. c.7.n. 113. p. 167
Luxuria plus dementat, quàm vinum, ac ebrietas. c.24. n 68. p. 413

M

Magiſter.

Magiſter honorandus. c.8.n.143. p. 210
Ex malo Magiſtro priores diſcipuli. cap.14. num.6.7.8. p. 312
Vide *Verba: Diſcere,ac docere.*

Magiſtratus

Qualis,& ad quid eſſet Magiſtratus in populo Iſraël. c.4.n.7. p. 100

Majeſtas.

Suprema Majeſtas ſuperlucet inter lucentes. c. 2. n 67. 68. p. 49

Malum.

Multa mala maximè invigilant contra hominem. c 3 n.12. p.82
Ex malis, ac inſidiis parat Deus remedium ac victoriam.

Malitia.

Malitia,ac nequitia hominum nulla evidentia, ac miraculo quieſcit, ac mitigatur. cap. 6. n. 116. 117. 118. p. 153
Malitia humana paulatim creſcit, & de uno malo in aliud majus venit. cap.4. num.104. 105.106. p. 112

Maria Deipara.

Virgo Maria optimè omnia ſciebat cap.1. n. 138. pag 21
Maria Virgo erat inter Apoſtolos in medio, ut omnium illuminatrix. c.1. n. 198. 199. p. 28
Vbi Maria adeſt, ibi Dei benignitas, & ſecuritas. c 2. n.62.63. p. 48
Corpus,& Caro Virginis Mariæ dicenda eſt Sancta. c 2.n.229. p.68
Omnia beneficia per Virginem Mariam velociſſimè veniunt c.3.n.24.25.26.27. p.48
In Nomine Mariæ omnia miracula facta. cap. 3. num. 59. p. 88
Caro Virginis Mariæ pro decore fuit Chriſto Domino. c 4.n.48. p. 105
Deipara Virgo pura in partu; in quo ejus Virginitas eſt adaucta.c 7.n 178. p. 175
Virgo Maria, ſine peccato originali concepta. n. 179. ibidem.
Puritas Virginis Mariæ tranſcendit omnem mentem. c.7.n.198. p. 177

Deiparæ Magnalia transcendunt omnem creatam intelligentiam ; ut nullo modo possint comprehendi.c.7.n.206.207.208. p.178
Virgo Maria orat pro Stephano.c.7.n.316. p.190
Per Mariam Virginem gentes veniunt ad fidem, ac Ecclesiam. c 10.n.5.6.7. & 8. p. 246
Per Virginem gentes illuminantur ad fidem. ibid.
Orationes Deiparæ pro sua reverentia statim exaudiuntur. c. 10. n. 40. p. 250
Maria Virgo unà cum filio suo idem computatur. ibid. n. 42. 43. p. 251
Christus cognoscitur in mundo filius Dei , quia filius Virginis Mariæ. n. 45. ibid.
Maria Virgo nullum habuit peccatum nec originale, nec actuale. c. 10. n. 109. p. 258
Virgo purissima in primo instanti suæ Conceptionis. n 110. 111. 112. 113. 114. ibid.
Pater Æternus gloriatur quod filius suus sit filius Virginis Mariæ. n. 112. ibid.
A Mariæ Nomine certum patrocinium contra omne periculum. c. 11. n.101 p. 293
Virgo Maria Apostolorum Magistra omnes eorum quæstiones determinabat. c.15. n. 48. 49.& 50. p 324
Maria totius sapientiæ doctrix,Organum Spiritus sancti per quod loquebatur. ibid.
Maria sol illuminans Ecclesiam militantem , ac triumphantem. ibid. n. 51. p.325
Magna cautela adhibetur ; ne quis de Verbis Mariæ dubitaret. n 52. ibid.
Mariæ nomen non referunt Apostoli in suis Epistolis ob multam ipsius nominis reverentiam. c. 18. q. 11. n 75. p. 359
Valdè dulce audire nomen Mariæ n.76. ibid.
Nomen Mariæ inter omnia ejus magnalia valde sublime ibid n.77. p. 360
Sanctissima Virgo Maria habet quemdam excellentiæ principatum in omni virtute super omnes puras Creaturas. A sectione 7. per totam. p. 457
Virgo antequam nata illuminabat mundum.n.104 p. 458
Magna felicitas eorum, qui fuerunt digni videre, & audire Virginem Mariam. A q.10.per totam. p. 468
Virgo Concepta absque ullo peccato originali.A. n. 221. 222. p. 471
Virgo Maria orat,& intercedit pro animabus Purgatorij. A n.331. & seq. p.484
De aliquibus Antiphonis B. V. A. n.357. p.487

Manus.

Per manuum impositionem constituuntur Diaconi. c. 6. n. 52. 53. p. 146

Martyr. Martyrium.

Martyres inebriati amore Dei c 2. n. 140. p. 57
Suprema dignitas Martyrium. c. 5.n. 194. p. 140
Magnum Dei donum Martyrium.n.195. ibid.
Maximè gratificandum in Martyrio,quàm in præmio ibid n 196. ibid.
Martyres habent secum Deum pro soc'o. n. 197. ibidem
Sanguis Martyrum, semen producens fructus c.6. num. 2. p. 141

Mathias.

Sors super Mathiam fuit aliquo Cœlesti signo demonstrata. c. 1. n.283. p. 39
Sors dum cadit super Matthiam maximè nobilitata est. ibid.n. 284 ibid.
Elogium D. Matthiæ. c. 1. n. 287. p. 39
Significatio nominis Mathiæ. ibid. n. 288
Nomen datum à Deo. ibidem num. 289.

Mendacium.

A conspectu veritatis omne mendacium , ac falsitas destruitur, & dissipatur. cap. 4. n. 79.80.81. p. 109
Mendax grandi pœna punitur. c.5. n. 29.30.p.112
Mulierum ingenium mendax. c.5. n. 62. p. 125
Mendacium ex modo dicendi cognoscitur. cap. 6. num. 100. p. 151
Deus abominatur fictiones , & mendacia. cap.10. n. 190. 191. p. 267
Mendaces benè audiunt apud Principes.c.12.n.134. p. 297

Meritum.

Ad obtinendam beatitudinem, nostra opera , ac merita necessaria c. 4. n. 54. 55 56. p.105
Per Spinas merentur magna. c.7. n. 198. p. 177
Bonus Vir vult in meritis habere socios. c.21.n.42. 43. p. 377
Vide *Præmium.*

Misericordia, Misericors.

Qui misericordiam est assecutus facile miseretur. c. 7 n.120. 121. p. 168
Non in felicitate, sed extra illam homo miseretur. c. 7. n 149. 150. p.172
Vide *Eleemoysina.*

Missa.

Multa bona confluunt audientibus Missam. c.20. n. 21. 22. p. 373
Repletur donis Spiritus sancti. ibid. n. 23.
Fit Civis Cœlestis. ibid. n.24. p.376
Fit socius Angelorum n. 25. ibid.
Multa bona recipit à Deo. n. 28. & exp.3. cap.20. num. 34. ibid.

Miles.

Res Ecclesiasticæ non veniant ad milites c.12.n.83. p. 291
Ex rebus Ecclesiasticis , nec filum , vel corrigia sit ad stipendium militum. n. 85. 86. ibid.

Misteria.

Mundani non percipiunt , nec intelligunt divina Mysteria. c. 7. n. 308. p.184

Miracula.

Miracula maximè inserviunt ad confirmandam fidem,quæ hæretici non possunt facere. c. 2. n. 283 p. 75
Quæ causæ interveniunt in faciendis miraculis.
Miracula non sunt requirenda,quando res fieri potest per vires naturæ. c. 9. n. 242. 243. 244.p.241

Mors.

De morte triumphat , qui illam semper cogitat. c. 20. n.61.62.63. p. 376
Pro meditatione mortis magnum documentum dat Paulus. n 30. 31. p.374
Mors ac sepultura post Christum magnus honor. c. 2. n. 240. p. 69
In hora mortis Charitas erga sibi infensos cap.7. n. 242. p. 182
Ex morte Christi mors fit levis , & suavis. cap.7. n. 284. p. 187
Mortui sunt plorandi,ac pro eorum sepultura.c.8. q. 4. per totam. p.297

Mores.

Multum distant mores hujus temporis à primitiva Ecclesia. c. 1. n. 287. p. 26

Minister.

Minister non est impediendus in suo officio. c. 3. n. 48. p. 87

Ministri

Miniſtri non in publico, ſed in occulto accipiunt. c.8. n. 97. 98. p. 204
Chriſtus ſolus clemens, cum miniſtris ſeverus. c. 1. n. 165. p. 24
Sciant Miniſtri quod de donis acceptis ſint reddituri rationem c 1. n. 167. 168. ibid.
Bonus Miniſter non excedit ſuam commiſſionem. c. 1. n. 169. 170. 171. ibid.
Miniſtri maximè honorandi, ut venerabiliores ſint. c.2. n.75. 76. p. 50
Deus vult ſuos Miniſtros eſſe venerabiles, & ut honorentur. c. 1 n. 258. 259. p. 36
Bonus Miniſter vult ſecum habere Miniſtros bonos, non verò malus. cap.1. n.243.244. 245.246. pag. 34
Miniſtri expleto ſuo officio recedant. cap.8. n.183. 184. 185. p. 214
Si Miniſter accipit, hebetatur integritas.c.9. n.242. p. 241
Bonus Miniſter perſiſtit in officio ſibi commiſſo, ultra non tranſcendit. c. 10. n.53 54. p.252
Miniſtri Diaboli pejores, quàm Diabolus. cap.14. num. 7. p. 313
Miniſter diſpenſans communia bona ut credatur, quod non ſibi aliquid lucratus fuerit, neceſſe eſt ut fiat miraculum. c.20. n. 104. p.381

Mulier.

Mulier cum ſolo Angelo loquatur. c.1. n.135.136. pag. 20
Mulier ex brevi colloquio cum hominibus invenit Deum n. 137. p. 21
Colloquium mulierum fugiendum. cap. 9. n. 274. 275. 276. p. 245

Mortificatio.

Mortificatio neceſſaria ad magna merita aſſequenda.c.7. n. 42. p.160

Murmuratio.

Vide *Lingua.*
Ad murmurandum homines non cogitant præſentia, ſed præterita c 9. 142. 143. p. 231
Vt homo valeat murmurare, ac calumniare non judicat ſecundùm ea quæ ſunt de præſenti, ſed de præterito. c. 10. n. 137. 138. p. 261

N

Natura.

NAturæ affectus, ac inclinatio non poteſt occultari. c.7. n 141 142. 143. p. 171
Quod eſt à natura negari non poteſt. ibid.

Nicolaus.

Advena unus ex ſeptem Diaconis, multi graviter condemnant, alij multis liberant, & dicunt virum probum. c 6. n. 50. 51. p. 146

Nicanor.

Vnus ex ſeptem Diaconis, fide, & gratia inſignis, martyrio coronatur. c.6. n 47. p. 146

Nobilitas.

Nobilitas multum conducit ad gubernatorem.c.7. n. 125. p. 169
Gubernator nobilis, lenis, ignobilis, durus. ibid.
Nobilis magna, ac difficilia aggreditur.c.17. n.28. 29. 30. p. 343
Nobilis fidem tenet, & ſervat. n. 29. ibid.
Nobilis à ſua nobilitate pignoratur ad magna. n. 29. ibid.
Nobilis aptus ad bellum. n.30. 31. ibid.
Nobiles antiqui ſe exercebant in arte mechanica. c.18.n.15. p.354

Nomen.

Nomen virtutes indicat c 9. n.258. p.243
Nomen à magnis factis ſumitur, ac appropriatur c.13. n.27. 28. 29. p. 304
Nomen in dignitate ſine fructu valdè execrabile. c. 23. n. 16. 17.18. p. 329

Nova.

Multi in doctrina damnant novitatem ſententiarum, cum multoties ſint præſtantiora. cap. 17. n 51. 52. p.345
Sæpè junioribus Deus dat majorem lucem quàm antiquis. n. 53. 54. 55. ibid.

O

Obedientia.

PErfecta Obedientia prophetizat voluntatem Superioris. c.2. n. 296. p. 77
Elementa docent homines obedire Deo.c.7.n.255. p. 183
Perfecta Obedientia non expectat mandatum, ſed prævenit c. 9. n. 88. 89. p. 225
Obediens non diſcurrit, nec diſcutit mandatum, ſed indilatè adimplet. c.10. n.55. 57. p.252
Bonus ſubditus mutus ad præcepta.cap.10. n.188. p. 266.
Perfectè Obediens, omnes difficultates contemnit, ut obediat. c.11. n. 14. p.275

Obſequium.

Obſequia facta Deo, ipſe anticipatè remunerat. c. 3. n. 69. p.90
Pueri à ſua infantia ſunt Deo dedicandi in ejus obſequium. c.7. n. 46. p.160
Obſequium non voluntarium; idem eſt, ac ſi non eſſet.
Per id quod fit obſequium recipitur beneficium. c. 9. n. 259. 260. p 243
Iuſtus & ſi dormiat, vigilat ad obſequium. c. 16. n. 35. 36. p. 332

Occaſio.

Bona occaſio non omittenda. c. 8. n. 168. p.212
Occaſione bona utendum. c 22. n.26. p. 394

Oculus.

Oculi intenti in Ieſum ſagena omnium bonorum, & ipſum habent defenſorem. c. 1. n. 109. 110. 111. pag. 17
Oculi attenti in Deum multam vim ac efficaciam habent. c. 23. n. 10. p. 198
Oculus eſt index, animus affectus. ibid.

Odium.

Odium nulla evidentia, ac miraculo quieſcit, etiam ſuo damno proprio.
Odium, & amor de eadem re pariunt diverſos effectus. c. 10. n. 210. 211. 212. p. 269

Offerre.

Offerenda Deo cum magno cultu. cap. 14. n. 35. p. 316.
Perfectiora, ac meliora offerenda Deo. c. 14. n. 37. 38. 39. p.316

Officium.

Miniſter expleto ſuo officio recedat. cap.8. n.184. 185. 186. p.214
Officium ante omnia ſatisfaciendum, ac correſpondendum. c. 20. n.68.69.70. p. 377

Opus.

Quilibet ex ſua apparentia, ac operibus judicatur. c.1. n. 130. 131. p.20

Index Rerum.

Verba cum operibus adjungenda. c. 3. n. 70. p. 90
Iniquorum ora, non verba, sed opera comprimunt c. 3. n. 91. p. 92
In omni opere bono danda gloria Deo, nobis retinenda humilitas. c. 3. n. 96. 97. p. 93
Ex uno opere, seu facto colligitur aliud. c. 4 n. 30. p. 103
Opus non dicitur magnum ex dato, sed ex animo. c. 7. n. 49. p. 161
Ille magnus Prælatus, qui verbis, & opere agit. c. 8. n. 68. 69. p. 201
Opera bona clamant plusquam verba. c. 9. n. 247. 248. 249. p. 242

Oratio.

Oratio adducit ad se filium Dei, & est clavis Cœli c. 2. n. 29. 30. 31. p. 44. & c. 1. n. 190. p. 27
Oratio pignus Spiritus sancti. c. 1. n. 189. & 190. p. 27
Oratio multorum multum efficax. c. 1. n. 191. p. 27
Oratio assidua efficax. n. 192. 193. 194. ibid.
Qui per orationem aliquid accipit de Deo, totum habet. c. 2. n. 300. p. 78
Præparatio ad orationem impetrat. c. 3. n. 6. p. 82
Multorum Oratio exauditur. c. 3. n. 8. & 9. p. 82
Oratio ex adjunctis bonis operibus multum efficax. c. 3. n. 17. 18. 19. p. 83
Oratio frequentanda, mutatione temporis & tum maximè Deo grata. c. 5. n. 134. 135. 136. 137. p. 133
Oratio hora matutina, valdè excellens. num. 137. ibidem.
Orandum pro peccatoribus obstinatis. c. 7. n. 241. p. 182
Oratio debet esse associata pœnitentiâ & mortificatione. c. 8. n. 122. 123. 124. p. 207
Mortificatio, & pœnitentia debent antecedere orationem. ibid.
Oratio cum lachrymis tanquam de jure impetrant. n. 125. ibid.
Oratio adjuncta bonis operibus multum prævalet. c. 9. n. 263. p. 243
Oratio promptè, facilè impetrat omnia. cap. 9. n. 266. 267. p. 244
Maximè orandum tentationis tempore. c. 10. n. 37. p. 254
Bonus Prælatus orat pro populo suo. n. 71. 72. 73. ibidem.
Oratio, quæ fit media nocte valde Deo grata, & efficax. c. 16. n. 77. 78. p. 337
Oratio cum lachrymis maximè grata. c. 20. n. 56. p. 375
Ieiunium & saccus dant alas orationi. c. 21. n. 56. 57. 58. 59. p. 388
Oratio ante Electionem præmittenda. c. 1. n. 260. 261. p. 36

P

Parens, vel *Pater.*

PAtres maximè moventur honore filiorum. c. 2. n. 169. p. 61
Patres sæpè illustrantur à filiis. c. 7. n. 22 23. p. 158
Pater, qui non reprehendit filios punitur cum eis. c. 10 n. 24. p. 249
Paterfamilias intendat totam domum suam componere in obsequio Dei. c. 10. n. 22. 23. p. 248

Passio.

Christi passio maximè ad se allicit omnes affectus. c. 20. n. 85. p. 379
In Christi passione omnes nostræ iniquitates consumptæ. cap. 10. num. 86. ibid.
Christus in sua passione maximè suam divinitatem ostendit. c. 2. n. 253. 254. 255. p. 71
Passio Christi maximè nos corroborat ad sustinendas omnes persecutiones. c. 5. n. 149. p. 135
Dulce Sanctis pati pro Deo, durum non pati. c. 5. n. 187. p. 139
Gaudium patiendi pro Deo noctem vertit in diem. n. 192. ibid.
Suprema dignitas pati pro Deo. c. 5. n. 195. 196. 197. p. 140
Considerata Christi Passione mors nostra suavis. c. 7. n. 284. p. 187
A Passione Christi venit nostra sanctificatio. c. 19. n. 16. 17. p. 363
A sua Passione Christus publicatur Rex. c. 20. n. 80. p. 378
Christus discipulis concedit magnalia, at Passionem, & mortem solum sibi vult. cap. 20. n. 82. p. 378

Patria.

Peregrinari à patria ob amorem Dei, ac ejus obsequium, magnum meritum. c. 9. n. 210. 211. p. 239
Homines maximè nobilitantur à patria. c. 21. n. 83. 84 85 p. 390
Etiam ex vili loco, magni viri. ibid.
Amor patriæ vehemens c. 1. n. 72. p. 12
Amor patriæ maximè nos allicit. c. 7. n. 26. p. 158

Patriarchalis Sedes.

Patriarcha unde derivetur. c. 11. n. 21. p. 276
Quatuor primariæ Patriarchales Sedes. num. 22 ibidem.
Cur Antiochena dicitur tertia. n. 23. ibid

Patronus.

Qui habet patronos est in bona reverentia. c. 4. num. 32. p. 103
Qui habet Patronos ab aliis timetur. n. 33. 34. ibid.

Paulatim.

Paulatim res magna disponenda c 3 n. 88. p. 92
Ad magna paulatim eundum, & non subito. c. 9. n. 105. 106. p. 227
Nova non subito, sed paulatim introducenda. c. 16. n. 15. 16. 17. p. 331

Paulus.

Tantus Sanctus Paulus, ut ejus culpæ minuantur, ut leves appareant. c. 7. n. 306. p. 188
Cur dictus est Paulus. c. 9. n. 6. & 7. p. 216
Cur Saulus ibid. n. 7. c. 13. n. 26. p. 303
Quare Paulus in antiquis picturis ponitur ad dexteram Salvatoris. c. 9. n. 10. p. 216
Petrus ad sinistram. n. 11. ibid.
Magnus Deus ex Paulo persecutore fit illustrator Ecclesiæ c. 9. n. 14. p. 217
Ingenium Sauli ad magna, sed ante vocationem incultum c. 9. n. 15. 16. p. 217
Maximè Dei potentia resplendet in Paulo. num. 21. p. 217
Ad Conversionem Pauli magna convenerunt, ut ad magnum ædificium in quo omnia. n. 24. 25 p. 218
Multa Pauli Elogia n. 26. ibid.
Alij Apostoli peculiares Provincias habuerunt; Paulus totum orbem. n. 27. ibid.
In conversione Divi Pauli fit conversio totius Orbis c. 9. n. 37. 38. p. 219
Paulus sua doctrina irrigat, ac fœcundat Ecclesiam n. 40. ibid.
Paulus Cor Ecclesiæ. ibid.

Paulus

Paulus copioſa luce reſplendet.ibid.n.41.42.p.219
Paulus iter ageret pedibus c.9 n.43. p.220
Paulo datur major pars quinquies alijs. num. 46. p.220.
Paulus Secretarius Trinitatis, & vidit eſſentiam Divinam.n.47. ibid.
Ejus converſio opus Divinæ Omnipotentiæ.n. 48. ibidem.
Charitas Pauli non potuit capere in toto mundo. c.9.n.51. p.221
Paulus dilectiſſimus Dei,in quo ipſe requieſcit,ut in thalamo.c.9.n.57.58. p.221
Paulus in vinculis ſe conſiderat in cœleſtibus. c.12.n.68. p.290
Mirificè Deus condecorat Paulum c.9.n.65. p. 222
In vocatione Pauli reſplendent omnes virtutes,c.9. n.83.84.85. p.214
Excœcatur Paulus à terrenis, ut videat cœleſtia. c.9.n.103.104. p.226
Rigida Pauli pœnitentia per totam vitam. cap. 9. n.110.111.112.113. p.237
Chriſtus fundavit Eccleſiam,Paulus plantavit, ut ejus Coadjutor.c.9.n.117.118. p.228
Vnus Paulus pro omnibus n.119. ibid.
Paulus dormiens,vigilabat in aliorum ſalutem, & Deo obediebat c.9.n.130. p.229
Paulus inter omnes Sanctos inſigniter condecoratur à Deo c.9.n.133.134. ibid.
Paulus totus transformatus in Chriſtum, & præ cæteris maximè Chriſto unitus cap. 9. n. 160. 161.162. 233
Alia Pauli Elogia n.163. ibid.
Paulus ex multiplici ratione dicitur vas Electionis. c.9.n.147. p.231
Sapientia Pauli ad totius Orbis ſalutem. num. 15. p.217.
Paulus divina Sapientia plenus.c.11.n.45. p.278
Pauli verba tamquam tonitrua,& fulgura.c. 14. num.31. p.315
Pauli vincula valdè glorioſa, & fortiſſima. c. 16. n.81.82.83. p.338
Pauli virtutes aliorum virtutibus maximè celebrantur.c.19.n.25. p.364

Pauper.

Pauper gravis,& moleſtus.c.3.n.14. p.83
Mundi paupertas dat cœleſtem poteſtatẽ, & ſubdit omnia regna mundi.cap. 3. n. 41. 42. 43. 44. p.86
Verus pauper omnia dimittit,& ſolum Deum vult habere.c.10.n.112.113. p.381

Pax.

Chriſtus multipliciter nobis dat pacem,& recommendat.c.10.n.204.205. p.268
Chriſtus ſuis operibus pacem nobis perſuadet. n.206.
Ex Chriſti præſentia pax, ex ejus abſentia diſcordia.n.207. ibid.
Chriſtus in pace.c 11.n.9. p.274
Tota Civitas firmatur in pace n. 10. ibid.
Principes Civitatis ſint in pace.n.10. ibid.
Pacifici maximè Deo aſſimilantur. cap. 15. n. 69. p.326
Pax valde pulchra, & decora.cap.18. n. 12. & 13. p.354
Pax affert ſecum omne bonum,& omnem felicitatem.n.13.14. ibid.

Phariſæus.

Quinam erant Phariſæi,& nominis Æthymologia. c.5.n.157. p.135
Quomodo veſtiebantur.ibidem.n.158. p.136

Pœnitentia, vel Pœnitentes.

Peccatores trahuntur ad pœnitentiam, & trahendi ſunt c.2 n 272.273.274. p.74
Vt peccatores trahantur ad pœnitentiam, eorum culpæ non ſunt exigendæ,ſed attenuandæ. c. 3. n.111.112.113. p.95
Ad trahendos peccatores ad pœnitentiam multa ſagacitas requiritur.ibid.n.120. p.99
Pœnitentia extinguit, ac delet cicatrices peccati. c.13.n.63.64.65. p.308
Pœnitentia feſtina valde efficax. ibid

Peccatum.

Peccata publica publicam requirunt pœnitentiam. c.2.n.271. p.74
Peccata in initio,ac exordio amputanda.c.5. n. 50. p.124
Peccatum ſecum adducit pœnam. cap 5.n.125. 126 127. p.132
Vnum peccatum aliud gravius ſecum importat. c.7.n.248.249.250. p.183

Peccator.

Nullus crudelior in peccatorem,quàm ipſemet in ſeipſum.c 1 n.215.216. p.30
Peccatores ſimiles in delicto, ſimiles in pœna, n.220. p.31
Peccatores recenter converſi benignitate ac manſuetudine trahendi. cap.2.n.272. 273. 274. 275. pag.74
Peccator valde timidus.c.4.n.75.76.
Magiſtros, ac inventores peccatorum, rigidè puniendi.c.5.n.46.47.48. p.124
Maximè damnatur peccator inter probos vivens. c.5.n.50. p.124
Inter aliorum lachrymas peccans deploratur. ibid
Peccator fit Diaboli domicilium, & trahit ad ſe Diabolum c.5.n.107.108. p.131
Peccatores multi,& invalidi.c.6.n.80. p.149
Peccatoris nequitia nulla evidentia, ac miraculo quieſcit c 6.n.116.117. p.153
Pro peccatoribus obſtinatis exorandum eſt Deo. c.7.n.241. p.182
Peccatoris nomen non habet Deum in ore. cap. 9. n.55. p.221
Peccator cadaver vivum, & homo mortuus. c. 9. n.267.268. p.242
Peccatores ſic ebibunt ſua vitia, ut in eis convertantur n.10.n.99.100, p.157
Peccator multis ſubditur, & invenit, c.10.n.133. 134. p.260

Philippus.

Philippus Diaconus quis.c.6.n.43. p.146
Ejus Elogia. ibid.
De ejus Martyrologio, ac ejus filiabus. num. 44. ibidem.

Peregrinus.

Multa dona Dei, his qui peregrinos ſuſcipiunt. c.10.n.151. p.262
Epiſcopo potiùs commendatur hoſpitalitas,quàm charitas.n.152. ibid.
Peregrini ſunt recipiendi, ac recreandi. num. 153. ibidem.
Peregrini cum multa alacritate, ac benevolentia. n.155. ibid.

Peregrinare.

In hoc ſæculo verſamur tamquam peregrini c. 18. num.23. p.355
Et hoc ſemper debemus habere in mente. ibid

Periculum.

Cum Deus vocat, nullum periculum timendum. c.7.n.201. p.[illegible]

Index Rerum,

Perſeverantia.

Perſevandum in bono opere incepto. c. 2. n.294. p. 77. 295

Perſeverantes ſunt uſque in finem.c.11.n.36. p.277

Perſeverantes, ac conſtantes habent locum apud Deum n.37. 38. ibid.

Virtus floreat in ſenectute,quæ fuit in juventute. n. 39. ibid.

Moyſes ob perſeverantiam dictus Deus Pharaonis n.40. ibid.

Petra.

Quid ſit petra, ſeu lapis angularis. cap. 4. n. 49. p.105.

Chriſtus dicitur petra , ſeu lapis angularis. n. 49. 50. 51.

Petrus.

Petrus inſignis urbanitate .c.3 .n.34. 35. p.85.

Petrus non vult eſſe ſolus in dignitate , ſed etiam alios ſecum habere.c.1.n.243.244. 245. 246.p.34. c.3.n.34. & 35. p. 85

Petrus reliquit terrena,& habuit claves Cœli c.3. num 44. p.87

Divus Petrus Prima vox in Cœlo, & in terra c.3. n. 54. 55. p.88

Summa Divi Petri paupertas c.3. n. 61.

Admirabilis Sancti Petri conſtantia. cap. 4. n. 64. p.107.

Nihil Petri valde mirabile ſuper mirabilia Sanctorum c.5.n.85. p.120.

Gratia Petri præſentibus, & abſentibus. num. 87 ibidem.

Petrus filius Spiritus ſancti.c.5.n.97. p.129

Altiſſima Divi Petri cognitio. n. 99. p.130

Eximius Petri amor in Chriſtum.n 100. ibid.

Petrus omnium Magiſter,& Doctor.cap.8. n. 152. p.210

Petrus ut magnus paſtor viſitat oves cap.9.n. 217. p.239.

In Petro recapitulantur omnia magnalia. cap. 10. n.48. p.251

Petrus ne credatur aliquid divinum dicit ſe eſſe hominem.c. 10.n.78. p.254

Petrus maximè,& intimè conjunctus cum Chriſto n.79.80.81. ibid.

In Petro magna ſimilitudo cum Chriſto. num.83 p.255.

Petri virtutes tranſcendunt Angelicas.c.10.n. 177. p.265.

Petrus propugnaculum ſuſtentans Eccleſiam c.12 n.42. p.286

Petri manus ex catenis honorantur. cap. 12. n. 47. 48.49.50. p.287

Petrus valde conformis cum divina voluntate n.51. p.288

Angeli gaudent in obſequio Petri.c. 12. n. 65. 66 p. 289

Angeli in obſequio Chriſti,& Petri multo fulgore reſplendent.c.12.n.72. p.291

Petrus docet Angelos n.73. ibid.

Petrus valde magnus,& ſingularis in ſuis donis. n.74. ibid.

Prædicator.

In prædicatoribus eſt unus,& idem ſermo cap. 2 n.41.42. p. 46

In prædicatore Scientia,& Charitas.cap. 2 n. 47. ibidem.

Verus prædicator amore divino plenus. c. 2. p.54

Prædicator faciat ſibi benevolos auditores. cap. 2. n 153. p.59

Pro nullo opere pio omittendum eſt prædicare. c. 6. n.16.17. p. 143

Prædicare cæteris operibus ſpiritualibus præferendum.c.6.n.17. ibid.

Prædicator oratione , ac contemplatione ebibat priùs id quod eſt prædicaturus.c.6.n.27.28.p.144.

Prædicator accommodet ſe auditoribus.c.7. n 239. p.181.

Graviter delinquit , qui prædicatores offendit.c 9. n.64. p.222

Prædicationis officium non eſt impediendum. c.9. n.240. p.241

Qui contra prædicatores ſe opponunt , dirè puniuntur. c.13. n.38. p.305

Prædicator novus magis placet c 13.n.54. p.307

Prædicator ut omnibus proficiat debet omnibus ſe accommodare.c 16.n.9.10. p.330

Grande nefas Dei prædicatores non audire& contemnere.c.17.n.40. & 42. P 344

Optimus Prædicator, ac Orator unumquẽque allicit,ac attrahit ſuo ingenio , ac inclinatione. c.17 .n.81.82.83. p.348

Prædeſtinatio.

Ex numero Prædeſtinatorum nullus deficiat. c. 3. n. 9. p. 311.

Prædeſtinatis omnia cedunt in bonum. ibid.

Prælatus.

In Prælatis multa ſcientia requiritur. cap. 2.n. 36. pag 45.

Prælatus eligitur,non ad ſuam,ſed ad ſuorum utilitatem c.1 n.24. p.33

Prælatus admittat conſortes in dignitate. cap. 1. n 243.244.246. p.34

Prælatus vult aliquando potius perdere vitam, quam admittere conſortes in regimine. ibid.

Prælatus,qui dat doctrinam, det & panem ac alimenta. c.4 n.16. p.101

Prælatus ſui injuriam ſuffert,non verò quæ ſui officij c.5 n.42. p.123

Prælatus ſit præſens,ut ſubditis proficiat. c.5.n.92. p.129.

Probitas,ac rectitudo Prælati in ſubditis mirabilia operatur.n.93. ibid.

Prælatus habeat miniſtros, quibus dominetur , & miniſtri non ſint ſuper Prælatum. cap. 5. n. 94 95.96. p.129

Prælatus ſapientia, ac doctrina ſe,ac ſuos tuetur c.6 n 24.25.26. p.144

In Prælato maximè neceſſaria ſapientia.c.6.n.34.35 ibidem

In Prælato benignitas cum rigore. cap.7. num. 13. p.156.

Prælatus benignus,& rigidus n.14. ibid.

Bonus Prælatus cum ſapientia,& rigore agit c. 7. num.15. p.157

Ex malo Prælato etiam Deus loquitur. c.7.n. 195 p.177

Prælatus ſit denudatus ab omni affectu carnis, & ſanguinis c 7 n.200. ibid.

Ille magnus Prælatus,qui verbis,& operibus agit. c 8. n 68.69. p.201.

Depravato capite, depravatur populus.cap. 8.n 94 p.204.

Bonus Prælatus ſuorum diſcrimen ac ſtatum non recuſat c 8.n.155. p.211.

Bono Prælato ſufficit videre neceſſitatem , ut ſubveniat.c.9.n.246. p.242

Prælatus tamquam Dei perſona venerandus.c. 10. n 50. 51.52. p.252

In Prælato venerandus Deus. cap. 10. num. 190. p.266.

Prælatus

Prælatus ſuarum actionum det rationem.c.11.n.8. p 274
Prælatus puniat, ac benefaciat. cap. 13. num 60. p.308.
Prælatus omnibus ſe debet accommodare. cap.16. num. 10. 11.12. p.330.

Præſentia.

Dei præſentia multa bona adducit.c.17.n.104.105. 106. p.350
Præſentia prælati,omnia augmentantur, abſentia deficiunt.c.20.n.114.115.&116. p.382
Præſentia prælati multum valet ad augmentum. c.23.n.11.& 12. p.399.

Primus,

In aliqua virtute maximè glorificandus, ac honorandus.cap.10.n.242. p.272

Prochorus.

Vnus ex ſeptem Diaconis martyr,ac diſcipulus Ioannis Evangeliſtæ. cap. 6.n.45. p.145.

Promiſſio.

Deus viſibili ſigno oſtendit ſuas promiſſiones.c. 2. n.34.35. p.45.

Prophetæ.

Omnes prophetæ uno ore loquuntur.

Prudentia, ſeu prudens

Maximè neceſſaria in gubernatore.cap. 24.n.12.13. 14.15. p. 408
Prudens impertinentia quæſita à ſe rejicit.c.1.n.79 pag.13

Puer,ſeu Pueritiæ.

A Pueritia ſerviendum eſt Deo.cap.10.n.106. 107. 108. p.257
Qui à pueritia ſe Deo conſecrat, evadit Victor. ibidem.
Pueritia bona, nulla mala ſocietate corrumpitur. c.13.n.8.10. p.301

Pulchritudo.

Pulchritudo maximè attrahit, ac devincit, quàm arma bellica c.7.n.128.129. p.169
Vera pulchritudo externa dependet ab interna animæ n.129. ibid.
Elegans forma digna imperio.c.14.n.21. p.314

R

Ratio.

OPerandum non potentia,ſed ratione, cap.2. num.164. p.61
Res potiùs ratione, quàm potentia ſunt agendæ c.7.n.146. p.171

Rhodus.

Inſula illuſtriſſima,in ea Coloſſus ſeu ſtatua Apollinis valdè celebris. c.25.n.12 p.415.

Religioſus

Omnia terrena dimittit, & ſolum Deum vult habere.c.20.n 111.112.113. p.381
Qui ſunt perfectioris vitæ, ſi deficiunt, omnibus peiores.c 25.n.25.26 p.416
Qui ſe Deo dedicant, cætera omnia contemnunt. c. 10 n 67. p.153
Religioſi ſua doctrina fœcundant totum Orbem. c. 10 n 92. p.256
In Religionibus in omni tempore Deus colligit magnos fructus. num. 93. ibid.

Reliquiæ.

Sunt ad munimen,& ad defenſionem noſtram.c.8 n.23. 24.25. p.196
Reliquiæ venerantur ab Angelis. cap. 19 num.39. p.365.
Venerantur ab hominibus, & ſunt ſalutiferæ. n.40.41. ibid.

Remedium.

Homines quærunt remedium à quo habere poterant.c.2.n.266. p.73.
per eandem viam remedium, per quam venit interitus.c.4. n.109. p.112.
Vbi magna miſeria ibi mors. c.5.n.73. p.127
Deus per contraria media ſalutem operatur, ac remedium.c.7.n.120. p.168
Inſtrumentum mortis mutavit Deus in remedium Salutis.c.9.n.14. p.126.

Reprehenſio.

Sit lenis,ac ſuavis.c.7.n.135. p.170
Reprehenſio non ſit aſpera, ſed lenis, ac ſuavis. c.7.n.145. p.171
Reprehenſio danda ſubjecto capaci. cap. 9.n. 53. p.221

Roſa.

Roſa florum Regina,multis encomijs celebratur. c.12.n.92. p.292.

Reſurrectio.

Chriſti reſurrectio valdè glorioſa ac læta,& gaudiis plena.c. 2.n.257.258.259. p.72.
Gloria reſurrectionis Chriſti confunduntur eius inimici c.4 n.45.46.47. p.194
Gloria Chriſti à reſurrectione cœpit manifeſtari, ac declarari.c.13.n.71.& 72. p.309

Reverentia.

Cum multa reverentia ad divina accedendum.c.7. n.196. p.177
Multa reverentia exhibenda eſt Deo, ac eius miniſtris.c.21.n.44.45.46.47. p.387

Rex, Regnum.

Reges difficiliter credunt quæ ſunt contra ſuam voluntatem.c.1.n.91. p.15
Magnitudo Regis ſuperlucet interlucentes.cap. 2. n.65.66.& 67. p.49
Rex benignus,& Clemens.c.2.n.166. p.61
Regibus magna reverentia exhibenda. c. 2. n.245 246. p.70
De Regibus non ſolùm falſis,ſed etiam veris non detrahendum. ibid.
Multiplex iniuſtitia ob firmandum regnum. cap.7 n.109. p.166
Solo cum Deo firmantur regna. ibid.
Sæpè beneficia fiunt à Rege contra regem. cap.7 num.124. p.169
Regis animi eſt defendere humile ab iniuria.c. 7 n.144. p.171.
Crudelitas ſæpè in Regibus c.7.n.168. p.274
Regna contemnere valde mirabile cap. 7. n. 274. p.175.
Mortuo duce,vel principe multum periclitatur regnum.c 8.n.9.10. p.195
Reges ſi iniqui cum potentia, omnia deſtruunt. c 12.n.8 & 9. p.283
Regiæ dignitatis loqui per interpretem.c.14.n.22. p.314
Rex adiungat ſibi Religioſos, ut benè gubernet. c.19.n.35. p.365
Reges,ac principes multa ignorant.

Index Rerum.

S

Sacerdos, Sacerdotium.

SAcerdotalis dignitas valde ſuprema & alta per eam aſſimilatur homo Filio Dei, c. 2. n. 263. 264. p.73
Magna Sanctitas requiritur in Sacerdote, c.6 n.56. p.149
Quanta ſit Sacerdotis Sanctitas denotatur in ejus veſte n 57. ibid.
Sacerdos probus eſt tanquam beatus in Cœlo. n.58. ibid.
Sacerdos iniquus etiam honorandus. cap.23.n. 28. 29. 30. p.400

Salus.

Prædicator maximè debet de ſalute proximorum agere.c.2.n.146.
Gratius Deo de ſalute proximorum agere, quàm orare.ibid.n.148.149.150.
Per eandem viam ingreditur Salus per quam mors. c.4.n.110.& 111. p.112
Salus extraneorum maximè quærenda, ac procuranda.c.7.n.29. p.158
Id, quod inimicus fabricatur ad mortem Deus convertit in ſalutem.c.7.n.118 119. p.168
Per ſpinas ad Salutem & remedium cap.7. n. 182. p.175
Homo in hac vita ſollicitus ſit de ſua Salute. c. 7. n.333. p.192
Deus multum ſollicitus de noſtra ſalute. cap. 8. n 17.18. p.196
Iuſti gaudent de ſalute aliorum.c.8 n.66. p.201
Diſcipuli Chriſti maximè ſolliciti de aliorum ſalute.c.10.n.168.169 p.264
Salutem proximorum impedire execrabile.cap. 13. num.42. p.305

Sanctus.

Deus in Sanctis requieſcit, ut in throno.c.2.n. 84. 85. p.51
Quid ſit Sanctum, & quomodo diffiniendum c.2. n.229. p.68
Ex laboribus Sancti exaltantur.c.2.n.234.236.236. pag 68

Sapiens.

Nemo Sapiens ſit ſuæ ſapientiæ multum fiſus. cap.15.n 22,
Quilibet quamvis multum ſapiens non contemnat conſilium, ſed requirat.cap.15. n. 24. 25. & 26. p.322

Sapientia.

Sapientia ſit homo aptus ad regnandum c.19.n.29. p.364
Salomon erexit Academiam cum ſtipendio Magiſtri.n.31. ibid.
Sapientia neceſſaria in Prælato.cap. 6. n. 24 & 25. p.144
Sapientia, ac doctrina Prælatus ſe, ac ſuos tuetur. n.26. ibid.
Sapientia cum fortitudine in humilitate devincit. cap.6.n 83 84.85. p.149
Ille verè Sapiens, qui vult diſcere, cap. 8. n. 149. 150 151. p.210
Ille verè Sapiens, qui ſolum vera, & ſancta intelligit.c.9.n 193. p.237
Sapientia lux fulgens, Sol illuminans. c. 11. n. 44. 45. & 46. p.278
Academia ſapientiæ Sol.n.46. ibid.
Sapientes ut Principes venerabantur.cap.14. n. 32. 33.34. p.315
Decor Regis eſt eſſe cum ſapientibus, ac literatis. num.35. ibid.

Scandalum.

Scandalum vitandum c.11.n 32. p.277
Occaſiones ſcandali vitandæ c.16.n 14. p.330

Scientia.

Vt tua Scientia ſit plauſibilis, & bene accepta apud homines, neceſſaria eſt gratia Dei cap 7. num.74. p. 163
Plus cognoſcitur de Deo contemplatione, quàm ſtudio.cap.8.n.166. p.212

Scriptura.

Argumentum efficax ad felicitates refutandas non ſumitur de rationibus, ſed ex Scriptura. cap 2. n.178.179.180.181.182. p.62
Chriſtus Scriptura ſe à Diabolo defendit. n. 183. ibidem.
Lectio Sacræ Scripturæ miracula operatur. cap.8. n.173. p.213
Lectio Scripturæ impoſſibilia vincit.n.174 ibid.
Scripturæ notitia efficax ad ſalutem n.176. ibid.
Sacra Scriptura Clavis regni Cœlorum.c.8.n. 176. pag 213
Lectio Scripturæ nos maximè armat, & cuſtodit. n 177. ibid.
Sacra Scriptura cuſtodit, ac defendit Eccleſiam. n.178. ibid.
Scriptura, multa meditatione ſcrutanda.c.17. n. 78. p.341
In Sriptura ſemper aliquid novum invenitur. ibidem.

Senex.

Per Senes intelliguntur Principes. cap. 20. n. 46. p.375
Seniorum conſilium alios ſecum defert. n.47 ibid.
Senex tinctus ac coloratus, valde execrabilis n 48. & 49, ibid.
Deus vult nos inſtrui, ac doceri per Seniores. c. 9. n 96.97. p 226
Senectus valde venerabilis.c.14.n.20. p.314

Sepultura.

Summa pietas ſepelire mortuos. cap.8.num.26.27. p.197
Mortui honorandi ſepultura n.28. ibid.
Sepelire mortuos valde honorificum.n.29. ibid.
Qui honorificant mortuos, honorificantur à Deo. n.30.31. ibid.

Sequi, ſeu Servire Deo.

Vt Chriſtum ſequaris dimitte terrena.cap.7.n.261. 262 263. p 184
A pueritia ſequendum, ac ſerviendum Deo. c. 10. n.106.107 108. p 257

Sermo.

Sermo, ſeu converſatio oſtendit animum uniuſcujuſque.c.1.n.80. p. 13
Sermo interioris virtutis index c 2 n.37. p.45
In prædicatoribus eſt unus, & idem ſermo. cap 2. n 41.42. p.46
Sermo compoſitus, & elegans valdè efficax ad perſuadendum.c 2.n.113.114.& 115. p.54.

Servus, & Servitus.

Omnes ſervi Dei dicuntur fratres. c. 1. n.204.205 206.207. p.29
Servi ſequuntur mores, & exempla ſuorum dominorum c.7 n.114. p 167
Magna laus, bonus ſervus ſub malo Principe. n.114. ibid.
Serviendum Deo integro corde, & non partito. c.17 n.78.79.80. p.347

Silentium.

Res domeſtica tacenda, & non publicanda cap.5. n.67.68.69. p.126
Aliorum peccata,ac defectus ſilentio habendi.n.68 69. 70. ibid.
Aliquando laudabile tacere,aliquando loqui. c. 7. n.301. p.188
Magnitudo magis oſtenditur ſilentio,quàm verbis. c.14.n.23. p.314

Simon Magus.

Primus Hereſiarcha Eccleſiæ Chriſti. cap. 8. n. 49. p.199
Quis ipſe eſſet n.50. ibid.
Per ſuperbiam ſe Deum dicebat,& ſupra Deum ſe extollebat.n.51.52. ibid.
Simon fictè,ac ſimulatè agit. c. 8. n. 56. & 57. 65. & 66. p.200
Et ſi antiquitus multi fuerint Simoniaci; poſt promulgatum Evangelium primus Simon Magus. c.8.n.92. p.204

Simon Curiarius.

Vir probus ac bonus apud ipſum hoſpitatur Petrus.c.9 n.271.272. p.244

Simonia.

Peccatum contra Spiritum ſanctum cur ita dicatur c.8.n.88. p.203
Grande crimen,& peius illorum,qui negabant divinitatem Spiritui ſancto.n.89. ibid.
Simonicus comparatur cum Iuda proditore. n. 91. p.204
Cum Hæreticis comparantur.n.90. ibid.

Simulatio,ſeu Fictio.

Simulatio,& fictio maximè fugienda, ac execranda.c.8.n.58. p.200
Chriſtus injurias pertulit, ſimulationes non ſuſtinet.c.8.n.59. ibid.

Similis.

In ſimilibus factis valde diſſimile operatur Deus. c.28.n.29.30.31. P.437

Societas.

Societas mala omnia perdit,c 2.n.270. p.74
In ſocietate malorum ſervare probitatem valdè rarum eſt.c.13.n.9.& 10. p.302

Sors.

Qualis fuit ſors, quæ cecidit ſuper Mathiam.c.1. n.281.282.283. P.39
Antiquitus ſortes fuerunt in uſu. cap.1.n.279.280. pag 38.

Spes.

Qui confidunt in ſeipſis pereunt.cap.12.num.155. P.299
Qui à Deo ſperat,omnia habet. cap. 24. n. 45. 46. p.411
Idem eſt ſperare in Deo, ac omnia habere. n. 47. ibidem.

Spiritus ſanctus.

Spiritus ſanctus ubi eſt,multis ſe manifeſtat c. 15. n.73.74. P.327.
Vbi divinus Spiritus,ei ſubjiciuntur omnia. n. 77. ibidem.
Ex Spiritu Dei venit deſpicere terrena.c.7.n.69.70. p.163
A Spiritu ſancto omnia bona, & perdita recuperantur.c.2 n.9. p 42
Ad Spiritum ſanctum recipiendum,magna præparatio requiritur c. 2.n.10. p 42
Spiritus ſanctus non venit, niſi in obſervantes legem.c.2.n.14.& 15. p.43
Spiritus ſanctus ex unitate cognoſcitur in ſuis.c.2. num. 42. p.46
Ex Spiritu ſancto venit lux in ſermone, & opere. cap.2.n.50. p.47
Dona Spiritus ſancti pleniſſima in omnes. cap. 2. num.51. p.47
Spiritus ſanctus in quos intrat puros facit. n. 50. ibidem.
Spiritus ſanctus permanet in Apoſtolis,ac ſuis ſucceſſoribus.c.2 n. 80. p.51
Spiritus ſanctus præſentiſſimus Eccleſiæ. num.81. ibidem.
Quid ſit plenum Spiritu ſancto.c.2 n.89. p.52
Solum in novo teſtamento dicitur Spiritus ſanctus num.93. ibid.
Cur tertia perſona Trinitatis dicitur Spiritus ſanctus.n.94.95. ibid.
Qualiter divinus Spiritus ſanctus eſt in anima juſti. n.96. ibid.
Ingens charitas Chriſti maximè reſplenduit nobis mittens Spritum ſanctum.ibid.n.98. p.53
Gratia Spiritus ſancti,facit fortem, & plus operatur,quàm Dei viſio.c.2 n.156. p.60
Cur Spiritus ſanctus in cordibus noſtris dicitur parvulus, & creſcere.c.4.n.127.128. p.114
A divino Spiritu in luce omnia manifeſtantur.c.5. n.26.& 27. p.122
Spiritus ſanctus gubernator,& rector Eccleſiæ.c.5. n.31.& 32. ibid.

Stultus.

Stulorum infinitus eſt numerus.cap.27. 28. 29. 30 p.428

Superbus.

Qui multum ſe exaltat,ac ſuper alios præſumit de ſe,infra omnes cadit.c.5.n.172.173.174. p.137
Valde damnanda eſt ſuperbia in filijs,à parentibus humilibus.c.7.n.68. p.163
Superbus ſtultus Deo injurioſus, & prior Diabolo c 8.n.53. p.199
Superbus exiſtimat ſe cum Deo poſſe contendere & ipſum vincere.n.54. ibid
Ad ſe trahit omnia ſupplicia ſuperbia. c. 12 n.149 p 298
Superbus ad extremam humilitatem cadit.cap. 12. n.154. p 299

Superfluum.

Objurgandum, ac reprehendendum. cap.1.n.145 pag 11.
Superflua iram Dei ſollicitant. cap. 5.num.44. 45 p.124

Supplicium.

Supplicium,ac pœna cum menſura.cap.2.num.55. 56.57. p.48.
Deus ſcelerum principum agnitor,ac vindicator cap.5.n.39. p.123
Supplicium unius eſt correctio multorum.c.5.n 43 p.123
Peccatum ſecum adducit ſupplicium. cap.5.n.125 126.127. p.132
Iniqui vivi puniendi,ſed mortui honorandi.cap.8. n.21. p.196
Supplicium,& pœnas Deus imponit cum multa menſura.c.10.n 230. p 271
Supplicium ſecundum menſuram peccatorum.c.12 n.157.158 p.299
Supplicium differtur,& non aufertur.n.258. ibid
Supplicium non ex odio,ſed ex zelo juſtitiæ,c 23. n.36.37. p.305
Maius ſupplicium ob injuriam in ſervos Dei, quàm in ipſum Deum c.13.n 42 43.44. p.305

Supplicia Dei in medicinam.c.13.n 47. p.306
Deus in ſupplicijs cuſtodit n. 48. ibid.
Deus antequam inferat pœnam,monet.c.21. n. 22. & 23. p.384

Suſpicio.

Suſpectus de aliquo crimine maximè intendit ſe purgare c.6.n.72. p.148
Saulus vult ſiniſtram opinionem à ſe expellere. num.73. ibid.
Vnuſquiſque ex ſe ſuſpicatur de aliis.c. 28. n. 22. 23.24. p.437

Status.

Pro diverſitate ſtatus ſunt diverſimodi agendi.c. 1. num.75. p.12
Proprio ſtatui accommodandum.n.76.

Stephanus.

Nominis Ethimologia c.6 n.39. p.145
Ejus Elogia conglomerata.n.40. ibid
Plenus fide.n 41. ibid.
Stephanus pugnat cum toto Orbe, & eum devincit c.6.n.71 p.148
Quantum mirificè reſplendet Stephanus c.6.n.104. p 152. p.152.
Stephanus ex Chriſti radice.c.6.n.107. ibid.
Magna virtus Stephani, minùs reſplendet exterius quàm id,quod habet n.108. ibid.
Stephanus reſplendet facie,ut ſuos adverſarios illuminet n 109.110. ibid.
Cur Stephanus in terra Princeps, & Dux martyrum c.7.n.12. p.156
Stephanus in terra refulget, ut beatus in Cœlo. c.6 n.111. p.153
Stephanus in martyrio Magiſter majorum, ac omnium.c.7.n.23. p.158
Thriumphus Stephani maximè celebratur & cùm Angelis,& novo miraculo.c.7.n. 265. 266. 267. p.185
In agone Stephani multa mirabilia.n.268. ibid.
Quid vidit Stephanus aliqui affirmant quod vidit eſſentiam Divinam.c.7 n.269.270. ibid.
Chriſtus D. maximè condecoravit, & exaltavit Stephanum c.7.n.295. p.187
Stephanus exhortat martyres ad martyrium. c. 7. n.300. p.188
Stephani Corona valde excelſa.c.7. n. 313. & 314. p 189
Divi Stephani martyrium.n. 315. ibid.
Stephanus ſequitur veſtigia paſſionis Chriſti ibid. n 317.318. p.190
In Stephanum innumerabilis lapidum multitudo. c.7.n.3 9 ibid.
Virgo Maria orat pro Stephano.c.7. n. 316. p.190
Stephanus dum clamans dat aliqualem umbram rei Divinæ c 7.n.338. p.192
Dum Chriſtus moritur Stephanus ſtetit juxta Crucem c.7.n.337. p.199
Suaviſſima mors Stephani inter brachia Domini. cap 7.n 343.344. p.193
Inter lapidantes erat Stephanus tamquàm dormiens n 346. ibid.
Inter lapides erat Stephanus veluti inter flores. n.347.348. ibid.

Stimulus.

Stimulus conſcientiæ valde fortiter terquet. c. 24. n.56.57.58. p.412

T

Templum.

Quale fuerit Epheſinum Dianæ c.19 n.82 p.369
Ædificare templa Deo;opus Deo gratiſſimum, & maximè remuneratur à Deo.cap.19. n. 84. 85. p.370
Fabricantibus templa,Deus adjuvat.n.85. ibid.
Maximè horrendum, & execrabile peccare contra reverentiam templi.c.21.n.66.67.68. p.389
Qui peccant contra reverentiam templi,rigidè percutiuntur. Vide *Eccleſia.*

Tempus.

Tempus cum bono opere,ac fructu prætereundum c.22 n 23.25. p.394
Occaſio temporis non omittenda.n.26. ibid.

Tentatio.

Quos Diabolus ad peccandum inducit,multis pœnis afficit c.19.n.54.55.& 56. p.367
Tentatio juxta noſtras vires.c.26.n 47. p.425

Teſtis,Teſtimonium.

In teſte ſumma virtus requiritur c 1.n.87.88 p.14
Apud judices iniquos frequenter falſi teſtes.cap 6. n 95.96. p.151
Falſi teſtes contra juſtos.n.97. ibid.
Falſum teſtimonium durius ſuper mortem.cap. 22. n.49.50.51.52. p.396
Falſus teſtis facit inſanire ibid.

Terra,Terrena.

Conculcare terras à Dei Spiritu venit. cap.1.n. 69. & 70. p.12
Præ gaudio terra tremit c.4.n 12. p.114
Terrenorum ingreſſus Diaboli c 5.n.20. p.121

Timor.

Vir fortis timet ex cautela.c.7 n.167.168. p.174
Timor Dei excludit alios timores. c 8.n.171.p.212
Deus ſuos cuſtodit,non ſolum à malo,ſed etiam à timore.c 9 n.31. p.218
Iuſtus nihil timet c 4 n.65.66.67. p.107
Iniquitas valde timida c 4.n.77. p.109
Expellitur timor à cordibus diſcipulorum. cap. 4. num.122. p.114.
Timor Dei generat ſalutem animæ. cap. 4. n. 123. 124.125. p.114
Timor Dei excludit omnes alios timores. cap. 4. n.88.& 89. p 110
Timor Dei diſponit,& præparat animam ad ſalutem.c 9.n.78.79.& 80. p.224

Timon.

Vnus ex ſeptem Diaconis, à flammis liber evadit. ac cruci affixus coronatur.c.6.n.48. p.146

Tributum.

Ob negatum tributum exciditur Ieruſalem à Tito. c.5 n 177 p.137
Tributa Regi ſolvenda ſunt. ibid.
Tributa nimia ſunt gravia, & inviſa.n.179. ibid

Trinitas.

In prædicatione facienda eſt mentio de Trinitate. c.2.n.41. p.46

Index Rerum.

Tristitia.

Deus non vult suos servos tristes sed hilares.cap.1 n.118.119.120. p.18
Ex præcedenti tristitia magnum gaudium provenit c.2.n.12.& 13. p.43.
Dolor,ac tristitia non finit loqui. cap.1.num. 153 p.22.
Christus,Dominus vult suos discipulos non tristes c 1.n.159.160. p.23
Tristitia super omnia tormenta.c.5.n.192. p.139
Tristitia crudelis carnifex.n.194. ibid.
Tristitia omnium pœnarum durior. num. 193. ibidem.

V

Vanitas.

Diabolus per vanitatem ingreditur in animam ut eam perdat.cap. 5.num.21.22.23.& 24. pag.121

Verbum.

Verba si non placent insania reputantur. cap. 2. n.149. p.59.
Verba cum operibus adjungenda. cap.3. n. 69.70. pag.90.
Verborum elegantia valdè efficax ad trahendum c.26.n.78. p.433.

Veritas.

Vox etiam puerilis pro veritate valdè potens pro toto Orbe.c.4.n.66. p.107
A conspectu veritatis falsitas,ac iniquitas perit & dissipatur. c. 4.n.79.80.81. p.109
Nullum majus veritatis testimonium,quam adversarios judices appellare. cap. 4.num. 93.94. 95. p.111.
Veritas ex modo dicendi cognoscitur.cap.6.n.100 p.152
Veritas uno ore, & uno labio loquitur .n.101.102 ibidem.
Veritas vult manifestari,& non abscondi.c.8.n.80 p 202 j
Veraces malè audiunt apud Principes secus mendaces c.12.n 133.134.135. p.297

Via.

Via,quam tibi agnoscis utilem sequenda.cap. 13. n.33.34.& 35. p.304.

Vidua.

Nominis Ethimologia , ac significatio. c. 6. n.13. p.142
Deus Sponsus viduarum n.14. ibid.
Deus Viduis est in loco mariti. ibid.
Magnus Propheta mittitur ad Viduam pro eius nobilitate n.15. ibid.

Vigilare.

Iustus & si dormit,vigilat ad obsequium. cap. 16. n 35 36. p.332
Per vigilias custodiuntur omnia. cap.20. num. 94. p.379.
Per Vigiliam assimilantur homines Angelis.n. 95. 96. p.380
Per vigiliam firmatur homo contra adversarios num.96. ibid
Vigilia constituitur optimus præsul.n. 99. ibid.

Vincula.

Per vincula, multa miracula operantur. c. 12.n.46. p.287
Petrus suis vinculis honoratur. n.47.48.49. & 50. ibidem.
Vincula Pauli glorioſa, & fortissima.cap.16.n. 81. 82.& 83. p.338
Omne vinculum , ac impedimentum ex Christi odore solvitur.cap.21.n.90. p.391

Virtus.

Divina virtus id quod assumit in principio servat usque in finem.c.1.n.115.116. p.18
Servus Dei militat in Castris virtutum. cap.2.n.21. 22.23. p.44
Virtus à malis laudatur & veneratur.cap.28.n. 78. p.442.
Virtus maximè attrahit , ac allicit animos. n. 79. ibidem.
Virtus omnibus demonstratur.n.80. ibid.
Ex malitia impiorum, sæpè occasio,ut virtus manifestetur.cap 2.n.146. p.58
Novella virtus fortis ad vincendum. cap. 2.n.318 pag 80.
Magna gloria de proprijs virtutibus resplendescere.c 5 n.86. p.128
Iustus de una virtute crescit in aliam. c. 4. n. 128. 129. p 114
Virtus abscondit id,quod habet in se. c.6. n. 108 p.152
Virtus interior resplendet in exteriori. n. 113. 114 115. p.153
Virtus ac excellentia maximè manifestanda in extraneis.c.7.n.27. p.158
Virtutum opera abscondenda. cap. 7. num. 45 p.160
Pueri ab infantia sunt Deo consecrandi. num. 46 ibidem.
Splendore virtutum omnes gladij contra se excitantur.cap.7.n.117.118. p.168
A virtutis via,quam homo cœpit tenere , non desistat c 7.n.202. p.177
Eadem Virtus in iuventute, ac pueritia. c.8.n. 156 p.211
Virtus laudata maximè impugnatur.c.23.n. 78 79 p.405
Virtus resplendens multum impugnatur. ibid.

Visio.

Visio Dei,seu apparitio ad certamen vocat.cap.7. num.27. p.185

Visitare.

Innumeras Provincias visitat Paulus & venit in Hispaniam. cap.28.n.76.77. p.441

Vita.

Renovatio in vita gratissima Deo cap. 1.n. 142 143. p.21
Vita communis est tamquam vita beata,& Angelica c.2.n.310. p.79
Hanc vitam communem sequuti sunt Religionum fundatores.n.311.312. ibid.
Vitæ renovatio fortis ad vincendum cap. 2.n. 317 318. p.80
Vita contemplatione conjungenda, cum activa. cap.6 n.28.& 29. p.144.
Tota perfectio iusti ex utraque vita coalescit num.29. ibid.

Cum renovatione vitæ vincuntur omnia adverſa. c.18.n.63.64.& 65. p.358
Vita bona juſti cunctos illuminat.cap.26.num.22. 23.& 24. p.422

Voluntas.

Voluntas liberè conſentit divinæ inſpirationi.c.9. n. 82. p.224
Propriæ voluntati cedat, qui Deo ſervire vult. cap.7.n.205. p.178
Obſequium non voluntarium,idem eſt, ac ſi non eſſet.

Vnio.

Pro unione retinenda. cap. 1. num. 208. 209 pag.29.
Prima laus primitivæ Eccleſiæ unio.cap. 4.n.135. p.114
Chriſtus Dominus tantam unionem vult in ſuis fidelibus,ut imitentur divinam. cap. 4.num. 136. p.115
Vnione plures unus.n.137.138. ibid.
Vnitas in Chriſto nulla diſcordia commovetur. cap. 15.n.70.71.72. p.326
Vbi unitas, ibi Dei benedictio. numero 73 ibidem.
Valde utile iniquorum unionem diſſolvere.cap.23 num.38. p.395

Vrbanitas.

Homo educatus in Civitate politicus, & Vrbanus.c.22.n.7.& 8. p.392
In campo ruſticus,& impoliticus. ibid.

Vulnera Chriſti.

Generant gaudium juſtis,iniquis timorem. cap.1. num.166. p.21

Z

Zelus

MAgnus zelus quietis impatiens.cap.2.n.154 pag. 59.

FINIS.

MARQUES DE SAN JUAN DE PIEDRAS ALBAS

BIBLIOGRAFIA TERESIANA

SECCIÓN XXIV

Libros de Carmelitas y sobre Carmelitas Mitigados.

Número..... 1468	Precio de la obra....	Ptas.	.....
Estante..... 11	Precio de adquisición.	»	.....
Tabla..... 1	Valoración actual....	»	.....

1468
11
1

SYLVEIRA

1468.

Epistolae Pii II.